do volo redarguere de falſo circa diem, & ꝯſulē, ſecus ſi circa ꝯ
tenta in inſtr̄o, tunc enim ſuperflue ederetur dies, & ꝯſul: nam
ex editione diei, & ꝯſulis poſſet adminiſtrari materia fabricādi
falſum aliud inſtrumētum, ſimulādo illud fuiſſe prius editū, vt
dixit tex. in d. c. editiones. & iō dicit ibi gl. ꝙ petēs editionē dēt
interrogari ſolemniter circa quā partem vult inſtr̄m redargue
re de falſo: & dicit Spe. in §. videndum. ver. facienda eſt, in tit. de
inſtr. edi. ꝙ iudex poterit exigere iur̄m a parte, ꝙ credit inſtr̄m
ſe poſſe redarguere de falſo circa diem, & cōſulem; & etiam in-
nuit, ꝙ debet ſubſcribere ſe ad pœnā talionis, antequam fiat ſi-
bi editio, facit l. fi. C. de fi. inſtru. approbat Bal. in d. §. editiones.
† Secundo

ADDITIONES.

a Ante litem conteſt. Adde Fed. conſi. 111. lib. 2.

b Tale inſtrumentum. Notandum tamen, ꝙ vbi fit editio ante litem conteſta-
tam, opus eſt, ꝙ adhuc producatur illud inſtrumentum editum poſt litem
conteſtatam, ſi ſuper eo actor vult ſumere probationes. Ita tenet Fed. de Se.
in conſi. 160. incip. caſus talis. Ale. in l. ſæpe. ver. idem circa ſextum, ff. de re
iud. & in conſil. 37. incip. viſo. in 2. vol. Prima enim editio fit ad deliberan-
dum: ſecunda fit ad probandum. Seb. Sap.

c Congruenter. De hoc vide in d. clem. j. Imo. de vſur.

30 †Secundo caſu principali, quãdo petitur editio, vt deliberetur,
a an faciat pro producente, debet fieri ſine die & conſule. a vt in
d.§.editiones.& fiet tantum in illo capitulo, ſuper quo eſt qõ.
licet debeat coram iudice integraliter legi, ne forte in fine cor-
rigat, vel limitet præcedentia, vt probatur in c.cum perſonę.de
priui.lib.6.& c.contingit.de fi.inſt.putat tamen Bar.in d.§.edi-
tiones, ꝙ ſi nõ poteſt deliberare, niſi edantur dies & conſul (pu
ta, vnius creditor agit contra alium hypothecaria, vnde vult in
formari authoritate obligationis, ſi oportet, ꝙ ſciat diẽ inſtru-
menti) ꝙ debet tunc edi cum die, & conſule; ſed ne detur ſibi
materia fabricandi aliud prolato die, tunc dicat prius diẽ obli-
gationis ſuæ, & poſtea petat copiam ab aduerſario, quod ſatis
placet, arg in d.l.1.§.rationes.ff. de eden. Idem dic in omnibus
ſequentibus caſibus, vt vbi eſt fienda editio alieni inſtrumenti
(quod quando fiat ſupra dixi) fiat ſine die, & conſule. d.§.editio
nes.niſi talis eſſe materia inſtrumenti, ꝙ nihil prodeſſet habere
copiam ſine die, per ſupraſcripta. In effectu omnia prædicta ſic
breuiter concludo, ꝙ editio alieni inſtrũ, vbi fienda eſt, ſolũ ne-
ceſſario fit reſpectu partis, de qua eſt controuerſia, vt in d.c.cũ
perſonæ.& c.contingit.& fit ſine die, & conſule, niſi circa diem,
& conſulem velit aduerſarius illud redarguere de falſo, vel niſi
inſtrumenti copia nihil ſibi prodeſſet ſine die confecti inſtru-
31 menti, & conſule. † Ad duo tamen aduerte. primo, ꝙ vbi peti-
tur editio alieni inſtrumenti, non eſt neceſſe originale tradere,
niſi ad perlegẽdum coram iudice, ſed ſufficit dare copiam par
32 tis neceſſariæ, vt d.c.cum perſonæ.& d.c.cum contingit.†Idem
vẽ, ſi quis illo vtitur, vt ſufficiat oſtendere iudici ad videndum
& perlegendum, ne ſit falſum, vel in fine ſe corrigat; ſed poſtea
ſufficit relinquere copiam in iudicio, & eſt hoc cautum, ne per
dantur originalia, ad hoc illud c.cum perſonæ. quod no.Cy.in
l.iancimus.C.de diuer.reſcr.& Inn.in c.cum in iure. de off.del.
33 in fi.†Secundo etiam ſcias, ꝙ hodie non apponitur in inſtrumẽ
b to nomen conſulis, b ſed apponebatur olim, cum Roma rege-
retur per conſules; ſed ſufficit hodie apponere nomen Papæ,
& Imperatoris, vt dicit glo.no.in c.quoties. 1.qõ.7.& no illam
glo.inquantum dicit, de nomine Papę, nam in Auth.vt prępo.
nomen Imperato.ſolum dicitur de Imperatore: ſed de hoc dic
vt no.in proœ.huius compi. ſed ſicut olim fiebat editio nomi-
nis conſulis, ita & hodie fiet editio iſtorum Principum, qui ſuc
cedunt loco illorum conſulum, & hęc no. bene iu Canoniſta:
34 maxime qa hẽs hãc materiam plene, & clare diſcuſſam.†Qua-
c liter autem debeat fieri editio ſtatuti, c an debeat produci totũ
volumen, an ſolum vnum capitulum, vel pars capituli, ſuper
quo eſt quęſtio? Dic vt no.Bar.ſuper rub.de noui oper. nunc.&
omnino per eum in l.omnes populi. ff. de iuſt.& iu.ibi in effe-
ctu vult, quod ſi allegatur ſtatutum alterius ciuitatis, ſeu loci,
& tunc etiam ſi ſit publicum, debet produci ſaltem illud ſtatu-
tum, non autem totum volumen: aut allegatur ſtatutum illius
loci, & tunc ſi eſt publicè notum., quia incorporatum in volu-
mine ſtatutorum, nõ eſt neceſſe producere, quia ius loci eſt no-
tum: aut non eſt in volumine, puta, eſt reformatio facta ad ius,
quæ probabiliter poteſt ignorari, & debet produci: quod ſatis
placet.& facit ad hanc diſt.quod ipſe no.in l.cum prolatis. ff.de
re iud.& c.ſæpe.de app.in princ.iuncto c.paſtoralis, cum ibi no-
ta.de fide inſtrum.

ADDITIONES

a Et conſule.Vide Bal.in l.fina.C.de precibus Impera. offeren. in l. 2. §. fina. ff. quemadmo.teſta.aper.& Ang.in conſi.114.incip.ſuper facto prædicto. Seb. Sapia.

b Nomen conſulis.Adde late Ang.conſi.178. Ber.

c Statuti.De hoc per D.Ant.in c.contingit.de fi.inſtru.vbi late per eum. & etiã per Bar.& Bal.in d.l.in ciuile ff.de legib.vbi eleganter dicit Bal. ꝙ iſta quæ-ſtio de productione ſtatuti non habet locum, niſi quando allegatur ſtatutũ alterius ciuitatis, quia non eſt neceſſe producere ſtatutum, vbi litigatur, q2 quilibet tenetur ſcire. Et vide Io.de Lig.in repe.c.cum dilectus, de conſue. vbi eleganter examinat hunc paſſum. Et adde quod no Bar.in l.præſcriptio ne.circa fi.ver.no.ſecundo ꝙ licet circa.C.ſi cõtra ius, vel vti.publ. & an ſta tuta, vel reformationes ciuitatis, in qua litigant, ſint edenda in iudicio? vide late Iac.But.in l.2. C.quæ ſit lon.cõſue. ad quẽ in hac qõne ſe remittit Ang. in l.cũ prolatis.in fi.ff.de re iud. Et adde hic quod no. Doct.in l.1.circa prin. de ver.ſig.lib.6.& vide Dom.in c.1.in ver.item no. arg.2. diſt.& in c.ſi Romanorum.19.diſt.

SVMMARIVM.

1 *Reus poteſt licitè recuſare iuramentum ſibi delatum, actore non probante.*
2 *Conſuetudo introducens ſuperflua remedia, tanquam irrationabilis non valet.*
3 *Conſuetudo exigens ſine cauſa iuramentum, ſeu aliquid vltra plenam probationem non valet, ſed cum cauſa ſic.*
4 *Conſuetudo facit validam probationem alias inualidam.*
5 *Conſuetudo valet, Principe etiam ignorante.*
6 *Conſuetudo rationabilis derogat legi non habenti clauſulam derogatoriam.*
7 *Caſus, in quibus uni creditur.*
8 *Conſuetudo damnata per legem ex noua cauſa, uel ex ueteri non detecta, poteſt induci iterum.*
9 *Statutum, quod ualeat teſtamentum cum duob.teſtibus ualet.*
10 *Conſuetudo, pactum, uel lex reſtringens facultatem probandi ad certam ſpeciem probationis, non ualet, & talis conſuetudo non excludit in totũ aliam probationem, & nu.11.*

CAP. II.

a SIcut conſuetudo. a Actor, qui plene pro
bauit, nõ debet com-
pelli iurare. vel ad idem ſic. Non valet conſuetudo,
vltra probationem plenam exigens iuramentum.
ego ad intellectum ſummo ſic. Non valet conſuetudo exigẽs
ſine cauſa rationabili vltra plenam probationem iuramẽtum,
ſeu aliquid aliud. Primo narrat conſuetudinem, quã ſecundo
improbat, ibi, nos, cum tunc demum. Caſus literalis. Conſuetu
do eſt in quadam terra, ꝙ ſi aliquis intentionem ſuam funda-
uerit teſtibus, vel inſtrumentis, nihilominus deferebatur ei ſa-
cramentum, quod ſi pręſtare nollet, fides probationib.ſuis non
habebatur. Dicit Papa, quod ad huiuſmodi iuramentum recur
rendum eſt tunc demum, cum alię legitimæ probationes de-
eſſe noſcuntur, vnde talem conſuetudinem reprobat. Bar. No.
1.ꝙ quis dicitur fundare intentionem ſuam, cum probat id, qđ
intendit. No.2.ꝙ iuramentum quandoque appellatur ſacramẽ
tum, non tamen intelligas ꝙ ſit de ſeptem ſacramẽtis eccleſiæ,
de quibus per glo.in c. veniens. de tranſ. ſed dicitur ſacramentũ
large, quaſi ſacræ rei ſignum. No.non valere conſuetudinem ir
rationabilem, preſertim contra ius diuinum, etiam inquantũ
1 concernit pręiudicium hominis.† Vltimo no. vnam licitã cau-
ſam recuſandi iuramentum iudiciale.ſ.quando pars plene pro-
b bauit, idem eſt ſi actor b nil probauit, & iuramentum defertur
reo: poteſt enim licite illud recuſare, vt no.in c. ſi.de iureiuran.
quia ſicut actore plene probante debet reus cõdemnari: ita eo
prorſus deficiente, debet reus abſolui, d.c.fin. & l. qui accuſare.
c C de eden. ſed actore ſemiplene c probante, ſeu pręſumptionẽ
habente, locus eſt delationi iuramenti, vt in c.ſi. prealleg. & ſic
intellige, & diſtingue hunc tex. poteſt etiam colligi, ꝙ ad Papã
pertinet tollere conſuetudinem irrationabilem laicorum, ma-
xime quando deuiat a iure diuino, & eſt peccati nutritiua. ad
hoc.c.ex parte.de conſue. Nunc intrando intellectum.c. op.nã
conſuetudo derogat legi, & canoni.l.de quibus. ff de legi.& c.
ſi.de conſue. ergo iſta conſuetudo debebat valere hic, Sol.gl.ſi.
ꝙ contrarium procedit, vbi conſuetudo eſt rationabilis: ſed hic
obuiabat rationi. Et ex gl. poſſunt colligi tres irrationabilitates
conſuetudinis huius.c. Primo, quia erat contra ordinem iudi-
ciorum, & non declarat in quo. forte in hoc, quia actore pro-
bante, reus abſque alio debet condẽnari. quia in ore duorũ &c.
& teſtes, & inſtrumenta parem vim obtinent, c.cũ Ioannes, de
fide inſtr.ſed conſuetudo hic habebat oppoſitum. Secundo vi
debatur hęc conſuetudo introducta per errorem: forte enim
putabant iuramentum indiſtincte deferendum, & hoc errore
ducti introduxerunt conſuetudinem: ideo eſt extirpanda.l.qđ
vero.ff.de leg.no.plene in c.ſi.de conſue. Tertio, quia ex quo ſe
mel erat iuratum de calumnia, non erat amplius iurãdum. C.
de iur.cal.auth.hoc ſacramentum Hęc vltima ratio non valet,
quia iſta ſunt diuerſa iuramẽta, nam primum eſt de calumnia,
& ſecundum erat de veritate dicenda, & hæc iuramenta bene
poſſunt in eadem cauſa concurrere, vt eſt tex. in c.1.de iur.cal.
lib.6. Item hęc concurrunt quotidie, vbi non eſt plene proba-
tum. Io. And. reddit tres bonas rationes probandi. Prima, quia
erat contra naturalem rationem, quę non admittit ſuperflua.
Deus.n.& natura nihil faciunt fruſtra, & ſuperfluis remedijs nõ
eſt vtẽdum.l.hęc ſtipulatio.§.diuus. ff vt le.no.ca. & in hoc no.
2 iſtum tex. quod conſuetudo † introducens ſuperflua remedia,
cauſa non ſubſiſtentę legitima, non valet tanquam irrationabi
lis: quod enim ratione caret, extirpandum eſt, vt dicit tex. in c.
cor epiſcopi.63.diſtinct. & fortior eſt ratio, quam conſuetudo.
8. diſt.c. veritate. Secunda ratio, quia erat contra ius ſcriptum,
vt patet ex præcedentibus. Tertia ratio, quia erat contra ius di-
uinum, ſecundum quod non iuratur, niſi ex cauſa. ſic conſuetu
do peruerſa reprobatur, ſcilicet facta plena probatione, reus
debeat abſolui ſi iurauit. J.co.ad noſtram, & per iſtam decre.vi-
detur probari ſecundum Ioann. And. non valere conſuetudi-
nem neceſſario ad probationem requirentem tres teſtes: ſi
enim non valet cõſuetudo, quæ ad plenam probationem duo-
rum teſtium addit neceſſario iuramentum partis, ergo non va
let, quæ addit neceſſario tertium teſtem. Aduerte, quia ſecun-
dum

ADDITIONES.

a Pro intellectu huius decre.vide omnino, quod ſcribit Ro.ſin rep.l.admonendi.ver.item an valeat conſuetudo, de iureiu. Item vide quod ſingulariter p iſtum tex.dicit Bal.hic. Item limita iſtum tex.vt per Dom. in c.1.ver.no.conſuetudinem.de iuram.calum.lib.6.

b Si actor.Vide Spec.qui idem tenet in tit.de iura.dela.§.1.late Abb.in c.ſi.ver. circa prædicta quæritur.inf.de iureiur. Seb.Sap.

c Semiplene.Adde quando dicatur ſemiplene probatum, vt poſſit deferri iuramentum.Alex.conſi.32.lib.1.

Digitized by Google

dum hoc extendimus terminos huius c. ad aliam ſpeciem probationis, vt non valeat conſuetudo exigens ſuperfluam probationem. Hinc examinabo tria. primò, nunquid valeat conſuetudo exigens ſuperfluam probationem; ſecundo, nunquid valeret detrahens legitimæ probationi: tertio, quid ſi reſtringit facultatem probandi poſtulans certam ſpeciem, puta inſtrumentorum
3 duntaxat, vel teſtium? † Ad primum Ioan. And. ſentit vt ſupra dixi, conſuetudinem non valere, pro hoc iſtum tex. inducendo, vt ſupra: ſed ipſemet Ioan. And. apertiſſimè ſentit oppoſitum in addit. Spec. in tit. de inſtrumen. edi. §. compẽdioſe. ver.
4 ſed nunquid. mouetur, quia † ſicut conſuetudo, inualidam probationem facit validam, vt probatur in c. cum dilectus. de fide inſtrumen. ſic ecõtra validam inualidam facere poteſt, ad hoc. c. cum olim. de cler. coniug. cum ibi no. oppoſitorum enim eadem eſt ratio. de iureiuran. c. intellecto. Do. Anto. dicit ſe putare, ꝙ ſi conſuetudo, cauſa non ſubſiſtente, addit probationem iuramentalẽ plenę probationi vel aliam probationem probationi, non valet, vt hic, ſed cauſa ſubſiſtente valet: ſi eſt dubium de exiſtentia legitimę cauſæ, ſubdiſtinguit, quod aut ex eo quia non admittitur legitima probatio per teſtes, vel inſtrumenta, contingit alium ditari cum iactura alterius, & non valet cõſuetudo ſaltem de canonica æquitate. Si autem ex hoc, non contingit alium ditari cum iactura alterius, valet cõſuetudo, & nihil ad hoc membrum allegat, & certè puto vltimum eſſe fal-
a ſum; a quia ex quo conſuetudo iſta eſt cõtra ius, præſumitur prima fronte irrationabilis: vnde oportet, quod ſtans pro ea, probet rationabilitatem, alias ſuccumbit, vt in c. 3. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſer. & no. in c. fi. de conſue. Ad hoc enim, vt cõſuetudo præiudicet iuri debet eſſe rationabilis. in c. fin. de conſuet. & ſic oportet, quod probetur illa qualitas rationabilitatis: & dubia probatio non releuat probantem, in c. in præſentia. de proba. Gaſ. de Cal. & dom. Card. poſt eum, dicunt quod conſuetudo non poteſt indifferenter exigere iuramẽtum, vel aliquid aliud vltra plenam probationem, quia & lex hoc facere nõ poſſet, cum eſſet ex toto tollere ius diuinum: non autem interpretari, contra no. in c. fi. de conſue. ſed in aliquibus cauſis hoc poſſet introducere conſuetudo, ſicut & lex, vt videmus in teſtamẽtis, de teſtam. c. cum eſſes, C. de teſtam. l. ſi vnus. 2. q. 4. c. præſul. no. gl. in c. licet. de teſti. vnde dicunt quod hoc non valuit, quia indifferenter in omni cauſa, exigebat iuramentum vltra plenã probationem: & hanc opi. ſuſi ſæpe ſecutus: ſed nunc cogitaui diutius, & viſa fuit mihi theorica falſa. Primò, quia hæc conſuetudo non erat vniuerſalis per totum orbem, ſed localis: vnde non eſſet tollere ius diuinum inducendo conſuetudinem, vel ſtatutum in certo loco, vt probatio duorum teſtium nõ ſit ſufficiens, ſed quod præſtaretur iuramẽtum, vel aliquid vltra, puta tertiam teſtem: remanet enim ius diuinum in ſe validum, & obſeruandum, vbi cauſa violandi, vel interpretandi nõ ſubeſt. Quid enim ſi ĩ certo loco homines ſint ita deprauati vt facillime corrũpantur duo teſtes, dicemuſne quod non valeret conſuetudo, vel ſtatutum exigens firmiorem probationem? Certe nemo ſanę mentis hoc diceret cũ & ipſe Deus hoc faceret caſu adueniente: ſicut enim in teſtamẽtis illud fuit immutatum, quia ſæpe falſitas fuit detecta in numero duorum teſtium: eodẽ modo dicendum in omnibus cauſis alicuius loci, vbi falſitas in tali probatione indifferenter perpetuaretur, quia eadẽ ratio, quæ eſt de parte quo ad partem, debet eſſe de toto quo ad totum. ff. de rei vendi. l. quæ de tota. & c. paſtoralis. §. ſed cum totum. ff. offi. deleg. & quod fortius eſt, idem putarem de vniuerſo orbe, ſi ad hanc fraudem committendam homines ſic eſſent deprauati, cum illa regula iuris diuini, in ore duorum vel trium &c. non ſit præceptum morale, ita vt ex tranſgreſſione incurratur mortale peccatum iudiciale, fundatum ſuper certa ratione, qua deficiente, quia veritas non reperitur nunc in duobus, ſatis mutari poteſt iuris diſpoſitio, ad hoc tex. opt. in arg. in l. ſi hominẽ. ff. man. & quod no. Innocen. in c. quod ſuper his. de voto. & l. ex facto. ff. de vulga. & pup. ſed vbi cauſa rationabilis hoc ſtatuendi, vel conſuetudinem inducendi non ſubſiſteret, ſatis puto nõ valere conſuetudinem, ſeu ſtatutum, nec in toto, nec in parte: & hoc caſu intelligo iſtum tex. hic enim non apparet de rationabilitate conſuetudinis, nec aliqua allegabatur, merito ex rationibus prædictis poſt gl. veniebat reprobanda. facit quod no. Innoc. in c. plerique. in fi. de immu. eccle. & cap. quæ in eccleſiarum. de conſti. per Legiſtas in l. fi. C. ſi contra ius, vel vti. pub. & 4. diſt. c. erit autem lex. Et ex prædictis infertur ad id, quod dixi
b in tertio ſummario, b quod non valet cõſuetudo, vel ſtatutum exigens ſine cauſa iuramentum, ſeu aliquid, aliud vltra plenã probationem: ſecus autem cauſa legitima, vel rationabili ſubſiſtente. Venio nunc ad ſecundum, an valeat ſtatutum, vel conſuetudo detrahens legitimæ probationi, vt puta, vt ſtetur dicto vnius teſtis, vel inſtrumento alicuius priuati, vel quid ſimile: Ioan. And. in addit. Spec. in loco præalleg. ſentit, quod ſic, vt ſatis colligitur ex dictis ſuis ſupra recitatis, & videtur probari in c. cum dilectus. de fide inſtrumen. Diſputat etiam in loco præ-
c alleg. Ioan. And. an conſuetudo c poſſit facere, vt valeat teſtamentum cum duobus teſtibus, & in hac quæſtione, concludit
d ꝙ non, quia lex expreſſe in hoc derogat conſuetudini d ſecundum

ADDITIONES.

a Eſſe falſum. Contrarium ſentit Arc. conſi. 23. incip. in præſenti conſultatione circa fin. vbi dicit quod conſuetudo, quæ eſt contra ius poſitiuum, in dubio præſumitur rationabilis. & hoc procedit ſine dubio in conſuetudine tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit, vt per Gem. & Car. Alex. in cap. fruſtra. 8. diſt. & per Abb. in conſi. 7. in 2. vol.

b Vide do. Ant. in c. dilecti. ver. item no. quod ſtatutum. de iud. Et de ſtatuto addente ſolemnitatem iuri communi in teſtamentis, vide Ang. in conſil. 86. & quod ipſe Ang. no. in conſi. 117.

c Conſuetudo. Vide Bal. in conſi. 353. inci. in puncto iuris communis. in 4. vol. Ang. conſi. 27. incip. teſtamenti facto. Seb. Sab.

Adde quod hoc dictum Io. And. refert, etiam D. Ant. in fi. de conſue. in repet. & de hoc vide laté per Bar. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & per Bal. in l. fi. C. de teſtam. & per Bal. & Ange. in l. 3. ff. de teſtam. & vide Bald. in l. ſi non ſpecial. ver. item no. in hac l. C. de teſtam. vbi dicit, quod valet conſuetudo, vt fiat teſtamentum ſine ſolemnitate iuris. Vnde dicit quod valet cõſuetudo, quæ eſt Venetijs, vt fiat teſtamentum coram ſolo ſacerdote. Et adde hic Bal. in l. fi. C. de teſtam. ver. quid ſi ſtatutum dicit, quod in teſtam. &c. vbi dicit, quod ſi ſtatutum dicit, quod poſſit fieri teſtamentum cum duobus teſtib. idem erit in donatione cauſa mortis. Itẽ ad hoc adde Bal. in l. nõ poſſunt. ff. de leg. ubi dicit, quod ſtatutum diſpones, quod valeat teſtamentum cum duob. teſti. intelligitur etiam non rogatis. Et idem dicit Pau. de Caſ. in auth. quod ſine. C. de teſta. alleg. Bal. in d. l. non poſſunt. Secus dicit Pau. de Caſt. ſi ſtatutum diceret, quod ualeret teſtamentum cum quatuor, vel quinque teſtib. quia tunc debent eſſe rogati. & eſt ratio, quia primo caſu ſtatutum reducit rem ad ius gentium, quo non requiritur, quod teſtes ſint rogati alio vero caſu non, ſed dicit quod tantum contra dictum Bald. facit text. cum gl. in l. diuus. de mili. teſtam. ubi lex priuilegiat militem, ut poſſit teſtari cum duobus teſtibus tantummodo, & tamen debent eſſe rogati. Adde tu quod dic. Io. And. quo ad primum, fuerunt originaliter Old. conſil. 105. ubi patet quod quo ad obtinendum beneficium legitimitatis ſecundum ius cõtra conſuetudinem loci in quo debet decidi quæſtio, dicitur illegitimus, vel non bene legitimatus. Et an ualeat conſuetudo Venetorum, quod quis poſſit teſtari coram duobus teſtibus. ſimiliter fuerunt verba Oldra. conſilio 248. & uide Bald. conſilio 243. 2. lib. Et an teſtes debeant eſſe rogati, vide Roma. conſiliu 306. vbi inter alia allegando Lapum tenet, quod in teſtamento ad pias cauſas debent eſſe rogati. Et quo ad primũ dicta vide Matth. nota. ſuis fol. 5.

An ualeat conſuetudo Venetorum quod teſtamentum. factum coram duob. teſtib. valeat, & an tales teſtes debeãt eſſe rogati: primo dico, quod conſuetudo populi dicitur eſſe ius ciuile, ut per Bal. late in l. certum. C. vide cog. & per nouiſſimos in repe. l. de quibus. ff. de legi. Et quando conſuetudo eſt tanti temporis, quod non ſit memoria in contrarium, illa habet vim priuilegij principis. l. 2. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſti. & eſt gl. in c. ſuper quibuſdam in §. præterea. in uer. memoria, de uerb. ſignific. & habetur in c. hoc quippe. 4. q. 6. & in c. conqueſtus. 8. q. 3. & in c. mos antiquus 63. diſ. & no. Bald. in c. 1. quæ ſint regalia, in uſib. feud. & in c. ſolemnibus. C. de fide inſtrumẽ. & in l. 3. C. de naut. fœno. Sed clarum eſt, quod ſi Princeps vellet tollere, uel mouere ſolẽnitatẽ teſtium, & alias, quæ ſunt introductæ de iure poſitiuo, & reducere nos ad ius diuinum, quod illud facere poſſet, quia eſt ſupra ius poſitiuum, ut vulgaribus iuribus: ergo per talem conſuetudinẽ tandiu obſeruatam inducitur priuilegium cõtra ius diuinum, prout etiam voluit Inn. in cap. 1. in gl. 1. in fi. de apoſta. hæc enim conſuetudo tandiu obſeruatur & priuilegiata reducit nos ad ius diuinum ſeu ius gentiũ, ut in ore duorum, uel trium ſtet omne uerbum, ut in cap. cum eſſes. de teſt. & in cap. in omni negocio. de teſti. Et hæc conſuetudo ſeruari debet, etiam in caſtris, & villis ipſi ciuitati ſubiectis, ut per Bar. in l. ex ea, in fi. princi. ff. de poſt. ubi ſe remettit ad plene no. per eum. in l. cunctos populos, C. de ſum. Tri. etiam hic allega. Licet enim ſit uerum, quod conſuetudo iuri communi contraria non ſit ſeruanda, ut per Barto. in l. omnes, C. de decur. lib. 10. & plene not. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetud. tamen illud eſt uerum, & procedit, niſi talis conſuetudo ſit rationabilis, legitima, & præſcripta, prout uidetur eſſe iſta, ſecundum gl. in cap. cum cauſam, de re iudic. & plene per Alexan. poſt alios in l. de quib. præalle. Et in ſpecie de iſta conſuetudine teſtandi coram duobus teſtibus habetur per eundem Alex. poſt Bald. & Doct. in l. ſi non ſpeciali. & in l. fi. & ibi per Pau. de Caſt. C. de teſtamen. & habetur per Bart. in l. ſi arrogator. in fi. de adop. & in l. 1. in 7. quæſt. C. de ſumma Trin. & ibi etiam per nouiſſimos, late, ubi concluditur talem cõſuetudinem ualere, quod bene tenemento. Ant. Fran.

d Conſuetudini. Et idem dicit Bald. no. in repet. l. de quibus. ff. de legibus. ubicunque conſuetudo inducatur contra authoritatem ſuperioris, quod eſt in lege expreſſe derogante conſuetudini, non poteſt induci ſine cõſenſu Principis. & ita proprie eſt in caſu hic poſito de teſtamento. Et quod in conſuetudine requiratur expreſſus Principis conſenſus, quando lex derogat conſuetudini, tenet Do. 11. diſt. in ſumma, circa finem, allegando Io. An. in d. §. compendioſæ, uer. ſed nunquid de inſtrumẽ edi. Adde quod ſi lex ciuilis. 1. ſtatutum diſponat aliquem actum non poſſe probari niſi per quatuor teſtes, vel quinque, ſi iuramentum fuerit interpoſitum ſuper illo actu, poterit iuramentum ipſum ſuper tali actu interpoſitum, maximè coram iudice eccleſiaſtico per duos teſtes probari, ſiue iuramentum fuerit implicitè, ſiue explicitè præſtitum in illo actu. Et an ipſius iuramentum per duos teſtes probari poterit coram iudice eccleſiaſtico ſaltẽ, prædicta omnia ualde ſin. decidit Imo. in repetit. c. cum contingat. de iureiu.

Adde an conſenſus Principis requiratur in conſuetudine. Alex. conſi. 6. 1. lib. & conſi. 227. 4. lib.

Tu dicas, quod in inducenda conſuetudine requiritur expreſſus conſenſus ſuperioris, vel populi non recognoſcentis ſuperiorem, vt per Inn. in c. 1. de conſuet. & per Bal. in l. de quib. ff. de legi. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. per Floria. in l. venditor. in §. ſi conſtat. ff. communia prædi. & habetur per Io. And. in c. fi. de cenſi. lib. 6. & uide D. Abb. in c. fi. in uerſ. quarto requiritur, poſt gl. ibi. de conſuetudine. & in c. cum ex officij. de præſc. in quibus locis plene traditur de materia. Ant. Fran.

Digitized by Google

dum enim, per l.fi.C.de teſta. niſi conſuetudo ſit inducta de cō-
ſenſu principis:& ſic etiam videtur hic tranſire D. Ant. imme-
mor, vt arbitror, eorum, quæ tangit Bart. in l.cunctos populos.
5 C.de ſum.Trin.in ver.tertio quæro.† Vbi Bar. recitat ſententiā
Iac.de Are.& determinat contrarium, cōcludens, ꝙ ſtatutum,
& conſuetudo valeant Principe ignorāte: mouetur primo per
hoc ſimile ad hoc vt teſtamentum factum proſit, requiritur pu
blicatio.C.de teſtamen. l. publicati. & ff. quemadmodum teſt.
app.l.1.§.ſi quis ex ſignatoribus,& ibi no. ſed illa ſolemnitas pu
blicandi poteſt per ſtatutum, & conſuetudinem minui,& im-
mutari, vt l. 2. C.quemad.teſt. ape. ergo &c.Mouetur ſecundo
hac ratione, pater poteſt inter liberos cum duobus teſtib.diſpo
nere, vt l. hac cōſultiſſima §. ex imperfecto, C.de teſtam.& l.fi
C.famil.erci. ita debet patria poſſe diſponere in ſubditos, cum
eius poteſtas æquiparetur poteſtati patris.l.veluti. ff.de iuſtit.&
iu.Tertio mouetur, quia non reperitur prohibitum tale ſtatu-
tum fieri:ergo videtur permiſſum.l.omnes populi,ff.de iuſt.&
iu. Ad l.fi.C. de teſtam.reſpondet quod ibi conſuetudo præteri
ta limitatur:non autem futura prohibetur,& ita ibi videtur Cy.
ſentire, ſecundum eum:& in l.dudum. C.de contrah.emp. vult
dicere, quod Imperator ibi non prohibet hanc cōſuetudinem
induci, ſed limitat conſuetudinem ibi inductam per prius, vt
procedat in terris, vbi peritorum copia non adeſt. Non obſtat
aliud motiuum, ſuper quo ſe fundabat Iaco.de Are. quod talis
conſuetudo eſt temeraria, quia imo ſecundum Bar. eſt vtilis,&
bona,& fauorabilis, inducta tam fauore teſtantis, ſicut iura ſta-
tuunt in militāribus, quam etiam ratione eorum, quibus relin-
quitur, ſicut iura faciūt inter liberos, etiam ratione teſtium, ne
à ſuis negocijs auocarent.d.l.1.§.ſi quis ex ſignatoribus.ff.quē-
admo.teſt.aper. Quid dicendum? certè.l.fi.multum prima frō-
te facit pro opin. Ia. de Are.& Ioan.And. quod ibi reprobatur
conſuetudo iſta:& ſi non apertè, ſaltem optimè facit in ar. cum
conſuetudinem ibi inductam approbat nō tamen per omnia:
nam reſpectu teſtium limitat, vt ſaltem interueniant, quinque
teſtes, ſi non reperiuntur in locis communiter viri literati, vt
in villis, pro hoc tex.ibi in ver.ita tamen.iuncta gloſ.ergo dam-
6 nat ibi conſuetudinem, quæ eſt contenta minori numero.† Cō
cludo totam materiam ſic.quod aut conſuetudo, aut ſtatutum
detrahit legi reſpectu probationis legitimæ non habenti clau-
ſulam derogatoriam ad conſuetudinem, aut illa lex cui dero-
gatur habet clauſulam talem derogatoriā. Primo caſu, aut non
ſubeſt cauſa rationabilis,& non valet, de conſue.c.fin. & l.2.C.
quæ ſit longa conſue.4. diſt.c. erit autem lex, niſi forte in leuib.
vt in l.1.ff.de ven.inſpi.in fin.& ſentit Iac.de Are.& Io. And.in
loco præalleg. quod no. aut ſubeſt euidens neceſſitas, vel vtili-
tas,& tunc valet:nā præſumendum eſt quod etiā Princeps hoc
ſtatuiſſet propter neceſſitatem, vel vtilitatem ſubiectorum, ar-
gum.in l.ex facto. ff.de vulg.& pup. facit optime præalleg. c.cū
dilectus. Nec hoc eſt contra ius diuinum, in ore duorum, vel
trium &c. quia illa regula procedit, niſi ex cauſa aliud induca-
tur:ſicut enim ex cauſa requiri poſſunt plures, & ita etiam nu-
7 merus illorum minui, ad hoc † quod no.in gl.in c.nuper. de te-
ſtib.vbi notantur aliqui caſus, in quibus ſtatur dicto vnius:& ꝑ
Innocen.ſuper rubr.de conſecr.eccle.vel alta.& per glo.in c.li-
cet vniuerſis, de teſtib.& 30.caſus ponit Spec.eo.tit.§.reſtat.ver.
ſic hoc tamen fallit.vide gl.& Ioan.And. in c.omnis vtriuſque,
de pœn.& re & Allego alium tex.ſingu.in materia, ſecundum
intellectū Inno.quem ponit in d.c.nuper.videlicet.11.q.1.c.quī
cunque.vbi Imperator ſtatuit, vt in cauſis vertentibus in ciuilī
prætorio crederetū teſtimonio ſolius epiſcopi, adeo vt alias non
audiatur in contrarium: habes ergo illum text. ſingul.in num.
teſtium, reſpectu inſtrumentorum, habes alium text.ſing.in d.
c.cum dilectus.ad prædicta vide tex.expreſſum, ſecundum le-
ctu. Hoſt.in c.1.de app. vbi de conſuetudine creditur teſtib.de-
ponētibus de credulitate, & fama loci: ideo ibi copulatiuè tex.
a mandat inquiri veritatem per teſtes idoneos,& famam loci.&
vide quod ibi dicam. Secundo membro principali quādo lex
habet clauſulam derogatoriam ad conſuetudinem, Iac.ſentit
apertè,& Ioan. And.poſt eum in addi. præalleg. ꝙ conſuetudo
non poteſt induci contra talem legem: idem ſentit Bart.in l.de
quibus.ff.de legi.& in l.omnes populi, præalleg. & pro hac opi.
adduco hanc rationem, lex ſemper loquitur. C. de hær.l.Arria-
ni.ergo ſemper lex reprobat conſuetudinem,& per conſequēs
de nouo induci non poteſt:hoc idem ſentit Pau.& Io.de Lign.
in clemen ſi vno.de reb.eccle. non alie.ſed ego allego tibi tex.
coniuncta gl fi.in verſi.conſuetudine.de elect.in cle.ſtatutum.
8 vbi aperte probatur quod conſuetudo ſemel damnata per legē
poteſt iterum induci.† Sed reducendo ad concordiam prædi-
ctas opin. dicerem ꝙ ex cauſa noua veriſimiliter non cogitata
per legem damnantem conſuetudinem, vel ex antiqua tunc
non directa, quæ tunc ſi fuiſſet, veriſimiliter Princeps non dā-
naſſet conſuetudinem, poteſt conſuetudo ſemel damnata in-
duci de nouo, ar. opt. in l.ſi hominem. ff.mand. & quod ibi no.
Bar.vbi ex tali cauſa noua procurator, generalis inhibet ſpecia
li, ne procedat ad iniunctum ſibi mandatum: ad idē quod not.
Bal.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.facit optime.c.nō debet.
de conſang.& affin.non enim debet repræhenſibile reputari, ſi
ſecundum varietatem temporum ſtatuta mutentur humana.
Item mens, ſeu ratio legis eſt ipſa lex, non autem verba.C.de
legi.l.non dubium.& in reg.fi.de reg.iu.lib.6.& ibi per Dy.ſed
inſpecta ratione legis non eſt verum dicere, ꝙ iſta conſuetudo
damnetur per legē antiquam, quia non eſt illa, ſed alia, ex quo
non inducitur noua ratione, tunc non conſiderata, ſi verò in-
ducitur ex antiqua, ratione, ſeu noua tunc veriſimiliter cogi-
tata, non poteſt de nouo induci: & hoc caſu procedat contra-
9 ria opin.& hoc quoad ſecundum.† Nunc infero quoad aliam
b ſpecialem quæſtionem, an valeat [b] conſuetudo, vel ſtatutum
diſponens, vt valeat teſtamentum coram duobus teſtibus, ſi.n.
tenemus.l.fi.C. de teſta. non habere tacitè, vel expreſsè clauſu-
lam derogatoriam ad contrariam conſuetudinē, vt voluit Bar.
tunc valebit per prædicta. Aut tenemus contrarium, vt ſentit
Ioan.And. poſt Iac.de Are.(quod videtur prima fronte verius,
per ea, quæ ſupra, dixi) & tunc dicendum, quod ex noua cauſa
tunc nō exiſtente, poterit induci, pone in illuſtri ciuitate Vene
tiarum, vbi ſubeſt hoc ſtatutum, fortè inductum, quod non eſt
memoria, quod falſitas aliquando fuerit commiſſa circa teſta-
menta in numero teſtium, & quod graue erat ſemper habere
ſeptem teſtes, cum homines intēdant ſuis mercimonijs,& for-
tè ex defectu teſtium multa teſtamenta deficiebant: nam certè
ipſe Princeps ex his cauſis reuocaſſet ſtatutum ſuum, cum non
ſubſit cauſa recedendi ab illa regula iuris diuini, In ore duorū,
vel trium &c.& quia ex obſeruantia legis annullatur ſine cauſa
voluntas legitima defuncti, contra.l.1.C.de ſacroſanc.eccle.fa-
cit ad prædicta d.c.non debet de conſangui. & affin.& hæc be-
10 ne no. quia non legi alibi ita diſcuſſe.† Venio nunc ad tertium:
c nunquid valet conſuetudo [c] reſtringens facultatem probandi
ad certam ſpeciē probationis:de hac quæſtione vide Specu.in
tit.de proba.§.fi.ver.ſed pone in inſtrumento, vbi tractat qd in
pacto, nunquid valeat, & tacitè in ſtatuto ponit varias opin.&
tādem videtur reſidere cum Vberto de Bon. vt pactum, lex,&
conſuetudo valeant ex cauſa, ita tamen, quod vbi requiritur ꝓ
batio inſtrumēti, non ex toto excludatur probatio teſtium, ſed
ſit arbitrarium ex qualitate teſtium productorum, vtrū admit-
tatur, quod placet hic Do. Ant. maximè de ęquitate canonica,
ne contingat contra iuſtitiam alterum cum aliena iactura di-
tari.mihi ſatis placet cauſa ſubſiſtente vt prædixi, cum videam,
quod in multis caſib.iura requirant ſcripturam, de quibus per
gl.in c.1.de cenſi.lib.6. In illis tamē caſibus non requiritur ſcri-
ptura ab ſubſtantiam probationis, ſed ad eſſentiam, & validi-
tatem actus:vnde ſcias, quod vbi ad validitatem actus requiri-
tur ſcriptura, ſi illa interuenit in actu, & poſtea fuit perdita, po-
teſt probari tenor per duos teſtes, vt eſt tex. no.in l.teſtium.C.
de teſtib.& ibi per Cy.& in cap.ſicut.infra de re iud.iuncto.c.fi.
de re iud.lib.6.ſed magis ad propoſitum noſtrum facit præalle.
l.teſtium. vbi in certo caſu exigit probationem per inſtrumen-
tum, ſed loco, inſtrumenti deficientis requiritur probatio per
quinq; teſtes idoneos,& eſt tex. valde ſingularis:iudicio meo, ꝑ
quem dico in quæſtio.noſtra ꝙ tale ſtatutum, vel conſuetudo,
d ſeu [d] pactum valet:ſed in defectum inſtrumenti debent produ
ci quinque teſtes, vt in d. c. ſicut, & limito illud dictum Specu.
nam duo indiſtinctè non videntur ſufficere propter rationem
ſtatuti,& hæc bene no. Et ſecundum prædicta limito glo.in Au
then.vt ſine prohibitione ma. & in ver. ſenatuſconſul. quæ vi-
detur velle ſimpliciter, tale pactum non valere.

ADDITIONES.

a Quando lex. Quod conſuetudo non valeat contra legem derogantem con-
ſuetudini, tenet Bar.in l.de quib.in 9.& 10.opp. vbi D.Iaſ.ff. de lega.1.cum
multis allegatis per Alex.in l.ſi mihi & tibi.§.fi.ff.de leg.1.& in l.ſi non ſpe-
ciali C.de teſtam.Alex.in conſi.195.incip.viſo teſtamento, in 3.vol.& in di
ſputatione ſua, incip.Sigiſmundus.Sed limita quinque modis, vt eleganter
tradit præceptor meus Dom.Rochus Curtius in cap. fi.ſupra de conſuetud.
Seb.Sap.

b An valeat.Vide Old.in conſi.248.incip.præſuppoſita conſuetudine.in 2.q.&
Io.de Imo.in l.3.ff.de teſt.Alex.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſt.Ange.in conſil.
333.incip.in cauſa prædicta.& in conſi.allegato paulò ſupra vbi, etiam alle
gauit Bal.conſulentem. Seb Sap.

c Conſuetudo.Vide de hac q.Alex.in conſ.36.incip.viſo proceſſu. in princi.in
3.vol.& in conſ.incip.in cauſa,& lite.eo.vol.And.Sicu.in conſ. 19.in 1.vol.
Seba.Sap.

d Conſuetudo ſeu. Adde quod ibi ex ſtatuto non admittitur probatio contra
inſtrumentum, tamen admittitur probatio per quinque teſtes.Hoc fuit no.
dictum Cy in l.optimum.C.de contrah.& commit.ſtipu.quem refert,& ſe-
quitur Abb.in c.cum Io.de fide inſtrum.pro quo ipſe allegat tex.in l.teſtiū.
C.de teſt.Sed circa quæſtionem hic tactam per D.An. vide gl. in ver.authē-
tico, in c.cum medicinalis.de ſen.excom.lib.6. & vide Bald. in l.quoties.§.
fi.ff.de proba.& quod quando contra inſtrumentū non poteſt admitti pro-
batio niſi per aliud inſtrumentum, tamen contra præſumptionem, quæ re-
ſultat ex inſtrumento, admittetur probatio per teſtes.Ita dicit gl. in l.iuriſ-
gentium.§.quod ferè.in uer.approbet.ff.de pact.& Bar. in l.1.ff. de apo.pu.
lib.xj.& in l.ſciendum.de ver.obl.& Bar.in l.generaliter.C.de non nu.pec.
Sed contra iſtud dictum facit, quia idem deberemus iudicare de eo, quod
præ-

Digitized by Google

præſumptiuè ſurgit ex inſtrumento, quod iudicamus de eo, quod expreſſe continetur in inſtrumento: nam dicit no. Barto. in l. ad probationem. la 1. C. de proba. quòd ſi ſtatutum dicit, quod inſtrumentum guarantigiatum habeat executionem paratam, non ſolum quod expreſſe continetur in inſtrumento, habebit executionem paratam, ſed etiam illud, quod tacitè ex præſumptione ſumpta ex inſtrumento. Et ita dicit ſe conſuluiſſe; & dicit quod fuit primum conſilium, quod tradidit vnquam ad requiſitionem iudicis de hoc dubitantis. Et idem dicit D. Ant. in c. cum olim in not. vlti. de cenſi. Sed contrariú dicit D. Ant. in proœ. Greg. in 1. col. pro iſta è parte facit, q́d acceſſorium naturam principalis ſequitur, vt reg. acceſſorium lib. 6. cum ſim. Item no. multos caſus, in quibus reprobari poteſt teſtamentum per teſtes, quando de iure communi, vel ſtatuto, vel alio modo inſtrumentum nó admittitur pro bono, niſi per aliud inſtrumentum. Vide elegantiſſime per D. Ant. in d. c. cum Io. ver. ad primum. de fide inſtr. vbi ponit ſingularia verba, quæ omnia vide. Et adde hic, quod ſi dicit ſtatutum, quod a certa quantitate vltra non poſſit probari debitum per teſtes, tamen ſi producitur inſtrumentum, & teſtes ſimul ſe inuicem coadiuuát, bene admittuntur teſtes. Ita dicunt Iac. But. & Bal. in l. certi condictio. § quoniam ff. ſi cer pe. & ſequitur Pau. de Caſt. in d. §. quoniam. circa prin. vbi vide Bar. & ponunt exemplum, ſi quis vellet probare promiſſionem per publicum inſtrumentum de conſeruando indemnem, & per teſtes vellet probare quantitatem damni, quod licet quantitas damni excederet quantitatem taxatam a ſtatuto, nihilominus admittitur propter coniunctionem inſtrumenti. Et pro iſto dicto bene facit ſing. dictum D. Ant. in d. c. ſeries. de teſti. Et an poſſit quis renunciare facultati probandi per teſtes, ita q̃ non poſſit probare niſi per inſtrumétum, dic quod non, ſed D. Ant. in c. ſi diligenti. in ver. per hoc dicunt de fo. comp. qui ad hoc allegat gl. in Auth. vt ma. debit. § quia vero Et idè concludunt Bal. & Ang. in l. pactum inter hæredem ff. de pact. Et adde hic q́d no. D. Ant post Inno. & Hoſt. in c. ſignificauit. inf. de teſti. vbi dicunt, q̃ quãdo examinantur teſtes ad perpetuam rei memoriam, ſufficit, quod adhibeatur teſtes, per quos poſtea probabitur examinatio. Et ſequitur ibi D. Abb. & tamen tex. illius c. ſignificauit. vult quod de dictis teſtium examinatorum ad perpetuam rei memoriam cóficiatur publicum inſtrumentum. Et adde hic duos caſus, in quibus contra inſtrumentum non admittitur probatio per teſtes, quos enumerat Io. An. in ſua ſummula de teſti. in ver. quid ſi teſtes ſint diuerſi. in ſi.

Adde hic Ang. in l. 1. §. puperitatem. ff. de poſtu. vbi dicit, quod ſi ex forma ſtatuti contra inſtrumentum non poteſt admitti probatio, niſi per aliud inſtrumentum, allegans ſe habere probationes paratas per teſtes, non poteſt petere ſe remitti ad curiá epiſcopi ratione denegationis iuſtitiæ, & per iudicem laicum, quia non denegat iuſtitiam, ex quo ſtatutum ita diſponit.

Adde hic ſingulare dictum Bald. in l. 3. ff. de vſur. in apoſt. & etiam vide Bar. in d. §. quoniam, vbi dicit, quod ſi ex ſtatuto ſolutio non poteſt probari niſi per ſcripturam, ſufficiat probare ſolutionem legitima probatione iuris, & ſine alia ſcriptura, quia præſumptio iuris eſt genus probationis, & eſt iuris ſcripti. Item adde hic, quod illud quod non poteſt probari niſi per ſcripturam, poteſt tamen certificari per teſtes. Ita dicit D. Ant. in c. auditis, de r. ſti. in integ. ver. no. vi. dicens de hoc eſſe ibi caſum, qui alibi non reperitur. Itẽ adde hic quod no. D. Ant. in c. ſicut. poſt gl. de ce iud. Item Adde, quod ſi ex forma ſtatuti contra inſtrumentum confeſſionatum non debet admitti probatio per teſtes, tamen ſi producuntur teſtes parte præſente, & tacente, valet probatio, ſecus ſi pars contra ſtaret. ita determinat Bald. in l. certi condictio. §. quoniam. in fin. ff. ſi cer. pet. Item adde, quod quando contra inſtrumentum non admittitur probatio, niſi per ſcripturá illud intelligitur quãdo quis vult probare contra tenorem inſtrumenti: ſed ſi vellet probare cótra ſolemnitatem inſtrumenti admitteretur probatio per teſtes, ſecũdum Bar. in l. iuriſgentium. §. quod fere in ſi. poſt gl. ff. de pa. Item quid ſi ſtatutum dicit, quod debitum a centum libris ſupra non poſſit probari niſi per inſtrumentum, & debitum principale erat de nonaginta, & vſura, & intereſſe eſt de quinquaginta, verbi gratia, an debeat fieri cumulatio tanquam vnius debiti excedentis ſummam centum, & per conſequens non poſſit p̃bari niſi per inſtrumentum. Videtur dicendum quod ſic per tex. optimum. in l. ſi plures in ſi. ff. de pact. Sed in contrarium facit tex. in l. eos. in princ. C. de vſu. Et hoc expreſſe. & in terminis tenuit Bar. in d. §. quoniam poſt Iaco. But. ibi. Non obſtat tex. in l. ſi plures. in ſi. quia dico, quod loquitur in materia fauorabili, in qua bene fit coaceruatio ſortis vſurarum, ſeu intereſſe. Et facit. l. ſi. C. qui bo. ceſ. poſ. Nos autem loquimur in ſtatuto odioſo, in quo probationis facultas anguſtatur, contra l. quoniam C. de hæret. mens. nò non debet fieri coaceruatio ad impediendum probationes per teſtes. Pro hoc l. ſi idem, cum eod. in prin. & quod ibi no. Bar. ff. de iuriſd. om. iud. tex. in l. ſanctimus. §. pen. C. de noua. & quod dixi de vſuris, vel intereſſe, idem dico ſi eſſet debitum, quod creuiſſet per inficiationem, & ad hoc allego id, quod no. Bar. in d. l. ſi idem cum eo. in prin. & tex. in l. item veniunt. §. cũ prædiximus. de pet. hæred. Item adde omnino, quod ſcribit Bar. no. in l. Iulianus & in l. verum debitorem ff. de condi. indeb. vbi ponit no. dictum in man. Et adde quod quando eſt præſumptio cótra excipientem, quia exceptio non eſt veriſimilis, tunc excipiens grauatur grauiori onere probandi, quàm ſit plena probatio exceptionis. Ad hoc eſt caſus no. in c. quia veriſimile. de præſum. & idem clarius dicit D. Ant. in c. ſuper hoc, de renunc. quod nota ad materiam huius decre. Super quo etiam vide D. Ant. poſt Hoſt. & Doct. in d. c. quia veriſimile, de præſum.

S V M M A R I V M.

1 *Exceſſus modicus in probationibus actoris non facit, quin reus non debeat abſolui.*
2 *Canonicus habet ſimplicem vſumfructum præbendarum.*
3 *Præbendarius concurrens cum procuratore eccleſiæ eſt præferendus.*
4 *Canonicus, cui aſſignatur fundus, vt inde viuat, ex conſuetudine, vel ſtatuto eſt legitimus adminiſtrator, alias non.*
5 *Canonicus cui aſſignatur fundus, vt inde viuat, contra alium canonicum poteſt agere.*
6 *Præbendarius habet legitimam adminiſtrationem, ſicut alius rector eccleſiæ.*
7 *Præbendarius non poteſt obligare præbendam vltra tempus vitæ ſuæ.*
8 *Relictum canonico non acquiritur eccleſiæ.*
9 *Actor, & reus iurant de calumnia in iudicio finium regundorum.*
10 *Actor, & reus tenentur probare de iure ſuo, & in iudicio finium regundorum.*
11 *Iudex, & notarius poteſt quis eſſe in cauſis modicis.*
12 *Vnus fungitur vice duorum vel plurium, niſi impediatur impotentia facti, vel iuris, vel propter ſuſpicionem affectionis.*
13 *Exterminatores, quibus pœnis ſubijciantur.*
14 *Pœna, quando applicetur fiſco, & quando parti.*

C A P. III.

EX literis. In communi iudicio probant actor & reus: & ſi pariter probant, reus abſoluitur, niſi fauorabilem cauſam foueat actor. hoc dicit.

Communis diuiſio: ſecunda ibi, ad quod. a Caſus litera
a ralis. Epiſcopus Bononienſis, & Archidiaconus, cius confines habebant præbendas in villis, ſiue terris, quas ipſi habebant, p̃textu terminorum ſeu confinium, inter eos orta eſt controuerſia, dicebat epiſcopus archidiaconũ fines antiquos egreſſum, & occupaſſe partem fundi ſui: archidiaconus in contrarium aſſerebat ſe partem eandem ſpatio quadraginta annorum inconcuſsè poſſediſſe. Quæritur, cui incumbit probatio, vtrum poſſeſſori, aut petitori? Reſpondet Papa, quod iudicium finium regundorum tale eſt, vt in eo vtraque perſona vices habeat duorum, actoris videlicet, & rei. Vnde hincinde teſtes produci poſſunt ad fidem faciendam iudici: & illos admittat, qui melius p̃bauerint, teſtes poſſeſſoris præualebunt, quia promptiora ſunt iura ad abſoluendum, quam ad condemnandum, preterquàm in cauſa liberali, in qua ſi teſtes æquales fuerint, pro libertate ſẽtentiabitur. In ſi. reſpondet tacitè quæſtioni, quare debet probare poſſeſſor? & ipſemet reſpondet, iure cautum eſt probationẽ aliquando dari poſſeſſori, quia qui obijcit præſcriptionem, & eã probauerit, obtinebit, ſed nemo eam obijcit, niſi qui poſſidet.
1 Bern. † Not e. quod præbenda conſiſtit in temporalitate: ſolent enim aſſignari aliqua temporalia loco præbendæ: quandoque tamen conſtituuntur ex quodam iure ſpirituali, cui eſt annexa p̃benda: de quo vide omnino per Innoc. in c. maioribus. eod. tit. & dic vt vtrobique no. No. ſecundo, canonicos eccleſiæ eiuſdẽ poſſe inuicem litigare ſuper iuribus ſuarum præbendarum abſque alio mandato eccleſiæ: nunquid eo modo poſſunt agere
b extraneos? dicã infra ſuper gl Not. tertiò, q́d canonicus b quilibet dicitur poſſidere ſuam præbendam, & largè poteſt dicere præbendam eſſe ſuam ratione iuris, quod habet in ea, ſicut beneficiatus poteſt dicere de beneficio ſibi collato, & probatur hoc vltimum in c. ſi tibi abſenti, de præben. lib. 6. No. ar. q̃ fines præbendarum præſcribuntur ſpatio quadraginta annorum, ſicut alia bona eccleſiaſtica. No. q̃ iudicium finium regundorũ, ſcilicet, quod datur inter contendentes de finibus, competit ẽt altero poſſidente tantum, qui dicitur occupaſſe, & corrupiſſe terminos: quandoque datur inter duos prætendentes ſe pariter poſſidere vſque ad certum terminum, de quo etiam infra. No. q̃ quandoque quis ſuſtinet vices duorum. ſimile in c. cũ olim. de re iudic. & multas concordantias, quas no. videbis cum glo. vbi dicetur. No. ibi, ad fidem ſibi faciendam, & ibi, ad cognitionem iudicis &c. quod fides, & probatio eſt iudici facienda, non ergo valet ſi ſit notario, vel alteri, ad hoc de teſti. c. in noſtra. & ff. hoc tit. l. quinquaginta. in ſi. Not. ibi, quos præcellere intellexerit &c. arbitrarium eſſe productis teſtibus ex vtraque parte, quorũ depoſitiones præualeant: non enim ſimpliciter p̃ſideratur numerus, ſed multa alia, de quibus in c. in noſtra infra de teſti. in l. 3. ff. eod. No. magnum eſſe commodum poſſeſſionis, ẽt cum contenditur de proprietate rei, quia data paritate probationum actoris, & rei, abſoluitur poſſeſſor: & hoc, quia præſumptio eſt pro eo, qui poſſidet, concor. reg. cum iura partium ſunt obſcura. de reg. iu. lib. 6. & in c. inter dilectos. de fide inſtrumen. Et no. q̃ reus non dẽt abſolui, ſi in aliquo datur exceſſus in probatione actoris, hoc tamen non credo procedere indiſtinctè, p̃ hoc alleg. glo. ſing. in c. clerici. 51. diſt. quæ dicit, q̃ ſi duo teſtes clerici dicunt me commiſiſſe fornicationem, vel aliud delictũ certa die, & duo alij teſtes laici dicunt oppoſitum, q̃ tota die illa fui cum eis, ita q̃ non potuiſſem committere, quin ipſi vidiſſent,

A D D I T I O N E S.

a Ad quod. Iſte tex. quotidie allegatur, quod in dubio iudicandum eſt pro reo quod eſt verum, & ſi teſtes actoris aliquãm ſunt digniores teſtib. rei, puta teſtes actoris ſunt clerici, teſtes rei ſunt laici.
Adde quod eſt gl. ſing. in c. clerici. 51. diſ. & dixit Bal. in l. cum magiſtratus, in ſi. C. quando prouo. non eſt nec. quando probationes ſunt pares, iudex adhærere pôt cui parti vult dũmó cauſam adhæſionis ſcribi faciat in actis, q́d intelligo verum, quando iudicare vellet pro actore, alias ſecus, quia tunc non recedimr a regulis iuris cõis. Vide q́d ſcripſi poſt D. An. in c. in noſtra. in ſi. de teſt. Statutum ciuitatis diſponens, q̃ ſolutio debiti nó poſſit probari per teſtes, non arctat clericum cõtrahentem cum laico. Ita ſirmat Io. Cal. in diſputatione ſua, quæ incipit, ſtatuto ciuitatis. quẽ refert, & ſequitur Imo. in repe. c. cum contingat. de iureiu.
b Quod canonicus. Vide Io. Ab. in c. pro illorum, in prin. inf. de præb. vbi dicit q̃ libellus valet, in quo canonicus dicit præbendam eſſe ſuam, vel eam poſſidere. & idem no. in c. quia. in 8. no. ſup. de iud. Seb. Sap.

Digitized by Google

ſent, ꝙ ego, qui ſum reus, debeo abſolui: & tamẽ clerici, q ſtant
ꝑaccuſatore ſunt idoneiores, & ſic videtur, quod modicus ex-
ceſſus in teſtibus actoris, non tollit reo hoc priuilegium, quod
bene not. Et no. illud ꝙ promptiora ſunt iura ad abſoluendum,
quam ad condemnandũ, ꝙ ſic debent facere iudices, vide tex.
opti. ſemper menti tenendum. 16. q. vlt. c. allegant. qui dicit in
ter cætera, melius eſſe propter miſericordiam rationem redde
re, quam propter crudelitatem: vbi enim paterfam. largus eſt,
diſpenſator non debet eſſe tenax: ſi Deus benignus, vt quid ſa-
cerdos eius auſterus vult apparere, & eſt tex. ſancti Ioan. Chry-
ſo 1o. & ita ſemper ſolemus conſulere nouitijs, qui vadunt per
officia. Not. vlt. quod poſſeſſori non incumbit regulariter onus
probandi, non enim tenetur poſſeſſionem reddere, niſi probã-
ti de iure ſuo. C. de rei vend. l. fi. & aliquid infra dicam. Oppo. &
videtur, ꝙ canonici non poſſunt inuicem litigare de præbẽdis
quia non ſunt clericorum, ſed eccleſiæ. Gl. nihil ad hoc allegat,
ſed ego allego ad hoc text. not. ponentem originem præbenda-
rum. 12. q. 1. c. res. cum c. ſequẽ vbi dicitur, ꝙ licet bona eccleſia
rum fuerint diuiſa per præbendas, non tamen canonici ea poſ-
ſunt poſſidere, vt propria, ſed vt procurationem quandam, qua
tenus ex eis neceſſaria ſibi adminiſtrent, ſi quæ vero ſuperſunt,
in communes vſus eccleſiæ expendent. & facit ſing. tex. ille cõ
tra gl. in c. præſenti. de offic. ord. lib. 6. quæ dicit, ꝙ iſti canonici
adminiſtrationem nõ habentes, faciũt fructus ſuos, quod tamẽ
largiſſimè proſequor in repetitione. c. cum eſſes. de teſtamẽ. &
facit iſta gloſſ. cap præſenti. pro his quæ dixi. ꝙ canonicus non
poſſit agere ſine mandato eccleſiæ, cum non habeat admini-
ſtrationẽ bonorum præbendæ, ſed ipſa eccleſia videatur habe-
re. ad idem. c. requiſiſti in fi. & c. relatum. 2. de teſtam. in fi. & pa
tet, quod canonicus non videtur habere ſucceſſorem in præ-
benda, ſed omnia deuoluuntur ad eccleſiam, cuius ſunt bona,
pro hoc vide bon. gl. in c. quod ſicut, de elect. in ver. conſentire,
& quod ibi no. Habes nunc contrarium, quod ſentit gl. iſta pri-
ma, multum fortificatum: ad quod gl. iſta reſpondet, quod licet
non habeant proprietatem, tamen habẽt vſumfructum in illis,
2 ratione cuius agere poſſunt. l. 4. §. finium. ff. fi. reg. † No iſtam gl.
quæ ſentit, canonicos habere non nudum vſum tantum, ſed v-
ſumfructum: de quo remitto ad pleniſſimè per me tractata. in
d. c. cum eſſes. & aliquid no. in c. fi. de pec. ele. ſed quoad princi
palem quæſtionem dicit Ioan. And. gl. veram, quando canoni-
ci inter ſe agunt, ita quod nil deperire[a] poteſt eccleſiæ q. d. non
a intereſſe, vt poſſideat ille canonicus, vel iſte, quia quiſq; habet
nomine eccleſiæ, cui poſſet aliquid deperire. l. ſi ſuccumberet
canonicus. Innoc. vero in prin. gl. ſuç intelligit canonicos poſſe
agere, & conueniri pro præbendis ſuis, quando ex conſuetudi-
ne, vel conſtitutione, vel ab epiſcopo, vel ab alio iudice ordina
rio, poteſtatem receperunt adminiſtrandi, & hanc reputant le-
gis adminiſtrationem. C. de iuram. calum. l. 1. §. 2. nam qui ha-
bet generalem adminiſtrationem a domino, rem in iudicium
deducere poteſt. ff. de pact. l. nam & nocere. ſecundum Innocẽ.
Aduerte, quia aliud videtur poſtea ſentire Innoc. in alia glo. ſua
vbi ſentit hanc opin. videlicet, quod ille canonicus non poteſt
aliquo modo agere; quia non interdicto, vti poſſidetis, q a alius
occupauerat, vt dicitur hic in tex. & ſic perdiderat poſſeſſionẽ:
nec interdicto, vnde vi, quia nõ fuerat ſpoliatus, ſed forte a prin
cipio ſine violentia partem præbendæ iſtius occupauerat, nec
rei vendicatione, cum proprietas nõ eſſet ſua, ſed eccleſiæ, nec
nomine eccleſiæ agere poterat, cum ipſa poſſideret æqualiter
omnes, præbendas. Hæc etiam videtur ratio ſufficiens ſecun-
dum eum, quare nec ſuperioribus interdictis iſte egit, præſup-
poſito quod competerent, vt no. infra de præben. c. relatum. 2.
in prin. vbi patet ꝙ ipſa eccleſia dicitur habere bona præbenda
rum, vt ſupra dixi. Innocen. ſol. hoc modo. & aduerte ad modũ
ſoluendi: quia videtur recedere a primo dicto ſupra per eũ po-
ſito: dicit enim ſub dubio fortè poſſe dici canonicum poſſe age
re nomine præbendæ ſuæ, ſicut ſolus Abbas agit nomine ſuæ
dignitatis, cum habeat bona diſcreta à cõuentu ſuo, de quo in
b c. edoceti. de reſcrip. & expedit agere[b] nomine, præbendæ ſuæ
ſecundum eum, quando agit contra canonicos, vel laicos, q no
mine eccleſiæ ſe poſſidere dicunt, vel ius habere, contra alios,
autem extraneos, qui non nituntur iure eccleſiæ, melius vide-
tur agendum nomine eccleſiæ, dicit tamen, quod nomine ec-
cleſiæ vult agere, oportet quod habeat procuratorium canoni
corum, vel Præpoſiti, quorum nomine agit, & ſi diceres quo-
modo agit nomine præbendæ, cum præbenda nihil habeat, vel
3 poſſideat? Reſpondet Innoc. † quod imo præbenda poteſt ha-
bere iura ſua, & poſſeſſiones, ſicut epiſcopatus, abbatia, hoſpi-
tale, vel quæcunque alia domus, vel dignitas, vel adminiſtratio
adeo ſecundum eum quod ſi concurret procurator, eccleſiæ
& ipſe præbendarius, videtur, quod ipſe præbendarius præferẽ
dus eſt in agendo, iuxta no. de teſti. ſpol. c. olim cauſa hæc ſunt
verba Innocen. per quæ videtur innuere plura. Primo, quod ꝑ-
bendarius poteſt agere abſque alia conſuetudine, vel conſtitu-
tione, pro iuribus præbendæ ſuæ, nomine ipſius præbendæ, ſi-
cut quilibet adminiſtrator etiam contra extraneum, licet tunc
ſit melius, vt agat nomine eccleſiç, non tamẽ dicit hoc eſſe ne-
ceſſarium, quod eſt contra id, quod dixi ſupra, ſecundum eum,
& contra illam opin. Ioan. And. ſuper iſta gloſ. Secundo ſentit,
quod procurator generalis eccleſiæ, poteſt agere pro iuribus
prçbendarum. Tertio quod prçbendarius, habeat legitimam
adminiſtrationem ſuper iuribus præbendæ, ſicut alius in digni
tate cõſtitutus, quod no. nam videtur contra communiter no.
in c. fi. ne præla. vi ſuas. Doct. noſtri ſequentes tranſeunt multũ
ſicco pede, recitando hçc dicta Doc. aliter non ponderãdo, nec
ad concordiam reducendo, quinimo ſparſim hæc dicta recitã
4 do. † Ego, meliori iudicio ſemper ſaluo, puto hoc nouum atten
tari poſſe, vt dicamus, ꝙ aut fundus aliquis ſeu aliqua tempo-
ralitas aſſignatur canonico, loco præbendç, vt inde viuat, ita ꝙ
non conſtituitur, vt ſit beneficium perpetuum, nec aliter vni-
tur canoniç, vt ſit efficiatur vnum ius ſpirituale cum illa, iuxta
ea, quç habentur in ca. dilecto. de prçben. ſed aſſignatur tantũ,
vt inde viuat, ſicut fit quandoque in eccleſijs collegiatis, in qui
bus licet omnia bona ſint communia, tamen cauſa murmura-
tionis euitandç, aſſignatur cuilibet certũ quid, vnde viuat, iux-
ta no. per Inno. in c. inſinuante. qui cleri. vel vouen. & per Ioan.
And. in reg. non eſt obligatorium de reg. iur. lib. 6. in mercu &
tunc procedat primum dictum Inn. & illud Io. And. quæ ſimul
iungendo dico hoc caſu ſic, quod ſi ex conſuetudine, vel ſtatu-
to, vel aliter habuerit iſte canonicus ſuper tali fundo legitimã
adminiſtrationem, poterit agere, & cõueniri, ſicut quilibet ha-
bens adminiſtrationem a iure, vt voluit Inn. quod bene not. in
5 c. fi. ne præ a. vi ſuas. † Aut non fuit conſecutus legitimam po-
teſtatem adminiſtrandi, & nunc procedit dictum Io. And. vt ad
inuicẽ poſſint agere, quia nil deperit eccleſiæ, ſed aduerſus ex-
traneum: non videtur enim habuiſſe hoc caſu illum fundum
precario, & remanſiſſe in poſſeſſione eccleſiæ, ſicut cætera bo-
na, pro hoc tex. in c. clerici. 16. q. 3. & in c. poſſeſſiones. ea. cauſa.
qõ. 1. & hoc caſu rectè dicitur canonicum non habere admini-
ſtrationem prçbendç ſuç, & quod aliud eſt in locatione, quam
talis canonicus facit reſpũ ſucceſſoris, quam in alio adminiſtra
tore eccleſiaſtico, puta Abbate, rectore eccleſiæ, & ſi. vt not. in
d. c. fi. ne præla. vi. ſuas. Aut ex bonis eccleſiæ ſunt conſtitutæ ꝑ-
bendæ perpetuæ, ita quod ſunt ſolidæ prçbendç datæ in benefi
cium firmum, maximè ſi vniuntur canonicatib. ſicut in pleriſ-
que eccleſijs fit, & tunc procedit aliud dictum Inn. vt dicamus
quamlibet præbendam habere iura ſua, ſicut alia dignitas, ſeu
6 adminiſtratio, & quod præbendarius † habeat legitimã admi-
niſtrationem, & facultatem agendi, & defendendi, ſicut alius
rector eccleſiaſticus non enim apparet ratio, quare iſte non de
beat hr̃e adminiſtrationem præbendç, ex quo hẽt beneficium
perpetuum, & legitimè, & perpetuo conſtitutum, ſicut quili-
bet alius habens beneficiũ, vt ſing. ſentit hic Inno. in 2. gl & op-
timè ad hoc facit iſte tex & hæc ſing. no. ſunt maximè ad mate
riam illius. c. fi. ne præla. vi. ſuas. licet Doct. ibi ſimpliciter penè
omnes dicant, canonicum non habere adminiſtrationem bo-
norum prçbendæ, ſed ego limito per ſupradicta, nec alias hoc
cogitaui, ſed nouiſſime in mentem accidit. & per hoc reduco
ad concor. dicta Innoc. & ſaluo dictum Io. And. & limito dicta
Doct. in d. c. fi. & pro hoc vltimo facit c. res. 12. q. 1. iuncto. cap.
vlt. cum gl. in ver. procuratori. vel ſaluando dictum Inno. & Io.
And. hic, & in d. c. fi. ne prælat. vi. ſuas. poteſt ſic dici, ꝙ canoni-
cus habens diſtinctam præbendam poteſt agere & conueniri
pro iurib. prçbendæ, & quantum ad hoc dicitur habere legiti-
7 mam adminiſtrationem, vt hic in tex. & per Inno † Sed non di
citur habere adminiſtrationem ſimpliciter, vt poſſit obligare
locando, vel contrahendo ipſam præbendam, ſeu bona ipſius
vltra tempus vitæ ſuç, ſicut poteſt alius prçlatus, ſeu rector, qui
habet legitimam adminiſtrationem, vt voluit Inno. in d. c. fin.
& Ioan. And. poſt eum, & communiter alij Docto. ibi, & poteſt
eſſe ratio diuerſitatis, quia prçbenda datur canonico tanquam
vſufructuario, ſeu vſuario, datur enim principaliter, vt inde vi
uat, non vt procuratori, ſeu adminiſtratori, vt probatur 12. qõ.
1. c. res. cum c. ſequen. ideo tanquam vſufructuarius, vel vſua-
rius non poteſt rem vltra ipſius vitam iure ſuo locare, vt in l. ſi
quis domum. ff. eo. finitur enim tale ius morte. Inſt. de vſufruc.
§. finitur. ita accidit in canonico, nã proprie nõ dicit̃ habere ſuc-
c ceſſorem, niſi in præbenda, ſeu canonia,[c] licet in alijs iuribus
ſuccadit capitulum, ad quod pertinet proprietas præbendæ, &

ius

ADDITIONES.

a Deperire. Idem tenet Car. in conſi. 231. incip. videndum eſt. & Lapus alle. l. in cip. dicebatur in effectu.

b Agere. De hoc vide per Spec. in tit. de actore. §. 1. ver. canonicus autem regularis. & vide quod no. D. Ant. in c. edoceri. de reſcr. Et vide D. Ant. in c. cum olim. de reſcri. & Lap. alleg. 2. vbi late.

c Canonia. Canonicus proprie non di hr̃e ſucceſſorem, ponit Fel. in c. quoniã abbas. ff. de offi. dele. Bar. in l. bonorum. ff. rem ra. ha. Ang. in conſi. 241. inci. quia omne bonum. Pet. de Anch. in reg. priuilegium. ver. ſed iuxta prædicta quæro. de reg. iur. Seb. Sap.

Digitized by Google

& eius canoniæ, ſic intelligas c.relatum, 2. de teſta. & glo.no.in c.quod ſicut.de elect.in ver.conſentire. in fi.quæ vult ſucceſſorem prælati poſſe agere de contemptu prædeceſſoris,quia ſucceſſit in honore.& onere,non ſic in ſucceſſore canonici, & latius vide ibi per Innoc. & ſecundum prædicta intellige gl. in c. præſenti.de off.ord.lib.6.quæ vult canonicum dici ſimpliciter, & perſonaliter beneficiatū:dicitur enim ſimpliciter, quia non habet curam animarum,dicitur perſonaliter,quia propriè non habet ſucceſſorem, ſed capitulum ad quod pertinet ꝓprietas, ſuccedit,ſed non canonicus,niſi reſpectu præbendæ,vt prædixi & quod illa gl.intelligatur de canonico,patet ex iurib. quæ allegat,& quia ſic videntur eā intelligere tam Hoſt.quam Io.And. qui fuerunt authores illius dicti in c.relatum.in ver.morientis. & c. requiſiſti.eo.tit.& ſentit Io.And.in c.2.de dec.& in reg.nemo poteſt.lib.6.in merc.& idem videtur velle gl.ord.in c.Pon-
8 tifices. 12.q.3. Quæ dicit, ꝙ † ſi aliquid relinquitur canonico a propinquo,vel extraneo,non acquiritur eccleſiæ per d.c.requiſiſti.in fi.vbi dicitur,quod relictum factum clerico non habenti adminiſtrationem,non acquiritur eccleſiæ, & ſic vult, ꝙ canonicus non haberet adminiſtrationem, ſcilicet, vt prælatus.
9 † Nūc quæro,qualiter a hic vtraque perſona ſuſtinet vices duo
a rum? Reſpondet gl. 2. quia hoc iudicium finium regundorum. eſt duplex,cum quilibet ſit actor, & reus,& hinc eſt, ꝙ quilibet debet præſtare duplex iuramentum calumniæ,&c.vt in gl.fate
b tur tamen, ꝙ ille ſit principalis,qui primo ad iudicium b prouocauit. Aduerte ad declarationem tex. & gl. ꝙ in hoc iudicio finium regundorum, ideo, quilibet dicitur actor & reus,quia q-libet agit,& conuenitur, vt termini antiquitus poſiti, vel de nouo ab eo,qui habuit poteſtatem terminandi,obſeruentur. ff. fi.reg.l.2.in fi.& l.eos.ideo quilibet iurat de calumnia, vt actor, & vt reus.ſ.ꝙ non calumnioſè agit, nec calumnioſè excipit,& ſic præſtabit iuramentum vnum ſub duplici forma, vt in gl.Itē ſcias,ꝙ hoc iudicium quandoque datur inter duos,quorū vterque contendit poſſidere,& proprietatem terminorum habere & hoc caſu practica procedendi colligitur ex l.3. iuncta glo. C. fi.regun.Nam primo iudex cognoſcet de poſſeſſione,ſecundo de proprietate,tertio mittet agrimenſorem ad menſurandum vbi quilibet prætendit certa iugera,ſeu menſuras terræ,quartò per ſuam ſententiā ſtatuet terminos, habet enim iudex in hoc iudicio poteſtatem ſtatuendi terminos de nouo, ſi euidentioribus ſignis ſtatui poſſunt, vt euitentur ſcandala,etiam tollendo de fundo alterius, & faciēdo ſibi pecuniam refundi ab alia parte,vt eſt tex.no.inſtit.de offic.iu.in fi.& dic vt ibi,& in caſu prædicto, qñ quilibet prætendit ſe poſſidere vſq; ad certos termi-
10 nos, rectè procedit hoc iudicium finium regundorum.† Quia quilibet debet probare de poſſeſſione, & iure ſuo,& in hoc differt hoc iudicium commune,ab alijs, quia in alijs ſingularibus & ſimplicibus iudicijs non tenetᷣ reus aliquid probare, niſi velit.Et an,& quando debeat admitti ſi velit voluntariè aſſumere onus probandi,dixi plene in cap.1.de ordin.cognit. Si vero alter tantum poſſidet, & reliquus dicit,quod per vſurpationem, tunc ſi prouocatus ad iudicium etiam inſtat, vt termini antiquitus poſiti obſeruentur,adhuc vterque probabit de proprietate,quia in proprietate vterque, eſt actor & reus, & ſic intelligo iſtum text.vel dic, quod iſte archi qui poſſidebat, allegabat præſcriptionem, ideo in ea probanda erat actor, infra de præſcrip. cap. illud. quandoque prouocatus nihil petit,ſed ſolummodo negat narrata per actorem,& tunc non credo, quod neceſſario teneatur aliquid probare,ſed actore non probāte, reus debet abſolui,vt in cap.fin. de iureiuran. & hic.& ſic erit idem, quod in ſimplicibus iudicijs,reſpectu oneris probandi: poterit enim, ſi vult,quia mos ei gerendus eſt,l.circa ff.de prob.Gl.iſta
c in ſecunda parte c colligit argumen. ex text. quod vna perſona vicem duarum ſuſtinet, allegat multas concord.adducit poſtmodum in contrarium multa iura & finaliter duas ſolutiones ponit,& no.bene. Vltimam.D.Ant.dicit, ꝙ ſi officia ſunt compatibilia,quis ſortiri poteſt vicem duorum, ſi ſunt incompatibilia,ſecus, niſi aliud operetur hominis vel iuris diſpenſatio,vt colligi poteſt hic ex iurib.præal.in gl.ſed certè hæc ſol.non ſatiſfacit,quia hoc eſt,de quod quærimus.ſ.quę ſint cōpatibilia,vel incompatibilia, & puta, ꝙ in iſtis non pōt dari certa doctrina, ſed ſecundum qualitatem,& varietatem factorum, & perſonarum.ac officiorum quis poteſt,vel nō poteſt fungi vice pluriū. Generaliter tamen pro aliquali introductione dicerem ſic,ꝙ in iuriſdictione contentioſa non poteſt quis ſuſtinere vices plurium,vnde non poteſt eſſe aduocatus,& aſſeſſor,ſeu iudex.l.quiſquis.C.de poſtula.l.nemo.C.de aſſeſ.vel iudex,& teſtis. 4.q.4.c. 1.de verb.ſignifi.c.forus.vel iudex,& notarius cauſæ, licet alias ſit notarius,vt no.Bar.poſt Gul.in l.iubemus.C.de ſacroſan.ec. & Inno.in c.cum a nobis.de reſtib. videtur probari in c.quoniā
11 contra.infra eo.† Fallit in cauſis modicis, in quibus nulla requiritur ſcriptura,cū n.in illis credatur alias verbo iudicis,fortius ſcripturæ ipſius,vt not.Barto.in auth. niſi breuiores. C. de ſen. ex bre.rec.& in d.l.nemo.C.de aſſeſſ.quod ſing. no.pro iſtus vicariis

ADDITIONES.

a Nunc quæro qualiter. Adde ꝙ in his iudicijs duplicibus procurator cogitur præſtare duplicem cautionem, ſ.de rato,& iudicatum ſoluendo.tex. eſt in l.ſi defunctus.in fi.ff.de procu.

Circa iſtam materiam cautionis de rato per procuratorem præſtandæ,vide quæ habentur in l.non ſolum.in §.ſi ſtatus.ff.de procu.& per Bal.in l.obſeruare.in §. proficiſci.ff.de off. procon.& leg.dicit Bar.in d l.non ſolum.in §. eſt & alius.ꝙ in cauſa reſtitutionis in integrum debet præſtari cautio de rato,& de iudicato ſoluendo, & eodem modo debet præſtari in iudicijs duplicibus in cauſa ſtatus,& vbi tutor accuſatur de ſuſpecto, & in iudicio rei vend.& in ſpiritualib. omnib. debet præſtari duplex cautio,ſecundum Do. Card.in cle. 1.in 10.q.de proc.Et adde ꝙ ſi cautio rati non fuit petita ante lit.conteſt.non poteſt peti poſt, neque debet præſtari, niſi ab eo, qui intercessit poſt litem conteſt. vt in l.Pomponius.in §.rati.ff.de proc.& per Barto. in l.3.in fi.C.de conſor. eiuſ.lit.Et adde,ꝙ cautio rati præſtita in prima cauſa,poteſt peti,& debet præſtari etiam in cauſa appellationis,vt per Bar.in l. 2.C.de procu. Ant.Fran.

b Iudicium.Adde quod in ſimili.q.no. gl.magna,& ibi.d.An.in c.quoniam Abbas.de offi.deleg.Adde hic Imo. in l.homi.§.fi.de leg.1. vbi dicit quod quādo eſt dubium ſuper facto, nunquam recurritur ad iudicium ſortis:ſed tūc demum,quando factum eſt certum,ſed ius eſt dubium, & de hoc d.gl.ſing. in l.1.C.vti.poſſide.

Circa iſtud,quando ſit recurrendum ad iudicium ſortis:dicas quod ſors dicitur iudicatio diuinæ voluntatis in ambiguitate humana,vt in cap.ſors non eſt.26.q.2.& ibi gl.quæ dicit, quod ſors ideo eſt prohibita,non quia ſit in ſe mala, ſed ne propter aſſiduitatem quis trahatur ad idolatriam. Et adde ꝙ ſortis iudicio locus eſt, & eſt permiſſum tale iudicium,etiam ſi fiat ſors per taxillos.l.ſi duob.& ibi per Bar.& Alex.poſt Bal.C.communia de leg.& per Bar in l.ſi duo.ff.vti poſſi.vbi dicit, quod eſt iudicium fortunæ, & fieri poteſt ſine peccato, maximè in diuiſionib.faciendis inter habentes bona communia,puta inter fratres,aut alios. Et adde quod tale iudicium ſortis in caſib.permiſſis non patitur appellationem, vt per Bald. in d.l.ſi duob. C.cōia de leg.Adde tamen, quod aliquæ ſunt ſortes licitæ, & aliquæ illicitæ,de quibus,vide bonam glo.in ſum.26.quæſtio.2.& ideo dicas,quod iudicium ſortium,quod fit per per incantationes, vel diuinationes, eſt prohibitum, nec ſit ſine peccato, de quo in capit.1.& 2. de ſortile.ubi habetur,quæ ſit pœna talis ſortilegij,& habetur in l.nullus.C.de malefic. & mathe. & vide plene in capito.ſi oz.de ſortileg.& per gloſſ.in l.itinere.ff.de ſeru.ruſti.præd. Anto.Franc.

c In ſecunda parte. Et vide Specu. in tit. de leg.§.vidimus.ver.illud.& in tit.de aſſeſ.§.fin.ver.vltimo. no. & in hac materia vide tex. quos tamen non alleg. glo.licet ſint quotidiani,in cap.cum ad noſtram. de inſtit. & in cap. per noſtras.de iure patro.& in cap. debitum, de bapt.& quando quis habet duo officia, ad quæ conſueuerint duo deputari, debet habere ambo ſalaria,ſecundum Bald.l.binos.C.de aduo. di.iudic. & l.qui duos.ff. de condit.& demonſtratio.per tex.in §.illud. in auth.vt iudic.ſine quoquo.ſuffra.& in iſta materia, an quis poſſit ſuſtinere vices plurium perſonarum, vide bonum tex.in l.ſi plures.ff.de pact.& in l.licet in popularibus.§.ſi plures. ff.de procura.eſt verum, quod in iſta materia non eſt multum inſiſtendum, quia eſt via brocardica, quod patet dum gloſſ. iſta dicit, prima regula cauſalis eſt, quia quando gloſſ. vtitur iſto verbo, illa, ſemper materia eſt brocardica. Et adde hic quod not. domi. Anton. in capitu. cum ouper, & ibi latè nota. de cenſi.

Adde tu, quod vbi quis habet duo officia, quod habeat habere duo ſalaria, eundē Bal.conſi.263.& an quis poſſit eſſe index, & tabellio,& an quis poſſit eſſe de duob. collegijs. Et vnum ſingulare vide per Ro.ſing.ſuis,& idem vide,an collegium poſſit conſtituere procuratorem ſuperiorem, & ipſe ſuperior authoritate ſibi poſſit.Et dicit Bal.conſ. 148.3.lib ꝙ prælatus poteſt ſibijpſi mutare.Et an notarius poſſit eſſe teſtis de actis coram ſe, vide Fulg. conſi.163. Et an pater poſſit authoritatem præſtare filio volenti donare ſibi patri,vide Ro.conſi.625 Alex.conſi.97.2.lib.vbi multa notabilia ponit in hac materia.Ber.

An quis poſſit fungi vice duarum perſonarum, fungendo forſan duplici officio,dicas regulariter,quod non, vt in l.hac parte & ibi gloſſ. & Bald.C.de prox.ſac.ſcri.lib.12.& in l.1 de præp.ag in reb.eod. lib & habetur in l.ſi cōſul.ff.de ado.& per Spec.tit.de iuram.calum.in §.3.ver.quid ſi aliquid.quod tamen intellige verum,niſi poſſet vtrique officio deſeruire, & ambo eſſent compatibilia,ſecundum Bart.in d.l.2. & habetur per Bal.in l.1.§.idemque. C.de no.Cod.fac.Imo ex cauſa poſſet quis triplici officio fungi.l.fi.& ibi Bar. C.de execu.art.lib.10.& habetur per Spec. in tit.de iur.cal.in §.3.ver.qd ſi aliquid.& in ti.de cenſi.in §.2.Et adde, ꝙ ſi vnus eligitur ad plura officia cōpatibilia,debet habere duo ſalaria,ſicut gerit duo officia.ita Bal. in l.binos. in fi.de aduo.di.iu.& per eundem in c.1.de feu guar.in vſi feu.& habetur ꝑ Pau de Caſt.in l.ſi eadem ff.de off.aſſeſ.& vide Ang.in Auth.vt deter.ſit nu. cle.& in § illud.in Auth.vt iud.ſine quoquo ſuff.per apoſtillantem hic allega.ubi dicit,quod deputatus ad duo officia debet tenere familiam ꝓ vtroq; officio,& debet ſtare ad duos ſyndicatus, & alias conſului apud ciuitatem Piſtorij,quod cum quidam teſtator ordinaſſet, quod in ea ciuitate legerentur duæ lectiones, vna ordinariè in mane, & alia ſero,& ſtatuiſſet ſalarium pro vnaquaque lectione, & fuiſſet deputatus ad legendum vtranque lectionem quidam excellens doctor cum dubitaretur, an deberet habere vtrunque ſalarium, conſului quod ſic, exiſtens Ferrariæ, cui conſilio ſe ſubſcripſerunt clariſſimi,& excellentiſſimi.DD.Ioan.Maria Riminaldus Ferrarienſis, & Bulgarinus de Bulgarinis Senen. qui ambo legebant ordinariam de mane in iure ciuili.& vide ad propoſitum bonum tex. in cap. ſi quis iuſto. in §.porrò.de elect. li.6.ubi habetur quod quis poteſt habere duas uoces in electione,unam nomine proprio,& aliam tanquam procurator alterius.Eſt tamen verum,quod talia una non poteſt diuidere,quia qua ratione,& qua conſcientia vnum eligit, debet alium eligere & eodem modo poteſt quis eſſe delegatus, ſubdelegatus ac delegatus,non tamen poteſt diuerſas ferre ſententias,ut in c.ſuper quæſtionum.in §.ſi uero.de off.deleg. & habetur in c.ſicut non ſuo.46.diſt.

Quæ dicatur cauſa brocardica, ſeu uia brocardica, dicas,quod quando ſunt iura in utranque partem diuerſa, quæ cum difficultate,& uix poſſunt concordari,tunc dicitur eſſe brocardica,ad quod uide d.Card.in cle.1.in §.ab olim.de ſep. Ant.Fran.

Digitized by Google

carijs caſtrorum, qui etiam ſcribunt acta, vt in iſtis modicis eo-
rum ſcripturis credatur, etiam ſi alias non ſint notarij. In iuriſ-
dictione voluntaria poteſt quis ſuſtinere vices plurium, dum-
modo exercitium vnius actus non præſtet impedimentum
exercitio alterius; quo caſu appello officia incompatibilia, ar.
opt. in d.l. quiſquis. & in l. 1. ff de coll. ill. exemplum primi dicti,
in l. ſi conſul. ff de ado. vbi dicitur quod ſi filiusfa. eſt præſes, po-
teſt ſemetipſum apud ſeipſum emancipare, vel in adoptionem
dare; exemplum etiam in l. vna ff. de offic. conſ. vbi conſul po-
teſt apud ſemetipſum manumittere ſeruum ſuum, & ſic repræ
ſentat perſonam domini & perſonam conſulis. ad idem capit.
poſtulaſti. & quod ibi no. de conc. præb. Pone aliud exemplum
a bonum in notario, a qui ſi alias eſt iudex poteſt ſcribere, vt nota
rius, & authoritatem præſtare tanquam iudex in iſtis volunta-
rijs; ſic intellige gloſ. no in l. iubemus. C. de ſacroſ. ecc. & ibi per
Barto. Exemplum ſecundi, quando no ſunt compatibilia, vt eſ-
ſe de duobus collegijs, quorum exercitia mutuo ſe impediunt,
vt quia eſt de collegio vnius artis, vt no. Innocen. in ca. dilecta.
de exceſ. præla. plenius per Barto. in l. fi. de colle. illi. ſecus ſi nō
ſe mutuo impediunt, vt quia eſt de collegio diſciplinatorum,
& de collegio vnius artis. hinc eſt, quod non poteſt quis ha-
bere duo beneficia curata, vt in capitu. de multa. de præben.
& olim etiam non poterat eſſe pluralitas in beneficijs ſimpli-
cibus, quia quodlibet exigebat reſidentiam, de cleri. non
reſiden. capitu. conquerente. & impoſſibile erat reſidere in
diuerſis beneficijs, vt nota. in c. non poteſt. de præb. lib. 6. & ex
ſe patet. & multa alia exempla potes colligere ex iuribus hic al
legatis in glo. & per glo. in d.l. nemo. & vide glo. in d.l. ſi conſul.
quæ ponit vltimam theoricam huius gloſ. † Vel do aliam do-
12 ctrinam breuiorem, quia tam in iudicio, quam extra, poteſt qs
ſuſtinere vices duorum, niſi impediatur, aut propter impoten-
tiam facti, quia non ſufficit de facto exercitium vtriuſque, d.l.
nemo. & de præben. capitu. quia intantum. & c. de multa. & l. 1.
ff de colle. illi. aut propter impotentiam iuris, exemplum in iu-
dice non valente iudicare in facto ſuo, ita quod non poteſt eſſe
iudex, & actor, cum non poſſit ſibiipſi imperare, ar. l. penul. ff.
de arbi. C. ne quis in ſua cauſa. l. vnica. nec eſſe teſtis & iudex,
cum non poſſet ſeipſum examinare; & ſic in ſimilibus: quādo-
que impeditur propter præſumptionem, ſeu ſuſpicionem affe-
ctionis amicitiæ, vel inimicitiæ, vnde non poteſt eſſe iudex, vel
aduocatus, & procurator, & teſtis. 1. quæſt. 6. c. ſtatuendum. de
teſti. ca. fin. lib. 6. cum ſi. Ex prædictis poteſt colligi quæ ſunt of-
ficia compatibilia, vel incompatibilia, & per conſequens, an &
quando quis poteſt ſuſtinere vices plurium, aliæ gloſ. ſunt faci-
les. † Extra glo quæro de pœna turbantium fines. Ioan. Andr.
13 poſt Hoſt. dicit, quod in hoc non eſt pœna arbitraria, ſed ſplen-
didiores perſonæ ſi euulſerint terminos, relegantur: humilio-
res verò caſtigantur, & ad opus biennio dantur, ſed & ſi crimi-
naliter agatur ex lege agraria, pœna quinquaginta aureorum
eſt ſtatuta; & ſi ſeruus ſit, pœna eſt capitalis. ff. de ter. mo. l. 1. 2.
& 3. & cum hac breui diſtinctione tranſit hic Do. Anto. ſed cer-
tè hæc diſtinctio non eſt perfecta, cum iura variè loquantur in
hac materia; quare tu latius diſtingue poſt Cy. in l. 1. C. de accu.
Aut n. quis amouit terminos ignoranter, aut ſcienter; ſi igno-
ranter, vt quia credebat alios lapides furari, tunc poteſt peti, vt
amouens terminos verberibus cædatur. l. 2. in fi. ff. de ter. mo. &
nihilominus ſecundum eum tenetur furti, quia diuerſi ſunt ef
fectus delinquendi, pro hoc bo. text. in l. ſi ſtuprum. ff. de iniu. Si
ſcienter, aut amouit gratia occupandi confines, & punitur tem
poraliter: relegatur enim habita conſideratione ætatis, vt d.l. 2.
aut amouit non gratia occupandi confines, & tunc refert: aut
fecit gratia obſcurandi ſi ꝯfiniū finaliū quæſtionū, & ſicut præ
ſtaret materiam litium, & punitur corporaliter, vt d.l. 3. in fi. Si
verò amouit nec gratia obſcurandi, nec gratia occupandi, tunc
punitur pecuniariter, vt d.l. 1. in princip. ſecundum Cy. de quo
etiam videas per glo. in d.l. 3 Sed aduerte, quia Cy. non videtur
facere differentiam inter ſplendidas perſonas, & humiles; quā
tamen ſentiunt Ioan. And. Hoſt. & Barto. in d. l. 2. & ſatis hanc
differentiam videtur ibi innuere ille tex. Item ſecundum illam
opi. Cy. in l. a ſolum prouideret in ſplendidis perſonis, & nihil
de humilibus; & ſic fuiſſet iuriſconſultus diminutus. Item feciſ
ſet contra illas regulas iuris, cum communiter a nobilioribus
verbera aliena ſint. 24. q. 1. cap. qui contra eccleſiæ pacem. cum
ibi no. ſecundum Cy. intellectum etiam nobiles punirētur ver
beribus, ſi animo obfuſcandi terminos corrupiſſent. Vn̄ ergo
clarè expediendo proſequor tria membra, aut quis corrumpit
terminos occupandi aut cauſa obfuſcandarum finalium quæ
ſtionum aut nec cauſa occupandi, nec cauſa obfuſcādi. Primo
caſu, ſi eſt perſona ſplendida, relegatur ad tempus, habito reſpe
ctu, an ſit iuuenis, an ſenex, ſecundum quod diſtinguitur in l. 2.
in princi. ff. de ter. mo. ſi verò eſt perſona humilis, caſtigatur, &
ad opus biēnio datur. vt in ea. l. 2. in fi. Scd̄o caſu qn̄ cauſa obfu-
ſcandi, eſt plectendus pœna, ſecundum qualitatem perſonæ,
& facti, & violentiæ, vt l. fi. in fi. ff. eod. Tertio caſu, quando nec
cauſa occupandi, nec cauſa obfuſcandi: tunc ſubdiſtingue, aut
dolo malo hoc fecit, & punitur pęna quinquaginta aureorum,
vt d.l. agraria aut p ignorantiā, ſeu fortuito, vt q̄a non credebat
confinia corrumpere, & verberibus cædetur, vt d.l. 2. ſed intel-
ligo hoc vltimum in humilibus, quia de eis tantum loquitur il-
la lex in ſecunda parte; non autem poteſt finis referri etiam ad
ſplendidas perſonas, quia cum illę non puniantur pœna verbe
rum, cum fecerint animo occupandi aliena confinia, fortius
non debent tali pœna puniri, cum hoc fecerint ignoranter. in
eis ergo erit pœna arbitraria, arg. in d.l. 2. in princi. & mitior im
ponitur pœna, quàm quando ſcienter fecerunt, vt patet ex illa
l. 2. in ſecunda parte ipſius, & per hoc habes intellectum om-
14 nium legum illius titu. de ter. mo. † Cui autem applicabitur illa
pęna pecuniaria, de qua in d.l. 3. dic quod accuſatori, vt vult ibi
tex. & eſt ſecundum Barto. ibi ſpeciale, aliàs autem vbi ius pro.
ducit accuſationem, pœna applicatur fiſco; ſed vbi producit
actionem applicatur parti, ſi autem imperſonaliter loquitur, in
b dubio videtur producere accuſationē, & ſic applicatur fiſco, ni
ſi in aliquo illorum membrorum aliud ſpecificè iure diſpona-
tur. hæc ſunt verba no. per Bart. in d.l. 3. ff. de ter. mo. quæ latius
retuli ſub rub. de iud & hæc valent ad multa.

ADDITIONES.

a In notario. An quis poſſit eſſe iudex, & notarius, vide per Decium in conſi-
lio. 42. verſi. deſcendo ad ſeptimum. Et an quis poſſit habere plures dignita
tes, tangit Bald. C. de nouo Codice confir. §. 1. Et an quis poſſit fungi du-
plici officio, ponit Roman. in conſil. 85. inci. viſo facto. Lapus alle. 99. incip.
commune Florentiæ. Baldus. in l. ſi conſul. ff. de adoptio. Sebaſtianus.
Sapia.

b Et ſic. Hoc tamen intellige, & limita, vt per Do. Ant. in c. cum contingat. de
reſcrip. ver. ad primum oppono.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento non creditur, ſi ex aduerſo contrarium probatur.*
2 *Virginitas qualiter probetur?*
3 *Iudex, quando recurrat ad iudicium peritorum?*
4 *Peritis in arte ſtatur ſine iuramento. 12.*
5 *Periti debent plures adhiberi in cauſa ardua.*
6 *Vnus peritus ſufficit in paruo præiudicio, & vbi non exigitur magna in-
duſtria.*
7 *Vnus peritus ſufficit in re magna induſtriæ, ſed parui præiudicij.*
8 *Doctores quot requirantur in approbatione ſcholaris, & præſentantes com
putantur in nu. 9.*
10 *Peritus in arte, eſt eligendus per iudicem.*
11 *Sententia lata per dicta peritorum non retractatur per peritores affirmantes
contrarium.*
12 *Doctores examinantes, & præſentantes ſcholarem debent iurare, & nume-
ro 13.*
14 *Sex requiruntur ad magiſteriam dignitatem.*
15 *Doctoratus eſt dignitas.*
16 *Mulier poteſt intrare religionem inuito marito, ſi matrimonium non eſt con
ſummatum.*

CAP. IIII.

PRopoſuiſti. In virginitate probanda, atteſta
tio matronatum aſſertioni viri
præfertur. Vel ſumma ſic. Non creditur marito aſſe
renti etiam cum iuramento, vxorem cognouiſſe, ſi
vxor per matronas arteſtantes per ipſius corporis aſpectum ꝓ-
bat contrarium. communis diuiſio. ſecunda ibi, videtur. Caſus
literalis. Inter O. virum & S. mulierem coram delegatis iudici-
bus matrimonij quæſtio vertebatur, coram quibus mulier pro
ponebat ſe nec a viro cognitam, nec potuiſſe cognoſci, quod
tam proprio iuramento quam iuramento. 7. mulierum proba
uit, quæ per aſpectum corporis eam eſſe virginem aſſeuerauc-
runt, viro perſuum iuramentum in contrarium aſſerente, quæ
ritur cui ſit potius fides adhibenda? Reſpondetur quod iuramē
to puellæ, & teſtimonijs illarum ſeptem mulierum eſt potius
1 credendum. Ber. † No. 1. ex tex. iuncta glo. 3. cum iuribus allega.
in ea, & maximè capi. continebatur. de deſponſa. impub. quod
a vbi a ex aliqua diſpoſitione ſtatur iuramento alicuius, illi non
b creditur, ſi ex aduerſo probatur contrarium. b quod no. ſin. pro
ſtatutis, quæ quandoque diſponunt, credendum iuramento of
ficialis in aliqua re: procedunt enim, niſi ex aduerſo probetur
legitime contrarium: hoc apertiſſime probatur hic, iuncto ca.
continebatur. & ratio eſt, quia iuramentum vnius non eſt inte-
gra probatio. inf. de teſtibus c. licet vniuerſis. l. iuſiurandi. C. eo.
merito ſi afferatur ex aduerſo ꝓbatio integra debet admitti, &
præualere probationi minus integræ, ar. in l. admonendi. ff. de
iureiu.

ADDITIONES.

a Quòd vbi. Vide Alexan. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. & in l. a.
§. ſi abſens. ſi ex noxa. cau. aga. & in conſilio. 114. incip. in cauſa, & hic, in
4. volum.

b Probatur contrarium. Tu pondera, quia hic loquitur de probatione, quæ
oculis conſpicitur, quo caſu fuit doctrina Azo. C. ad l. Aquil. vide Bald. in l.
contra negantem. C. ad l. Aquil. & vide quæ remiſſi ad Bal. in l. 1. C. de iura.
cal. vide Ange. & plenius Io. de Imo. in l. qui bono. §. qui damni. ff. de dam.
infec. Zac.

Digitized by Google

ſureiur.& ꝙ no in c.ſi.co ti.ꝙ ſentit Gaſ.de Cal. in c. ꝓtinebat.
a præalleg.† No.bon tex ad inſtituendū,quaſi ſit ꝓbanda virginitas,& qualiter teſtes habeāt ſuper virginitate deponere: ꝓbat enim ꝑ matronas,ſeu mulieres in hoc inſtructas,quæ deponūt eam virginem,quia eā viderunt, & inſpexerūt in locis, vbi depræhendit virginitas.concord.c.cām matrimonii.ꝫ.eo.nec eſt neceſſe,ꝙ magis ſpecificè reddant cām ſcientiæ,& vide ad materiam duas gloſſas notabiles in c hæc imago.3 2.q.5.in ver.vn
a de,a & c ſeq. quarum prima inſtruit partem puellæ ad docendum ſe fuiſſe prima nocte virginem,ſi maritus dicit eam nō reperiſſe virginem,videlicet per aſpectum linteaminum ſanguinolentorum. Alia verò gloſſa docet partem mariti ad probandum eam non fuiſſe virginem,faciendo ꝓbationem ↄriam,ſcilicet ꝙ linteamina primæ noctis nō ſint ſanguinolenta , & hæc remedia fuerūt inuēta in veteri teſtamēto,& hoc ꝑꝑ defectum probationum in tali re ſecreta, aliàs aūt ſatis dicerētur vilia,& fallacia,tamen vt dicit Archid.in d.c.hæc imago.mulier cogni
3 ta millies de facili ſciet inuenire remedia ↄria . † Vltimò iſte tex.inducitur ad duo; primò ꝙ vbi ꝓbanda eſt res,in qua iudex non eſt inſtructus,nec inſtrui pōt, ſiue qa huius rei inexpertus eſt,ſiue qa honeſtas nō patitur, recurrendum eſt ad iudiciū peritorum in illa arte,& ſ'm illorum teſtimonium iudex ꝓfert ſententiam ſi enim dubitatur de virginitate,recurritur ad matronas in hoc inſtructas,vt hic,& c.cām,ꝫ.eo.& l.1.ff. de ventre inſpicien.vbi hr̄,quādo dubitatur,an mulier ſit prægnans , vel ſi dubitat̄ an vulnus ſit letbale,aut mortale , recurrit̄ ad iudiciū medicorum,vt in c.ſignificaſti,il ſecūdo,de homic. Si de peritia ſcholaris,recurrit̄ ad ſuū Doctorem.l.nemini.C.de a duo.diuer.iudic.vide tex.cum glo.in c. 1.12.q.1.ſi de finibus,ad agrimēſorem.ꝫ.de preſcrip.c.quia indicante.l.3.C.fin. regun. & ſic de
4 ſimili † Inducitur ſecūdo iſte tex.ꝙ iſtis peritis in arte ſine iura-
b mento creditur.b ad hoc ponderat Io.And.ver.teſtimonio, poſitum in litera:ſunt enim teſtimonia ſine iurō prolata.de coha. cleric.& mulier.c.tua.de quo tamen remittit ad notata ꝫ. de frigidis c.fraternitatis.Nunc diſcutiamus vtrunque dictū,qa materia eſt pulchra, & quotidiana. Et primo circa primū dictum,
c quæro, c nūquid ſufficiat atteſtatio vnius periti in arte illa,an re
d quirantur plures? & vr̄ ꝙ plures, d vt hic, & in c. ſignificaſti. de homic. vbi in plurali dr̄ peritorum iudicio medicorum , & ſic requiruntur plures. 4 q.3.c.ſi. §.vbi numerus.ad idem c. matrimonij.ꝫ.eo.& de frigid.c.fraternitatis.cum ſimi. facit illud generale,dictum vnius,dictum nullius, c.licet vniuerſi. de teſtib. & l.iuſiurandi.C. eod. in ↄrium facit c. quia indicante. de præſcri.ibi agrimenſoris diffinitione &c.l.3.C fin.regun. Bart. hoc tractat in l.1.§.1.ff.de ven.inſpic.& in c. conſtitutione Digeſtorum,& in vtroque loco ↄcludit,quod ſi in eodem loco reperiū
e tur plures,e debent plures adhiberi,aliàs ſufficit vnus. alle. tex. in Auth.de non alie.§.quod autem,ver.vt neque.& eſt ille tex. multum not. hoc dictum optimè probans, idem ſequitur Do.
5 Anto.hic.† Ego potius inueſtigandæ veritatis cauſa, ꝗ reprehēdendi,dicerem ſic, ꝙ aut in re multum ardua requiritur iudicium peritorū,puta vbi agitur de vita hominis, an vulnus fuerit mortale,vel non,& tunc licet in loco nō reperiat̄ niſi vnus, nihilominus mitteretur alijs vicinis,ſeu exiſtentibus in loco vicino,cum in iſtis arduiſſimis debeāt eſſe probationes luce clariores,& maxime in hoc caſu vbi periti deponunt de credulitate,& non de certa ſcientia,vt infra dicam,pro hoc d.c.ſignificaſti.videmus enim in ſimili,ꝙ ſi in depoſitione clerici,non ſunt in ꝓuincia epī in ſufficienti numero,vocantur de locis vicinis, vt no.3.q.8.c.ſuggero.facit c.ſi.in ſi.65.diſt. Item videmus in ſimili,ꝙ pro teſtib.in ſufficienti numero recipiendis, remittitur ad loca remota.de fideiuſſor.c.conſtitutis.& l.ſi quando.C.de teſtib. Et idem forte eiſdem rationibus, & iuribus poſſet dici, quando agitur de graui præiudicio in damnum alterius, & iſti periti habēt deponere tanꝗ teſtes,qa intantum debent eſſe numero plures,inquantū nō deponūt de certa ſciētia, ſed de credulitate,& æſtimatione,ad hoc c.præterea. de teſtib & c.præſul.
ſ'm vnum intellectum.2.q.4.Nec obſt.mihi dictū.§ quod autē. ſuper quo ſe fundat Bar.qa in caſu illo periti nō veniunt ad teſtificandū,vt teſtes in ꝓtētioſo iudicio in ꝑiudiciū alterius , ſed potius,vt boni inſtructores,ad ↄſeruandum indemnitatē eccleſiæ;vnde & ſine eis illud fieri pōt,ſicut hodie fit, qa non obſeruatur illa ſolemnitas,cū eccleſia alienat directū, vel vtile domi
6 niū,vt no.in c.1.de reb.eccl.nō alie.lib.6. † Aut nō agitur de graui præiudicio,& tūc ſi imminet explicāda res facilis, in qua nō exigit magna induſtria,nec venit tanꝗ teſtis ad deponendum ari præiudicium alterius,puto vnū ſufficere, ēt ſi in loco reperiātur plures,& ſic intelligo d.c.qa indicante.ꝫ.de preſcri.cū ſim.
7 † Aut eſt res magis grauior,quæ non ita de facili percipitur per vnum,& veniunt periti tanꝗ inſtructores, & tunc adhærerem illi tex.& d.Bart.vt adhibeant plures, ſi poſſint haberi,aliàs ſuf
8 ficiat vnus.† Et hoc adduco ad qōnem quotidianam an approbatione ſcholaris examinandi requirātur ſeptem Doctores ad minus,vt no.in l.magiſtros.C.de ꝓfeſſ.& med.lib.10. no. Ioan. And.in c.1.de cele. miſ. qui habent deponere , tanquam periti in arte illa,de ſufficiētia ſcholaris apud Cācellariū ſtudij,vt ſentit Bar in d.loco,ſ.in proœmio ffo rum. Quid ſi in loco ſtudij nō reperiuntur ſeptem in illa facultate,vt ſæpe vidi accidere in facultate artiſtarum, & medicorum,nunquid ſufficiunt præſentes,& ſaltem vnus ſufficiat? vidi in practica ad maiorē cautelā
f mitti ꝓ vicinis:a nā iſta quæſtio pōt habere duo capita. Primò, nunquid illi ſeptē requirantur,tanꝗ maior pars illius collegij decurionum,ſeu Doctorum,qui ſolebant eſſe 12.an reqrantur præciſe ſeptem tanꝗ ſingulares:nā primo caſu ſufficeret vnus, cū iura collegij poſſint reſidere in vno ſolo, ſi alij deficerēt.l.ſicut.ff.qđ cuiuſq; vni.no.in c.grarū.de poſtu.ꝑla.ſi vt teſtes ſingulares,hēret locū qō nr̄a:& ſ'm illā theoricā Bar.deberet ſufficere ēt vnus, ſi non reperiuntur plures in loco: cuius ↄrium ſentit ipſe in l.magiſtros,C.de profeſſ.& medi.lib. x. Credo ꝙ iſti ſeptē Doctores requirant,vt ſingulares , nō vt maior pars collegij,quod optime vr̄ probare tex.in l.ſi qs.C.eo.tit.de profeſ.&c. vbi dicitur, quod debent conuenire ad probationem ſeptem de his, qui reperiuntur in collegio, quod etiam ſentit Bartol. in d.l.magiſtros. vbi dicitur,ꝙ ciuitas Peruſina,ſeu illud ſtudiū habet ex priuilegio Romani Pontificis , vt ſufficiant quatuor

Docto

ADDITIONES.

a In verſicu. vnde. Adde quod illam glo. Alexand. de Imo. in l. item apud Labeonem, §. ſi quir virgines, ff. de iniur. dicit eſſe ſin. ad hoc, quòd virginitas per aſpectionem linteaminum ſanguinolentorum probatur. And. Barba.

Quomodo probetur virginitas ? vide per Alexand. in l. item apud Labeonem. in §. ſi quis virgines , ff. de iniur. & vide Do. Cardina. in clem. 1. in xv. q. de conſang. & affinit. & in c. fraternitatis. de eo, qui cogno. conſanguineam vxoris ſuæ vbi dixit,quòd mulier cognita carnaliter,quæ eſt arcta, debet cenſeri virgo,niſi reperiatur prægnans: de arctitudine habetur in c. fraternitatis, de frigi. & malefi. Et hoc, quia ſecundum eum,ſemen transfuſum extra clauſtra pudoris, poſtea reintrauit clauſtra, vt dixit fuiſſe in Francia compertum:& memini audiuiſſe à quodam clariſſimo præceptore meo in canonibus , D. Anton. Roſello , dum allegaret illam gloſſam , in c. hæc imago, quòd quando mulier incipit pati menſtrua , ex caliditate ſanguinis, qui emittitur ex menſtruo , corroditur pellicula, quæ eſt in vaſe mulieris, ita quod cum maxima difficultate poteſt cognoſci, an ſit virgo. Dicit tamen Bald. in l. ſi quis aliquid , in §. qui nondum , ff. de pœnis, quòd pupilla ſtuprata non poteſt perdere virginitatem , ſed adulta ſic, irrecuperabiliter , & talis uirginitas corrupta non poteſt reſtitui , quod etiam voluit Salycetus in l. unica, C. de raptu uirgi. & ideo uiolator virginis nondum maturæ , ſecundum Baldum in l. ſi quis non dicam rapere . C. de epiſco. & cleric. debet decapitari . Tamen text. in d. §. qui nondum, dicit quòd debet poni in exilium . Niſi concordando dicas , quòd ſi uenerit in fortiam iudicis , debet decapitari , alias debet poni in exilium. Et hoc modo vtrunque dictum poteſt ſuſtentari.

b Sine iuramento creditur. Poteſt fortè dici , quòd iſtæ matronæ non teneantur iurare in aliquo,quia non inducuntur prout teſtes , ſed tanquam peritæ , non ad probationem,ſed ad præſumptionem , cui ſtandum eſt, donec contrarium probetur. Pro hoc facit gloſſa in ſimili , in c. cum olim , el primo, de priuileg. Secundò text. in c. veritatis, de dolo , & contumacia , ibi , cum nulli prælati , &c. maximè cum hic text. dicat, teſtimoniis , quod intellige de non iuratis , vt eſt text. in cap. tua, de coh. cler. & mul.

c Quæro. Vide latè per Alex. in conſilio 31.incipiente, priuata ſcriptura, in 1. vol. & in conſ. 48. incipiente, in cauſa equi empti. in 2. volu. & Ro. in conſi. 40. inci. viſo puncto.

d Quod plures. Tu pondera , quia loquuntur de vno , quando non reperitur alius in loco, quòd debeat mitti extra locum , dicu fore falſum. & adduco leg. final. C. de adminiſtrat. tutor. in argumentum , vbi loquitur de tutore , qui debet mittere frumentum extra locum, licet ibi plus valeat. Nam data peritia vnius , ad quod opus eſt recurrere ad plures extra locum ? quia ita iudicabit vnus benè peritus , ſicut multi , vt l. ſcire oportet. §. fina. de excuſatio.tuto. Item pondera,quia Do.Card. hic dicit , quòd ideo loquitur hic de ſeptem matronis , quia factum erat arduum , ergo idem erit in arduis alijs . Et ſic dictum Domini Abba. fuit Dom. Card.

e Reperiuntur plures. Ad hoc facit quod not. Bart. in l. 1. §. fin. de verbor. oblig. & Bald. Inſtit. de verborum obligationibus. in fin. prin. vbi dicunt, quòd iudex Latinus in examinatione Theutonici, ſi non habeat notarium interpretem , debent adhiberi duo interpretes , & ſi ibi non poſſit reperiri niſi vnus , ille ſolus ſufficit. Facit quod not. Bartol. in l. ſi in rixa. in fin. ff. de ſic. vbi illud , quod dicitur de vulnere , debere ſtari dicto medicorum , eſt verum, vbi ſunt plures medici, ſed ſi non eſt niſi vnus ſolus , eius dicto ſtabitur? Aduerte tamen , quòd licèt quis aſſerat ſe peritum in arte, ex hoc tamen ſi aliud appareat , non præſumitur peritus in arte , ſecundum Bald. in cap. 1. §. ſi inſtrumentum in titu. de natu. ſeo. Pro quo no. glo. in cap. ſi forte, de elect. lib. 6. Et vide Angel. in l. 4. in princ. ff. de dam. infe. ubi dicit , quod ſi ſtatutum vult , quòd debeat adhiberi iudicium medicorum , an de vulnere ſi remanſura cicatrix , ſi ſit notorium , quòd ſit remanſura , non debet adhiberi iudicium medicorum. And. Barb.

a Mitti pro vicinis . An debeat mitti pro doctoribus extra locum , ſi non ſunt in numero ſufficienti, vide tex. in l. ſi quis. C. de profeſ. & med. lib. 10. ubi dicit, ſeptem iudicantibus. quia ego dubito an illi ſeptem debeant eſſe cōcordes ad doctorandum, nemo hic enucleauit, de hoc ego dubito, per tex. vbi dicit, ſeptem iudicantibus, quaſi velit dicere debere eſſe cōcordes. ſed Old. dixit, ꝙ ſi quatuor dicunt doctorandū inſufficientē , & tres doctores a deponunt contra, ſtatur illis quatuor, voluit Nic. de Neap. in l. 1 in prin. ff. de. ven. inſpi. vide quæ ibi remiſi. ergo ſic ſentit, ꝙ maior pars ſufficiat cogita

Digitized by Google

Doctores non enim eſſet neceſſarium priuilegium, ſi ſufficeret maior pars collegij, & etiam credo ꝙ propter arduitatē negocij non ſufficiant minus ſeptem: licèt in loco non ſint tot, vt videntur innuere illa iura, & ſentit Bar. in d.l. magiſtros, & facit quod dixi ſupra in quæſtione principali. Mittatur ergo pro vicinis, ſi tot non reperiuntur in loco, vt in ſimilibus fit, de qui-
a bus ſupra. Et ſæpe etiam dubitaui, a nunquid Doctores præſentantes poſſint computari in numero ſeptem? & videtur ꝙ ſic, per l. nemini C. de aduo. diuer. iudi. vbi Doctor atteſtatur de peritia ſcholaris, ad idem tex. cum gl. in c. q. c. t. Tertium ſentit Bar. in d.l. magiſtros. vbi dicit, ꝙ promouendus ad gradum doctoratus debet primus præſentari, & Doctores præſentantes debēt iurare de ſufficiētia, p d.l. nemini. Secūdo, debet à Doctorib. examinari, & approbari. Tertiò, debet interuenire authoritas ſuperio-
9 ris, vt d.l. magiſtros. & in clem. 1. de magi. †Ego crederem poſſe ſuſtineri, maximè neceſſitate inſtante, eos poſſe in numero ſe-
b ptem computari, b ex quo ſunt de illo collegio Doctorum, per l. ſi quis, præalleg. vbi tex. ſolum requirit, vt approbet à ſeptem illorum, qui reperiuntur in collegio, & vt dixi, nemo pōt magis reddere ſufficiens teſtimonium de doctrina ſcholaris, quā Doctor proprius, qui ſatis approbat eum præſentando, & poſtea in actu ipſo. Non obſt. d.l. nemini loquitur enim in alio caſu, quando quis ſcilicet ſubrogatur in locū aduocati deficiētis, tūc examinabitur nō à collegio, ſed ab alio magiſtratu, & Doctor ſuus deponet prius de ſufficiētia. In practica tñ ſeruat, ꝙ præſentantes nō dent voces: ſed ſatis credo de iure poſſe ſuſtineri, quod pximè dixi, maximè ad ꝯplendum numerū ſeptem requiſitorū, vide ad omnia prædicta de omnibus iſtis peritis, & etiam de Doctore circa diſcipulum, per Spec. eodem tit. §. fin. ver. hoc quoque notandū. vbi inter cætera dicit, ꝙ ſemper credendum eſt magis peritis. ad hoc c. in noſtra. de teſti. per quem tex. dico ꝙ non debet attendi ad numerum peritorū, data inter
c eos diſcordia, c ſed potius ad peritiam, cum ſuper ea fundetur ipſorum teſtimonium, & debēt eſſe iſti periti bonæ opinionis, & fide digni, & experti in illa arte. ad hoc bon. tex. in c. ſi de frigid. & malefi. & quod non attēdatur ad numerum, ſed potius ad peritiam, optimè facit tex. in l. 1. ver. ſed neque. C. de vet. iu.
10 enucle. & quod no. Io. And. in c. 1. de conſti. †Secūdo, circa hoc
d quæritur, per quem eligentur iſti periti? d Io. And. in addi. Spec. in tit. de homi. §. . . ver. de facto quæritur. refert Guido de Suza. in proœ ffſorum, tenuiſſe ꝙ ſi partes concordent in aliquē, illū iudex deputabit, aliàs ipſe iudex aſſumet. alleg. in ſimili, ꝙ cauetur in plurib. tutoribus volētibus adminiſtrare per vnū, ſed nō concordant in perſonam: tunc enim iudex interponere debet partes ſuas. Inſti. de ſatiſda. tu. §. ſi autem. ego hoc puto verum in facto dependente à plena facultate partiū, aliàs iudex ex officio ſuo illos deputabit. ad hoc c. ſi. de frigid. & malefi. & c. cūm
11 matrimonij ī. eod. †Tertiò, circa hoc cadit dubium e notabile
e valde, & quotidianum, nunquid ſententia lata ad dicta peritorum veniat retractanda, ſi producantur poſtmodum peritiores affirmantes contrarium: & pone in terminis, iudex ad dictū medici deponentis vulnus Titij fuiſſe mortale, cum plures vulneraſſent occiſum, condemnat Titiū de occiſo, qui Titius dicens medicum falſum dixiſſe, petit ante ſepulturam occiſi peritiores medicos adhiberi: nunquid debeant aſſumi, & ſi dixerint ꝯtrium, an retractabitur ſententia prius lata? Ioā. And. in addi. Spec. præalleg. refert dictum Guid. de Suza. in loco iam dicto, tenuiſſe ꝙ ſic, ſicut retractatur ſententia lata p falſos teſtes, vel inſtrumenta. C. ſi ex falſ. inſtru. l. falſam. & l. ſi ff. de re iudic. & l. diuus. & de excep. c. cū venerabilis, & ſic trāſit Io. And hoc dictum expreſſe approbat hic Do. Ant. adducit l. admonendi. ff. de iureiur. & quod legi. & no. in c. 2. de purga. vulg. in quibus retractatur ſententia lata per probationes non plenas, ſeu integras, ſuperuenientibus probationibus integris. Ex hoc dicto in-
f fert ipſe, ꝙ omnis ſententia f lata cū atteſtationib. de credulitate, vel ad conſilium ſapientis, repertis teſtibus melius informatis, vel ſapientioribus, conſulentibus oppoſitum, poterit retractari: & hæc dicta, licèt dubitādo, hactenus ſum ſecutus: ſed nūc in lectura, habito tēpore maturius inueſtigandi, viſa mihi ſunt
g hæc dicta non vera. g vnde credo ꝙ nec de rigore, nec de ęquitate, talis ſnia veniat retractāda, ex quo appellatū nō extitit. De rigore patet, quia publicatis atteſtationib. maximè lata ſentētia,
h quæ tranſiuit in rem iudicatam, nō poſſunt alij teſtes adduci ſuper articulis directè contrarijs, prout in c. fraternitatis. de teſti. & in cle. 2. eo. ti. Timetur ēt ſubornatio teſtium, ēt peritorum, cū in hoc iura non diſtinguant, imo pariter oēs repellunt, vt in iurib. præalleg. ēt vbi apertè pars vult probare falſitatem, quod plus eſt: nam prætextu veræ falſitatis, non retractatur ſententia iam lata, niſi pbaretur indirectè, vel adduceretur articulus corruptus, vt ſic non ſit articulis directè contrarius, vt patet ex no. per glo. in d. cle. 2. & per Ioan. And. & alios in c. licet. inf. eod. & ſic tollit illud ſimile Guido. de Suza. & primū motiuum. Item ex alio tollitur apertius: iura enim alleg. per eū loquuntur, cum verè, & apertè pbatur falſitas: ſed in caſu noſtro hoc ceſſat, cū

ēt ſecunda probatio per peritiores, ēt fundetur ſuper præſumptione, & credulitate, & poſſibile eſt, ꝙ licet iſti ſint peritiores,
i nihilominus primi potuerunt dicere melius veritatem, i vt eſt tex.

ADDITIONES.

a Dubitaui. Tu pōdera, q. a ſi debet approbari a ſeptem, vt d.l. ſi quis vīr exclu di præſtantes, qui non approbant, ſed deponūt illū ſufficiētē antequam examinetur, & ſic vīr illū approbaſſe, ergo nō debent intereſſe examinationi.

b Computari. Adde pro hoc quod voluit idem Abb. conſi. 25. 2. lib. And. Barb.

c Inter eos diſcordia. Inter peritos in arte, quib. magis credēd, vide Bal. in c. 1. in tit. qui mil. ſeu arm. & per Bal. in proœ ffſorum, in prin. per Ro. in l. 1. §. ſi. de ver. obl. vbi alleg. ad hoc glo. fin. in c. vt v. . terū ꝙ dīl. hēc an illi periti in arte cōpellantur arbitrari ſi nolunt, ſicut teſtes, vide per D. Ant. in c. cū dilecti. el piccolo. de purg. can. Item ꝙ magis ſit credendū teſti perito in arte, quā alijs, tenet Spec. in eo. tit. de prob. §. 1. ver. hoc quoque non eſt de medico, vbi et ponit de campſore, qui Ro. percuſſit ſcholarē cum falcaſtro. & vide Bal. in l. ſi in rixa. ff. ad l. Iuliam de ſicar. Item adde ꝙ iudex quadocunque poteſt ex officio ſuo, ēt parte non petente, corrigere dictū deponentiū de peritia. Ita no. ſing. Bar. in l. arbitrato ff. q. ſatiſd. cog. Item adde, ꝙ ēt in ſtatuto, appellatione medici, venit medicus nō doctoratus, ſeu nō graduatus ſc. Iun. Bar. in l. ſciendū. §. deinde ff. de ædi. edic. q. d. bene no. ad ſtatuta volētia ſtari dicto medicorum, ſed ſi ſtatutum dicit, ꝙ debeat ſtari dicto peritorum, ſi non ſit ibi niſi vnus peritus, eius dicto ſtabitur. Et ꝙ hoc dicto facit quod no. Bal. in l. 1. C. vnde vir, & vxor vbi dicit, ꝙ ſtante ſtatuto, quod mulier non poſſit contrahere ſine cōſenſu duorū propinquorum, ſi mulier nō hēt niſi unum propinquum, ille ſolus adhibetur, ſed cōtrariū. dicit do. Ab. in c. quoties. inf. ti. 1. dicens, ꝙ cum illo propinquo adhibetur unus. Et allegat ad hoc Bar. in l. 1. de leg. 2. pro cuius dicto, uide Bald. in l. conuentione. C. de nup. tex. & ibi Bal. in c. 1. in tit. de contro. inueſt. & de q. hic formata per do. Ant. vide per Bar. in l. bonorū. ff. de bo. poſſ. & per Bal. in l. iuris igno rantia. C. qui admit. & in terminis eleganter per Ro. in l. 1. §. ſi. de ver. obli. Adde tu Alex. conſ. 15. 1. lib. & ibi verum medicus debeat eſſe doctor, & an præſumatur pro teſte dicente ſe peritum, vide Iaſ. Are. conſ. 30.

d SEB. SAP. Iſti periti. Vide allegata per Alex. in l. de die. in prin. ff. qui ſatiſd. cog. in l. iuſiurandum & ad pecunias § qui iuſiurandum ff. de iureiur.

e Dubium. Vide allegata per Alex. in l. ab hoſtib. §. ſi vir. ff. ſol. matrimo. Io. de Ana. in c. ſignificaſti. inf. de homici. Alex. in conſ. 149. incip. in cā equi. in 2. vol. Alberic. in proœ. ffſorum. & in 1. conſti. C. do. Iaſ. in repe. l. admonendi. uer. ex ſupradictis omnib. ff. de iureiurando, vbi ēt late per do. Franc. Cur. Rom. in conſ. 228. incip. pro plena diſcuſſione ad ſinem.

dum promiſſionem: maximè vbi iuramentum interuenit, vt
hic in prin. Cal. de. ſequitur gl. dicens ea procedere probato im-
pedimento, ſecus verò non probato impedimento, quia tunc
admittuntur teſtes publicatis atteſtationibus, ad probandum
impedimentum. Ratio diuerſitatis eſt, quia in primo caſu non
ſubeſt periculum, ſi non contrahant; cum ſponſalia poſſint diſ-
ſolui pari conſenſu. de ſponſ. cap. 2. & ideo obſeruanda eſt com
munis regula iuris, ꝙ publicatis atteſtationibus &c. quia ceſſat
ratio exceptionis: ſed in ſecundo caſu ſubeſt periculum, ſi con-
traherẽt ſtante impedimento: ideo debent admitti teſtes, ſicut
in matrimonio contracto. & hoc caſu procedit dictum Hoſti.
vt non ſit differentia inter contractum & contrahendum: & ſa
a tis optimè loquitur iudicio meo a † Et ex hoc no. quod vbi vnũ
3 ius b venit exceptiuè, ſeu limitatiuè ad communes regulas iu-
b ris, fit extenſio illius per idẽtitatem rationis: iura. n. quæ admit-
tunt teſtes publicatis atteſtationib. loquuntur, cũ agitur de ma
trimonio iam contracto. inf. de teſti. c. ſeries. & d. c. cum in tua.
c cum ſi. & nihilominus extenduntur c ad ſponſalia: quoniã ſub-
eſt ratio peccati. alleg. ad hoc tex. not. qui bene hoc probat, in c.
cum dilecta. de confir. vti. vel inut. idem quod Cal. ſequitur hic
4 D. Ant. licet eum non nominet. † Dic ergo faciendo regulam,
ꝙ vbicũque in cauſa matrimoniali, ſententia tranſit in rem iu-
5 dicatam, ibi obſtat publicatio atteſtationum. † Et quandoq; dica-
tur tranſire, vel nõ tranſire in rem iudicatam, colligitur ex hac
regula, vbicunque vitium ſententię eſt per partes, contra quas
fertur, remiſſibile ſententia tranſit in rem iud. ratio eſt, quia trã
ſitus in rem iud. cauſatur ex approbatione partium. infra de re
iud. c. quod ad conſultationẽ. C. quomo. & quando iud. l. adeo.
d Ad propoſitum ergo, tam in ſponſalibus, q̃ in matrimonio d ſi
vitium ſniæ eſt remiſſibile per partes, ſnia tranſit in rem iud. &
obſtabit publicatio. exẽplum in ſponſalibus, qñ probatum eſt
impedimentũ: poſſunt enim partes, omni ſnia ceſſante, diſſol-
uere ſine aliquo peccato ſponſalia, etiam iurata. d. c. 2. ita & ta-
citè poterunt ſibi præiudicare, patiendo publicationem atte-
ſtationum ſuper impedimento, vel non, appellando a ſnia la-
ta contra ſponſalia. exemplum in matrimonio, ſi publicatio at-
teſtationum eſt facta, vel ſnia lata pro matrimonio, vt quia ab
actore dicebatur contractum; a reo verò negabatur, nullo alio
impedimento allegato: nullum enim ſubeſt peccatum ſi non
admittuntur teſtes de nouo ad probandum, ꝙ non fuerit con-
tractum, cum poſſit reus de nouo contrahere, & ſic potuit ſibi
tacitè præiudicare. Si verò vitium ſniæ non eſt remiſſibile per
partes, tunc nec ſnia tranſit in rem iud. nec ob. publicatio atte-
ſtationum, exemplum in ſponſalibus, ſi probatum non eſt im-
pedimentum, vt ſup. dixi poſt Cal. exemplum in matrimonio,
idem quod in ſponſalib. vel ſi probatum fuit impedimentum,
per quod matrimonium venit diſſoluendum: poteſt enim pro
bare contrarium non obſtante publicatione, quia nec ſnia ob-
ſtaret hoc caſu, quod plus eſt. inf. de re iudi. c. tenor. c. lator. & c.
6 conſanguinei. † Concludo ergo ſ hanc materiam, & multas
alias conſimiles, ꝙ vbicunq; imminet peccatum, veritate non
e manifeſta, nec ſnia tranſit in rem iudicatam, e nec obſtat publi-
catio atteſtationum, quominus poſſint alij teſtes ꝓduci ſuper
eiſdem capitulis, vel directe contrarijs, de ſnia probatur in d. c.
lator. & ibi hoc expreſſe tenuit Hoſti. vbi dicam latius, & aliqd
in c. conſanguinei. eo tit. ꝙ non obſtet publicatio, etiam in ea-
dem inſtantia, expreſſe voluit gl. in d. c. ſeries. vbi infirmat iſtũ
intellectum ad hoc capitulum. in gl. fi. Sed aduerte, quia Ioan.
And. in d. c. ſeries. voluit limitare omnia prædicta. dicit. n. ꝙ in
hoc eſt fauor matrimonij, quia cum in alijs cauſis non liceret
probare falſitatem directe priorum teſtium, qa hoc eſſet ꝓdu-
cere teſtes ſuper articulo directe contrario, ꝙ nõ licet, vt in cle.
2. de teſt. In matrimoniali tamen hoc licebit, vt in d. c. ſeries. &
expreſſius in c. cum in tua. eo. tit. Item in cã matrimoniali, ſup
capitulo, ſuper quo depoſuerunt teſtes, ſi non probauerunt, po
terunt alij produci, publicatione non obſt. quod in alijs cauſis
non liceret. & not. ſing. hoc vltimum, quia alibi non probatur
hoc dictum in eadem inſtantia, niſi per argumenta à ſimili, vt
patet ex prædictis, ſed omnia prædicta limitat, in eo qui ſtat pro
7 matrimonio. † Et no. ſin. hanc limitationem, quam non memi
ni alibi legiſſe, ſentit. n. per hoc, quia publicatio non obſtat in
cauſa matrimoniali, & per conſequens nec ſnia tranſit in rem
iudicatam in præiudicium illius. ſ. qui ſtat pro matrimonio, ſe-
cus contra eum, qui ſtat contra matrimonium, quod eſt valde
ſing. ſed nihil allegat Io. Cal. in d. c. ſeries. quem ſequitur D. An.
qui tenet idem eſſe in eo, qui ſtaret contra matrimonium, vt ſi
allegaret aliquod impedimentum perpetuum, cũ tũc ſubſit ea
dẽ rõ, vt euitetur periculum animæ, adducit no. in c. lator. de re
iudi. quia æquè fauor eſt diſſoluere matrimonium contra legẽ
Dei ꝯctum, ſicut legitimum cõſolidare. & hoc dictum plus mi
hi placet, q̃ opi. Io. And. quia ſpãlis prouiſio non eſt fundata ſup
fauore matrimonij, ſed potius pp periculum aię. ad hoc not. p
Io. And. & Hoſti. in d. c. lator. vbi dicunt iſtud. c. procedere, vbi
vertitur periculum aiæ. & apertè ſentit gl. in d. c. ſeries. dico er-
go, ꝙ ſiue ſtet pro matrimonio, ſiue contra, habent prædicta lo
cum. pro primo, vide tex. in c. cãm matrimonij inf. eo. pro ſecũ
do, vide tex. iuncta gl. in c. 1. de conſang. & affin. Adde tñ vnam
limitationem, quam credo veriſſimam, vt publicatis atteſtatio
nib. admittatur ſtans pro matrimonio, vel contra, ad proban-
dum, ꝙ non probauerat alias directè, contrarium, præmiſſa tñ
aliquali cauſæ cognitione. Non. n. indiſtinctè eſt audiendus, ne
hoc faciat, vt corrumpat teſtes, vel cauſa vexandi aduerſariũ,
vel cã differendi negocium, ſeu illudendi iudiciũ, quia vbi pe-
riculum magis vertitur, ibi cautius eſt agendum. de elect. c. vbi
periculum. lib. 6. facit c. 1. de int. cal. li. 6. ſed dẽt examinari, qua-
re iſtos teſtes prius non produxerat, & quales ſunt. & ſi videt le
gitimã cãm, admittet, aliàs ſecus: nam in c. cum in tua diœceſi.
& in c. ſeries. de teſti. habuit legitimam cãm producendi, vt ibi
no. pro hoc facit no. dictum Inn. in c. tenor. de re iud. vbi idem
dicit in eo, qui vult admitti poſt ſniam, appellatione non ſuſpẽ
ſa. & ſic limitat illa capitula, lator, tenor, & conſanguinei: &
per hoc habes declarata multa iura, & verificatam ſecundã lec.
gl. Tertio, gl. ponit tertiam ſolutionem, ꝙ in c. ſeries. nõ potuit
reus ex articulis, productis per partem informari ſuper proba-
tione contraria, quia poſuit articulum nimis generalem, & cõ
fuſum, quod illi erant conſanguinei, ſed teſtes deuenerunt ad
ſpecialitatem, ponendo. A. & B. in primo gradu: vt. de, viſis at-
teſtationibus fuit inſtructus ſuper probatione cõtraria, ideo ad
miſſus fuit poſt publicationem quia non eſt ſibi imputandum,
quare prius non probauit, ſed gl. non perſiſtit in hac ſolutione,
dicens, quod ex quo pars dicit illos eſſe conſanguineos, ſatis po
tuit pars probare contrarium, ſed certè gl. malè reprobat hanc
ſolutionem quia difficillimum, & prope impoſſibile eſt, proba
re, quod aliqui non ſint conſanguinei, niſi probatio conſangui
nitatis reſtringatur ad certas perſonas, quia tunc indirecte po-
teſt probari contrarium, & licet hæc ſolutio non ſit neceſſaria
ad c. ſeries. quia ſpeciale eſt in matrimonio; tamen in ſe eſt vera
& valde no. & eam tenet Inn. in c. ex tenore. inſ. de teſti. vbi la-
tius attingam. Quarto ſoluit gl. ꝙ ibi producebatur vnus teſtis
contra probationem plurium: ſed hæc ſolutio eſt indubitabilis
& de modico ſeruiret. Extra gl. ponuntur duæ aliæ lect. quæ ni-
hil valent, ideo non curo recitare. tene ſecundam lecturam de-
claratam & ſuppletam, vt per eam dixi.

ADDITIONES.

a Iudicio meo. Adde ad hoc pulchram gl. in l. ſi quis. C. de fur. Item vide Doc. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. ecc. & vide Bar. & Cuma. & D. Bar. Socinum, ſubtiliſſimum principem, in l. 2. ff. de leg. 1. in 2. no. Et omnino vide amplam apoſtillam Alex. ad Bar. in d. l. ſi quis. Ber. Forec.

b Venit ius. Vide Alex. in l. ſi conſtante, ver. item inquantum, ff. ſol. mat. Fel. in c. quoniam frequenter, ſupra, ut lit. non conteſt. Dec. in c. cum dilecta infra de confirma. vti. uel inuti. Seb Sap.

c Extendunt. Adde quod idem Abb. conſi. 60. conſuluit, quod ſi teſtator diſponat, quod executores matrimonio collocent filiam, quod poterunt illam p ſponſalia collocare.

d Quam in matrimonio. Et uide omnino quæ ſuper hoc latè ſcribit Do. Ant. in c. fraternitatis, de teſt. & in c. ſeries. eo. tit.

e In rem iudicatam. Quando ſententia in cauſa matrimonij tranſeat in rem iudicatam, uide Pau. de Caſt. conſi. 266.
Adde quod voluit allegare conſi. 268. quod mei. videtur dicendum non valere, ubi etiam ponit, an talis ſententia faciat, filios naſcituros cenſeri legitimos. Pro quo facit textus, in c. lator. & ibi. Deo duce poſt eum dicemus inf. de re iud. Zach.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij appellantur epiſcopi, & etiam inferiores.*
2 *Excommunicatus repellitur ab officijs, & beneficijs.*
3 *Procurator dicitur habere officium.*
4 *Tempus delationis, & aſſumptionis inſpicitur, vt quis ſit capax officij.*

5 *Litera ordinariorum ſigillata authentico, ſigillo cum teſtium ſubſcriptione probant indiſtinctè.*
6 *Literæ ordinariorum ſigillatæ ſine ſubſcriptione teſtium probant in leuibus cauſis.*
7 *Literæ delegatorum in remiſſione cauſæ ſibi commiſſæ probant, vt ſuperior poſſit procedere.*
8 *Literæ delegatorum, quod fuerit proceſſum ſic, vel ſic non probant.*
9 *Literæ delegatorũ ſigillatæ authentico ſigillo probant de modico præiudicio.*
10 *Literæ arbitrorum non probant.*
11 *Excommunicatus obligat, & obligatur, ſed exercitium non habet.*
12 *Delegatio facta per conſulem ante ingreſſum prouinciæ, non valet, ſed conualidatur tempore ingreſſus, proconſule in voluntate durante.*
13 *Procurator abſoluens ab excommunicatione ex tacita voluntate conſtituentis poteſt acceptare iterum procuram.*
14 *Excommunicatio, ſiue tempore conſtitutionis ſiue aſſumptionis, ſiue vtroq;, impedit validitatem procurationis.*
15 *Procurator excommunicatus repellitur ab exercitio procuræ.*
16 *Reus excommunicatus poteſt eſſe in iudicio.*
17 *Geſta cum procuratore excommunicato ſunt nulla.*
18 *Procurator datus ad ſubſtituendum, vel nudus miniſter, non poteſt alium ſubſtituere.*
19 *Deportatus non amittit poteſtatem eligendi.*
20 *Excommunicatus non poteſt eſſe procurator, etiam pro conſorte.*

CAP. VII.

POſt ceſsionem. Per literas ordinarij probatur quis excommunicatus, niſi contrarium doceatur. ita ſummat Ioan.
And. veruntamen hæc ſummatio nimis generalis
eſt, vt patebit ex infra dicendis: ideo ſummo ſic. Si per literas
ordinarij probatur quis excommunicatus, à procuratione repellitur. h.d. & hæc ſummatio conuenit tex. & titulo: & nullam
patitur calumniam: nam D. Ant. ſummat aliter, & eius ſumma
tio nec congruit titulo, nec attingit principalem materiam c.
dicit enim ſic. Procurator excommunicatus tempore aſſumptionis mandati ab agendo iudicialiter, repellitur. Hæc ſummatio potius congrueret tit. de ſenten. excõmunic. vel tit. de iudi.
cum nullam mentionem faciat de probatione. maxime quæ
fit per literas, ſuper quarum effectũ pendet principaliter prolixa & ſubtilis materia huius. c. & ideo tene præcedentem Diuiditur compendioſè in duas partes, in prima ponit repulſionis
cauſam in ſecunda repulſionem, ibi, ipſum. Caſus literal. A hgs
dum erat excommunicatus, erat conſtitutus prætor in quadã
cauſa ille comparuit in iudicio & obiectũ fuit ei, ꝙ non erat ad
mittendus cum eo tempore, quo datus erat prætor excõmuni
catus erat: & hoc probatum fuit per literas ordinarij ſui quia literis ordinarij ſtandum eſt, donec probatur contrarium, D.
3 Papa iſtum tanquam patronum non admiſit. Ber. † No. ibi, iudicis ordinarij, ꝙ non ſolum literæ epiſcoporum faciunt fidẽ, maximè in ſententia excommunicationis, vt in c. curæ. 11. q. 3. &
in c. 1. de treu. & pac. ſed etiam literæ cuiuslibet ordinarij, vt hic:
hoc enim verbum, ordinarius non ſolum comprehendit epiſcopos, qui ſunt generales ordinarij. de off. ord. c. cũ epiſcopus.
lib. 6. & c. 1. eod. tit. ſed etiam inferiores, & ſpeciales ordinarios,
vt eſt tex. iuncta gl. no. in c. ordinarij. de offi. ord. lib. 6. facit. cap.
cum ab eccleſiarum, eo. tit quod ſentiunt hic communiter Doctores quod eſt not. pro diſpoſitionibus facientib. mentionem de
ordinarijs. Et no. ex hoc, & ex text. ꝙ quilibet habens ordinariã
poteſtatem, poteſt dici iudex, ex quo infero, ꝙ poterit ſuam iuriſdictionẽ iudicialiter, ſeu in figura iudicij exercere, & ad hoc
quod no. in d. c. cum ab eccleſiarum. dixi plene in c. cum contingat. de fo comp. No. de ver. ſtãdum, ꝙ licet communiter ponatur, vt differat ab eo, qui ſedet. hic tamen, & multis alijs locis
ponitur pro fide adhibenda, quaſi non ſit vltra quærẽdum, ſeu
procedendum; ſed illis ſtandum, & quieſcendum. aliquãdo aliter ponitur, vt in c. intelleximus. de iud. cum ſi. No. quod plena
probatio poteſt reprobari. concor. c. tertio loco. ſupra eod. & c.
cum Ioan. infra de fide inſtrum. & l. cum precib. C. de proba. vide quod no. gl. in c. ferrum. 50. diſt. & quod no. in c. is qui. inf. de
4 ſpon. † No. quod excommunicatio repellit excommunicatum
nedum a beneficiorum eccleſiaſticorum adeptione. inf. de cle.
excommunica. min. c. poſtulaſtis. leg. & not. in c. cum bonæ. de
ætà. & quali. item ab honorabili officio, & publico. in c. decernimus. de ſen. excom. lib. 6. ſed etiam ab officio vili & oneroſo,
vt eſt officium procuratoris, ad quod etiam infames ſaltem de
iure ciuili promouentur. Inſtit. de excep. in fi. dixi plene in c. Imperatorum. de iuſ. calum. & hoc in odium ſui, quia poſſet eſſe
ſibi vtile. Item vt facilius reſipiſcat, & vt euitet aliorum periculum in cõione, vt in c. pia. de exce. lib. 6. Et bene no. ex iſto tex. ꝙ
excommunicatio exiſtens tempore aſſumptionis mandati, nedum repellit ab exercitio procurationis, ſed etiam reddit eum
incapacem, vt nulla poteſtas, etiam habitu, tranſeat in eũdem,
ſicut in ſimili impedit acquiſitionem beneficij eccleſiaſtici, &
5 aliorum officiorum publicorum, dictis iurib. ſtatim alleg. † Et
no. ex hoc. & ex tex. ꝙ procurator dr̃ habere officium, & largo
modo, quodlibet miniſteriũ, quod neceſſario eſt explicãdum
poteſt dici officiũ vt probatur in c. cum in cunctis. §. in inferiora. de elect. iuncto c. 1. de conſuet. lib. 6. & dicit Tullius, officiũ
eſſe, quod natura, aut legibus neceſſe eſt adimplere. & dicitur ſecundum Io. Cal. ab efficiendo, a quaſi efficium: ſed propter ſer-
a monis decorem mutata eſt litera e. in o. vel dic quod dr̃ officiũ
ab efficiẽdo, per ꝯrium, quia officium nemini dẽt officere, ſeu
eſſe damnoſum. de elect. c. cum non deceat, li. 6. facit. 14. q. 5. c.
denique. ſicut lucus dr̃ a lucco per ꝯrium, & hoc no. propter ſta
4 tura facientia mentionem de habentib. officium. † Vltimo no.
ibi, aſſumpſit &c. ꝙ ad hoc, ꝙ alicui officium validè acquirat̃,
b requiritur capacitas b perſonæ, nedum tempore delationis, ſed
ẽt tempore aſſumptionis: quia eo tempore ius ſibi acquirit̃ in
re. de præben. c. ſi tibi abſenti. lib. 6. pro hoc bonus tex. in ſimili.
in §. in extraneis. Inſti. de hær. qua. & diff. ſi ergo tempore collationis, ſeu collationis beneficium officij quis eſt habilis, ſed tẽpore acceptionis eſt inhabilis, nihil ſibi acquiritur, vt hic, item
eꝯ, vt in c. ſi eo tpe. de reſcrip. lib. 6. & inf. ſuper gl. fi. aliquid dicam. hæc ſufficiant pro notabilib. Venio nũc ad apparatum, &
ſcias, ꝙ hoc. c. communiter habet materiam prolixam, & difficilem: nitar abbreuiare, & declarare quantum potero, & principaliter diuiditur in duas partes. In prima tractat̃ de fide adhibẽda literis iudicum, tam ordinariorum, q̃ delegatorum, & arbitrorum, qui ſunt quaſi iudices. l. 1. ff. de arb. & iſta pars expedietur cum gl. 1. Secũda pars tractat de effectu excommunicationis circa procurationis officium, & iſta expedietur cum glo. 2.
Venio ad primam partem, & quæro, quia hic adhibetur fides literis ordinariorum in probanda excõicatione, nunquid iſtud
ſit regulare in alijs actibus probandis? Gl. 1. alleg. primò ꝙ ſic, ſecundo nititur probare contrarium, tertio ponit tres opi. ego vltra gl. ponam ſex: & ſic erunt 9. opi. adijciam pro x. quod mihi
breuiſſimè videbit̃. & q̃m materia ſatis difficillima ẽ & male ꝑ
tex. declarata, recitabo ſupradictas op. vt quiſque ſtudioſus, cui
ingenij talentum Deus contulit, poſſit melius veritatẽ diſcernere. & primo expediam in iudicib. ordinarijs motiua ad vtranque partem, parent ex gl. & opi. inſ. recitandis. & incipiendo ab
c opi. gl. Prima c fuit opin. Hug. dicentis, ꝙ ſemper ſtatur ſcripturæ, ſigillo epiſcopi ſigillatæ, quia vicẽ habet publici inſtrumenti, per iura in prin. gl. alleg. hanc opi. ſecutus eſt Hoſtien. & mul
d ti alij, dicentes, quod literis d epiſcoporum, & aliorum ordinariorum creditur, ſigillatis eorum ſigillis. pro hoc iſtud c. & inf.
de fide inſtr. c. 2. & alia iura hic allc. in prin. glo. & in c. pen. J. de
pur. can. & dicit Hoſt. mirandum de tenentibus contrarium: nã
ſi officium tabellionis, conceſſum foret vili & abiectæ perſonæ,
facit ſcripturã authenticam multo fortius officium epiſcopalis
dignitatis, & ordinis, cum in ſua conſecratione ſolemniter profiteat̃, & iuret ſe canones ſeruaturum. ſicut ergo creditur inſtro
tabellionis cum teſtium ſubſcriptione, ſic & fortius credendũ
eſt literis epi cũ ſigillo, cũ fides epi videat̃ ꝑponderare fidei tabellionis, de fi. inſtr. c. pe. & vlt. facit & quaſdã alias ꝑſuaſiones
ad

ADDITIONES.

a Ab efficiẽdo Adde, quod ante Cal. ita dixit S. Ambroſius in aureo libello ſuo offic. lib. 1. c. 3. in fi. vbi dicit, Quando quidem officium ab efficiendo dictũ dicamus quaſi efficium: ſed propter decorẽ ſermonis, vna immutata litera, officium nuncupari, vel certe, vt ea agas, quæ nulli officiant, ſed proſint omnibus.

b Capacitas. Vide Bal. in rub. C. de cõd. ob turpem cãm, circa fi. vbi dicit quod ſi bannitus non põt eſſe de priorib. ſi tpe imburſationis ſit bannitus aliqa, licet tpe extractionis fuerit rebannitus, non tamen poterit eſſe de priorib. De quo etiam Bar. in l. vſusfructus. in fi. ff. de ſtipul. ſeruo.

c Prima. Vide tñ Ang. in l. conſentaneum. in gl. in ver. commonefacto. C. quo & quan. ind. vbi dicit quod ex ſolo ſigillo abſque aliqua ſcriptura, arguitur & & probatur voluntas eius, cuius eſt ſigillum. & ſubijcit ꝙ creditur nuncio venienti cum ſigillo ſolo, & hoc procedit ad præiudicium illius, cuius eſt ſigillum. Alias ſigillo ſimpliciter non eſt ſtandum vt per Felyn. in c. quod ſuper, infra de fide inſtru.

d Literis. De hoc, an credatur literis ſigillatis ſigillis epõrum vide gl. in ver. maximè. & ibi aliquid per Cyn. & Bald. in l. 3. C. de epiſc. & cler. & per Iacob. But. & Bal. poſt Gul. in l. ſi qua. C. de epiſco. & cler. & in l. ſi procuratorem. ff. de procura. & in l. ſi publicanus. §. 1. ff. de public. & in l. 1. §. ſi quis neget. quemad. teſt. ape. per Bal. in l. 1. ad fi. C. de procu. & in c. 1. in ver. ſigillo. de pace Conſtan. per Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de inſtr. edi. §. nunc videndum, verſic. ſupplementum in ad. ii. mag. Et facit quod no. Bar. in l. quoties. in fi. cum ſim. ff. ſol. matri. Item adde hic tex. cum glo. in c. ad probandum in ver. per metropolitani literas. de re iudic. Item vide de hoc Bald. in l. exemplo. in pen. q. C. de fide inſtrumẽ. Item adde omnino, hoc quod no. Do. poſt Io. And. in c. ſeculares. de foro compet. lib. 6. & Bald. in extraua. de pace Cõſtantiæ. in fi. princ. Ad quem autem de collegio ſpectet facultas ſigillandi, no. Ioan. And. & Abb. antiq. in c. inter dilectos. de fide inſtru. & Bald. in c. 1. circa prin. de contro. inueſt. & an credatur ſigillo legati de latere, vide Spe. in tit. de leg. §. ſupereſt. Et an ſigillum epiſcopi faciat fidem, vide Old. conſ. 173. & ſequen. & vide D. Ant. in c. 2. circa finem, de fide inſtrum. Et de articulo hic poſito per do. Ant. vide omnino per Dom. poſt Arch. in c. vt circa. §. 1. ver. & ex iſto infert. de elect. in 6. vbi etiam ponit, quid de literis aliorum prælatorum. Et an credatur ſigillo legati de latere, vide per Spe. in tit. de legat.

Adde an credatur literis ordinarij, Cal. c. 3. de fide inſtr. & in literis inferiorum, per Lapum, alleg. 7.

Digitized by Google

ad c.quoniam infra c. quod vĩ ſuæ concluſioni obſtare rñdet,
ꝙ loquitur, qñ literæ non apparent ſigillo epi ſigillatæ: ſed ipſe
viua voce dicit, ꝙ ita proceſſit: vel loquitur ſm eundem, qñ iu-
dex hoc extendit in chartulario manu publica, ſeu per duos vi-
ros idoneos confecto: ſed hic loquitur, qñ apparent literæ ſigil-
latæ. Nec ob. ſecundum eum aliud motiuum, quod dignior eſt
viua vox, cui non creditur ẽt ſi eſſet epſ, vt in c. placuit. & c. ſi to
tum. 6. q. 1. quia illud eſt verum, qñ ꝯrium probatur per plures.
inſ. de teſti. c. cum a nobis. vel dicit rñdendum per no. ſup. eo. in
c. tertio loco. q. d. ꝙ non ſemper viua vox eſt dignior, vt ibi no.
nã videmus, qđ voci viuæ tabellionis non credit, & tñ inſtro ip
ſius ſic: ita nec viuæ voci epi ſed ipſius lřis ſigillatis ſic licet hęc
opinio, quæ bẽt, quod indifferenter credatur literis epi, & alio-
rum iudicum ſigillatis, cõiter reprobatur per Doc. notantes di
uerſitatem inter ſcripturam publica manu confectam, & lite-
ras ſigillo epiſcopi ſigillatas: nam vt dicit Io. And. ſi inſtrumen
tum falſum ſcribatur ſub nomine notarij, hoc facile per cõpa-
rationem literam deprætẽdi poterit, ſed ſi verum ſigillum fur-
tiuè ſubtractum falſis literis apponatur, deficiet probatio. Vn-
de cum facilè poſſit à cancellario, forſan dormiente, ſurripi ſi-
gillum: à notario verò in poſſibile eſt ſurripi actũ ſcribendi, ſal-
ua pace Hoſt. videtur notanda differentia inter notariũ, & epi-
ſcopum, ſeu alium ordinarium. Item ſecundum Io. Cal. officiũ
tabellionis eſt ſcribere, non ergo mirum ſi ſuæ ſcripturæ credi
tur: non ſic iudicis, quia officium iudicis non eſt inuentum, vt
ſcribat, licèt qñque ſcripturæ authoritatem pſtet. inſ. de fi. inſtr.
c. pen. & vlt. nec ſequitur, pſtat authoritatem, ergo ſuæ ſcriptu-
ræ eſt fides adhibẽda iſta enim ſunt diuerſa aliquid facere, & fa-
cto authoritatem præſtare, quia in proprio facto quis non põt
authoritatem præſtare. in cle. ſi vna. de reb. eccl. non alie. l. 1. ff.
de auth. præſtan. & tamen poteſt nomine proprio ꝯhere: & ſic
actum facere. Adde. c. pe. de pur. cano. quod allegat Hoſt. reſpõ
det Cal. ꝙ ibi, non dicitur, ꝙ illi relationi ſtetur ſuper illis, quæ
in ea continentur: ſed non apparebat de contrario, vnde pro il
lis præſumebatur. inf. eod. c. quoniam. Item ibi, ſtatur relationi
contra producentem, & loquitur de delegatis, de quibus eſt di
cẽdum, vt inſ. ſubijcitur: ex quibus apparebit intellectus huius
c. & decr. cum à nobis. ſup. tit. prox. quam Hoſt. & multi alij ad-
ducunt ad illam opi. probandam, facit potius contra exponen-
do, ſeu intelligendo illum ver. nec ſcriptum, vt ibi intelligit In-
no. vel exponendo dictionem, niſi pro quamuis: vt quidam ibi
exponunt, vt ibi gl. & ſuper ex vel aliter põt intelligi in caſibus
ſpecialibus, vt in quibus literæ iudicum faciunt fidem, de quib.
infra: & iſta reſponſio melior eſt, & procedit ſine impropria-
tione aliqua, de quo dicetur plenius in d. c. cum a nobis. Decr.
2. de fi. inſtr. etiam facit potius contra, ſi rectè intelligatur: nam
tex. ibi tacitè loquitur de ſigillatis literis habẽtibus ſubſcriptio
nem, ſeu inſcriptionem teſtium, licet teſtes ſint mortui. Alia iu
ra de quibus hic in prin gl. loquuntur in caſibus ſpecialibus, de
quibus dicetur. inf. in 9. & 10. op. & hoc quo ad primum opi. Se
cunda fuit opinio quorundam ſecundum, glo. tenentium ſero
oppoſitum primæ opi. ſ. ꝙ chartæ, ſeu inſtrumento quantuncũ-
que ſigillato non credatur, niſi ſit redactum, in publicam for-
mam. in Auth. vt nulli iud. & hoc verò. & in l. in donationib. C.
de dona. niſi ſaltem duobus concurrentibus. ſ. ꝙ habeat ſubſcri
ptionem teſtium, & ꝙ ibi deſit vlns tabellionis. arg. 16. qõ. 3. c.
placuit. §. hæc de præſcriptionib. ver. is autẽ. & hanc opi. tenuit
Ber. Hiſpa. & adducebat. l. 4. §. ſin autem. C. de arbit. fallit ſecun-
dum eum ſi literæ eſſent redactæ in actis per tabellionem. in d.
l. in donationib. & inf. de fi. inſtr. c. inter. vel ſi habeat teſtiũ ſub-
ſcriptionem. 16. qõ. 3. d. ver. is autem. & l. vt perfectius. C. de an-
na. excep. Vinc. etiam ſecutus fuit hanc opi. excipiebat tamen
tres caſus. ſ. cum literæ epiſcopi habent ſigillum capituli, per c.
ſtatuimus. 19. q. 3. de elect. c. cum inter. vel quando apparent ſi-
gilla plurium epiſcoporum. de cle. per. c. 1. vel cum ordinarius
delegat cauſam per ſuas literas, quia iudicium redditur in inui
tum. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de ver. ob. Hæc opi. mihi nõ pla-
cet, nec video eam approbari à Doc. videtur enim mihi ꝙ ſit ꝯ
iſtum tex. & c. 1. de treu. & pa. & 11. q. 3. c. curæ. vbi creditur lite-
ris ſolius ordinarij, nec aliquid dicitur de ſubſcriptione teſtiũ,
ſeu ſigillo capituli, vel defectu tabellionis. ad idem. c. 1. de ſent.
excom. lib. 6. & c. ad probandam. de re iud. quæ omnia probant
de ſententia excommunicationis: multaque alia iura reperiun
tur ſuper alijs actib. vt 18. diſt. c. 1. & c. ſi epiſcopus. & 19. q. 2. c. 1.
2. & 3. & de temp. or. c. nec epiſcopi: cum multis ſimi. Item ex-
ceptiones Vinc. ſunt nimis generales, vt indifferenter credatur
literis ſigillatis epiſcopi, & capituli, ſeu plurium prælatorum:
cum hoc nullibi caueatur, excepta authoritate Papæ, de proba.
cle. literis. & iura alleg. per eum loquuntur in caſibus ſpecialib.
vt infra dicetur. Tertia eſt opin. gl. noſtræ diſtinguentis inter iu
dicialia, & extraiudicialia, vt primo caſu nõ credatur ſigillo epi
a ſcopi, a ſeu aliorum iudicum, niſi habeat teſtium ſubſcriptio-
nem per c. quoniam. infra eo. ſecundo caſu credatur, præſertim
in ſententia excommunicationis, vt hic, & in iuri. præallega. in
gl. vſque ad fi. & hæc fuit opi. Io. And. & vide gloſſ. in d. c. curæ.
hanc opi. tenuit Inn. hic: videtur tamen in primo diſcrepare in
iudicialib. ſentit enim per c. quoniam, infra eo. ꝙ in eis non cre
datur literis iudicis, etiam cum ſubſcriptione teſtium: ſed opor
tet, quod acta ſint deſcripta per notarium, vel duos viros ido-
neos. per d. c. quoniam: poſtea in alia gl. videtur recedere in to-
tum (iudicio meo) ab hac opi. gl. maximè in extraiudicialib. di-
cit enim ſuper ver. per literas. quoſdam tenere, ꝙ hodie nõ cre
deretur iſtis literis, de quibus in text. in tantum, vt quis vitetur
in iudicio, tanquam excommunicatus, per d. c. quoniã. nec eſt
contra. d. c. curæ. 11. q. 3. quia ibi, ſecundum eum, non dicitur, ꝙ
vitetur per tales literas in iudicio, ſed in eccleſia tantũ, quia nõ
eſt hoc ei præiudiciale, ſed ſaluriferum, & medicinale: dummo
do non contemnat. 11. q. 1. c. multi. per quod ſentit, ꝙ ſi epiſco-
pus mãdat, excommunicatum a ſe in iudicio vitari, literis ſuis
non parebitur, ſed oportet, ꝙ aliter doceatur de excommuni-
catione, ſecus ſi mandat eum vitari extra iudicium. Et hoc, vide
tur ſentire per rationem ſuam, ꝙ literis epiſcopi, etiã de geſtis
per ſe extra iudicium, non creditur in graue præiudicium alte-
rius. Alij, vt hic refert Io. And. circa articulum excommunica-
tionis, ponunt aliam limitationem, videlicet, ꝙ literæ epiſcopi
probãt excommunicationem oppoſitam in vim dilatoriæ, ſed
non in vim peremptoriæ: huius diuerſitatis ratio eſt, quia mi-
nus afficit, ſeu lædit primo modo oppoſita, quam ſecundo: nã
primo modo arctatur excipiens ad probandum infra octo dies,
ſecundo verò caſu debet dari tempus longius, vt no. in c. pia. de
excep. lib. 6. facit quod leg. & not. in clem. vna. de excep. Ioan.
And. non videtur, hoc placere, ſed potius, eſſe diſtinguendum
ſecundum eum, in forma literæ, vt ſi ſit purè teſtimonialis, ei
non ſtetur vt quando epiſcopus ad petitionem partis ſcribit ei,
quod excommunicauit talem, ſi verò ſit promulgatoria ſentẽ-
tiæ, tunc ei ſtetur ad primum, facit, ꝙ no. 4. q. 3. teſtes, hæc opin.
tertia non videtur vera, vt indiſtinctè credatur in extraiudiciali
libus, corruit enim ex rationibus ſupra alleg. contra primã opi.
graue enim eſſet dicere, ꝙ epiſcopus per ſuas literas ſuo ſigil-
lo ſigilitas, poſſet nocere cuicunque, ſcribendo vt vult. & facit
apertè in contrarium, illud c. 2. de fide inſtrumen. intelligendo
vt ſupra. item apertè facit in contrarium, c. quoniam. infra eod.
licet enim illud loquatur in iudicialibus, idem videtur in extra
iudicialibus, in quibus poſſet quandoque imminere maius pe
riculum, quam in iudicialibus, ergo idem dicẽdum, ad hoc qđ
no. Ioan. And. in c. diſpendia. de reſcrip. lib. 6. in nouel. & quia
in iudicio quaſi contrahitur. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecu. ſi ve-
ro in quaſi contractibus non creditur literis epiſcopi, ſeu cuius
libet iudicis, vt in d. c. quoniam, ſecundum verum, & commu-
nem intellectum; ergo multo minus in veris contractibus, in
qb. minus exuberat ptãs iudicis. Et no. hãc rõnẽ, qa nemo ſãgit,
ꝙ meminerim: & ſatis vrget ꝯ primã. & iſtã tertiã opi. Quid aũt
b dicendum reſpũ excõicationis, an pbetur per literas b qualeſcũ
que, & qualitercũq; opponaẽ. inf. dicam. Quarta opi. ponĩt hic
per Gof. & Pet. dicentes, per iura alle. in 2. parte glo ꝙ epõ aliqđ
ꝯtentioſe dicenti, & ꝯſtituenti ſe partem, non credit ſi aũt aliqđ
ſcribit iure ordinario, tunc creditur ſibi, vt iudici, de eo, qđ ſit
coram eo, vel p eum, vt in d. c. curæ. hæc opi. corruit, per c. qñ.
inſ. eo. & per ſ. dicta. Item ipſemet Gof. in q. 14. vt hic refert Io.
And. tenuit id, quod hæc gl. qđ ẽt vĩ tenere Spec. in tit. de prob.
§. ñ. ver. 10. ibi enim refert curiam tenere, non credi ſigillo epi,
niſi ſit authenticum. de fide inſtr. c. 1. de ſen. exc. cum medicina
lis. lib 6 de fide inſtr. cum dilectus. & hic. vnde dicit ſigilla epo-
rum, & officialium ſuorum, & pcipuè Abbatũ exemptorum,
& notariorũ iuriſdõnem habentium, fidẽ facere, ẽt in negotijs
alienis, inferiorum verò non, niſi in eis, quæ ſunt ſuę iuriſdõnis.
& dicit hoc placere. Inn. de fide inſtr. c. 1. & 2. no. bene hanc op.
Hoſt. in practica: ſunt enim viri magnæ authoritatis, ſed prote-
cto non vĩ indiſtinctè vera, per rõnes ſuperius tactas, & inf. tan
gendas: nec eſt verum ꝙ Inn. hoc ſimpliciter tenuit, vt ipſe al-
legat, imo vt patet ex dictis ſuis, vt in c. 1. de fide inſtr. poſuit in
hoc tres opi. quas ẽt hic recitauit Io. And. & ſtatim per ordinẽ
4 dicam, ſicut ſupra pollicitus fui. † Quinta opi. ponitur per Inn.
in d. c. 1. vt colligitur ex prin. magnæ gl. ꝙ litera dř authentica,
c qñ habet ſigillum authenticum c cum ſubſcriptione teſtiũ, niſi
in leuib. in quib creditur ſine ſubſcriptione teſtiũ, cũ non ſint
multum præiudicialia. 11. qõ. 3. c. curæ. 71. diſt. & 62. per totum.
98. diſt. nobiliſſimus. ſed Hoſt. ibi dicit, ꝙ aliqua ex eis ſunt præ-
iudicialia multum, & in aliquibus ex eis requirunẽ plura ſigilla
de

ADDITIONES.

a Sigillo epiſcopi. Adde de hoc dicendum, vt no. in apoſtil. ad iſtum in c. in præ
ſentia nu. 3 in uer. prælatorum. ſupra de renun.

b Probetur per literas. Vide Card. in clemen. 1. qõ. 10 de excep. & quod poſui
in apoſtil. ad iſtum. in cap. prudentiam. num. 11 in uer. per literam. ſupra de
offic. deleg. S. b. Sap.

c Sigillum authenticum. Quod in leuibus ſigillo ſtetur, tenet Specu. in tit. de
remiſſionibus. §. utile. uer. ſed nunquid remiſſio. Bald. in l. pacta nouiſſima.
C. de pactis.

de cle.peregri.c.1. ſed opi. Innoc.iudicio meo multum eſt propinqua æquitati, & veritati, vt infra latius dicam. Sexta opinio ponitur per eundem Inn. in loco ſtatim alle. in medio illius gl. vbi dicit, ꝙ an credat literis Abbatis, vel Archidiaconi, vel aliorum prælatorum de his, quæ extra iudicium fiunt, & quantum eis credatur, id eſt vſque ad quam ſummam, & inter quas gentes, totum relinquitur conſuetudini: nam & conſuetudo tales ſcripturas publicas facit. de inſtru. c. cum dilectus. C. de eman. libr. l. 1. & 9. qō. 3. c. conqueſtus. Nec obſt. ſecundum eum hoc cap. curę. & c. 1. de treu. & pace. quia poſſunt dici ſpecialia in ſententia excommunicationis propter participationis, periculū, de rap. c. 1. & 2. aliàs conſtat, ꝙ epiſcopo, vel alteri dicenti talem ſententiam dedi, vel talem citaui, non creditur, niſi aliter probetur. infra eo. c. quoniam. No. bene, quia ſentit c. quoniam. habere locum vniuerſaliter, ceſſante conſuetudine, hæc opi. quatenus videtur ſe fundare ſuper conſuetudine (vt aliter literæ non probent) poſſet procedere in multum præiudicialibus, ſecus videtur in leuibus: & ſic concordabit cum præcedenti opi. aliàs non eſſet vera: cum in multis leuibus credatur literis prælatorum, ceſſante etiam conſuetudine, vt ſupra dixi, & latius infra. Septima opi. colligitur ex dictis Inn. in fi. illius gl. præalleg. vbi dicit, ꝙ creditur literis cuiuslibet prælati, de his, quæ ratione ſui officij facere debet, vel poteſt, vt Archiepiſcopo vocanti ſuffraganeos ad concilium, vel ad alium ſuffraganeum conſecrandum. 18. diſt. c. ſi epiſcopus. 62. diſt. c. non debet: vel in ſubſidium extraneos, quos etiam vocat ſimpliciter epiſcopus, 8. q. 2. c. pontifices. vel quando capitulum vocat canonicos. de electio. c. cum inter vniuerſas. & in c. ſtatuimus. 19. qō. 3. & c. curæ. præalleg. & 2. diſtin. per totam. Item creditur quandoque ſecundum eundem, licet ad officium ſcribentis non ſpectet, vt in literis teſtimonialibus, de ordinibus, vel minoribus alicuius. de cleri. pereg. c. 1. Item in procuratore, a ad impetrandum, & cō-
a tradicendum conſtituto, & in omnibus alijs, vbi nullum, vel modicum præiudiciū alij generatur: nam in prædictis caſibus, & ſi non conſtet ſigillum eorum eſſe, qui ſcribunt, vel etiam ſi homines modicæ authoritatis ſcribant. creditur ei, ſecundum Innocen. in præalleg. cap. 1. in fin. de fide inſtrum. Aduerte, quia per fin. glo. ſuæ poteſt reſtringi id, quod ſupra dixi in prin. huius opi. vt intelligatur hæc opin. in his, quę ſunt modici præiudicij, & non in alijs, licet ſpectent ad officium ſuum, & tunc concordabit cum prima opi. & limitabit eam, & non notabitur de tāta diuerſitate: attamen ipſemet Imo. in c. 2. de fide inſtrum. videtur multum à prædictis diſcrepare, dicens ꝙ ſigillis inferiorū prælatorum ab epiſcopo non creditur, niſi hoc habeat conſuetudo. d. c. cum dilectus. de fide inſtrum. niſi fortè habeant iuriſdictionem, quia tunc in his, quæ ſunt ſuæ iuriſdictionis, inſtrumenta, cuiuslibet iudicis ordinarij, vel delegati, reputarētur authentica. arg. infra de teſtam. c. cum a nobis. Hæc opi. poſſet ſaluari, & reduci ad præcedentia, intelligendo quando inſtrumenta habent teſtium ſubſcriptionem, vel in caſibus ſpecialibus, in quibus procedit capitu. cum a nobis. ſuper quo ſe fundat. aliàs Innocen. redargueretur de contrarietate, de qua ſatis in prima dictum fuit. Octauam opinio. poſuit Archidiac. in capitu. circa. de elect. libro ſexto. & 1. quæſtio. 2. c. placuit. quòd litera epiſcopi non probat, niſi habet ſubſcriptionem, vel niſi hoc habet conſuetudo. ad hanc opi. videtur hic accedere Io. And. qui dicit, ꝙ requiritur ſubſcriptio teſtiū & videtur velle, ꝙ ſubſcriptio debeat fieri manu ipſorum teſtium ſubſcribentium, quia aliàs per ſubſcriptionem non eſſet plene prouiſum fraudibus, cum poſſet apponens furtiuum ſigillum ſubſcribere, ſeu inſcribere teſtes nunc mortuos, & tempore datæ ipſius ſcripturæ viuos: & ſic non poſſet reprobari, ad hoc quod no. in c. ex tenore, de teſtib. Nona opi. eſt Ioan. Cald. hic, qui dicit ſe credere, ꝙ literis epiſcopi. vel cuiuſuis ordinarij etiam ſigillatis, ſi non habent teſtium ſubſcriptionem, non creditur, ſed ſi ſigillum eſt authēticum, & habet ſubſcriptionem bene creditur. & hoc per c. 2. de fide inſtr. inductum, vt ſupra per rationes alleg. pro hac parte. fallit quod dictum eſt non credi, ſecundum eum, in quibuſdam caſibus. Primo in leuibus, & non præiudicialibus: vt cum ſcribitur de moribus, & ordinibus clericorum, & huiuſmodi, de quibus ꝫ. in dubio tamen, an ſint leuia, vel non, diſcernat iudex diſcretus, ſecundum eum, & non is, cuius ſunt literæ, quia eſſet ſuſpectus, facit infra tit. 1. cap. præterea. & cap. in noſtra. Itē fallit ſecundo in excommunicatione, vt hic, & ſimilib. & hoc in literis promulgatorijs. Quid autem in teſtimonialibus? multum inſtat Cald. tandem in fi. videtur tenere generaliter, ꝙ nō probant, ſalua conſuetudine, & ſaluis leuib. & non præiudicialibus. Tertio fallit contra producentem, vel ſigilla concedentem. infra de ſol. c. ſi quorundam. ff. depoſi. l. publia. 1. q. 7. c. quoties. de procu. cle. 1. Quartus caſus, cum hoc habet loci conſuetudo. d. c. cum dilectus. de fide inſtrum. aliàs dicit tenendum, literas quorumcūque, ordinariorum non probare ſine teſtium ſubſcriptione. & in hoc ponderat tex. c. 2. de fide inſtr. vbi text. voluit prouidere, non ſolum locis, vbi eſt vſus tabellionum, vt per eos conficientur inſtrumenta, ſed cū teſtium ſubſcriptione. ſed etiam in locis, vbi non eſt tabellionum vſus, vt apponatur ſigillum authenticum, tamen cum teſtium ſubſcriptione. Item pōderat. c. quoniam. infra eodem. vbi duo viri idonei æquiparātur fidei tabellionis, cuius ſcriptura ſufficeret quoad acta ſine teſtium ſubſcriptione. vt ibi no. quaſi velit dicere Cal. ꝙ iudici noluit credere, ſed in defectu notarij voluit hēre duos viros idoneos: & tacitè videtur velle, quod cum ſubſcriptione duorum teſtium creditur ſcripturæ iudicis ſigillatæ, quod etiā no. in d. c. quoniam, & ſatis placet mihi per d. c. 2. & per d. c. quoniam. in fi. aduerte, ꝙ hæc opi. Cal. reſpectu regulæ videtur incidere cum opi. Arch. nec loquitur clarè, an requiratur ſubſcriptio manu teſtium, ſicut voluit Io. And. an verò ſufficiat inſcriptio facta per ſcribentem literas, ſeu inſtrumentum, quāquàm D. Ant. hic dicat Io. Cal. tenere, ꝙ ſufficiat inſcriptio per c. 2. de fide inſtr. & c. 1. de procu. ſed ego non video ꝙ Io. Cal. hoc apertè dicat, imo potius poſſet innui contrarium ex verbis ſuis: cū vtatur verbo, ſubſcriptione, ipſe tamen D. Ant. videtur tranſire cum illa opi. vt ſufficiat inſcriptio. & idem D. Car. Antequam annectam ſententiā in hac materia, præmittā vnam deciſionē Rotæ, ſatis vtilem in practica, licet ex toto non placeat, vt infra dicam. & quia multa dicta poſſunt ex ea colligi, inſeram ꝓpria verba ipſius collectoris. Fuit enim dubitatum inter eos, vtrum credatur literis epiſcopi, ſolo ſuo ſigillo ſigillatis, ſine tabellione, & teſtibus, ſuper reſignatione ex cauſa permutationis facta in manibus ſuis, per ipſum admiſſa, & collatione ſubſecuta. Et licet in hoc dubio poſſent fieri multa argumenta, & allegari ꝓ, & contra, de quibus in iſto c. tamen attenta generali conſuetu-
b dine totius orbis, qua reputatur ſigillum epiſcopi authēticū: b quam etiam ſeruat palatium Apoſtolicum in his, quæ ſpectāt ad ipſius, officium, & quę inter ſuos, ſubditos extra cauſam eius, propriam fidem faciunt: dummodo non procedat, vt iudex, quia tunc ſecus, vt in c. quoniam contra. infra eo. & c. cum à nobis. infra de teſti. fuit per omnes Dominos terminatum, & concluſum, ꝙ in caſu prædicto literæ epiſcopi faciant plenam fidem: dummodo prędicta omnia in ſua litera cōtenta coram eo, & per eum vno & eodem tempore facta, & completa exiſtant, aliàs non faceret fidem niſi de vltimo actu ſuo, vel partiū prout not. per Inn. in c. quoniam. pręall. Ratio prædictæ cōcluſionis patet per ſupradicta, quia omnia, & ſingula præmiſſa ſpectant ad officium ſuum, & inter ſubditos ſuos, extra iudicium per eum expediuntur. de renunc. cap. admonet. de re. permu. c. quæſitum. & c. 1. eo. tit. lib. 6 pro qua concluſione faciunt expſſe not. p Inn. & Hoſt in c. 1. & 2. de fi. inſtr. & per Hoſt. hic. Non ob. ſtylus palatij, quo cauetur, ꝙ non creditur literis epi ꝫ apoſtolicum impetrantem, in quibus eps diceret ſe primo contuliſſe beneficium, quam Papa, ſeu executor: hoc enim contingit, nō ꝙ ſigillum eius non ſit authenticum, quia imo eſt, vt prædictū eſt, ſed propter fraudem, quæ timetur, quia ſępe, imo frequenter, accidit, ꝙ epiſcopi, vel eorum cauſa cancellari contra apoſtolicos impetrantes anticipant datas, & quia fraus, & dolus nemini debent patrocinari, & vt in malitijs obuietur, de reſer. c. ſedes, & c. ex tenore. ff. de rei vend. l. in fundo. & eſt iſtud in palatio apoſtolico inuētum, in quo etiam ſeruatur, quod literis epiſcopi in cauſa propria fides nullatus, adhibeat. C. ne quis in ſua cauſa. in rubro, & nigro. & 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. nullus. ſed in hoc caſu videlicet vltimæ collationis factæ per epiſcopum contra apoſtolicum impetrantem, quodammodo epiſcopus videtur facere teſtimonium in cauſa propria, vt ipſe collationem ſuam propriam factam forſan in perſonam fratris, nepotis, vel ꝯſanguinei, aut familiaris, collationi apoſtolicæ factæ alteri perſonæ ſibi extraneæ, præferret, & ita ſolebat ſemper dicere, in conſilijs reuerendiſſimus Pater, do. de Foſonato, ſanctæ Ro. eccle. Cardinalis, dum erat in Rota. Prętere etiam poſſet aſſignari alia ratio diuerſitatis, quare in primo caſu creditur literis epiſcopi, & non in ſecundo, quia in primo caſu non poteſt fieri collatio alteri, quàm permutanti. per clc. vni. de rer. permuta & ſic quodammodo illa collatio eſt neceſſaria, quia de neceſſitate iuris non poteſt fieri alteri. In ſecundo vero caſu, eſt locus gratificationi. & poteſt conferri cui vult. vt leg. & not. de præben. c. relatum. & c. tibi qui. de reſcrip. lib. 6. ſed prælati modernis, temporibus plus ſequentes carnalitatis affectum, quàm iudicium rationis, ſępè ex in ordinata affectione promouent ſuos, de præbē. c. graue. & machinantur omnes fraudes, quas poſſunt, contra apoſtolicos impetrantes, de renun. c. 2. lib. 6. de conceſ. pręben. c. 2. eo. lib. hæc ſunt verba illius deciſionis, quę eſt in ordine. 25.

in qua

ADDITIONES.

a Procuratore. De hoc vide per Dominos de Rota. deciſ. 157. ſecundum ordinem meum. Et an per ſolum ſigillum domini credatur dicēti ſe procuratorem eſſe illius, abſque alio mandato, uide per Dominic. poſt Arch. in c. quāuis. de procu. lib. 6.

b Authenticum. Quod ualet conſuetudo ꝙ credatur ſigillo, tenet Gem. in ca. quamuis. de pro in 6. cuius meminit præceptor meus D. Rochus Curtius in c. ſi. uer. ex præmiſſo notabili. ſup. de conſue. Seb. Sap

in qua videntur velle dñi, ꝙ etiam in præiudicialibus creditur
literis epiſcopi ſine ſubſcriptione, in ſpectantibus ad officium
ſuum:& in hoc videntur accedere ad ſeptimam opi.ſupra reci
tatam,& deuiare ab opi.Archi.& Ioan. An.& Cal. de quibus
nullam faciunt mentionem,& multa alia poſſunt colligi ex di
ctis ipſorum,quæ infra ſtatim ponderabo. Ego vero licet inter
tantos,& tales doctores, non deberem calamum apponere.ta
men vt non captiuem intellectum, & vt maiorem viam poſte
ris ad veritatem inueniendam præbeam, ponam pro decima
opi.vnam concluſionem reſpectu prolixitatis materiæ nõ lon
gam,ſed compendioſam.xj.compræhendentem,quæ talis eſt.
5 † Literis a epiſcopi, ſeu alterius ordinarij authentico ſigillo ſi-
a gillatis,& teſtium ſubſcriptorum manu propria roboratis, cre
ditur,tam in ſpectantibus ad officium ſigillantis,quã in alienis
negotijs;& tam in leuibus quam in arduis, ſiue ſint ꝓmulgato
riæ diſpoſitiuæ; ſiue teſtimoniales: atteſtãtes tamen factum de
præſenti,ſecundum datam literarum,ſiue contineant extraiu-
dicialia,ſiue iudicialia;ſine ſuſcriptione vero non creditur,niſi
in caſibus ſup.exceptis per Ioan.Cal.in quibus,creditur etiam
ſi ſint teſtimoniales atteſtantes factum de præterito; ſine ſigil-
lo vero, & ſubſcriptione, etiam in prædictis caſibus exceptis
non creditur,ſi alias nõ cõſtat eas eſſe ordinarij.Declaro nunc
ſingulas partes huius concluſionis. Primo enim requiro vt li-
teræ ſint ſigillatæ ſigillo authentico hoc dico per c.ij.de fi. inſt.
& c.ſi canonici.de of.ord.lib.vi.cum ſi. Ceſſante ergo ſigillo li-
teræ cenſentur omnino priuatæ: ex quo non ſunt manu tabel-
lionis ꝓfectæ; & ſic non facerẽt fidem.d.c.2. de fi.inſtrumen.l.
ſcripturas.C.qui po.in pig.habeã.l.comparationes.C.de fi. in-
ſtrum.niſi in leuibus, ſi conſtat eas eſſe ordinarij. vt inf. dicam
in fi. concluſionis.Secundo requiro,ꝙ literæ ſigillatæ, ſint ſub-
ſcriptæ manu ꝓpria ipſorum teſtium. Moueor primo per mo-
tiua Ioan.An.ſuperius recitata.Item per c.j. in fi.de procu.ſm
vnum intellectum;licet quidam adducãt illud pro opi.contra-
ria:ſed certè potius facit pro;cum faciat mentionem de ſubſcri
ptione, & verbum,ſubſcriptiò, compræhendat proprie, & ſe-
cundum communem vſum loquendi, ſubſcriptionem factã
manu teſtium;vnde dr̃ ſubſcriptio,quaſi ſubtus ſcriptio, item
cum in literis priuatis requiratur ſubſcriptio ipſorum teſtiũ. d.
l.ſcripturas. no. plene in c.2.de fi. inſt. ergo & in iſtis,cum ma-
gis attrahantur ad naturam priuatarum, q̃ publicarum: cum
iudex non ſit perſona publica in ſcribendo. item facit c.quo-
niam.inf.eodem. vbi tex.in defectu notarij requirit inſcriptio-
nem ſeu ſubſcriptionem duorum virorum idoneorum: ergo
eadem ratione idem dicendum in extraiudicialibus,vt nõ cre
datur literis epiſcopi, ſeu ordinarij in præiudicium alterius, ſi
non habeãt ad minus ſubſcriptionem duorum. pro hoc quod
ſupra dixi,inducendo illud c.quoniam.& inf.tangam.moueor
non minus,imo principaliter,per hanc rationem:voci epiſco-
pi nõ creditur in præiudicium alterius. 6. q.2.c.ſi tantum. &c.
placuit.xj.q.4.c.ſi is forte.& d.c.quoniam. ergo nec literis ſuis:
cum is,qui inducitur ad falſum dicendum, non minus induci
poteſt ad ſcribendum,ſigillum ſuum apponendum, & inſcri-
bendum duos teſtes,qui nunc mortui ſunt, tempore tamen datæ li-
terarum, viuos; omnia enim iſta pendent a voluntate ſua, &
pauperi innocenti deficit probatio negatiuæ;& ſic erit in facul
tate iudicis deſolandi,& quodammodo necandi, & ſpoliandi
omnes ſubditos ſuos, faciendo literas modo prædicto; quod
eſt contra omnem æquitatem,& ſi iura deficerent, non deficit
ratio,& aperta mens.d.c.quoniam.& c.ſi tantum. & c.placuit.
præall.Nec ob.illa ratio Inn.idem eſſe in notario,cuius voci nõ
creditur,& tamen eius ſcripturæ credit̃: quia ratio diuerſitatis
eſt in promptu:nam notarius apponit teſtes, per quos poterit
cõtrarium probari:ſed epiſcopus ſolum appoſuit ſigillũ ſuum,
quod eſt in facultate ſua:nec poteſt reprobari.Et ſi diceres,etiã
epiſcopus poteſt apponere teſtes ſicut notarius;reſpondeo, ꝙ
notarius eſt ad hoc officium electus,& approbatus:nec eſt ve-
riſimile, ꝙ committat falſum;cum ſit perſona media: ordina-
rius vero non eſt ad hoc deputatus. item non eſt perſona me-
dia;cum plerunque propter multa imminentia,capiat odium
ſubditorum actiue, & paſſiue. de accu.c. qualiter.el ſecundo.
& ſic quandoque vellet vlciſci, quod non eſt permittendum.
Item officium notariorum eſt exorbitans, & ſupernaturaliter
ſcriptura ſua facit fidem,iuxta no.per Inn.in c.cum.P.tabellio.
de fi.inſtr.ergo non debet hoc extendi ad ordinarios. ſatis eſt,
ꝙ ipſi habeant officium iudicandi: non enim cum hoc debẽt
habere officium atteſtandi.articu.in capitu.forus.de verſi.ſig.
& quarta quæſt.4. capit.j.non ob.c.2.de fide inſtrumentorum.
vbi text. facit mentionem de inſcriptione, & non de ſubſcri-
ptione,dico enim,quod verbum,inſcriptio,largo modo ſumi
tur: nam omnes inſcripti poſſunt dici ſubſcripti, quaſi intus
ſcripti. Tertio dico in concluſione,ꝙ tales literæ faciunt fidem
tam in ſpectantibus ad officium ſuum, quam in alienis nego-
tijs,hoc probo per d.c.2.de fi.inſtr. vbi tex. indiſtincte loquens
æquiparat eas inſtrumento confecto manu tabellionis. ad idẽ.

b d.c.cum pro nobis.ver.nequam.hoc ponunt domini b de Ro-
ta dec. 302. vbi dicunt, ꝙ etiam in præiudicium apoſtolici ex-
pectantis faciũt fidem tales literæ a teſtib. vel notario ſubſcrip
tæ.Et no.ꝙ vtuntur verbo ſuſcriptione. facit pro his, quæ dixi
in præcedenti articulo Dixi quarto,ꝙ faciunt fidem tam in le-
uibus, quam in arduis:hoc probant, quæ ſtatim dixi in præce-
dentibus,quæ generaliter loquuntur. Dixi quinto, ꝙ probant,
ſiue ſint promulgatoriæ, ſeu diſpoſitiuæ: promulgatoriæ ſunt
literæ,quæ aliquid promulgant,ſeu diſponunt,exemplum in li
teris promulgantibus excommunicationem.item in literis ci-
tatorijs,ſeu ſententiam aliquam continentib. & ſi. & hoc pro-
batur hic,& in c.2.de dila.& in c.quoniam.in fi. ſecundum in-
tellectum, quem ſtatim dabo ad illud c.& in d.c.cum a nobis.
& c.2.de fi.inſt.dum generaliter loquuntur.Dixi ſexto,idem ſi
ſint teſtimoniales, atteſtantes tamen factum de præſenti ſm
c datam literarum.a dicuntur teſtimoniales: quia atteſtantur ali
quid factum:vel non factum,puta,ꝙ Titius permutauit bene-
ficium cum Sempronio,vel ꝙ mutuauit illi decem,vel ſimile
hoc probatur in præal.iur.generaliter loquentibus.& ſentiunt
D.de Ro. deci. 311. præal. maxime probatur in d.c. 2. vbi tales
literæ inſtrumento publico æquiparantur. Septimo dicitur in
concluſione, ſiue contineant iudicialia, ſiue extraiudicialia.
iſtud probatur per.d.c.quoniam,in fi.dum præſupponit,ꝙ per
notarium,& duos viros idoneos,poſſunt acta probari per legi-
tima documenta:ſed tales literæ ſic ſigillatæ,& ſubſcriptæ ob-
tinent vim publi.documenti, vt in d.c.2. ergo &c.non tamen
credo ſufficere,literas ſigillatas ſine ſubſcriptione teſtiũ:quod
etiam aperte ſentiunt Do. de Rota. deci.311. licet quidam te-
neant contra.ſed primum eſt verius per rationes, quas ſup.di-
xi in ſecunda parte cõcluſionis,& ex mente illius.c. quoniam.
dum notat falſam aſſertionem iniqui iudicis, quæ ſatis adeſſe
poteſt in literis,remota ſubſcriptione teſtium.Octauo dicitur,
ꝙ ſine ſubſcriptione teſtium non credatur: hoc probatur per
ea,quæ ſup.dixi in ſecunda parte concluſionis. Nono dicitur,
quod fallit in caſibus ſupra exceptis per Io. Cal. nam vt patet
in eis,ſubſcriptio teſtium in illis non requiritur. Nunquid au-
tem hoc ſit indiſtincte verum in ſententia excommunicatio-
nis ſtatim dicam, declarata prius tota concluſione. Decimò
dicitur in concluſione,ꝙ in caſibus exceptis creditur ſine ſub-
ſcriptione,etiam ſi ſint literæ teſtimoniales de ꝑterito.hoc pro
batur in c.curæ.11.q.1.& in c.1.de treu.& pac.& de rap.c.1.72.
& 73.diſt.per totum.in literis de ordinibus,quæ ſunt de præte-
rito,vel de bona conuerſione in præteritum, & ſimilibus, quæ
ſunt modici præiudicij. Vndecimò,& vltimo dicitur, quòd ſi-
ne ſigillo, & ſubſcriptione non creditur, etiam in caſibus ex-
quieſcẽte præſumptione delicti tollitur perfecta probatio acto-
ris, ſi rei exceptio reddit illam æquiuocam. Exemplum in termi
nis huius c. monaſterium probauit Titium Sempronij obtuliſ
ſe ſe, & ſua monaſterio tali tempore, reus probat, quod illo tẽ-
pore erant duo, qui vocabantur hoc nomine. Certe ex hoc tol-
letur illa probatio actoris, niſi aliter declaretur. argu. l. duo ſunt
Titij. ff. de teſta. tut. & c. inter dilectos de fid. inſtr. & prædicta ſunt

8 bene no † No. vlterius aliud bonum dictum, quod probatio in
genere facta, non prodeſt, quando quælibet ſpecies generis nõ
cõſequitur illum effectum, ad quem proponitur. Declaro, hic
fuit facta probatio, quod oblatus erat minor annis tempore
oblationis, dicit tex. hic hoc non ſufficere, cum dupliciter poſ-
ſet dici minor annis. & ante 25. annũ, & ante 14. In hoc vltimo
intellectu, ſeu in hac vltima ſpecie probatio concludebat, ſed
in alia non, quia minor 25. maior 14. poteſt relig. intrare. de reg.
in c. t. lib. 6. & idem dic in articulando, ſeu excipiendo, vt con-
gatur à principio ſpecificare ſic & ſic, non in genere propone-
re, vt eſt tex. no. in c. pia, de excep. li. 6. & ibi no. glo. Si autem à
principio fuerit in genere admiſſus ad excipiendum, ſeu probã
dum, debet inſpici poſtea probatio. Si. n. eſt generalis, non pro-
deſt, vt hic, ſi autem eſt ſpecialis, admittitur, vt no. Inn. in c. cæte-

9 rum. de iud. † Et ex his, & ex tex. no. quod probatio generalis nõ de-
claratur ſecundum materiam ſubiectam, ſeu intentionem arti
culantis. Idem dico, quando genus eſt ſimpliciter prolatum, in
telligitur a iure in potiori ſpecie, vt ſi illud genus proferatur a
teſtibus, non capiatur in illa ſpecie, ſed in nullo habeat releua-
re probantem: ex quo in alia ſpecie non concludit intentum ar
ticulantis. Exemplum, excipio cõtra actorem, quod eſt excommu-
nicatus, & ita generaliter probo excommunicationem per te-
ſtes, certe non releuor, quia poſſibile eſt, quod ſit excommunica-
tio minor, vt d. c. pia. & in teſtibus non facimus interpretatio-
nem illam, ſicut ſi a iure illud verbum profertur, vel a iuriſpe-

10 rito. pro hoc tex. iuncta gl. no. in l. 1. de vſur. † Vl. no. ſecundum
b Io. And. hic expreſſe, b quod minor 25. annorum, bona ſua ſine cu-
ratore, & decreto alienat, intrãdo tantum monaſterium, ſecus
tamen eſſet, ſi non intraret monaſt. l. ſi quidem, & l. ſi prædiũ.

11 C. de præd. min. ſine decr. non alie. & quaſi per to. † Etiam ſi vel
let alienare in alias pias cauſas, ar. in l. 2. de polli. quod bene no.
Pro hoc facit quia ingrediẽs monaſterium fingitur mori tẽpo-
re ingreſſus. l. Deo nobis. C. de epiſ. & cle. & 16. q. j. c. placuit. ſed
tempore mortis poteſt pubes ſine alia ſolẽnitate diſponere de
reb. ſuis. l. qua ætate. ff. de teſt. & præſertim ingrediens relig. ha-
bet liberam, & integram facultatem diſponendi de reb. ſuis. in
Auth. de mon. §. illud. 19. q. vlt. c. ſi qua mulier. & c. quia ingre-
dientibus. Quæ rõnes ceſſant in eo, qui vult alienare bona ſua

12 non intrando relig. ſed ad pias cauſas. † Nunc primo expediam
gl. noſtras iuxta morem, demum veniam ad glo. Inno. & alio-
c rum. & glo. j. c in prin. alle. aliquas concordantias. & ſecũdo for
mat per ordinem. 5. q. & ſoluit. Primo enim quærit, an ſubſtitu-
tio facta, ſi deceſſerit ſine liberis, euaneſcat per natiuitatem na
turalis tantum? Glo. reſpondet ſimpliciter, quod ſic, per l. ex facto.
§. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. cum ſi. alle. Io. And. remittit ad ibi
no. D. Ant. etiam ſimpliciter tranſiuit. & certe minus bene ex-
pediunt hunc paſſum pro Canoniſtis. Ideo aduertas, nam glo.
no. in clem. 1. de bapti. ſentit contrarium, quod appellatione libe-
rorum non veniunt naturales tantum, vbi agitur de ipſorum
commodo, & honore, per l. cum legitime, ff. de ſtatu hom. vbi
dicitur, quod filii ſpurij ſequuntur matrem, non patrem, ad idẽ
l. quia ſemper. ff. de in ius voc. Sed hanc opinionem gl. noſtræ
ſequitur

ADDITIONES.

a **Tempore licito.** Quomodo illud dictũ procedat, declarat Io. de Ana. & Are.
in c. cum dilecti. in ſeptimo no. inf. de accu. & Fel. ſequitur in c. 1. infra de re
iud. Aliter declarat idem Fel. in c. auditis. ver. obl. 3. inf. de præſcr. & in c. nõ
nulli. §. ſunt & alij 5. de reſcr. aliter Doc. hic. Seb. Sap.

Verum minor 25. an ingrediens monaſterium poſſit transferre bona ſua ſi-
ne authoritate curatoris, vide quod de hoc late ſcribit Petrus de Anch. in
repet. c. acceſſorium. ver. ſed incidenter iuxta prædicta, de regu. iur. in 6. Et
de hoc vide in terminis per Spe. in tit. de ſtatu mona. ver. 41. & Lap. all. 106.
circa medium, &c.

Adde an minor ingrediendo religionem poſſit bona ſua alienare, late An.
Sic. conſ. 50. vide tamen quod voluit Rom. conſ. 199. circa finem.

b **Expreſſe.** Vide late per Alb. de Ro. in auth. ingreſſi, in 2. col. C. de ſacroſ. eccl.
& Lap. alle. inci. diſputat primo. Seb. Sap.

c **Glo. j.** Similem glo. vide in c. Rayn. in ver. deſcendentes, de teſt. & facit gloſ.
no. in c. ſtatutum. il 2. de hær. lib. 6. & vide glo. in cle. j. de bapt. hic allega per
Abb. & quod ibi late per Pet. de Anch. in rep. c. canonum ſtatuta, de conſtit.
in 6. prin. quæſito, in 32. col. illius quæſiti. Et vltra prædicta adde omnino In
no. poſt gl. & Bar. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, ff. ad Tre. all. in gl. vbi ponit
melius, quam alibi.

Adde an appellatione filiorum veniant naturales, maxime cum ab eccleſia
filij nominantur, vide Ang. conſi. 36. & 91.

An autem filius legitimatus excludat ſubſtitutum, vide late per Imo. in l. ex
facto. in prin. in 7. colum. ff. de vulg. & pup. qui tenet, quod non. Et idẽ dicit
tenere Sal. in l. generaliter. §. ſi. ff. de inſt. & ſub. Et uide de hoc per do. Anto.
in repe. c. per uenerabilem, qui fil. ſint leg. An & quando ſit mentio de filijs
legitimis, & naturalibus comprehendantur legitimati uide Ang. in conſil.
ſuo 70. Et de illa quæſtione, an legitimatus excludat ſubſtitutum, uide per
Ang. in q. ſua incip. nobilis quidam genere. ad quẽ in hac quæſtio. ſe remittit
Imo. in l. ſi quis poſthumos. in prio. ff. de lib. & poſth. ubi dicit, quod ſi pater
ſubſtituat filio ſuo in ſacris ordinibus conſtituto, ſi deceſſerit ſine liberis,
tunc ſpurius natus ex filio in ſacris, excludit ſubſtitutum, quia de eo cogi-
taſſe uidetur pater, cum filius in ſacris non poſſit niſi filiũ ſpurium procrea
re. Sed contrarium ibi tenet Imo. dicens ita tenuiſſe etiam Ang. poſt Bar. in
l. hæredib. §. ſi. ff. ad Trebel. ſaluo, niſi iſte ſpurius eſſet legitimus: nam dicit,
quod tunc bene excluderet ſubſtitutum. Item de articulo illo, an in diſpo-
ſitione ſtatuti appellatione filiorum contineatur filius naturalis, uide Bal. in
l. ciuile. ff. de iuſt. & iu. & in l. quod uero. ff. de leg. & in l. parente, ff. de in ius
uoc. tex. Cy. & Bal. in l. libertinum, C. de interd. mat. & omnino Dom. in d. c.
ſtatutum, il 2. de hære. in 6. poſt Ang. in ſuis conſi. Io. And. in add. Spe. in rub.
qui fil. ſint leg. in 2. q. Bal. in l. generaliter, §. ſi. C. de inſt. & ſubſt. & elegantiſſi
me, & ſubtiliſſime per do. meum Fran. de Are. in hoc capite. Et adde Bal. in
l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui, &c. ubi dicit in fine, quod baſtardi non ſucce-
dunt in emphyteuſi eccleſiæ. Adde hic Bal. in l. ſi. C. de his qui ven. æta. imp.
ubi per illum tex. dicit, quod ſi quis receperit emphyteuſim pro ſe, & filijs,
tranſibit ad legitimatos. Et de illa q. an appellatione filij contineatur legiti
matus, uide per Bal. in l. cum acutiſſimi. C. de fideic. & in l. ſi quis ita, de le. 2.
an ſtatutum loquens de filijs legitimis, & naturalibus habeat locum in legi
timatis, uide Petr. de Anchar. in repe. c. canonum ſtatuta. in ſexto principali
quæſito, uer. quid ſi ſtatutum loquitur de conſtitutione. Et de illo art. an le-
gitimatus excludat ſubſtitutum, uide omnino per Imo. poſt Bal. in l. Gallus.
§. ſi eius, in ſi. de lib. & poſth. & per Io. And. qui tenet. quod ſic, in add. Spec.
in tit. de ſucceſ. ab inte. §. ſi. in add. ult. Item uide Bal. in l. eam quam. uer. de-
nuo quæro. C. de fideic. ubi dicit, quod filius naturalis ſuccedit in feudo,
conceſſo pro ſe, & filijs procreatis, & procreandis, ſi dominus tempore con
ceſſionis ſciebat illum habere filium naturalem.

Adde an legitimatus excludat ſubſtitutum, Alex. conſi. 2. & 20. 77. & 94. Et
ibi uide an retineat iura agnationis, de quo etiam per Io. de Ana. conſi. 28.
Et an appellatione fratris ueniat frater illegitimus, & an tales retineant iu
ra agnationis, uide per eundem conſi. 85. et uide quod uoluit Bal. conſi. 19.
a. li. Pet. de Anch. conſi. 287. Pau. de Caſt. conſi. 78. Seb. Sap.

Digitized by Google

ſequitur gl.in c.Raynaldus,de teſtamen.in ver.videtur etiam.
vbi dicitur,quod ſi adijcitur verbum,Legitimis,tunc intellige
retur de legitimis & naturalibus,ſecus ſi tantum dixit, Sine li-
beris Quid dicendum?aduerte,quæſtio iſta eſt ſatis dubia,vtrũ
appellatione filiorum, ſeu liberorum, veniant naturales tan-
tum,ſiue hoc verbum proferatur in vltima voluntate, ſiue in-
ter viuos in contractibus, ſiue in ſtatutis: & eſt materia quoti-
diana,& neceſſaria,maxime Canoniſtis: ideo hic aliquãtulum
inſtabo vltra alios. Et primo,quantum ad quæſtionem gl.an fi-
a lius a naturalis excludat ſubſtitutum venientem in defectu li-
berorum?diſtingue poſt Bar.in l.ex facto, §.ſi quis rogatus.præ-
13 alle.quod aut naturalis eſt natus in ſeruitute, aut non. † Primo
caſu ſi eſt natus in figura matrimoniali, excludit ſubſtitutum,
alias non.alle. Inſt. de cogna.ſer.in prin. ff.de leg.2. l.Lucius.in
fine.& l.fi.ff. de iure delib. dicitur autem natus in figura matri-
monij,quando matrimonium ſit contractum inter ſeruos, vel
inter liberum & ſeruam, inter quos de iure ciuili matrimoniũ
non contrahitur,ſed de iure canonico ſecus eſt, vt j. de coniu.
ſeruo.per totum. Aduerte tamen,quia illa iura allega.per Bart.
aperte non probant principium huius diſtinct.nam prima alle
gatio loquitur de ſucceſſione legitima, an,& quando ſeruorũ
filij ſuccedant patri, adepta libertate. Alia vero duo iura non
diſtinguunt inter naturalem conceptum ex matrimonio,licet
nullo,& alium natum ſine vllo matrimonio:imo potius vidẽ-
tur loqui ĩ natis ſine vllo matrimonio,vnde plus placet, quod
14 ſequitur in ſeq.diſtin.& poſt eam dicam.† Aut nõ fuit natus in
in ſeruitute,& tunc aut illa verba,Si deceſſerit ſine liberis,refe-
runtur ad perſonam, quæ non poteſt habere niſi naturales tan
tum, vt ad furioſum non habentem vxorem,& ſic naturalis ex
cludit ſubſtitutum,quia de eo videtur cogitatum, vt in l.hære-
dibus, §. j. ff. ad Trebellianum. ſecundum vnum intellectum.
15 Aut † referuntur ad alium, qui non poteſt ſine peccato habe-
re,niſi legitimos,vt ad clericum in ſacris, vt intelligatur de ec-
cleſia,& ſic de filio legitimo tantum:non autem ratione prædi
cta põt intelligi de alijs.hoc eſt nota.dictum Bar.in d.l.hęredib.
16 † Et ſi fuit dictum, Sine liberis ex ſuo corpore deſcendentibus,
habetur hæc conditio pro non adiecta: quia inuitat metu per-
ditionis bonorum ad illicitum coitum,ſicut non valet illa,quę
inducit viduitatem,vt, Si non nupſerit. ff. de cond. & demon.l.
17 cum tale.ita no.dicit Bar.in d.l.hęredibus. † Aut illa verba con
feruntur in perſonam,quę poteſt habere legitimam,& natura-
lem prolem, & tunc ſi poteſt tacite apparere de voluntate de-
functi, quia in aliqua parte teſtamenti fecit mentionem de na-
turalibus,ar.l.qui filiab.ff.de leg.1.& naturalis excludit ſubſtitu
18 tum,ar.in d.l.fi.ff.de iu.delib.† Aut non poteſt ſic approbare ex
b verbis b teſtamenti, & ſi erat ipſe qui rogauit homo poſitus in
dignitate,neque inhoneſtę conuerſationis, & venerabilis ho-
mo,& tunc naturalis non excludit ſubſtitutum:quia nõ eſt ve-
riſimile, ꝙ talis homo voluerit ſubſtitutum excludi per talem
naturalem.ar.in l.generaliter,in fi.C.de inſtit. & ſubſti. & d.§.ſi
quis rogatus. Alias ſi non eſt talis,qui rogauit,ſubſtitutus exclu
19 detur per naturalem,vt ibi.Hoc verum in filio naturali.† ſecus
c in ſpurio nato ex damnato coitu, c qui non poteſt eſſe vxorius:
talis enim nullo caſu excludit ſubſtitutum.ar. in auth. ex com-
20 plexu.C.de inceſt.nu.† Idem in filijs adoptiuis tantum, l. ſi ita.
§.1.ff.de leg.2.Hæc vera, ꝙ naturalis in dictis caſibus nõ exclu-
21 dit ſubſtitutum;† niſi ſubſtitutio fieret fœminæ.Ratio,quia ma
tri talis filius ſuccedit,niſi ſit illuſtris.l.ſi qua.C.ad Orfi.& Inſtit.
de ſucc co.§.vulgo.Et ideo in fœmina non eſt recurrendum ad
ſupradicta,ſed indiſtincte naturalis excluderet ſubſtitutum.Ita
dicit Bar.in d.§.ſi quis rogatus.& pro eo all. tex. ſecundum vnã
lect.quam ponit ibi glo.in d.l.hęredibus, hoc reprobat, quia in
iſtis principaliter inſpicitur voluntas teſtatoris, vt in d.§.ſi quis
rogatus. ſed non videtur conſonum voluntati teſtatoris, ꝙ in
fœmina indiſtincte ſenſerit de filijs illegitimis, cum magis ſit
horridum fœminis, quam maſculis habere filios illegitimos,
ar.l.ſi qua illuſtris,pręall.& hoc mihi plus placet. No.tamen ex
dicto illius gl.ar.op.ꝙ vbi in loco eſt ſtatutum,ꝙ naturales ſuc-
cedant ſicut legitimi,& tũc indiſtincte naturalis excludet ſub-
ſtitutum:quia propter diſpoſitionem legis municipalis videtur
22 de tali filio cogitatum.† An autem valeat d tale ſtatutum? vide
d quod no.in d.c.per venerabilem.qui fil.ſint leg. & per Fed.con
ſi.275.vbi tenet,ꝙ non valeat,quia dat materiam peccãdi. Idẽ
Bar.in l.teſtamenti factio.ff.de teſt.Nunc attende, quia ſi bene
ponderas omnia prædicta vnã cum iuribus pręal.fundantur ſu
per tacita voluntate teſtatoris,ſeu diſponẽtis. Ex his infero vnã
no.concluſionem, ꝙ vbicunque poteſt apparere de tacita vo-
luntate diſponentis, ſiue ex verbis poſitis in diſpoſitione, ſiue
quia eadem ratio in filio legitimo & naturali, ſemper appella-
tione filij venit filius naturalis tantum,etiam ſi tractetur de pę-
na,ſiue de commodo,ſiue diſpoſitio ſit in vltima voluntate,ſi-
ne in legibus,ſiue in ſtatutis,vel in alijs contractibus. Hęc pro-
bantur ex pręd ictis,& per no.plene per Cy. in l.quiſquis. C.ad
leg.Iul.maie.vbi tractat,an in diſpoſitione illa pœnali includã-
tur filiorum appellatione ſpurij.iunctis not. per eum in l.qcun
que.C.de ſer.fug.vbi tractat,an & quando ſtatutum debeat ex-
tendi ex identitate rationis.Adde etiam alium modum conie-
cturandi voluntatem diſponentis ex no. per Bar.in l.pronũcia-
tio.ff.de verb.ſign.& l.fin.C.de fideic.ꝙ aut diſpoſitio loquitur
per verba ſignificantia naturalitatem,& veniunt naturales: ſe-
23 cus ſi per verba ſignificantia agnationem.† Et in vtroque loco
videas per Bar.an baſtardi dicantur de familia, vel de domo no
bilium, & ſic comprehendantur ſub ſtatuto puniente certo ca
ſu illos de domo,vel familia nobilium. Si vero ex prædictis nõ
poteſt apparere de tacita voluntate diſponentis,& tunc eſt ma
gis dubium. Crederem tamen, ꝙ vbi agitur de filiorum com-
modo,ꝙ veniãt naturales ex quadam humanitate,& benigni-
tate:ar.opt.ex l.generaliter.§.1.C.de inſt. & ſubſt.vbi tex. op.ad
materiam.Quod intelligo in naturali,nato ex coitu non ince-
ſtuoſo,ſeu ſimili.Tales.n.non venient, qa non debent dici filij,
maxime hoc caſu,vbi tractatur de ipſorum honore,&commo
do.vide bonũ tex.in c.vno,35.q.7. Si vero tractẽ de odio maxi
me pęnali,tũc nõ intelligerẽ naturales,qa nõ apparẽte rõne di
ſpõnis ſeu tacita voluntate diſponẽtis, iſti naturales veniũt po-
tius ex quadam benigna interpretatione, quàm ex propria ſi-
gnificatione,d.l.generaliter.& eſt bonus text.in l. filium. ff. de
his qui ſunt ſui,vel alie. iur. quæ interpretatio ceſſat in odioſis,
& maximè in ſtatutis,de iniuri.c.in noſtra.l. 3.ff.de nego. geſt.
& reg.odia,de re.iur. lib.6.& vide in materia bo.glo. in l.filij.ff.
de ver.ſi.quæ reſtringit verbum,filij,in materia odioſa.& ſecũ-
dum omnia prædicta diſtingue,& intellige glo. hic.& in d.cle.
24 vna,de bapti.† Et per hoc deciditur quæſtio, quam ponit hic
Ioan.And.de emphyteuſi data alicui,& filijs ſuis, an includan-
tur filij naturales.De qua quæſtione remittit ad Specul. in titu.
de loca.§.nunc aliqua.verſicu.72.& verſicu.73.vbi omnino vi-
deas omnia motiua Specu.pro & contra,non ſolum in vltima
voluntate;ſed etiam in contractibus inter viuos, vt in terminis
quæſtion.& tandem Specu.videtur concludere in hac quæſtio
ne,ſicut ſup.concluſum exiſtit in vltima voluntate,vt cõiectu-
remus tacitam voluntatem contrahentium, & videtur velle,
quod in fęmina indiſtinctè veniant filij naturales, quia matri
ſuccedunt, ſicut legitimi, de quo tamen dicendum, vt habes
glo.no.in l.ſi qua illuſtris,præalle.Et no.hoc quia facit pro con
cluſione mea ſup.poſita, vt in qualibet diſpoſitione pondere-
mus mentem diſponentis.Sed Barto.in d.§. ſi quis rogatus. vi-
detur hoc reprobare alio reſpectu, quia pater ſtipulando non
potuit quærere filio naturali,cum non ſit in ſua poteſtate, nec
etiam mater filiæ.Vide ad hoc,quod plene no.in l.quodcunq;.
& l.quod dicitur.ff.de ver.ob.& l.debitor.in fi.ff.ad Tre.Sed ad
uerte,quia reperio Bar. aperte ſenſiſſe contrarium in d.l. quod
dicitur.ff.de ver.obl.& l.debitor. in fi. vbi in propriis terminis
dicit,ꝙ ſi mater capit emphyteuſim pro ſe & filijs ſuis, ꝙ acqri
tur filijs ex ſtipulatione matris. Ratio quia ſtipulatur ſuper re
ipſius, vel futura ipſius,ratione vtilis dominij, quo caſu etiam
quilibet extraneus poſſet alteri ſtipulari. l. quoties. C. de do.q̃
ſub modo. Et ſic videtur, ꝙ ex prędicta ratione,quia naturales
non ſunt in poteſtate patris, vel matris, non debuit reprobari
25 dictum Spec.† Tamen vnum dictum no.ponit Bar. in d.§. ſi qs
e rogatus.ꝙ in emphyteuſi e eccleſiæ nunquam veniunt natura-
les appellatione filiorum;quia non eſt veriſimile,ꝙ eccleſia de
talibus ſenſerit,quia de iure diuino & canonico nõ poſſunt ha-
beri ſine peccato, quod ſingulariter not. quia facit ad multa.
quæ diſponuntur cum eccleſia,vel per eccleſiam.Debes enim
ſcire,quod ſimplex fornicatio,& etiam concubinatus eſt pro-
hibitus de iure diuino,& canonico.32.q.4.ca.nemo.& c. mere-
trices.vide per Ioan.And.in reg.ſi ne culpa.de re.iur.in Mercu-
ria.Et hæc omnia bene not.quia plenius hic, quam alibi habes
hunc articulum declaratum.& Docto.noſtri tranſeũt hic mul
tum leuiter.Venio nunc ad ſecundam partem gloſ. quæ quærit,
nunquid in terminis literæ euaneſcat ſubſtitutio, ſi etiam inſti-
tutus habuerit filium,ſed ante eum deceſſerit? Reſpondet glo.
& bene,

ADDITIONES.

a Filius.Vide Alex.in conſi.2.inci.circa primum dubium,in 1.vol.latius in cõſ. 2.incip.viſis codicillis.eo.li. Seb.Sap.

b Ex verbis.Hoc etiam tenet Alex.in conſi.94.inci.conſideratis, colum.2.in 1. volu. Seb.Sap.

c Coitu.Idem tenet Are.Inſt.de iure natu.in prin. & Nic.de Vbal. in tract.ſucceſſio.in 5.char.vide tamen Are.in cõſi.67.inci.reuocatur. ubi aliter ſentit. Seb.Sap.

d An autem ualeat.An ualeat ſtatutum uel conſuetudo,quod ſpurii ſuccedant patribus vide Bal.in conſi.216.in 3.par.Pa.de Caſt.in conſi.217.ſecundum antiquam impreſſionem,& Pet.Rauennaten.in tract.de conſue. col.6.

e In emphyteuſi.De emphyteuſi,ꝙ non tranſeat ad filios naturales,tenet Ioan. de Imo.in 3.col.in 1.vol.plenius in conſi. 28.inci.conſideratis.col.12: cum duab.ſeq.eo.uol.& in conſi.60.inci.uiſa legitimatione,col.1.in 2.uol.Pe. de Anch.in conſi.406.inci.circa primum quæſitum.Rom.in conſi.25.inci.uiſa facti ſerie. Seb.Sap.

& bene, ꝙ non, quia ſatis eſt, ſi tempore mortis deceſſit ſine liberis, vt in iuribus alleg. in glo. & hoc clariſſimum eſt. In tertia parte gl. quærit, qd ſi fuit dictum. Si deceſſeris ſine hærede, ſub-
a ſtituo talem, qui veniant appellatione a hæredis, ad hoc vt euaneſcat ſubſtitutio? Gl. reſpondet, ꝙ ſoli filij intelliguntur, l. ex facto. §. vltimo. ff. ad Treb. Et eſt ille caſus notab. in quo appellatione hæredum ſoli filij intelliguntur: & fit illa ſtricta interpretatio, vt euitetur abſurdum, quia eſt quaſi impoſſibile, ꝙ quis poſſit decedere ſine hærede proprie intelligendo ex teſtamento, vel ab inteſtato Fatetur tamen glo. quod ſi non habeat filiũ, ſed nepotem ex filio, euaneſcit ſubſtitutio, vt in iuribus allegatis in ca. Aduerte circa primum dictum. Nam ex prædicta ratio-
b ne arguit glo. in d. l. ex facto §. fi. ꝙ ſi concedo feudum, b vel prçdium emphyteuticarium tibi, & hęredibus tuis, ꝙ videtur de filijs intellectum: alias ſequeretur dicta abſurditas, quod duraret ſine fine etiam in emphyteuſi. Idem tenet Spec. in tit. de loca. alias de emphyteu. §. nunc aliqua. ver. 113. ſi conceſſio fiat ab eccleſia, vt tunc intelligatur de ſuis tantum, & non extraneis. per §. emphyteuſim. in Auth. de non alie. ſecus ſi conceſſio fit a priuato. facit gloſ. Accur in l. etiam. ff. ſol. matr. Sed attende, quia reperio Spec. eod. titu. & §. alleg. ver. 6. tenere, quod hodie eccleſia poteſt concedere in perpetuum rem in emphyteuſim. & quod §. emphyteuſim. ſit correctus per §. licentiam. in Auth de ali. & emphyteu. ſed poſſet reſponderi, vt dicit hic Ioan. And. qui videtur ſequi primum dictum, vt corrigatur ille §. quo ad tempus, & numerum ſucceſſorum: non autẽ quo ad qualitatem ipſorum. Declaro hæc pro puris Canoniſtis. §. emphyteuſim continebat duo. Primo, ꝙ res eccleſiæ non poſſent dari in emphyteuſim, niſi in vita accipientis, & duorum hæredum ſuorum. Secundo exigit, quod iſti hęredes ſint de ſuis, vt ſic extendatur ad filios, vel filias, & ad nepotes, vel neptes, & ſic ad deſcendentes. Superuenit poſtea Auth. de alie. & emph. §. licentiam. vbi vř dari licentia concedendi in perpetuum. Nunc oritur difficultas vtrum corrigat in totum, an vero quo ad tempus, & numerum ſucceſſorum tantum? Ioan And. vult, ꝙ non corrigat quo ad qualitatem ſucceſſorum. q. d. quod conceſſio poteſt fieri in hęredem accipientis in perpetuum, dummodo ſint de ſuis deſcendẽtibus, vt ſic id, quod diſponebat olim qualificando illos duos ſucceſſores, procedat hodie etiam in vlterioribus. Vnde hic ſunt examinanda duo. Primo, qui veniant
c appellatione hæredum? c quod glo. hic tangit. Secundo inferemus ad deciſionem quęſtionis tacitæ, an emphyteuſis eccleſię
d tranſeat ad hæredes extraneos? Ad primum diſtinguit d Bart. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & poſth. ꝙ quandoque ver. ſuis hęredibus, conferuntur in tempus vitæ illius, cuius hęredes appellantur. & intelliguntur de filijs: non enim poteſt intelligi de extraneis: quia hæreditas non eſt viuentis. l. 1. ff. de hęred. vel act. vend. & ſic intelligi debet d. §. & etiam quandoque illa verba, ſuis hæredibus, conferuntur in tempus poſt mortem, & tũc ſic proferuntur ſuper re ſui natura non tranſmiſſibili ad hæredes extraneos, & dicẽdum eſt idem, vt propter materiam ſubiectã reſtringantur verba ad filios. Exemplum in feudo conceſſo alicui, & ſuis hęredibus. Ad hęc de ſucceſ. feu. c. 1. col. 10. & no. in d. l. ex facto. §. fi. & per Dy. in l. in conuentionibus. ff. de ver. obl.
26 licet aliqui dicant vt no. Cy. in l. liberti. C. de oper. lib. † Quãdoque illa verba proferuntur ſuper re, ſui natura tranſmiſſibili ad extraneos hęredes, & tunc aut verba exprimuntur a recipiẽte, aut a concedente. Primo caſu intelliguntur etiam de hæredib. extraneis. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis. ff. de verb. obl. & l. ſi pactum, ff. de prob. Secundo caſu quando proferuntur a cõcedente, puta a teſtatore, vel ab aliquo domino, idem, vt tranſeat conceſſio etiam ad extraneos hęredes. l. in annalib. C. de leg. & l. ſciendum. de verb. ſig. Hoc verum, niſi aliqua iniquitas reſultaret cõtra mentem teſtantis, vt in caſu huius gl. & hæc no. Per hoc infertur ad deciſionem ſecundæ quæſtionis. Quid ſi verba proferantur in contractu emphyteutico, & ſi proferantur in re priuati, vel ciuitatis? Capiuntur proprie, & concernunt etiam extraneos hęredes, quia ex ſui natura poſſunt talium res concedi in emphyteuſim perpetuam. l. 1. C. de iure emph. l. 1. & 2. ff. ſi ager
27 vect. vel emph. pe. † Vnde plus ſing. dicit Spec. in d. ver. 113. ꝙ ẽt
e legari poteſt extraneo, e domino irrequiſito, quia ex quo donatur

ADDITIONES.

a Qui comprehendatur appellatione hæredum in ſubſtitutione. Adde ꝙ licet appellatione hæredum, regulariter contineatur hæres hæredis, vt eſt tex. in l. quidam, C. de hær. inſt. & in l. paterf. ff. de vul. & pup. & gl. apud canoni. in c. fi. de ſepul. tamen in legato vſusfructus ap. hæredis intelligitur de primo hærede tantum. tex. eſt in l. antiquitas. de vſufr.
Et vide per Bal. in l. etiam. ff. ſol. mat. & adde votum ſio. quod dicit Bal. in l. ex facto. la 2. ff. de hære. inſti. vbi dicit, ꝙ ſi conceditur alicui feudum pro ſe & hæredibus, ꝙ ſi teſtator inſtituit vnum in ltima, ille ſuccedet in feudum, ꝓ rata ltimæ. Et de hoc vide Pau. de Caſt. in l. quoties. C. de hær. inſt. Et eandẽmet q̃onem ponit Bal. in l. 1. in 49. q. ff. de rer. diui. Et quando alicui eſt conceſſum feudum, vel aliquid aliud pro ſe & hæredib. ex ſuo corpore deſcendentibus, an extendatur ad deſcendentes hæredes, qui non deſcenderunt ex proprio corpore, puta, quia ſunt nepotes vel vlteriores in gradu, vide late examinatum per Sal. in auth. ſed & ſi quis. C. de ſecun. nupt. Et ſi conceſſum, ſit aliquid alicui pro ſe & poſteris, intelligitur de deſcendentibus ex filijs maſculis, non fœminis. Hoc dicit Bar. in l. 1. ff. de iure immu. & facit e. vbicunque, de pœ. in 6. Sed ſi dictum eſſet pro ſe & filijs maſculis & fæ. extẽditur ad fœminas viduas. ſecus ſi eſſent maritatæ ſecũdum Bar. in l. quoties. de priuil. ſchol. lib. 10. Et adde Ang. conſi. 182. vbi ponit vnam quæſtionem ad propoſitum, & ibi etiam an & quando filius non hæres ſuccedat in feodo. Et adde Bal. in l. Gallus, §. nunc de l. quem ſequitur. Imo. ff. de lib. & poſthu. vbi dicit, ꝙ ſi quis recepit emphyteuſim pro ſe & deſcendentibus per virilem ſexum, poterit ſuccedere in emphyteuſim nepos e a filio, licet non poſſit ſuccedere nepos ex filia. Et adde hic Bal. in l. ſed ſi hac, §. liberos, ff. de ius voc. vbi dicit, qđ ſi ſit cõceſsũ alicui feudũ ꝓ ſe & liberis ſuis, filia fęmina ſuccedit in feudo. Et ibi dicit, ẽt qđ fæmina ſ ſuccedit i feudo actiue, puta ſi ſuccedat dño feudi. De iſta q̃one vide ẽt per Iaſ. in l. ſi ita ſcripſeř. ff. d le. 2. & in l. qđ dr. in vlt. char. ff. de ver. ob. & ꝑ Bal. in l. 2. C. de iu. emp. Sed Imo. in c. potuit. in fi. commen. de loc. dicit, quod ſi quis ſtipuletur emphyteuſim pro ſe & filijs ſuis, non ſuccedit filia fæmina. & alle. Arch. in c. ſi quis ſuaden ſe. 17. q. 4. Et adde hic Ang conſi ſuo 218. vbi dicit, quod ſi quis recipit emphyteuſim pro ſe, & filijs maſculis, & vna fęmina, ſi recipiens habuit plures fœminas filias vitiatur ſtipulatio quo ad filiam. Nec ob. matri, quod inueſtitus de illa non ſenſerit Et ibi dicit, quod inueſtitus de emphyteuſi, poteſt ipſam vni filiorum aſſignare, alijs excluſis. Et ſi dicitur, Concedimus tibi, & tuæ ſoboli, vel tibi, & tuæ progeniei, de quo verbo, progeniei, vide ꝑ Do. in c. dominus, in 5. no. 61. diſt. vel, tibi, & tuis poſteris, quid importent illa verba, etiam de his omnibus, & quamplurimis alijs huiuſmodi verbis, vide omnino per Ro. plene in l. 1. ff. ad Sil. Et quando quis recipit emphyteuſim pro ſe, & filijs ſuis, vel nepotibus, an ſuccedere debeant filij, vel nepotes non hæredes, vide per Imo. poſt Bal. in l. Caius, in 3. col ff ſolu. ma. & ſi quis recipit emphyteuſim pro ſe, & filijs, & nepotibus, an hoc caſu appellatione nepotis contineatur filius fratris, vide omnino per Imo. in l. ſi dotali, ff. ſol. mat. & de multis ſimilib. verbis, quæ apponuntur in conceſſione emphyteuſis, vide plene per Imo in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il 1. ff. ad Treb. & per D. Bened Capram in repe c. ſi pater. in pe. char. de teſt. in 6. Item de recipiẽte in emphyteuſim pro ſe, & filijs, vide Imo. poſt Bal. in l. apud Iul. §. ſi quis alicui. de leg. 1. Qui autem veniant appellatione aliorum de cognatione maxime in materia pænali, vide late per Do. in c. quicunque. de pœ. in 6. Itẽ adde Arch. 17. q. 4. in c. ſi quis ſuadente. in pe. col. vbi dicit, quod ſi eſt conceſſum priuilegiũ mihi, & filijs meis, vel mihi & poſteris meis, extẽdiř ad filias fœminas. Et ad materiam adde no. per Imo. & Mod. in c. ſi quis præsbytero rum. de re. eccl. non alie. Item adde, quod qñ dico, Concedo tibi, & generi tuo, non veniunt baſtardi, quia non dicuntur eſſe de genere, ſecũdum Bal. in l. ſi. circa med. C. de natu. li. Item de prædi is vide omnino per D. Nel. de Fli. in trac. ſuo de banni in 1. par. in 9. q. Item in feudum conceſſum alicui, ꝓ ſe, & filiis maſculis, non intelligitur conceſſum fæminis ad æquatue, videlicet deficientibus filiis maſculis, ſecundum Bal. in. in c. cæterum. in pe. char. de iud. & ibi etiam dicit ſin. quod ſi contingat tres filias ſuccedere in feudo, quarum vna moriatur relicto filio maſculo, alia moriatur ſine hærede, ſuccedat maſculus, & præfertur tertiæ ſorori ſuperuenienti. Adde an in emphyteuſi conceſſa pro ſe, & filijs includatur naturales, Alex. cõſi. 88. & 123. 1. lib. Et an pater poſſit in feudo, vel emphyteuſi præiudicare filio, cum ſint acquiſita pro ſe, & filiis, vide Pet. de Anch. conſi. 124. & 310. Alex. conſ. 73. lib. & cum dicit, Ex ſuo corpore, an veniat natus ex filia, vide Bal. conſi. 19. 3. lib. Et an fæmina ſuccedat in feudo, & quando, vide Ro. conſi. 1. & 32. & an appellatione nepotis veniat filius fratris, vide Fed conſi. 39.
b Feudum. Vide Ang. in conſi. 350 inci. clariſſime frater. & in conſi. 110. inc. ſanctiſſima Card. in conſ. 54. inci. quod domina. col. fi. Ful. in conſi. 218. inci. Petram. & D. Abb. in conſi. 3. inci. vitar. in 3. dub. in 2. vol. vbi concludunt, qđ in feudo appellatione hæredis, non veniunt extranei. Seb. Sap.
c Appellatione hæredum. Et ad illud ſi habeatur loco filii monaſterium, põdera gl. in §. ex. l. in quantum dicit iure ſuorum. Pondera, quia tex. ille hoc non probat, quia pars monaſterii iſtud hic allegat, & verba appoſita i allegatione partis non faciunt ius, ut per Io. An. in c. cileſtis, de præb. Nec iudex, qui tulit ſententiam, fundauit ſe in hoc, ſed ſolũ, quod probatio ætatis erat dubia, ut patet ex litera. Iſtud colligitur hic ex dictis dn. Ant. Pondera ſecundum do. Pet. quia hic erat minor, qui non poterat habere veros filios, ergo nec fictos, vide Io. de Imo. in l. Lucius ff. de hær. inſt. And. Barb.
No. bonam doct. & diſt. qui comprehendantur appellatione hæredum. & de hoc latiſſime per Pau. de Caſt. in d. l. Gallus. §. etiam. Et adde, quod licet regulariter appellatione hæredis contineatur hæres hæredis, tamen ſi princeps concedit alicui priuilegium pro ſe & hærede ſuo loquendo in ſingulari non in plurali, puta tibi, & hæredi tuo, illud priuilegium non tranſibit, niſi ad primum hæredem. ita ſing. concludit Bar. in l. 1. ultra medium, ff. de conſt. prin. Item de hoc, qui contineantur appellatione hær. vide per D. Abb. in c. quicunque, ſuper gl. in uer. ad hæredes, de pæ. Item adde, quod ſubſtitutio facta ſi deceſſerit ſine hærede, non euaneſcit etiam decedente cum filiis naturalibus, licet appellatione hæredis contineantur filii. ita fin. determinat Io. An. poſt Iac. de Are. in add. Spec. in tit. de teſt. §. fi. in add. mag. uer. eſt & alia q. Item adde, quod habens filium ex filia, non dicitur ſine liberis, ut eſt tex. in l. 1. C. de cond. inſer. Eodem modo alle, qui habet filios ſibi non hæredes, ut l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de le. 2. de quo uide omnino gl. in l. ex facto, §. fi. ff. ad Treb.
Adde, appellatione hæredum, qui ueniant Ale. conſi. 16. 1. lib. & latius vide in tabula conſil. ſuorum, & in l. Gallus, in apoſt. meis in impreſ. de Tortis.
d Diſtinguit. Vide Old. in conſi. 21. inci. thema tale eſt. poſt Pet. de Anc. in conſ. 121. inci. pro & contra. cum alleg per D. Iaſ. in l. 2. char. 20. in 15. q. C. de iure emph. ubi ponit, quia ſi quis ſtipulatus eſt emphyteuſim pro ſe, & hærede ſuo, uel hæredibus ſuis, an intelligatur de primo hærede. Seb. Sap.
e Extraneo. Hanc eſſe communem opi. atteſtatur Alex. in conſi. 150. inci. ſuper eo, quod quæritur, in ult. col. in 1 uol. de quo uide D. Iaſ. in l. 3. co. 27. ver. ſucceſſiue iuxta prædicta quæro, C. de iure emph. Seb. Sap.
Extraneo. Adde, quod ſi conceditur feudum alicui pro ſe, & quibuſcunque hæredibus ſuis, tranſit hoc feudum in legatarios. Et hoc dixit Bal. in c. 1. in fi. prin. de prob. feu. alie. per Fed. & uide Bal. in l. 1. in 34. q. ff. de re. diui. & dictum Bal. in d. c. 1. de proh. feu. alie. per Fed. alle. & ſequitur Ro. in d. l. id ſẽpos, §. in re legata, ff. de uſuc. ſecundum contrarium tex. Item Bald. in c. 1. §. donare, quali. olim feu. ali. po. Dixit etiam Ro. in d. §. in re legata, quod licet appellatione ſucceſſoris intelligatur de ſucceſſore vniuerſali, ut in l. quidam. §. 2.

Digitized by Google

§.2.ff.de eden.tamen ſi fuerit conceſſum feudum, vel emphyteuſis pro ſeſe ſucceſſorib. ſuis qualitercunque, tranſit in particularem ſucceſſorem. Pro cuius dicti veritate dicit videndum, quod no. Bar. in l. vt iuriſiurandi, §. liberti, ff. de oper. liber. & quod no. Bal. in l. ſi liberti, C. de ope. lib. Quod autem appellatione ſui non ſolum intelligatur de ſucceſſore particulari, ſed vltra tex. in l. quædam. §. is autem, ff. de eden. Firmat etiam Bal. in l. emptori. C. locati. Sed in contrarium eſt textus, & ibi bona gl. in l. fluminum. §. adijcitur, de dam. infec. & in l. etiam in rem, ff. de iureiur. Sed primam partem firmat Imo. in l. quod dicit, ff. de verbo. obl. dicens quod uerum eſt, quod non comprehenditur ſucceſſor particularis, tamen ſi concedat aliquid alicui pro ſe & ſuis hæredib. & ſuis ſucceſſorib. per uerbum, hæredib. intelligitur de uniuerſaliter ſuccedentib. de iure ciuili, per uerbum autem ſucceſſorib. intelligitur de vniuerſaliter ſuccedentib. de iure prætorio. Et ratio diuerſitatis eſſe poteſt, quia prætor nõ facit hæredem. in §. quos autem. inſt. de bo. poſ. Ad prædicta tamen uide unam quæſtionem, quam ponit Ang. in d. §. adijcitur. circa fi. Qui autem ueniant appellatione proximorum & neceſſariorũ, uide optimum tex. in l. ſi quis adulteriũ. ff. de adul. Et quod ſub tali appellatione non ueniat uxor, optime probatur in l. cum alienã. C. de leg. Seb. Sap.

natur in vltima voluntate non pertinet ad alienationem, & ſic non hẽt locum c. fi. de loc. uide tamen Bar. in l. fi. C. de iu. emph. & in l. in ꝯuentionalib. ff. de ver. obl. vbi videtur ſentire contrarium, cum diſtinctione tamen. Si autem conceſſio fit ab eccleſia, tunc inſurgit dubietas propter dictos §. emphyteuſim. & §. licentiam. Vidiſtis ſup. Specuarium. & opi. Ioan. And. & gl. in d. §. emphyteuſim. & in authenti. ſi quas. C. de ſacroſanct. eccl. tenet ꝙ conceſſio hodie poteſt fieri in perpetuum Sed illæ gloſ. poſſent reduci ad opi. Io. An. Aliter diſtinguit Cy. in dicta auth. ſi quas. Reperio in hoc Bar. varium, nã in l. quod dr̃, ff. de uerb. obl. & in l. ſi tibi decem. §. ſi pactus, ff. de pac. videtur velle emphyteuſim eccleſiæ non tranſmiſſibilem ad extraneos hæredes, ſed in dicta authen. ſi quas. videtur tenere ſimpliciter, ꝙ ille §. emphyteuſim, ſit correctus per §. licentiam. Dicit enim ꝙ pot eſt dari in perpetuum, i. quandiu ſoluitur penſio. D. An. di-
a ſtinguit, ꝙ ſi conceſſio fit ex cauſa neceſſitatis, vt quia res a eſt ruinoſa, uel urgent debita eccleſiæ, vel ex cauſa utilitatis, quia res eſt modici redditus, ꝙ eo tempore permittuntur cõceſſiones in perpetuum: quia in his caſibus permittitur alienatio directi dominij: fortius vtilis tantum. ad hoc de re. eccle. nõ alie. c. ad aures. & 10. q. 2. c. 2. §. perpetua. Si autem fit ſine cauſa, ut puta qñ eccleſia cõſueuit talem rem dare in emphyteuſim, puta ꝙ ceſſante conſuetudine poſſit concedi perpetuo quo ad deſcendentes, ſed quo ad extraneos nõ: & hoc caſu procedat opi.
28 Ioan. An. † Limita tamen prædicta, ꝙ ſi conceſſio fieret ſimpliciter, etiam vbi poſſit fieri in perpetuum, non debet intelligi,
b niſi ad tertiam b generationem, per dictum. §. emphyteuſim. & credo, ꝙ hoc uoluit Specu. in d. uer. 115. ne ſit ſibi contrarius in his, quæ dixit ver. 7. præal. Hæc dicit uera do. Ant. niſi cõſuetudo eccleſiæ ſit, ut locet in perpetuum, etiã quo ad extraneos: quo caſu uerba intelligentur, ut ſonant. Et attende ad vnum dictum ipſius in practica. Dicit enim ꝙ ſi res eſt præcioſa nõ aũt
c ruinoſa, vel modici redditus, ꝙ non eſt ſufficiens cauſa c concedendi in perpetuum, quia poteſt haberi parum plus dando in emphyteuſim, quàm locando particulatim: quia maius eſſet præiudicium alienationis vtilis dominij, quam eſſet illa modica utilitas, quæ adijcitur vltra ſolitum. ideo iura ponderant ſterilitatem rei, aut magnam utilitatem redditiuũ. Ego in hoc dubio aliter ſentio, & miror de noſtris prædeceſſorib. ita inſtantib. ſuper intellectu iſtarum authẽticarum, cum diſpoſitio, maxime illius §. emphyteuſim, nullo modo debeat obſeruari: cum lex ciuilis ſpecifice diſponens ſuper reb. eccleſiæ, præſertim ꝓhibendo, uel certam ſolemnitatem dando, etiam in fauorem eccleſiæ, non teneat: cum non habeat poteſtatem, ut in c. eccleſia S. Mariæ. de conſt. No. Ioan. An. in c. conſtitutus. de reli. do. d. Ioan. Cal. in c. 1. de nou. oper. nun. dico plene in repetitione c. eccleſia, præalle. uide bo. gl. & Inn. in c. 1. de reb. ec. non alie. li. 6. Licet lex principis generaliter diſponens debeat obſeruari quo ad eccleſias, vbi canonibus non contradicit, ut d. c. 1. de noui ope. nun. ſecus tñ qñ ſpecifice diſponit de eccleſia, ſeu reb. ſuis, vt facit d. §. emphyteuſim. & § licentiam. vnde habuit Imperator poteſtatem impediendi alienationem rerum eccleſiaſticarum, uel poſtmodum dandi licentiam ſimpliciter alienandi, & ſic ponendi falcem in meſſem alienam, contra c. nouit. ſup. de iud. 96. diſt. c. duo ſunt. Hoc ẽt expreſſe ſentit Bar. in l. cũctos populos. C. de ſum. Trin. in ver. ꝑmiſſo. & maxime hoc caſu dictę legis non dẽre obſeruari, vbi hẽmus ſpãlẽ ꝓuiſionẽ de iure canonico, & reſpectu ſolẽtatis adhibẽdæ, vt elegãter dixit Inn. & gl. in d. c. 1. de reb. eccl. nõ alie. li. 6. In iure. n. canonico prohibet alienatio utilis dñij & directi, ſicut probatur in c. nulli. de reb. eccl. nõ alien. Alienatio uero permittit ſpãliter ex quatuor cauſis, de qb. per gl. no. 12. q. 2. in ſum. ut cã neceſſitatis, pietatis, utilitatis, & incommoditatis, vel minoris vtilitatis, ſeruata ſolemnitate, de qua 12. q. 2. c. ſine exceptione. & c. placuit. & c. Abbatib. de reb. eccl. non alien. cle. 1. & c. 1. eo. tit. lib. vi. cum ſimil.
29 † Si ergo eccleſia vult alienare directum, uel utile dominium, reſpiciet, an ſit aliqua de cauſis pręmiſſis, & reſpectu alienationis utilis dominij informabit motum animi ſui ex his, quę haben-

ADDITIONES.

a Res. Vide omnino Bal. in auth. perpetua, C. de ſacroſ. eccl. circa prin.

b Adde quod ſubtiliter ponit Ang. in l. qui in aliena. §. 1. ff. de acq. hære. & Imo. ibi in 1. col. & vide Ang. in l. male agitur. C. de præſcrip. 30. annorum. Et adde contra dictum dom. Ant. hic, ꝙ diſpoſitio d. §. emphyteuſim. eſt approbata de iure can. per tex. in c. nonnulli, de rebus ecc. non alie. vbi papa approbat conſtitutionem Leoninam. Et quod emphyteuſis eccleſiæ nõ tranſeat in extraneos, tenet Bart. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pact. per d. §. emphyteuſim. Ex quo no. decidit ibi ad fi. quod ſi quis recipiat emphyteuſim ab eccleſia pro ſe & filijs, quod iſta emphyteuſis tranſibit æqualiter in omnes filios licet ſint inſtituti ex diſparibus partibus in teſtamento patris. Et ibi etiã dicit, ꝙ licet filius repudiauerit hæreditatem paternam, tamen ſuccedit in emphyteuſi. Et adde ꝙ eadem ratione dico, quod licet filius ſit exhæredatus a patre, tamen ſuccedit in tali emphyteuſi eccleſiaſtica. Ad prædicta tamen vide, quod pleniſſime ſcribit hic do. Franc. de Are. in 7. 9. & 10. char. & pleniſſi. per Bal. in auth. ſi quas ruinas. 2. col. C. de ſacroſ. eccle. Item quando fit conceſſio alicui vſque ad tertium gradum, an nepos, qui propter mortẽ patris intrat locum patris, ſecundum l. Gallus, dicatur obtinere primum gradum, vel ſecundum, quo ad effectum conceſſionis, tangit Bal. in c. 1. in commento, in pe. col. de iud. Et vide etiam cir. prædicta latiſſime & melius, quã alibi, ꝙ non poteſt dari in extraneos, nec in deſcendentes, niſi vſque ad tertiam generationem. Dicit etiam, quod ſi ſimpliciter conceditur, ita videtur conceſſa, de quo etiam vide per Bal. in l. fin. C. de hær. inſt. & facit quod no. Bal. in c. 1. §. fi. de feudo da. in vicem le. com. & in l. 1. circa med. C. de iure emph. vbi dicit quod præſcribens emph. eccleſiaſticam, intelligitur præſcribere vſque ad tertiam generationem tantum. Adde hic Pet. de Anch. in cõſ. 133. & latius uide quæ poſui in l. etiam. ff. ſol. mat. in impreſſione de Tortis. Adde hic quod no. Azo. in ſum. de ſacroſ. eccl. in fi. De hoc vide per Ioan. de Lig. in c. potuit. de loc. in uer. ſed attende. Et vide pulchre per Bal. in l. etiã. ff. ſol. mat. Et an res eccleſiæ poſſint dari in emphyteuſim, vide per Arch. in c. apoſtolicas. 12. q. 2. vbi dicit, quod ſic, ſi expedit eccleſiæ, alias ſecus. Et de hoc dicit haberi per Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua, ver. 7. quæritur. Et vtrum emphyteuſis eccleſiaſtica tranſeat ad hęredes extraneos, vide per Io. de Imo. poſt Bar. in l. quod dicitur. ff. de uerb. obl. & in d. l. etiam, ff. ſol. matr. & aliquid per eum in l. inſulam. in prin. ff. ſol. mat. & aliquid per do. Ant. in c. ſi diligenti, de præſcr. & quod res eccleſiæ poſſit dari in emphyteuſim, eſt tex. in c. hoc conſultiſſimo. circa prin. de reb. eccl. non alie. lib. 6. Et quod emphyteuſis eccleſiæ non tranſeat ad hęredes extraneos, tenet Bal. in c. literæ, de dila. de quo vide per Bar. & Bal. in l. fi. C. de hæred. inſt. & auth. defuncto, C. ad Tert. Bar. in l. quicunque. per illum tex. C. de omni agro deſer. lib. 11. & in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pac. & in l. Gallus. §. quidam certe. ff. de libe. & poſthum.

Qui veniant appellatione filiorũ, ſiue hoc verbum proferatur in nu. plurali, vel ſingulari, ſiue ſumus in materia ſtricta & odioſa, ſiue in materia larga & fauorabili, an contineantur baſtardi, ſpurij, naturales, & alias illegitime nati, & an veniant adoptiui, & legitimi tantum. Et ſi in diſpoſitione ſit mentio de liberis, an veniant liberi primi gradus, vel etiam vlteriores deſcendẽtes. & quid in materia feudali, vel in materia emphyteuticaria, an veniant tam maſculi quam fœ. dicas quod hæc eſt materia, in qua oporteret reuoluere omnes iuris can. & ci. libros: ideo quia etiam apoſtillatores hic multa dixerũt, ut ex inſpectione apparet, paucis admodum remiſſionibus ero cõtentus. Primo vide Bar. in l. ſi quis ita, ff. de teſtam. tut. & in l. qui filiabus. in §. 1. ff. de leg. 1. & in l. Gallus. in §. inſtituens. ff. de libe. & poſth. & in l. 1. §. ſed & incertum. ff. de ven. in poſſeſ. mit. & in l. liberorum. ff. de verb. ſign. & per Alex. in conſ. 170. in 2. par. & per Pau. de Caſt. in conſi. 177. Et vide quæ habentur in l. filium diffinimus. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iu. & uide Bal. in l. precibus, in 9. col. C. de imp. & alijs ſubſt. vbi inter reliqua dixit, quod filiorum app. venit non tantum, qui eſt natus, ſed etiam qui eſt in utero in materia fauor. de quo in l. 2. in §. ſi filius, ff. ad Tert. & in l. qui in vtero, ff. de ſtatu ho. & uide Pau. de Caſt. in conſi. 316. & in conſi. 77. ubi tractatur de ſubſtitutione facta alicui, & uide Alexan. in conſi. 13. in 4. par. conſi. & per Andr. Sic. in conſi. quid inci. ſpecialis, quod eſt poſt conſ. Ale. in 4. par. conſi. ubi ẽt ponit, quid ſi fiat mentio de filijs in contractu emphyteutico. & vide Io. de Imo. & do. meum Io. de Prato poſt ipſum in l. cum auus, ff. de cond. & demon. Et an ueniant ſpurij, uel ltimati, aut alias illegitimè nati, vide quæ habentur per Bar. & utrũque Imo. in l. ex facto. §. ſi qs rogatus, ff. ad Tre. & in l. generaliter. §. cũ aũt. C. de inſt. & ſub. ſub cond. fac. & in l. cũ acutiſſimi, C. de fideic. & auth. niſi rogati, C. ad Treb. & uide quæ hñr in l. cũ adoptiuum. C. de decur. li. 10. & in l. ſi ita quis. in fi. ff. de leg. 2. & in l. adoptiuum. ff. de in iut. uoc. ubi ꝑ Ale. poſt alios, qui ponit quid ſi in lege, vel ſtatuto, uel priuilegio, vel ꝯctu fiat mentio de filiis, an ueniant adoptiui, & ſic ltimi tantum, & q̃d in cõtractu feudali, & an ẽt ueniãt poſthumi, uide Bal. Ang. & Imo. in l. ſi quis poſthumos. ff. de li. & poſth. & per Spec. in tit. de emphy. in §. 1. in ver. 37. ut quid de fratribus, vel filiis fratrum, quando fieret mentio de agnatis, vel de hæredibus, & maxime quando eſſet communis vſus loquendi, qđ tales ẽt tranſuerſales comprehenderentur, & non ſolum liberi primi gradus vide quæ habẽtur in d. l. liberorum. ubi per Alex. ff. de uer. ſig. & l. ſi filius. & in l. ſi filium, ff. ad Maced. & vide etiam per Inn. in c. ſi vero. de ſent. exc. ubi ẽt ꝑ d. Abb. & alios, & ꝑ Alex. in l. ſi tibi, in §. ſi pactus. ff. de pa. & uide Ale. in cõſi. 128. ubi ponit, nũquid veniant hæredes extranei, qñ eſt facta mẽtio in contractibus, & maxime in contractu facto ab eccleſia, de quo per gl. & Doc. tam antiquos, quam modernos, in l. etiam, ff. ſol. ma. Et an veniãt nepotes ex filia fœmina, uide Bald. in l. 1. in uer. quæro cum interdum. in antiqua lect. C. de cond. inſer. & uide tex. in c. ſtatutum de hære. lib. 6. & per Bald. in l. maximum uitium, C. de lib. præte. & per Rom. in l. patris. in 4. col. ff. de in ius voc. vbi dicit, quod ſtatutum de compromiſſo fiendo inter patrem & filium, intelligitur etiam de filio naturali tantum, de quo habetur per Bal. in l. libertinum, C. de interd. matrim. & hæc ſufficiant remiſſiue quantum ad iſtam materiam. Ant. Franc.

c Sufficiens cauſa. Not. tamen, quod quando fundus eſt ſterilis & datus eſt in emphyteuſim vſque in tertiam generationem, ſi fundus ille ex opera & artificio emphyteutæ fuit factus melior, tranſit ultra tertiam generationem etiam ad hæredes extraneos. Ita dicit Bart. in l. quicunque. per illum tex. de omni agro deſer. lib. 11. & ſequitur Roman. in repe. rub. de arb. col. 9. Sed reꝓbat idem Ro. in l. etiam. in prin. ff. ſol. mat. Seb. Sap.

Digitized by Google

habentur 10.q.2.c.perpetua,cum ſeq.c.& plene per Spec.in d.
§7.& ſic concedet in perpetuum,vel ad tempus,prout ſibi vi-
debitur. Ad hoc quod no. Arch.& Io.And. in c.2.de rebus ecc.
non alien.lib.6.& bo.tex.iunctis no.per Innoc. in c.ad aures,de
rebus eccle. non alien.Si autem conceſſio fieret ſimpliciter,vt
puta, Titio & hæredibus ſuis (intelligo de omnibus hæredibus
etiam extraneis,quia hoc importat natura illorum verborum.
l.in annalib. C.de leg.)& hæc res tranſmiſſibilis eſt ad hæredes
extraneos,etiam in perpetuum,ex quo prætenditur cauſa legi-
tima, ex qua etiam directum dominium alienari poteſt: non
enim apparet cã reſtringendi. Hoc dico,niſi aliud haberet con
ſuetudo, quæ attendenda eſt, & ſubintelligenda etiam in con-
tractib ad hoc bo.tex.in l.quod ſi nolit. §.qui aſſidua. ff.de ædi.
edic.& per Bar.in l.nemo eſt,qui neſciat. ff.de duob.reis.& per
Inn.ſuper rub.de conſue. Et per hoc habes hunc vtilem articu-
lum pleniſſime declaratum.In quarta par.c gl.quærit, an roga
tus alij reſtituere hæreditatem,poſſit aliquid de dicta hæredita
te alienare?Gl.ꝙ non.C.communia de leg.l.vlt. niſi in caſibus
qui nota.in auth.ibi poſita,quæ incipit, res quæ. Et aduerte, ꝙ
melius diceret glo.qui habentur,quam qui non, quia illi caſus
exprimuntur ibi in tex & ſunt duo,videlicet cauſa dotis,& do-
nationis propter nup. & loquitur ibi tex. in liberis, & ſic ſecus
videtur in extraneis.de quo dic,vt ibi plene no.per Doc.Poteſt
tamen rogatus retinere ſibi quartam partem per Treb. &c. vt
in glo. Si autem eſſet rogatus reſtituere quicquid ſupereſſet de
hæreditate,tunc ad minus quarta ſeruabitur inſtituto, vt in au-
then.contra eum rogatus. C.ad Treb.Dic tamen ꝙ in quatuor
caſibus ibi poſitis poſſet alienare etiam quartam partẽ in cau-
ſa dotis, vel donationis propter nupt. vel propter alimoniam,
vel redemptionem captiuorum,ſi ſua ſubſtantia non ſufficiat.
30 de quo dic vt plenius ibi no.† Vltima gl.quærit,quid ſi pure ro-
gatus fuit quis reſtituere hæreditatem, nulla mẽtione facta de
filiis, nunquid teneatur ad reſtitutionem poſt mortem ſuam,
ſi habeat filios,vel nepotes ex filio? Glo.dicit ꝙ non, ſed euane-
ſcit ſubſtitutio,vt in iuribus alleg.in ea, quæ hoc bene probant.
Quod intellige ſecundum Ioan. And.quando ſubſtitutio eſt fa
cta filio,vel nepoti.q.d.ſecus in extraneo. Et bene loquitur, qa
hoc caſu loquuntur iura alle in gl.Et eſt ratio, quia non eſt veri
ſimile teſtatorem voluiſſe præferre alienam ſobolem ſuæ po-
31 ſteritati q̃ nõ ceſſat,cum ſubſtitutio eſt facta extraneo.† Quęro
iſte contulit ſe,& ſua,nunquid valuiſſet vnum ſine alio? glo.in
ver.ſe,& ſua obtulit.dicit,quod non: quia ſua non poterat ſine
ſe conferre,cum ſubiacerent reſtitutioni.Dic melius,& credo,
quod fuit de mente gl.quod ſufficiebat dedicare ſe. Nam tunc
per conſequentiam tranſiuiſſent bona in monaſterium.in Au-
then de ſanctiſ.epiſ §.ſed & hoc præſenti. & C ad Treb.authẽ.
niſi rogati.Sua autem ſine ſe non poterat donare,ſ.quæ ſubiace
bant reſtitutioni: alia vero, quæ non ſubiacebant reſtitutioni,
vt debita pars iure naturæ,& quarta per Treb. bene potuiſſet ſi
32 ne ſe donare,ætate non impediente,vt ſupra dixi. † Sed quæro,
quomodo monaſterium hoc obtinuit vigore oblationis, cum
non probauerit eum tunc fuiſſe maioris ætatis?Gl.in ver.ſecun
dæ reſpondet,quod iſte pręſumitur maior, niſi probetur cõtra
rium.Ex quo colligitur quem pręſumi maiorem,niſi probetur
contrarium.alle.iura ſua.Hoc dictum gl.communiter reproba
tur per Cano.& legiſtas.Nam dicẽs aliquem maiorem, & prin
cipaliter fundans ſe ſuper ætate,hoc probare debet. quod not.
etiam ſi pręſumeretur maior ff.de mino.l.de ætate. & l. minor
25 annorum.& ideo vide gl.meliorem in c. pręsbyter. 78. diſt.
glo.& Bar.in l.de ætate.præal.per Spec.in tit. de actore.in prin.
& maxime in ver.ſi ergo excipis.per Cy.in l.eum te. C. de pro.
ba.aliquid per Arch in c.ſi eo tempore.de reſcrip.lib. 6.Et bre-
a uis concluſio eſt hæc.Fundans[a] ſe ſuper ætate maiori,vel mino
b ri,habet probare, [b] quod eſt ſuæ intentionis cauſa. Hoc eſt ve-
rum,niſi iudex ex aſpectu transfundat onus probandi in altum
vt l. minor 25.annorum ex aſpectu.ff.de min. & ideo iſti patrui
ſuccubuerunt,quia fundabant excep.ſuam ſuper minori ętate,
quam neceſſario non probauerunt. Dices tamen. Quare mo-
naſterium obtinuit,cum non probauit maiorem ętatem,ſuper
qua ſe fundabat? Reſpondeo, quia principaliter non fundabat
ſe ſuper maiori ætate, ſed ſuper oblatione, quam probauerat:
ætas autem allegabatur implicite ad actum,quæ præſumitur ꝑ
bato actu, ſicut aliæ ſolemnitates intrinſecæ præſumuntur, vt
no.in l.ſciendum.ff de verb obl.per Bar.& in c.innotuit. de eo
33 qui fur.or.rece per Inno.†Et per hoc habes vnum caſum nota-
bilem,in quo ætas præſumitur, quando,ſ.venit acceſſorię ad a-
ctum probatum,qui ſolum maioribus conuenit,& adeo præſu
mitur,ꝙ probatio minoris ætatis eam non excludit, niſi neceſ-
ſario concludat minorem ætatem: vnde non ſufficit qualiſqua-
lis probatio,vt hic ſing. probatur. & neſcio quod alibi ita bene
probetur,& multum limitat no.per Inno.in c.innotuit,de eo q
fur.or.rec.vbi dicit,ꝙ quãdu ſolemnitas pręſumitur ad actum,
de facili tollitur illa præſumptio per contrariam præſumptio-
nem,arg.in c. quia veriſimile, de præſump. Hoc enim dictum
non procedit in idoneitate perſonæ,reſpectu temporis,& ſanæ
mentis, quæ præſumuntur ad actum; ſed oportet, ꝙ defectus
plene probetur,vt hic.Ratio autem prædictæ concluſionis eſt,
quia cum ætas varietur ſuper curſu temporis, ius non præſu-
mit nec ꝓ maiori,nec pro minori ętate,licet probetur,ꝙ olim
fuit minor.facit quod no. Ioan.And.in c.cum inter R. de elec.
Sed contra illud,quod ſtatim ſup.in no tetigi,ꝙ ętas idonea ꝓ-
ſumitur ad actum probatum,multum ob. vnum dictum Ioan.
And.in c.fraternitatis,in 4.q ĵ.de teſt. vbi dicit,ꝙ ętas ineſt pro
feſſioni,ſicut pubertas matrimonio.de reg. c.1.de deſpõ. imp.
c.1.lib.6.adeo ꝙ probans profeſſionem, vel matrimonium nõ
haberet neceſſe probare ætatem, vel pubertatem,niſi negetur.
Et ſic ex hoc vltimo ſentit, ꝙ probanda eſt ętas per probantem
profeſſionem,ſi ętas negetur,& ſic ex quo patrui negabãt, mo
naſteriũ debebat probare,vel debebat ſuccumbere. Licet Ioã.
non alleget iura pro dicto ſuo,ego allego c.cum nobis.de elec.
prope fi.vbi inſtanti pro electione fuit neceſſe probare ætatem
legitimam,& quia non potuit probare,fuit repulſus. Ad idem
c.atteſtationes,& c.ſi de deſpon. imp. facit in ſimili l. matrem.
C.de probat. Contrarium eſt difficile, ſed poteſt reſpõderi duo
bus modis. Primo, ꝙ monaſteriũ erat hic in poſſeſſione iſtius
profeſſi,ſeu oblati:ideo omnia debent pręſumi legitime inter-
ceſſiſſe: & ex contrario pręſumeremus delictum in ſe recipien
tibus non legitimo tempore. Secus vbi monaſterium directe
ageret contra oblatum, vel profeſſum, vt ille negaret legitimã
ętatem:tũc enim monaſterium hẽret probare,vt in ꝯtris: & tũc
multum reſtringeretur hoc c. & oĩa ſupradicta. Secũdo poteſt
dici,ꝙ dictum Io.And. non eſt verum, nec iura ſuperius alleg.
aperte probant ꝯtrium. Nam c.cum nobis.no.dicit, ꝙ alio negã
te,habeat electus probare idoneam ætatem, ſed ꝙ iudex ex of-
ficio ſuo proceſſit, qa in electione multum eruberat officium
iudicis.Et pro hoc optime facit c.dilectus.eo tit. vbi in fi.innui
tur ꝙ neganti ætatem electi, incumbit onus ꝓbandi. & facit c.
1.de ele.li.6.& qđ no.Io.And.in reg.infamib.in Merc Alia iura
34 ſupius alle.hoc nõ ꝓbant,ſi bñ ponderẽtur.† Opp.vř.n.ꝙ illud
ver.dubiũ, ꝙ erat minor annis, debebat interpretari in fauorẽ
actoris,& ꝯ reum,l.ſi quis intentionem ambiguam, ff. de iudi.
cum ſi.Gl.in verbo dubium,reſpõdet, ꝙ hoc ꝯtingit religionis
fauore,pro qua multa contra iuris regulas conſtituta ſunt, vt l.
ſunt perſonę.ff.de relig.& ſump.fune. Hęc ſol.non eſt bona,tũ
quia ex litera patet,ꝙ inĩans fundauit ſe ſuper mero iure, tum
quia propter fauorẽ religionis non dẽmus alij iniuſtitiam fa-
cere,argum. in c.ex tenore,de foro compe. Ideo glo. tranſit ad
aliam

ADDITIONES.

a Fundans.idem tenet Cald.in conſi.4.incip.quos habeat probare io ti.de pro
ba. Imo.in conſi.25. incip. in caſu præmiſſo.Bal.in conſi.164.incip. factum
tale.circa fi.in 1.parte.Alex in conſi.146.inci.in caſu propoſito.col. pen.in
5.volumi. Seb.Sap.

b Habet probare. Adde quis debeat ætatem probare, & qualiter probetur,Bal.
conſi.incip. ſer Simon. Et quid fiendum cum dubitatur an ſit minor, per
Alex.conſi.22.lib.1.& ſi per ſtatutum inducatur certa forma probandi æta
tem,an alia forma ſit excluſa,per Pau.de Caſt.conſi.141.Et quando quis im,
pugnat contractum ratione minoris ætatis,ſit præſumptio, quod fuerit ha-
bilis, vide Aret.in conſi.54.
Circa probationem ætatis,dicas,ꝙ debet probari per eum, in quem iudex
ex aſpectu tranſtulit onus probandi,alias debet probari per illum prout ſe
in maiore vel minore ætate fundat ſiue agendo,ſiue excipiendo, vt in l. cũ
te minorem,& ibi per Bar.Bal.& Doc.C.de proba.& vide Bal.in l.de ætate.
ff.de interro.ac.& in l.de ætate.ff.de mino.& in l.1.in fi.ff. de excep.& in l.
eadem oratione,ff.de fer.vbi Bar.vbique dicit,iudicium eſſe adeundũ, qui
pronũciet ſuper ætatem.Et vide Io.de Imo.in l.3.in § diæ cauſæ,ff.ad Car-
bo.Bal.in l.data opera.C.qui accuſa.non poſſ.in 15.col.& vide gl.in c.præſ-
byter.78.diſt.& per Spec.in tit.de actio.10 ver. quid ergo, & vide pleniſſi.
per Alex.in l.de ætate.de minor.Et adde, quod ætas probatur per inſtrumẽ
tum matrimonij, non autem per inſtrumentum dotis promiſſæ pro matri-
monio iam contracto,ſed pro contrahendo ſic, præſumptiue tamen,vt per
Bal.in addi.Spec.in tit.de in integ.reſti.in ver.per inſtrumentum matrimo-
nij,& vide Bal.in l.neque natales,in 2.col.de prob.vbi ponit de iſto modo
probandi ætatem per inſtrumentum matrimonij. Et adde quod probatur
extraordinarijs modis,uidelicet per priuatas ſcripturas,per indicia, & per
teſtimonia domeſtica,ut per Bal.in l.2.C.de his qui veniam æta.impet.& ꝑ
gl.Bal.& Bar.in l.2.in prin.ff.de excu.tut. vbi dicitur quod probatur ꝑ ſcri
pturam natiuitatis factam per patrem,quod & voluit Bal.in rub.de fide in-
ſtrum.in 4.colum.& de modo probandi ætatem per Spec.in tit.de proba.in
§.1.in ver.reſtat,in 3.uer.4.5.& pen.& qualiter probetur uide etiã per Pau.
de Caſt.in conſi.138. & 139. ubi etiam ponit an poſſit probari alieno mo-
do,quam modo tradito a ſtatuto, & dicitur quod ſic.ſed.per modos a iure
approbatos,& uide Bar.in l.minor 25.ann. ex aſpectu.ff.de minori.poteſt
etiam probari per matrem,licet non plene,ſecũdum Bar.in l.etiam, de pro
ba.& per eũdem poſt gl.in l.2.ff de ætate poteſt etiam probari per nutricẽ,
ut in l.de tuto.& ibi per Bald.C. de in integ.reſti & per coniunctos, & põt
probari per compatrem,qui baptizauit,ut per Bar.in conſi.inci.in q.verten
ti inter D.Simonem,& etiam per vicinos,& obſtetrices, quæ uiderunt eum
naſci tali tempore.Et tene menti,ꝙ ætate minor non poteſt probare nec al
legare ſe maiorem,ſecundum Pau.de Caſt.in d.conſi.138. Et adde etiam,
quod ſententia lata ſuper ætate inter aliquos, non facit ius inter omnes, ſe
cundũ Bar.in d.l.de ætate.in 4 q.de minori.& uide Bal.in fi.C.de ſuis & le-
gi.& adde etiam quod ætas non probata eſt prima cauſa reſtitutionis.l.ſi.&
ibi Bar.C.ſi minor ſe maiorem dixerit. Ant.Fran.

Digitized by Google

aliam ſol. ꝙ uerbum actoris ambiguũ, bene eſt pro eo interpre
tandum: ſed verbum ambiguum teſtium ſuorum ꝯ eum, & in
fauorẽ rei, vt hic. Et eſt rõ, quia qui ꝓbat clare, debet probare,
alias ſuccũbit, vt hic, & in c. inter dilectos, de fi. inſtr. & hęc ſol.
melior. Declara tamen, vt plene dixi in c. cum ad ſedem. de reſ.
35 ſpol. †Sed opp. & aliter, quia iudex ſaltem debuit iterum teſtes
interrogare, vt verbum dubium declararent. Gl. iſta rñdet, ꝙ iu
dex bñ potuit hoc facere ex officio ſuo, ſed non ad inſtantiam
partis. No. bene glo ad duo. Primo, quod iudex poteſt ex officio
a ſuo quandocunq; a interrogare, b etiam teſtes, vt declarent ver
b ba obſcure prolata Idem no. gl. in c. per tuas. & in c. cũ clamor.
ꝯ. de teſti. quod limitat ſecundum no. per Inno. in c. cum Ioan-
nes. de fide inſtr. vbi dicam. & hæc no. ad limitationem. c. præ-
terea, de teſt. cogen. No. 2. ex glo. ꝙ ad petitionem partis nõ de
bet iudex iterum examinare teſtes, qui obſcure depoſuerunt:
quia timetur veriſimiliter de ſubornatione. Hæc intellige, ſi
fuerint prius debitè examinati, alias ſecus, vt le. & no. in d. c. per
36 tuas, & dic vt ibi. † Quæro, vtrum indiſtincte per religionis in-
c greſſum expiret ſubſtitutio c facta in defectum liberorum? Glo.
ſi. dicit, ꝙ aut ſubſtituitur perſona priuata, & euaneſcit, quia hoc
caſu ingreſſus monaſterium fingitur habere hæredem, vt hic.
& in Auth. de ſanct. epiſ. § ſed & hoc præſenti. Si autem ſubſti-
tuitur eccleſia, ſeu locus religioſus, vel iubetur expendere in
pias cauſas, tunc non expirat ſubſtitutio, ſeu fideicommiſſum
per religionis ingreſſum, vt in d. §. ſed & hoc præſenti. vbi hæc
diſtinctio, ſeu differentia probatur. Et eſt diuerſitatis ratio, quia
quod expiret ſubſtitutio per religionis ingreſſum, inductum
eſt contra propriam ſignificationem verborum, in fauorẽ piæ
cauſæ. Vbi ergo ſubſtitutio, ſeu fideicommiſſum debet expen-
di in piam cauſam, ceſſat dicta ratio: cum non debeamus im-
propriare verba in fauorem piæ cauſæ religionis, in præiudiciũ
alterius religionis, ſeu piæ cauſæ. ad hæc c. cum cauſa. de præb.
Priuilegiatus enim non vtitur priuilegio contra pariter priuile
giatum, vbi pariter concurrit priuilegium vtriuſque, vt d. §. ſed
& hoc præſenti. & plene per Bar. in authẽ. quas actiones. C. de
ſacroſ. eccle. Et per hanc glo. & d. §. ſed & hoc præſenti. conſu-
37 luit quidam ſolemnis Doctor, Fran. de Albe. † ꝙ licet de legato
eccleſiæ facto priuatus hæres non detrahat Falc. priuilegio ec-
cleſiæ, vt in auth. ſimiliter. C. ad leg. Falc. plene no. in c. ſi pater.
d de teſtam. lib. 6. ſecus ſi eccleſia d eſt hæres, quo caſu concurrit
priuilegium cum priuilegio, & ſic conquaſſatis priuilegijs vti-
tur iure communi, ad hoc l. aſſiduis. C. qui po. in pig. ha. & hoc
ſatis placet, licet gl. hoc non bene non firmauerit, in c. pontifi-
ces. 12. q. 3. Sed dices tu. Nonne eccleſia petit reſtitutionem cõ
tra aliam eccleſiam? de in inte. reſt. c. auditis, cum ſi. minor con
tra minorem? l. verum. in fi. ff. de min. & ſic priuilegiatus vtitur
priuilegijs contra pariter priuilegiatum? Solu. hoc caſu non eſt
priuilegiatus quilibet reſpectu cauſæ, de qua agitur, licet in ge-
nere ſint pariter priuilegiati: nam ſi minor, vel eccleſia læditur,
in hoc caſu læſionis ſolum reperitur priuilegiata perſona læſa.
Et quoniam iſte articulus eſt quotidianus, ſubijcio hic quędam
bona dicta Bar. in authen. quas actiones. præalle. vbi ſic diſtin-
e guit. Cum queritur, an priuilegiatus e vtatur priuilegio contra
pariter priuilegiatum, ꝙ aut quæritur vtrum priuilegiatus poſ-
ſit vti priuilegio contra priuilegiatum, eo caſu, quo ab ipſo pri-
uilegiato aduerſario ſuo priuilegium conſequitur: & iſta pro-
prie non eſt materia noſtra, tractatur in l. fin. C. de fruc. & li. ex-
38 pen. † Quandoque quilibet eſt priuilegiatus principaliter, &
tunc quandoque quis generaliter eſt priuilegiatus, & in gene-
re, ſed non in ea cauſa, de qua agitur, ſed vnus tantum eſt ibi
priuilegiatus, & tunc vtetur priuilegio ſuo contra alium priui-
legiatum, vt eſt caſus in l. vlt ff. ex quib. cau. ma. & c. auditis. Li-
cet enim vtraque eccleſia ſit priuilegiata in genere, tamẽ in ca-
ſu, de quo agitur, eſt priuilegiata ſolum eccleſia læſa, ſeu cõtra
quam præſcribitur, non altera, quæ præſcribit, ſeu quæ eſt in lu-
39 cro. Simile in duob abſentibus. d. l. fi. †Si vero vterque eſt priui-
legiatus reſpectu eiuſdem cauſæ, quæ agitur, & tũc, ſi quidem
vnus habet priuilegium potentius altero, ille præfertur. Et po-
teſt eſſe potentius, quia ille certat de damno, alter de lucro, vel
quia cauſę concedendi priuilegium ſunt fauorabiliores, vt l. ve
40 rum. §. fi. cum l. ſeq. ff. de min. † Si vero cauſæ priuilegiorũ ſunt
pares, vel priuilegia ſunt paris potentiæ, & tunc cõcurrunt am-
bo, & pariter admittuntur, vt l. priuilegia, ff. de priuil. cre. & in-
ter ſeipſos potior eſt condõ poſſidentis. l. ſi ſeruum. §. ſequitur.
ff. de verb. obl. & in regula, in pari cauſa. de reg. iur. lib. 6. Et hæc
no. per quæ potes allegare pro, & contra, ad q. ſup. deciſam. No.
2. principaliter ex princ. glo. ꝙ monaſterium fungitur loco hę-
f redis. Alii dicunt, quod loco f filij, vt no. in Authen. niſi rogati.
C. ad Trebel. & in Authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſanc. eccle.
Sed Bartolus in vtroque loco tenet contrarium: quia ſequere-
tur, quod monachus haberet monaſterium in ſua poteſtate,
quod eſt falſum. de elect. c. ſi religioſus. lib. 6. Vnde dici, quod
nulla lex eſt in mundo, vel decr. quæ hoc probet. Ad hoc c. re-
ſpondet in d. auth. niſi diceres, ꝙ ſolum probat, quod habetur
loco hr̃dis. Sed certe, ſi illa alſo, q̃ ponitur in tex. dũ facit mẽtio
nẽ de hr̃de, eſſet vera, vt ſentire vr̃ Bar. tũc bñ ꝓbaret tex. iſte, ꝙ
hr̃ loco filij, q̃a verbũ, hęredis, capit̃ hic ſtrictè pro liberis. Patet,
quia in ſubſtitutione fuit facta mentio duntaxat de liberis, vi-
delicet, ſi ſine liberis, &c. Allegabatur pro parte monaſterij, ꝙ
non dicitur decedere ſine hęrede, qui monaſterium ſibi hęre-
dem inſtituit: & debet exponi, ſine hærede. i. ſine liberis. alias
iſta allegatio non concluderet intẽtum allegantis, propter ver-
ba ſubſtitutionis. Si ergo vis ſaluare dictum Bart. oportet dice-
re, ꝙ illa fuit allegatio partis, quæ nullo iure probatur: nam de-
ciſio huius decr. ſumitur ex Auth. de ſan. epi. §. ſed & hoc præ-
ſenti. vbi non dr̃, ꝙ monaſterium habeatur loco filij, vel hr̃dis,
ſed ꝙ omnes iſtæ condõnes, Si nupſerit. Si habuerit liberos, &
ſimiles, appoſitę in perſona inſtituti, ad faciendum locum ſub-
ſtituto, tolluntur, & habentur pro non adiectis, ſi inſtitutus in-
trauerit monaſterium: & hoc ideo ne timor reſtitutionis fien-
dæ retraheretur a vita contemplatiua, & de hoc aliquid infra
tangam

ADDITIONES.

a Quandocunque. Adde Rom. conſi. 10. & 359.

b Interrogare. Adde, quod etiam interrogare poteſt poſt publicatas atteſtationes, vt no. Bal. in l. in bonæfidei. C. de rebus cred. & dom. Abb. in c. fraternitatis, inf. de teſti. vbi d. Maria. Soc. in 12. col. & Bal. in c. 1. §. ſi enim domino. col. 3. quid ſit inueſtitura. in vſib. feud. Seb. Sap.

c Expiret ſubſtitutio. Adde Bar. eius conſi. 1. Are. conſi. 13. Seb. Sap.

d Eccleſia. Vide Rom. in auth. ſimiliter, in 40. ſpeciali, in vltima volũtate. C. ad le. fal. Alex. in l. 1. §. ad municipum. ff. ad l. fal. & in l. Marcellus. in prin. col. 4. vbi etiam Rom. ff. ad Treb. in quibus locis tenent contra Abbatem hic. Sebaſt. Sap.

e An priuilegiatus. Adde Rom. conſi. 360.
An & quando priuilegiatus poſſit vti priuilegio contra pariter priuilegiatum, vide quæ habentur in c. ad aures. de reſcr. & Bal. in l. iubemus. in 1. co. C. ad Treb. & vide Pau. de Caſt. in conſi. 317. & Bar. in l. verum, in §. ſic quæritur ſi minor. ff. de mino. & in l. 1. C. ſi aduer. fi. & hi per Ale. in l. ſi apud, ff. de mino. Et conclude, ꝙ ſi priuilegia ſunt omnino paria, conquaſſantur & confunduntur, & vtuntur priuilegiati iure communi, vt per Bar. & Doc. plene in authen. quas actiones. C. de ſacroſ. eccle. & in auth. habita, C. ne filius pro patre, alias debet attendi potentius priuilegium, de quo per Alex. in l. ſi apud, ff. de mino. Et conclude, ꝙ ſi priuilegia ſunt omnino paria, conquaſſantur & confunduntur, & vtuntur priuilegiati iure communi, vt per Bart. & Doct. plene in authen. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. & in auth. habita, C. ne filius pro patre, alias debet attendi potentius priuilegium, de quo per Alex. in l. ſi apud. ff. de minorib. Ant. Fran.

f Loco. Vide Bal. in auth. niſi rogati. C. ad Treb. & ibi etiam dicit, quod licet teſtator dixerit ſe velle, quod monaſterium nõ poſſit excludere ſubſtitutum, reijcietur condicio tanquam turpis. Et adde, quod ſi teſtator dixerit, Si filius meus deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Sempronium, & adiecit, volo, ꝙ verba teſtamenti ſeruentur de verbo ad verbum, tunc monaſterium habebitur loco filij Ita dicit hic ſingulariter Bal. in 4. col. Et ſi dixerit etiam teſtator, Subſtituo ei Sempronium, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſe procreatis, tũc monaſterium non excludit ſubſtitutum. Hoc fuit dictum Abb. antiqui in c. Raynutius. de teſtam. quem refert & ſequitur Bal. in ſua Margarita ad Inn. in litera S. verſi. ſubſtitutio. & idem credo, ſi facta ſubſtitutione per uerbũ, Deceſſerit ſine liberis, teſtator adiecit, quod volebat verba teſtamenti ſui ſeruari ad literam, argum. eorum, quæ in ſimili ex defenſione ſentẽtiæ, no. Bal. in l. fi. in pe. col. C. de his, qui ſi. diſt.
Dicit tamen, quod in litera dicitur, Quæ oculo uidetur, non quæ ſolo intellectu percipitur. Et vtrum ſi ille, cui facta eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria, deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus, vel intret religionem Fratrũ Minorum, ſit locus ſubſtitutioni, vide Ang. in conſi. 88. & vide etiam Ange. in conſi. 38. & de iſto ar. quando per ingreſſum monaſterij excludatur ſubſtitutus, vide omnino per Inno. poſt Ang. in l. in pupillari. circa fi. ff. de vul. & pup. Et quod monaſterium habeatur loco filij ex proprio corpore nati, tenet Lapus alleg. 29. de quo vide omnino in terminis per Bal. in l. Deo nobis. in 1. col. C. de epiſ. & cler. Et adde hic Bal. circa fi. c. 1. in 1. col. de eo, qui ſibi, vel hæredi. mal. in vſib. feu. vbi dicit, ꝙ naſcentes ſiue per maſculos, ſiue per fœminas, dicuntur deſcendere ex corpore primi parentis. & de hoc dicit eſſe ibi tex. no. Ad idem uide omnino quæ hic ſcribit Bal. Item de prædicta quæſtio. videlicet, an monaſterium ſuccedat loco filij ex proprio corpore nati in ſubſtitutione, vide per Io. de Lig. in c. Raynaldus. de teſt. & Ioan. poſt Bar. in d. l. ita quis. § ſi cui. ff. de leg. 2.
Adde tu quando monaſterium habeatur loco filii, Fulg. conſi. 33. & quando etiam loco mariti, & quando euaneſcat ſubſtitutio.
Circa iſtum paſſum, an, & quando monaſterium excludat ſubſtitutum, quãdo ſubſtitutio eſt facta per illa verba, Si inſtitutus deceſſerit ſine filijs, uel liberis, ultra hæc dicta per apoſtillatorem, & vltra ea, quæ allegata ſunt ſup. in apoſtil. mag. dicas quod hoc, quod monaſterium excludat ſubſtitutum, & habeatur loco filij, eſt fauore piæ cauſæ, non tamen contra mentem teſtantis, imo ex præſumpta eius mente; ſed ubicunque per uerba teſtatoris clam apparet, quod non uoluit monaſterium excludere ſubſtitutum, nec uoluit illum eſſe loco filiorum, non puto, quod contra uoluntatem teſtantis monaſterium admittatur, quia uoluntas teſtatoris ſemper eſt attendenda, & debemus illam, inquantum poſſumus, ſeruare. l. 1. C. de ſacroſ. eccle. Imo dicimus, quod ultimæ uoluntati ſemper eſt fauendum, & per Bart. & Alex. in l. cum hi, in prin. ff. de tranſa. & in l. ſi pars, ff. de inoff. teſta. & per Ioann. And. in c. Ioannes. de teſta. ſed quãdo ex uerbis teſtatoris, ex quibus datur nobis intelligi eius mens, ut in l. Labeo, ff. de ſupel. leg. non debemus ab illa recedere. l. non aliter, ff. de leg. 3. Si ergo teſtator noluit, quod monaſterium excluderet ſubſtitutũ, uel quod ſolum ſubſtitutus excluderetur, per filios natos ex proprio corpore ſubſtituti, non uideo quomodo poſſit dici ſaluamente teſtatoris, quod monaſterium debeat admitti, quia cum ſimus in caſu certo & claro, non habemus coniecturari ex coniecturis, qualis fuerit mẽs teſtatoris, argu. l. ille, §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. & l. continuus, §. cum ita, ff. de uerb. obl. Ant. Fran.

Digitized by Google

tangam latius: hæc enim ſufficiant ad declarandum illud ver-
bum, hæredis, poſitum in tex. & in gl. No. vlterius ex glo. ſubſti-
a tutionem, a vel fideicommiſſum nō euaneſcere, ſi reſtitutio eſt
fienda loco religioſo, vel eccleſiæ, vel ad aliam piam cauſam
debeat expendi: nam loquitur magis clare hęc gl. quam text. in
d. §. ſed & hoc præſenti. quod placet hic do. Anto. quia cum ille
§. ſit exorbitans a iure, ſufficit locum ſubſtitutum eſſe pium, li-
cet non ſit æqualiter pius cum monaſterio, quod inſtitutus in-
41 greditur. quod ſatis placet ꝑ ſupradicta. † Ex prædictis deciſam
puto quæſtio. quam ponit hic Io. And. nunquid euaneſcat ſub-
ſtitutio, ſi inſtitutus non ingrediatur monaſterium, ſed ipſum
hæredem inſtituat? Glo. in d. auth. niſi rogati, ꝙ non. & idem te
nent communiter Doct. licet quidam contra, quorum opi. eſt
æquior, ſecūdum Hoſt. licet prima ſit communior, ſed tene pri
mam, vt veriorem, & æquiorem: nulla enim æquitas debet ſur
gere ad ſpoliandum alium fauore religionis. arg. 11. qō. 4. c. fin.
hoc enim caſu ceſſat ratio illius §. ſed & hoc præſenti. cum non
impediatur vita contemplatiua. Nec debet ille §. ſic exorbitās
in præiudicium aliorum extendi, arg. in l. quod vero. ff. de legi.
42 † Alia etiam quæſtio deciditur per præmiſſa, quid ſi ſubſtitutio
eſt facta de aliquo ſub conditione, ſi non ingrederetur mona-
ſterium? Communiter tenetur, ꝙ talis conditio habetur ꝓ non
adiecta: nam ſi conditio indirecte impediens, ſeu retrahens a vi
ta contemplatiua, habetur pro non adiecta, vt hic, & in d. §. ſed
& hoc præſenti. fortius & illa, quæ directe impedit religionis in
greſſum. Item conditio ſimilis non impedit matrimoniū car-
nale, l. cum tale, ff. de cond. & dem. l. 2. C. de ind. vid. toll. multo-
minus matrimonium ſpirituale, cum ſit magis bonum. facit c.
43 1. & fi. de cond. app. † Quæro vlterius proſequendo hanc glo. fi.
quid ſi rogatus reſtituere hæreditatem, vel legatum, fiat cleri-
cus, nunquid euaneſcat ſubſtitutio? Gl. reſpondet, ꝙ ſic, duob.
tamen interuenientibus, videlicet, ꝙ perpetuo remaneret in ec
cleſia, & relictum expendatur in pias cauſas. Aduerte quia glo.
loquitur nimis generaliter, & aliquantulum obſcure, & cōtra-
rium prima fronte videtur determinare. ⁊. in fi. vlt. q. & glo. eſt
ſic locuta; quia ſic generaliter de clerico loquitur tex. in d. §. &
hoc præſenti. nec Doct. aliter hoc declarant. Ideo pro declara-
tione ſcias, ꝙ tex. in d. §. loquitur de intrante religionem, & de
eo, qui fit clericus. Vnde inſurgunt duo intellectus ad illū tex.
vt ibi no. in glo. Quidam enim intelligunt, vt loquatur in eo, q
efficitur clericus ſecularis, vt ſic duobus interuenientibus eua-
neſcat ſubſtitutio. Et pro hoc intellectu facit, vt differat ab eo,
qui ingreditur, vt fiat monachus, de quo præmiſerat. Alius
intellectus eſt, vt loquatur de ingrediente monaſterium, vt ibi
ſit monachus, & clericus. & ſic ſit ſenſus, ꝙ ſiue ingrediatur, vt
ſit conuerſus monaſterij, ſiue vt ſit monachus, & clericus, ſem-
per euaneſcit ſubſtitutio: ex quo in eccleſia perpetuo eſt ꝑman
ſurus, & bona expenduntur in pias cauſas. Et iſte intellectus vi-
detur placere ibi glo. & ſatis mihi placet, tanquam magis con-
ſentaneus illi literæ. Ad quid enim pōderaret, vt perpetuo ma-
neret in eccleſia, ſi efficeretur clericus ſecularis? & facit quod
44 ibi ſubijcitur in glo. fi. † Inſuper quæro, quid ſi inſtitutus ingre-
ditur monaſterium, ſed monachatus non tenuit? Reſpondet
gl. ꝙ per hoc nō euaneſcit ſubſtitutio: oportet enim, ꝙ fiat mo
nachus. Per hoc dicit Vin. ꝙ ſi moriatur antequam teneat mo-
nachatus, ſubſtitutio non euaneſcit. Idem ſecundum eum ſi
intrauit, & ante tempus probationis exiuit: non enim per hoc
45 præiudicatur ſubſtituto, arg. ⁊. de regulari. c. ſtatuimus. † Sed cir-
ca prædicta oritur dubium, quid ſi intrauit, & tenuit monacha-
tus, ſed hoc fecit in fraudem ſubſtituti? Abb. dicit, ſecūdum ma
giſtrum ſuum, ſubſtōnem euaneſcere: quia fraus, & dolus, &c.
de reſcrip. c. ſedes, de ſepul. c. in noſtra. & bene facit de teſt. c. offi
46 cij. & c. requiſiſti. & c. fin. † Et dicit, ꝙ probatur fraus, probando
comminationes factas per hæredem ipſi ſubſtituto, arg. de re-
nunc. c. 2. lib. 6. quod placere videbatur Doc. communiter hic.
Ego allego ad hoc tex. ſin. 10. q. 3. c. fin. vbi inductio facta cauſa
bonorum impedit acquiſitionem ipſorum. Idem & fortius, qn̄
fit in fraudem alterius. Vltimo gl. hic quærit, vtrum euaneſcat
ſubſtitutio, ſi inſtitutus ſe, & ſua dedicauit eccleſiæ ſeculari, fa-
ciendo ſe oblatum illius eccleſiæ. Goffre. randem concludit, ꝙ
non, quia non debet extendi diſpoſitio illius §. ſed & hoc præ-
ſenti. ad alium caſum. licet quidam contra. Et no. bene finem
huius gl. vt diſpoſitio illius § non extendatur ad alium caſum.
& refert hic Io. And. dom. ſuum do Mar. ſimile tenuiſſe, nec ad
alios terminos debet extendi. Ex quo inferebat, quod cum ille
§. ponat terminos, quando alius eſt conditionem apponens, &
alius, in cuius perſonam apponitur, vt puta hæres, vel legata-
rius, ꝙ ſi mutantur termini, non habeat locum ille §. puta, quia
vnus de ſe loquens dando, vel legando, apponeret conditionē,
ſi deceſſero ſine liberis: tunc enim intelligeretur de veris libe-
ris, ne eſſet locus illi Authen. de quo per Ioann. And. in Specu.
de ſtatu monachorum. ſuper verſic. 15. vbi duo ponit motiua
Mar. pro dicto pręcedenti. Dicebat enim primo, quod loquens
de ſeipſo, videtur intellexiſſe de liberis naturalibus: ergo condi
tio eſt tenaciter obſeruanda. ff. de alim. leg. l. 3. §. conditio. Item,
quod monaſterium habeatur loco filij, procedit ex quadam fa-
uorabili, & ſpeciali interpretatione contra propriam ſignifica-
tionem vocabuli, ergo nō debet extendi: quia impropriet ates
ſunt reſtringendæ, non trahendæ ad conſequentiam, l. quod
vero. ff. de leg & quod no. in reg. quæ a iure. de regu. iur. lib. 6. &
47 in c. propterea. vbi no. de verbo. ſignifi. † Et hæc faciunt ad vnā
notabilem deciſionem Ioan. Paglarenſis, quam ponit Fede. de
b Sen. conſi. 174. vbi dicit, quod ſi ſtatuto loci pœna offendentis
applicetur hæredibus offenſi, & profeſſus habens filium natura
lem in ſeculo, fuit interfectus, quod pœna applicabitur filio na
turali, & non monaſterio: quia monaſterium eſt ciuilis hæres,
& non naturalis, ſicut filius: & verba ſtatuti debent intelligi in
caſu vero, & naturali, proprie, & stricte appellatione hæredis in
telligitur de filio. d. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebellianum. Sed ad-
uerte, quia idem Fede. conſi. 54. vbi plenius hunc articulum di-
ſputat, tenet, quod applicatur monaſterio, etiam ſi filium inſti-
tuit hæredem. Mouetur principaliter, quia quicquid acquirit
monachus, acquirit monaſterio. 18. q. 1. c. vno. ſed hoc lucrum,
ſeu pœna prouenit ex iniuria illata monacho, ergo &c. Secun-
do, quia monaſterium eſt iſti hęres ab inteſtato, quia tanquam
miles cœleſtis militiæ poteſt pro parte decedere teſtatus, & ꝓ
parte inteſtatus; & plenius ibi circa hoc inſtat. Ego in hoc arti-
culo ſic dicerem, quod aut inſtituit monaſterium & filium hę
redes, & tunc lucrum applicabitur eis pro portionibus hæredi
tarijs. Aut inſtituit filium in totum, & tunc applicabitur filio: ſi
vero inſtituit monaſterium, inſtituto filio in re certa, & tūc ap-
plicabitur monaſterio: quia filius ſic inſtitutus in re certa habe
tur loco legatarij l. quoties. C. de hęre. inſtituen. in ſumma. Er-
go dic, quod applicabitur ei, qui eſt hęres, ideſt, qui ſuccedit in
ius defuncti: quia ille eſt proprie hæres. ff. de verborum ſignifi.
l. hæredis appellatione. Non obſt. motiuum Feder. quod quic-
quid acquirit monachus, acquirit monaſterio, &c. quia fateor,
quando ipſe directe acquirit: ſed in caſu noſtro ſtatutum defert
hæredi, & inſtitutus per defunctum eſt verus hæres ipſius. Nec
obſt. ratio Ioan. Pagla. quia ſtricte capiendo, filius eſt hęres, quo
niam hoc non eſt verum: quia l. ex facto. in fi. loquitur in caſu
ſpeciali ideo ibi reſtringitur nomen hæredis, vt ſuper 1. gloſ.
pleniſſime dixi, & ſic reduco ad concordiam dicta eorum. Fa-
48 ciunt etiam prędicta ad aliam quæſtionem ſatis no. † Quid ſi
teſtator dedit ſubſtitutum ſub conditione, ſi inſtitutus decede-
ret ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus, vel ex corpore
ſuo naſcentibus, nunquid euaneſcit ſubſtitutio per ingreſſum
religionis? Hæc quæſtio ſatis pulchra, & quotidiana eſt: & idem
poteſt dici, quando teſtator per alia verba, continentia natura-
litatem, fecit ſubſtitutionem. Docto. ſunt varij in hac opi. nam
Iaco. de Bel. diſputauit hanc quæſtionem, & poſuit in dicto §.
ſed & hoc præſenti. & concludit ſubſtitutionem dicto modo
conceptam non expirare per ingreſſum religionis: quia teſta-
tor per illa verba elegit naturalitatem, nec relinquit volunta-
tem ſuam interpretationi iuris: ſecus quando locutus fuit gene
raliter, vt ſi ſine liberis deceſſerit &c. tunc ſuccedit iuris inter-
pretatio, quæ ceſſat in caſu certo, quia in incertis, non certis,
c opus eſt coniecturis. de reg. iu. c. eſtote. In hac opin. c accedere
videntur Mart. ſimiliter. & Hoſt. & Ioan. And. vt no. per eos in
c. Raynaldus. de teſt. Contrarium tenuit Bagarotus, dum eſſet
Bononiæ, cum hæc quæſtio ibi eſſet de facto. & Dy. ſequitur in
l. ſi ita quis. §. fina. de lega. 2. & Ricardus Malum. & Barto. in au-
then. niſi rogati. & in l. ſi ita ſi quis, prælleg. & ſic poſtmodum
eleganter cōſuluit in quæſtione facti. Primo per rationē, quam
faciebat Dyn. Expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nihil opera-
tur. ff. de lega. 1. l. 3. & c. ſignificaſti. de elect. Sed hæc verba, ex
ſuo corpore, vel, ex ſe legitime natis, inſunt in illis verbis, ſi ſi-
ne liberis deceſſerit; ergo nihil operatur expreſſio. Quod in-
ſint, patet etiam, quoniam per illa verba, ſi ſine liberis &c. non
veniunt filij legitimi tantum, vt in d. l. ſi ita quis. §. fi. ergo ſolū
intelligitur de naturalibus, & tamen fauore monaſterij expi-
rat talis ſubſtitutio per religionis ingreſſum. Secūdo mouetur
per

ADDITIONES.

a Subſtitutionem. Vide nouam limitationem datam ad iſtud capitulum, quæ infertur ex hoc dicto, quam ponit do. Bar. Soc. in repe. l. cum auus, col. 120. & col. 64. ver. circa ſecundum, ff. de conditio. & demonſtratio. Sebaſtian. Sapia.

b Statuto. Et de hoc uide late per Pet. de Anch. in repeti. capituli, canonum. de conſtit. in vi. princip. quaſi in 14. col. illius quæſiti. uerſic. procedo ulterius. Seb. Sap.
Statuto loci. uide Rom. in ſin. 450. inci. ſtatutum urbis ueteris, Pet. de Anch. in c. 1. char. 44. uer. ſic procedo ulterius. ⁊. de conſt. facit no. per Bar. & Mo. in l. 4. 5. charta. ff. de uerb. ubl. Seb. Sap.

c In hac opi. Iſtam eſſe communem opi. atteſtatur Alex. in conſ. 35. incip. ſuper contentis. in 3. uol. & in conſ. 121. inci. uiſo themate. in 2. uol. tenet Ang. con ſi. 80. inci. hæc quæſtio ſubtilis. Seb. Sap.

per rationem Rich. Malum. Iſtud fideicommiſſum, ſeu inſtitu-
tio, ſi deceſſerit ſine liberis. &c. reprobatur, & pro nõ ſcripta ha
betur, non ideo, quia monaſterium non haberetur loco filij;
ſed quia præbet impedimentum vitæ contemplatiuæ, ſeu re-
trahit a vita contemplatiua eligẽda. Nam inſtitutus timens, ne
bona ſua cogat reſtituere, ſi decederet ſine liberis, inducitur ad
contrahendum matrimonium, & remouetur a propoſito reli-
gionis, & caſtitatis: & ideo Imperator tale grauamen voluit ha
beri pro non adiecto. & hoc voluit tex. in d. §. ſed & hoc præſen
ti. dum dicit tales conditiones inualidas, & pro non ſcriptis ha
bendas. Sed hæc conditio, de qua in quæſtione noſtra, eſt mul-
to plus contraria vitæ contemplatiuæ, caſtitati, & religionis q̃
illa, de qua in d. §. ſed & hoc pñti, & hic, ergo fortius debet illa
haberi pro nõ adiecta. & ita etiam refert, & tenet Cy. in d. auth.
niſi rogati. Tertio probat a ſimili illud, quod relinquitur cauſa
a dotis, a de neceſſitate intelligitur pro matrimonio carnali, ſine
quo non poteſt dici dos, vt l. 3. ff. de iure do. & c. ſi neceſſe. de do
na. inter virum & vxo. nam pro introitu monaſterij non datur
dos. de ſimo. c. non ſatis, & c. veniens. & tamen illa cõditio, ſeu
cauſa, remittitur inſtituto, ſeu legatario intranti monaſterium,
licet non poſſet dici, ꝙ ciuiliter impleatur, vt in d. §. ſed & hoc
præſenti. ergo licet in caſu quæſtionis noſtræ non poſſet dici im
pleta conditio ciuiliter, ꝙ monaſterium dicatur ex ſe natum: ni
hilominus ratione prædicta debent bona apud monaſterium
remanere. Idem debet, & poteſt dici de eo, quod relinquitur
cauſa donationis propter nuptias, vt habetur in d. §. Quarto ꝓ-
bat ſic, Inter monaſterium, & monachum non dicitur matri-
monium ſpirituale, cum ſolus Abbas dicatur ſponſus, de elect.
c. quia propter. Sed ſi fideicommiſſum relinquitur ſub cõditio
ne, ſi nuptias contraxerit, & ille grauatus monaſterium ingre-
diatur, nõ tenetur ad fideicommiſſum, vt in d. §. ſed & hoc præ
ſenti. Ergo apparet, ꝙ non eſt ideo, ꝙ videatur defeciſſe condi-
tio fideicommiſſi, ſed ideo, ꝙ tale grauamen habetur pro non
adiecto, & pro non ſcripto, cum vitæ contemplatiuæ contrarie
ergo idem dicendum in quæſtione noſtra. Quinto, & vlti-
mo probat iſto modo, Ego video, ꝙ ſi aliquid relinquitur mu-
lieri cum onere reſtituendi, ſi nupſerit, quod non tenetur reſti
tuere, ſi nupſerit. l. quoties. ff. de cond. & dem. & l. cum ita lega-
tum. cum l. ſeq. ff. eo. quod tamen limita prout no. in auth. cui
relictum. C. de indic. vi. toll. ergo multomagis non valet iſtud
grauamen, de quo in quæſtione noſtra, cum ſit impedimentũ
religionis, & vitæ contemplatiuæ, quæ longe melior eſt, quam
actiua. & hæc opi. placet do. Ant. licet non alleget ꝯſiliũ, & mo-
b tiua Bar. quæ multum mihi placent,[b] & ipſam veritatem conti
nere vñr. Pro hac concl. vide bo. tex. in l. Titiæ ſi non nupſerit.
ff. de cond. & dem. vbi dicit, ꝙ ſi teſtator reliquit Titiæ ducen-
tum, ſi non nupſerit; & ſi nupſerit, reliquit centum; ſi Titia ele-
gerit nuptias, debet habere ducentum, & tamen non impleuit
conditionem, ſed illa habetur pro non adiecta, quia retrahit a
matrimonio carnali contrahendo. Idem & fortius, ſi a ſpiritua
li. Et per hoc clariſſime patet intellectus illius §. ſed & hoc præ
ſenti. & huius c. Obtinet ergo hic monaſterium, non quia hẽa-
tur loco filij, vel hæredis: quia fuit illa allegatio partis, vt ſup. di-
xi, ſed quia habetur pro non adiecta, ſi voluit intrare monaſte-
rium. Et inferunt ad deciſionem quæſtionum ſup. tractatarum,
& multarum aliarum ſimilium. Expeditis, & ſuppletis gl. ex q
bus patuit clariſſime intellectus huius c. & multorum iurium
ciuilium, & canonicorum, deſcendam ad aliam non minus vti
lem materiam extrinſecam huius c. quæ verſatur circa bona in
gredientium religionẽ, condito, vel non condito per eos prius
teſtamento. Et primo veniamus ad cauſam teſtamenti; quia ceſ
ſat cauſa inteſtati, quamdiu hęreditas poteſt adiri ex teſtamen-
49 to. l. quamdiu. ff. de acq. hær. & 12. q. 5. c. fi. † Quæro igitur vtrũ
quid ingrediens religionem poſſit condere teſtamentum de bo
nis ſuis, & diſponere, prout ſibi placuerit? Dic, ꝙ ſic. tex. no. vide
tur. 16. q. 3. c. quia ingredientibus. & c. pen. §. nunc autem. Sed
melior tex. eſt, & multum ſing. in Authẽ de mona. §. illud. vbi
dr̃, ꝙ ante ingreſſum poteſt de bonis ſuis diſponere, vt volue-
rit. Et per iſtum tex. iuncta l. 1. ff. de mil. teſt. no. dicit Bar. in au-
thẽ. ſi qua mulier C. de ſacroſ. eccl. ꝙ ſicut miles, cui datum eſt
priuilegium, vt poſſit teſtari quõ voluerit, vt d. l. 1. poteſt filios
præterire, & exhęredare, & ſine legitimo numero teſtium teſta
ri, & poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus,
& ſimilia. Ita & volens ingredi monaſterium, licet de monaſte
rio nullam mentionem fecerit in teſtamento, monaſteriũ non
põt ꝯqueri: quia permiſſum eſt ſibi teſtari, quomodo voluerit.
Item ſi prǽterierit, vel exhęredauerit filium, non poterit rum-
pere teſtamentum; poterit tñ legitimam petere vigore illius
auth. ſi qua mulier. canonizata. 19. q. 3. ſi qua. Et idem dicendũ
in ſimilibus ſolemnitatib. ſm eum. Si enim hoc permittitur mi
liti armatę militię, qui pugnat pugna corporali, multo magis
debet permitti militi cęleſtis militiæ, qui pugnat pugna menta
li & contemplatiua. Et hęc opi. multum placet, attẽto maxime
pręm. illius Auth. de mon. & 16. q. 1. c. qui vere. & ꝑ hęc deciſa re-
manet quæſtio, in qua varie ſenſerant gl. & Doct. ſequentes, an
c rumpatur c teſtm̃ prius ꝯditum per religionis ingreſſum: vnde
teſtãt reliquiſſet aliquid monaſterio iure inſtõnis? tunc cõiter
tenetur, ꝙ non rumpatur teſtm̃ per religionis ingreſſum, vt no.
50 hic, & in d. auth. ſi qua mulier. † Si vero nihil eſt relictum, & in-
trauit monaſterium fratrum Minorum, idem dicendũ, ꝙ non
rũpitur, imo, ſicut morte naturali confirmatur, de eccl. miſ. c. cũ
Marthæ. ita & hic morte ciuili: quia poſt ingreſſum non pñt fra
tres Minores diſponere de bonis ingreſſi, vt in cle. exiui. de pa-
radiſo. de vet. ſign. hoc tenet Bar. in d. auth. ſi qua mulier. & in
tract. Minor. iuxta fi. ſequitur hic do. Ant. Hoc dubium rema-
net, qñ nil reliquit monaſterio, & intrauit monaſterium, cui po
terat bona cõicare, quo caſu multæ ſunt opi. quas ſeriatim hic
non ꝓſequor, quia hoc c. eſt materia ſatis prolixa oneratũ. Vn-
de expediam ſatis ſuccincte remittendo, & concludẽdo. Et idẽ
faciã in alijs quæſtionibus, quas inf. tractabo. Vide ergo de ma-
teria 19. q. vlt. c. ſi qua mulier. vbi ꝯriæ opi. tractantur, ſicut ẽt re
citant hic Inn. & Io. And. & non eligunt. Bar. poſt alios ꝓlixe ꝓ
ſequitur in d. auth. ſi qua mulier. & tandem ꝯcludit hoc mõ, ꝙ
aut ille, qui fecit teſtm̃, cogitauit de ingreſſu, & tunc non rumpi
tur teſtm̃, vt vr̃ caſus in d. auth. ſi qua mulier. & Auth. de mon.
§. illud. fruſtra enim permitteret diſponere, niſi valeret diſpoſi-
tio. Aut fecit teſtm̃ ſimpliciter, non cogitans ingredi monaſte-
rium, & tunc per ingreſſum rũpitur, tanquam per nouam colla
tionem, ſeu voluntatem: cũ. n. oĩa bona ſua dat expreſſe, vel ta-
cite monaſterio, vr̃ reuocare primum teſtm̃, ſicut primum tol-
litur per ſm, vt in l. ſancimus, C. de teſta. D. Ant. diſtinguit inter
51 expreſſe conferentem † bona ſua tẽpore ingreſſus, nulla tñ men
tione facta de teſtõ, & tacite conferentem; vt in primo caſu di-
ſtinguatur, an incontinenti poſt teſtamentum conditum bona
ſua tradiderit, an ex interuallo. Et primo caſu non vr̃ reuocaſſe,
ſed potius contuliſſe ad tp̃s vitæ ſuæ: non enim eſt veriſimile,
ꝙ ita incontinenti voluerit mutare animum ſuum, argu. l. non
ad ea. ff. de cond. & dem. Secundo caſu, quando ex interuallo,
tunc præſumendum eſt voluiſſe mutare, & licet de hoc videa-
52 tur dubitare, tamen in hoc vr̃ magis perſiſtere. † Secundo caſu
principali, quando tacite contulit, tenet indiſtincte, ꝙ non vi-
deatur reuocaſſe: quia, ex quo aliter expreſſe nõ diſponit, vide
tur velle illud teſtamentum remanere. Et ſubiungit, ꝙ licet mo
naſterium debeat habere portionem, poterit tamen illam con
ſequi aliter, quam rumpendo teſtamentum. Vnde prima diſt.
D. Ant. mihi plus placet, quam diſtinctio Bar. quia rñe teſtamẽ-
tum non tollitur tractu tp̃is, ſed opus eſt noua diſpõne. C. de te
ſta. l. ſancimus. quæ hic nõ interuenit, nec debemus pręſumere
opi. mutatã. de bapt. c. maiores. & l. eum, ff. de prob. Sed inquã-
tum ſentit D. Ant. ꝙ monaſterium debet hr̃e portionem ſuã, il
lud non placet: q̃a nullo iure probatur, imo potius innuit ꝯriũ
in d. §. illud. vbi dr̃, ꝙ p̃t de bonis diſponere prout vult, & quod
aliis non ꝯfert, remanet penes monaſteriũ. Ad idem d. auth. ſi
qua mulier. vbi monaſterium tenetur connumerari in nume-
ro filiorum, quando intrauit non diſponendo prius de bonis in
ter

ADDITIONES.

a Dotis. Adde hic ſtatutum de lucranda dote per maritum, non habet locum in dote vxoris, quæ de conſenſu mariti ingreſſa eſt monaſterium, ſecũdum Lapum. alle. 129. in 11. col. & vide gl. in c. placuit, il 2. 16. q. 1. quod ibi nota. Adde Pet. de Anch. conſi. 278.
An ſtatutum vel pactum de lucro dotis, hẽat locum vxore ingrediente monaſterium: dicas, quod ingreſſus religionis, & mors naturalis vñr æquiparari, vt in l. inſulam, & ibi per Doct. ff. ſol. mat. & in l. Deo nobis. in princ. C. de epiſ. & cle. & ibi per Bar. & per Alex. in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cog. Quod eſt verum in caſibus a iure expreſſis tantummodo, vt no. per nouiſſimos in c. ſuſceptum, de reſcr. in 6. & in c. ſi epiſcopus. de ſup. neg. præla. & per D. de Ro. dec. 379. quæ inci. ſuit dubitatum. Dicas tamen in propoſita quæſtione, quod illud nõ hẽt locum in ſtatuto de lucro dotis per mortem vxoris. ſi ipſa vxor ingrediatur monaſterium, ſecdm Io. An. in c. ſi. in fi. princi. de dona. inter vi. & uxo. & uide Alex. in l. ſi cum dotẽ. in prin. in 3. char. ff. ſol. mat. vbi alle. glo. in c. placuit. hic all. faciendo ex illa regulam, quod vbicunq; mors ciuilis non inducit eundem effectum, quem inducit mors naturalis, vbi etiã æquiparatur alteri. Et idem dicit eſſe in pacto de lucrando dotem qđ non hẽt locum in morte ciuili, & ſic in ingreſſu monaſterij facto per ipſam mulierem, per tex. in l. 2. de pac. do. quod dicit eſſe menti tenendum. Ant. Frã.
b Placent. Contrariam partem defendit Ful. in conſi. 4. incip. quoniam. & late An. Sic. in conſ. 13. inci. clementiſſimi. in 2. uol. Seb. Sap.
c An rumpatur. Vtrum per ingreſſum monaſterij rumpatur teſtm̃, de hoc vide late per Imo. in l. 1. de teſt. & per eundem in l. filius a patre. §. 1. ff. de libe. & poſth. & pleniſſime, & melius, quam alibi per Bal. poſt Bar. in authen. ſi qua mulier. in 2. col. uer. modo ueniamus ad quæſtionem, C. de ſacroſ. ec. Adde, an per ingreſſum monaſterij rumpatur teſtamentum. late Ro. conſi. 337.
Circa hoc, an per ingreſſum monaſterij rumpatur teſtm̃ prius factum, dicas omnino videndum Sal. & Pau. de Ca. in auth. ſi qua mulier. hic alle. & Alex. in l. ſi ex ca. in §. Papinianus. ff. de min. & in auth. ex cã. C. de lib. præte. Et adde, quod teſtm̃ nõ cõfirmatur ꝑ ingreſſum monaſterij, uel ꝓfeſſionẽ, ſicut confirmatur morte naturali, iuxta tex. in c. cum Marthæ. de cele. miſ. niſi monaſterium ſit tale, quod habere nõ poſſit proprium in communi, nec in particulari, ut per Bartol. in l. prima. in 3. colum. in uerſicu. quæro, dicatur hic. ff. de teſtam.

Digitized by Google

ter filios: ſecus enim ſi prius ante ingreſſum diſponit. Item mo
naſterium non debet duci ſpe bonorum temporalium ad reci
piendum aliquem in monachum: alias.n.eſſet ſimoniacum, ſi
quis præciſe teneretur aliquid conferre monaſterio pro ingreſ
ſu, etiam ſi hoc fieret in diſpoſitione legis, ſeu ſtatuti, vt no.di-
cit Inn.in c.cum M.de conſt.facit c.quoniam c.veniens.& c.pe.
de ſimo. Et hoc vẽ ſentire Bar.in d.auth. ſi qua mulier. licet ali-
ter ibi gl.ſentiat in d.auth.canonizata. 19.q. vlt. Sed primum abſ
53 que dubio verius eſt per rationes prædictas.† Item ex dictis a in
a in r.quæſtione deciditur, an pater in teſtamento poſſit priuare
deſcentes, vel aſcendentes legitima ſua, quæ debetur iure natu
ræ.in Auth.de hær.ab inteſt.veni. Dic, ꝙ ſi non relinquit eis ali-
quid, per hoc teſtamentum non rumpitur, per ea quæ ſup.dixi.
Sed dubium eſt, vtrum poſſint petere legitimam? & de deſcen
tibus clarum eſt, ꝙ poſſunt condictione d. authen.qua mulier.
Sed de aſcendentibus, deſcendentibus non extantibus eſt ma-
gis dubium. Glo. dubitauit in d.auth. ſi qua mulier. ſed Bart.&
Cy.ibi determinant contrarium, & noſtri Docto.communiter
hic, vt Inn.& Ioan.And. & alij, quia non eſt verum, ꝙ monaſte
b rium habeatur per omnia loco filij, b vt ſuper gl.fi. fuit plene di
ctum, & ideo deſcendentibus non extantibus, aſcendentes de-
bent admitti.ff. de inoff.teſt.l.nam & ſi. alle.tex. fin.in materia,
iudicio meo, in auth. præsbyteros. C.de epiſ.& cler. vbi ſpecifi-
ce fit mentio de aſcendentibus non extantibus deſcendentib.
& licet loquatur in clericis, idem eadem ratione dicendum eſt
54 de religionem ingredientibus.† Sed nunquid minor, prodigus,
vel furioſus poſſit teſtari, vel aliter de bonis ſuis diſponere, in-
c trando religionem, c etiam ſine auth.curatoris, ſi quem habet?
Communiter tenetur, ꝙ ſic, dummodo tẽpore diſpoſitionis, a
& ingreſſus non fuerit furioſus. hoc aperte ſentit Ioã. And. hic,
vt dixi, in vlt. no.& plene proſequitur Lap.alleg. 26. vbi videas.
Fundamentum huius dicti eſt, ꝙ ingrediens relig. habet liberã
facultatem de rebus ſuis diſponendi, vt in d.§.illud, in Auth.de
monachis. Item quia in iſtis ſpecialibus nõ curamus de patris,
vel curatoris authoritate, vt in c.ſi annum.de iud.lib.6. & 20.q.
2.c.1.& 2.& no. Io. And.in c. 2. de reg. Sed dubitatur de filioſa.
non dico de pſona, quia certum eſt, ꝙ poteſt ingredi monaſte.
d inuito patre, ex quo eſt pubes, & eripitur d per ingreſſum a pa
tria poteſtate, vt no.glo.c.1. 20.q. 2. & in l.ſi ex cauſa. §. Papi. ff. b
de mino. vbi etiam Bar.& Fed.conſ.14.ſed dubitatur de bonis.
Et de hac q.& per Cy.in auth.ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle.vbi c
dicit, quod de bonis caſtrenſibus, vel quaſi, non eſt dubium, qa d
filius de illis poteſt diſponere, ſicut paterfa.l.pen. C. qui teſt. fa.
poſ. Nec etiam de profectitijs eſt dubium, de quibus non po-
teſt diſponere: quia illa ſunt patris. Dubium ergo remanet in
bonis aduentitijs, quia regulariter de illis diſponere non poteſt
in vita patris, nec etiam de conſenſu patris teſtari, iuxta ea, q̃
le.& no.in l.pe.C.qui teſtam.fa.poſſ. Pet.& Cy.in d.auth.tenẽt,
in monaſterium bona tranſire, ar.l.Deo nobis.C.de epi. & cle.
55 † In contrarium alle.D.And.in c.licet.de ſepul. lib. 6. vbi filius
fam. non poteſt etiam de aduentitijs aliquid relinquere ꝓ ani-
ma, ſine conſenſu patris. Ideo videtur, quod cum iſta allega-
tio, de qua quæritur, trahat originem à principio voluntario,
non valeat, patre nõ ꝯſentiẽte. Putat tñ ipſe, qđ patri remaneat
vſusfructus illorũ bonorũ in vita ſua, ſed poſt mortẽ eius hæc
bona tranſeãt ad monaſt. quia cuilibet ꝯceditur de ꝓprio teſta
mẽti factio, volẽti intrare relig.d.§.illud. Ego aliter dicerẽ, † ꝙ
56 aut quærit de bonis, aduenientib.ingreſſo, aut de bonis, quæ an-
te ingreſſum obuenerunt. Primo caſu, illa indiſtinctè acquirun
tur monaſterio, tum quia amplius nõ eſt filius in poteſtate pa-
tris, vt ſup.dixi, & ſic non acquiritur vſusfructus patri; tum qa
clerici, & perſonæ religioſæ ſunt priuilegiatæ ſuper bonis aduẽ
titijs, vt habeant plenam ipſorum adminiſtrationem, ita ꝙ id,
quod eſt laicis aduentitium, clericis reputatur caſtrenſe, vel
e quaſi, e vt eſt tex. no. in auth. præsbyteros, C. de epiſc. & cle. &
not.in c.quia nos. inf. de teſt. Et hac ratione forte idem poſſet
dici in bonis acquiſitis prius, vt ſtatim per ingreſſum gaudeat
illo priuilegio, auth. præsbyteros. & ſic priuabitur pater vſufr.
illorum bonorum, etiam in vita ſua. Et eſt pulchra conſidera-
tio, & noua, & intelligo, quando filius hoc expreſsè diſpoſuit,
alias autem ſtabo diſpoſitioni, auth.ſi qua mulier. Non obſt.c. e
licet, alle.per do. Anto.quia illud loquitur in laico, ſed nos in
clerico, ſeu religioſo. Et per hoc etiam deciditur quæſtio de li-
bris collatis filioſ. per patrem, q poſtea ingreditur relig.Cyn.in f
d.aut refert Iac.de Are. tenuiſſe, ꝙ cẽſentur quaſi caſtrenſi bo
f na. f & ſic tranſirent in monaſt.ſecũdum diſpoſitionem ingre-
dientis, vt ſup.dixi. Pet. hoc admittit in libris collatis Magiſtris
artium, vel Doctoribus legum, ſecus ſi ſcholaribus, argum. in g
l. fin.ff.de inoff.teſtamen. Hoc idem videtur ſentire Barto. in l.
filiæ, C.fam.erci.& in l.5.§.nec caſtrenſe, ff.de colla. bo. vbi ple h
nè reperies. Mouetur enim principaliter, quia quandiu filius
fam.eſt in ſtudio, non dicitur exercere aliquam profeſſionem
militarem, vel quaſi: ideo non poteſt dici habere caſtrenſe, vel
quaſi caſtrenſe peculium. Secus ſi iam erat aduocatus, vel Do

ctor. Et dic de hoc, vt ibi plenius no.& hæc ſatis placent, maxi
mè inſpecto animo paterno, qui videtur donaſſe, non vt liberè
diſponat, ſed potius vt proficiat, & redeat ad proprios lares.
57 † Sed circa hoc cadit alia quæſtio, g ecce ſup.vidimus de iſtis bo
g nis aduentitijs, quãdo filius intrauit religionem: ſed quid ſi pa
ter effectus eſt monachus, nunquid vſusfructus in vita ipſius
intrabit monaſterium, an redibunt bona ad filium remanen-
h tem in ſeculo? h De hoc vide gl.in auth.idem eſt.C.de bo. quæ
lib. quæ videtur velle, ꝙ vſusfructus non extinguatur viuente
patre, ſed nil boni allegat. Bar.ibi dicit, quod pater perdit dimi
diam vſusfruct. & ſic ſola dimidia applicabitur monaſterio in
vita patris. Mouetur hac ratione. per ingreſſum monaſterij fi-
lius remanens in ſeculo liberatur à patria poteſtate; nam cum
ipſe pater efficiatur alterius poteſtatis, non poteſt alium habe-
re in poteſtate, vt ff.de adul.l.ſic eueniet.no.etiam Bar. in l. pa-
tri, ff.de adul. Sed quando patria poteſtas perimitur abſque fa-
cto patris, tunc clarum eſt, ꝙ vſusfru.non extinguitur, ut plenè
no. in l. 2.C.de bon.ma. Quandoque verò patria poteſtas extin
guitur patris facto, & tunc ipſe debet habere medietatem vſu-
fructus, & medietatem perdit, vt l.1. & l. eum oportet. §. cum
aũt, C.de bo. quæ lib. Sed in caſu noſtro, qñ pater monachatur
58 perditur patria poteſtas facto ſuo, ergo videt̃, ꝙ ꝑdat dimidiã
vſusfructus, quod no. † Sed quia ſupra viſum eſt, quod ingre-
diens

ADDITIONES.

a Ex dictis. An ingrediens monaſterium teneatur relinquere quartam aſcen-
dentibus. Et adde quod glo.19.q.3.c.ſi qua mulier. tenet quod non. Et de
hoc vide omnino per Spec. in tit.de ſta.mo.& ad materiam huius Decr. vi-
de quaſdam quæſtiones, quas notaui poſt do. Abb.in clem.1. circa princ.
de relig.dom.
Circa hoc de quarta, ſeu legitima relinquenda aſcendentib. per ingredien
tem monaſt.dicas omnino videndum eſſe Bald.& Alex. in auth.ſi qua mu-
lier.C.de ſacroſan.eccl.& in auth.nouiſſima, C.de inoſ.teſta.ſi.n. monaſte-
rium eſt loco filij, prout hic dicitur, non videtur eſſe neceſſarium, ꝙ talis
legitima, ſiue quarta relinquatur in caſu, quo filius teſtari poſſit, qa in ſuc-
ceſſionibus prima cauſa eſt filiorũ, vt Inſti.de hære.quæ ab inteſta.in §.1.&
in Auth.de hær.ab inte.in §.1.& 16 ſup hoc puto multũ cogitãdũ. Ant.Frã.
b Filij. An & quando monaſterium habeatur loco filij, declarat do.And. Sicu.
in rep.l.cum acutiſſimi, C.de fideic.& latiſſime Fel.hic.
c Religionem Adde And.Sicu conſi.60.vbi late Lap.alle.26.
d Et eripitur. An filius ingrediens monaſte.deſinat eſſe in poteſtate pris? Dic,
ꝙ ſic, inquantum patria poteſtas eſſet oneroſa monaſterio. Secus inquantũ
eſſet ei fauorabilis. Ita dicit Bal. poſt Gul.& Iacob.But.in l. Deo nobis, C.
de epi.& cle.idẽ Pau.de Caſt.in l.ſub cõditione, ff. de lib. & poſthum. Ad
hoc optime facit qđ no.Bar.in l.itẽ in poteſtate.ff. de his, q ſunt ſui. & Bal.
in l.nepotes, ff eo.tit.& facit ẽt ad hoc, quod no. Bald. in l.1. C. de infa.lib.
50.& vide in Spec.de ſtatu mo.verſi.12.ad quem locum ſe remittit Spe. in
tit.de actore, §.1.ver.12.quod filius, q ingreditur monaſteriũ deſinit eſſe
ſuus, & qđ nepos ex eo, tanquam ſuus debet inſtitui, vt ſuccedens in loco
patris. Quod dictum non placet Bal in auth.ſi qua mulier, C.de ſacr. eccle.
An patria poteſtas ſoluatur per ingreſſum monaſterij, hř per Bart. in l.patre
furioſo, & in l.ſi ex cauſa, in §. ſi ff.de mino.vbi etiam per Alex. in eadẽ l.in
§.Papi.& per Bal.in l.apud hoſtes, C.de ſuis & legi. vide Spec. in tit. de tut.
in §.3.in ver.ſed quæritur, & per d.Car.in cle.eos, in 11.q.de reg.vbi com-
muniter tenetur, quod ſic, quia ingreſſus religionis liberat ingredientem
a quocunque peccato, quod videtur eſſe maius, quam liberare quam a pa-
e Et adde Bar.in l.fi.ff.de adop.ubi dicit, quod monaſterium ſubijt omnia one ra ingreſſi,& ideo dicit Bar.in l.ſi quis a liberis,§. item reſcriptum,ff.de li- ag.quem retulit do. Abb. in c.tranſmiſſa, ſuper gl.in uer. quæſtio mota.qui fil.ſint leg.quod monaſterium tenetur alere filios ingreſſi, licet cōtrarium uideatur dicere Bar.in tractatu de alimentis.in pen.col.& uide hic per do. Ant. qui dicit, quod monaſterium tenetur ſoluere debita ingredientis pro qualitate bonorum,quę tranſtulit in monaſterium.Item adde hic quod no. Ro in l.quod ſeruus.in fi.ff.de acq.poſ.ubi dicit, quod ſi monaſteriū appre hendit bona iniuſte quæſita per monachum, poterit monaſterium conueni ri ut ſatisfaciat illis,a quibus monachus iniuſte quæſiuit.Et hoc dicit expreſ ſe not.Spec.in titu.de ſtatu mona.§.1.48.& uer.50.Item adde quod hic no. Bal.

Digitized by Google

78 de impubl. & aliis ſubſtitutio. † Et per hoc ſentiunt Docto.hic, quod libellus concipietur contra monaſterium. Legiſtæ verò ſentiunt, quod contra monachum, vt in d. Auth. cauſa, quæ fit cum monacho. Hæc opin. Docto. noſtrorum plus placet, q iſte amplius non inuoluatur in iſtis, argum. 16.q.1.c. placuit. &
79 d.§.illud. † Vltimo, vt nil ad materiam ſubiectam deficiat, poteſt quæri, quid ſi non teneat ingreſſus, vel reuocatur legitimè ex poſt facto, nunquid reuocentur bona tacitè, vel expreſsè collata? Vide per Canoniſtas in c.quod a te.d ecle.conu.per Bar.
80 in auth.ingreſſi.C.de ſacroſan. eccl.† Item quid de bonis clericorum tam eccleſię regularis, quàm ſecularis? Vide gl.no.cum ibi no. 27.q.1.c. vt lex continentiæ. & plenè per Bar.in d.authē. ingreſſi.vbi ſentit, quod poteſt quis dare omnia bona ſua eccleſiæ ſeculari, cui ſe dedicat, vt nihil ſibi remaneat: nihilominus poteſt facere teſtamentum, non tamen in præiudicium eccleſiæ, ſed hæredis, qui poterit, ſi voluerit hæreditatē damnoſam adire. Nā hæreditas poteſt eſſe ſine aliquo corpore, cum ſit nomen iuris l.hēditas.ff. de pet.hęr.Et no.quia hoc facit pro his, q̄ ipſe no.in l. fi. C.de pac. & contrarium no.per eum in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.oblig.

ADDITIO.

Bal.in 3.colū.ver.ſed quid ecce.Et de hoc vide p Imo. in cle. ne in agro, 16. en l.ver.deinde quærit, de ſta.mo.Item vide ſanctum Tho.in 4.ſen.diſtin.38. q.1.arg.3.circa medium, vbi dicit, quod ſi ingredientes monaſterium intendebant ſtatim obligari, non poſſunt amplius exire, & monaſterium tenetur ſoluere debita ſua.Si vero non intendebāt ſtatim obligari, poſſunt exire monaſterium, & ſoluere debita ſua, de quo vide omnino per Doc.in c.præter in fi.& Bar.in l.in arrogationem, per illum tex.ff. de pecu.& plene per Bald. in d.auth.ingreſſi, in 5.col.ver. quæro ſexto, C.de ſacroſan.eccleſ.Adde, an monaſterium teneatur ad debita Abb. conſil.111. Et an de male acquiſitis, vel poſſeſſis per monachum ipſo exiſtente in ſeculo, & illo transferente in monaſterium, poſſit monaſterium conueniri. Et an ſtetur confeſſioni factæ in vltima voluntate per ipſum monachum, vel religioſum, uide Angel. conſilio 233.

An monaſterium teneatur ſoluere creditoribus monachi, vel illis dimittere bona ingreſſi, vt ei ſatisfiat, uide Bal. in addit.Spec.poſt Spec.ibi in titu.de ſta.mona.in ver.quæritur, & uide Cy. in l.ſi peculium, ff.de pe.leg.& Inno. de ob ad rat. ubi concluditur, quod ſic, quod eſt verum, ſi ſe & ſua obtulit monaſterio, ſed ſi ſe obtulit, & non ſua, non tenetur, Bald.ſingu.in l.1.C.de hær.vel ac.ven.& in addi.Spec.in tit.de reo, in ueſic. monachus, an poſſit. Et uide D.Car.in cle.3.in 6.q.de procu.Et an teneatur monaſterium ex cōtractu, vel delicto Abbatis, vel monachi, uide gl.in c.cum dilectus de ord.cog. & Innoc.in c.cum olim, de priui.& Bal.in auth. ingreſſi, in 6.q.ubi etiā per Bar.C.de ſacroſan.eccl.& ibi concluditur, quod ſic, quod etiam uoluit glo. in d.l.ſi peculium, in §.1.de pecu.leg.tamen nō tenetur monaſterium vltra quā habuerit de bonis monachi. Quod etiam voluit Bar.in auth.ſi qua mulier, C. de ſacroſ.ecc. & tenet Car. in d.cle.3. & uide eundem in cle.1.in §. quia uero, in 6.q.de ſtatu.mona.ubi dicit, quod mona.non tenetur niſi ſit factum locupletius, uel niſi quatenus ſit uerſum in utilitatē monaſterii. Et adde, quod monaſterium tenetur ad omnia onera monachorum, & ad collectas ſoluēdas pro ipſis monachis, ut uoluit Bal.in l.onera, & in l.fi.ff.de ado. & per Alex.in l.is, cum qui, ff.de aq.plu.arc. Et an monaſteriū teneatur alere filium ingreſſi inopem, habetur per Dy.& Bar.in l.ſi quis a liberis §.item reſcriptum, in fi.ff.de lib.ag.& per Spec.in tit.qui fi. ſint leg.in §.1.uerſicu. quid ſi intret.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit territorium, honor, & diſtrictus.*
2 *Quod ſpectat ad aliquem de iure ſpeciali, dicitur illud ſpectare de iure.*
3 *Idem terminus poteſt præfigi ad duos actus, eodem tempore concurrentes.*
4 *Dilatio probatoria dicitur peremptoria.*
5 *Exceptio falſitatis cum, corruptione poteſt opponi poſt publicatas atteſtationes & ſententiam.*
6 *Præſumptio leuis non excludit quem a facultate opponendi peremptoriam, vel quaſi.*
7 *Infamis infamia facti non excluditur a teſtimonio in cauſa ciuili.*
8 *Leuis opinio, quæ ſit.*
9 *Dictis teſtium, quæ magis congruunt iuri communi, creditur.*
10 *Intrans poſſeſſionem alterius, dicitur aut violentiam committere, aut iniuſte poſſidere.*
11 *Copula appoſita tempori, a quo probatur poſſeſſio, denotat continuationem poſſeſſionis vſque ad tempus præfinitum, ſecus vbi copula non apponitur.*
12 *Probatio euidentiſſima eſt, quæ fit per indubitata inſtrumenta.*
13 *Dominus pro hominibus ſuis poteſt agere, quamuis tales homines ſint liberi.*
14 *Dominus non poteſt agere pro furto commiſſo ſubditis ſuis.*
15 *Iudex poteſt ex officio ſtatuere terminum & ſi non petatur, & non ſtatuit, non tenetur in ſyndicatu.*
16 *Citatio iudicis non valet, niſi fiat ad petitionem partis.*
17 *Probatio partis, dilatione a iudice non data, valet.*
18 *Renunciatio & publicatio atteſtationem non excludunt probationem fiendā per inſtrumentum & allegationes.*
19 *Concluſio in cauſa excludit inſtrumentalem probationem.*
20 *An ſufficiat, quod teſtis ſit iuratus in termino.*
21 *Falſitas poteſt accuſari poſt ſententiam & regulariter probatur indirecte, niſi ſuper falſitate ſit mota lis in prima inſtantia: nā tunc requiritur appellatio.*
22 *Probatio falſitatis teſtium non retractat ſententiam, quando iudex non fuit ſecutus eorum dicta.*
23 *Sententia lata ex falſis allegationibus, vel dolo contra abſentem, vel contra minorem, vel eccleſiam, eſt nulla.*
24 *Corruptio teſtium ſola ſufficit ad retractationem ſententiæ.*
25 *Retractatio ſententiæ, quę non tenuit ob falſitatem, fit officio iudicis, quod durat triginta annis.*
26 *Retractatio ſententiæ ob falſitatem quę tenuit, & directe fuit petita, fit per in integrum reſtitutionem.*
27 *Excipiens de falſitate, auditur perpetuo.*
28 *Agens contra teſtem ciuiliter ad intereſſe, agat intra 30. annos.*
29 *Agens criminaliter de falſo, auditur intra 30. annos de iure ciuili, ſed de iure cano. perpetuo.*
30 *Sententia erronea in criminali poteſt retractari.*
31 *Proponens factum qualificatum, ad vtrunque probandum videtur ſe aſtringere, ſecus ſi non eſt qualificatum.*
32 *Probans factum ſine qualitate, non probat id, quod intendit.*
33 *Duo, ad quæ non ſuffſet quis admiſſus diſtributiue, debet vtrunque probare deducens in libello.*
34 *Aſtringere poteſt quis ſe ad plura probanda in ſuum præiudicium, non autē in præiudicium publicum.*
25 *Interdictum, vti poſſidetis, datur quandoque contra poſſidentem & moleſtantem.*
36 *Practica pronunciandi ſuper interdicto, uti poſſidetis.*
37 *Quæſtio facti non dirimitur ſorte.*
38 *Sententia poteſt fieri contra dominum, & contra adminiſtratorem, ſi adminiſtrator eſt generalis.*

CAP. IX.

LIcet. In interdicto, vti poſſidetis, obtinet qui inſtiorem titulum probat. ita communiter ſummatur. Sed certè hæc ſummatio eſt nimis generalis, & videtur requirere titul. in hoc interdicto contra id, quod habetur inſti.de interdict. §. retinendæ. ideo ſummo ſic. Si actor & reus in interdicto retinendæ poſſeſſionis probāt, obtinet is, qui antiquiorem poſſeſſionem probat, titulo maxime iuſtificatam, vel meliores probationes reſpectu poſſeſſionis adduxit. h.d.no. & probatur ſatis hoc ſummarium in ver. ex præmiſſis. ponderato ver. maxime. Diuiditur Decr. iſta In quinque partes. In prima proceſſus deciſa narratio. In ſecunda ibi: Porro. Fauen. exceptio contra teſtes eccleſiæ, & ipſius eccleſiæ reſponſio. Papæ interlocutio, & interlocutionis ratio. In tertia ibi. Poſt.hoc corruptionis & falſitatis noua exceptio, ipſius probationis & reprobationis commiſſio. In quarta ibi: Quanquam teſtes Fauentinorum impugnat. primo probatorios, ſecundo reprobatorios. In quinta ibi: Ex præmiſſis. allegando concludit pro eccleſia. Caſus liter. Inter Archiepiſcopum Rauen. ex vna parte, & commune Fauentiæ ex altera quæſtio vertebatur ſuper iuriſdictione, honore, & diſtrictu, in villa S.Petri, & quibuſdam caſtris, & terris alijs, quæ de iure ad Rauen. eccleſiam pertinebant. Procuratores vtriuſque partis propter hoc ad ſedem Apoſtol. acceſſerunt, Lite conteſtata ſuper prædictis per procuratores prædictos, & iuramento calumniæ præſtito, quia vtrique parti erat, plurimum oneroſum teſtes producere corā papa, mandauit papa, Ep̄o Placentino, vt intra tres menſes reciperet, quos vtraque pars tam ſuper principali negotio, quam in perſonas teſtium duceret producendos, ſtatuendoque partibus terminum, in quo cum atteſtationibus apud ſed. Apoſtol. ſe præſentent. Tandem partes cum atteſtationibus comparuerunt coram papa, atteſtationibus publicatis, Syndicus Fauentinorum propoſuit ſe velle in perſonas teſtium ex parte altera productorum quædam obijcere, & probare: Syndicus archiepiſcopi econtra reſpondit illud fieri non debere: Papa interloquendo decreuit ipſum non audiendum, cum intra tres menſes, vt in literis domini Papæ mandabatur, id facere non curauit. Poſt hoc Syndicus prędictus obiecit in teſtes productos, qđ corrupti falſa dixiſſent, Papa dicit, quod talis exceptio non ſolum, ante ſententiam ſed etiam poſt, poteſt opponi, quamuis crederetur, quod talis exceptio per excogitatam malitiam ad differendum negocium proponeretur, dam admiſit: mandans quibuſdam iudicibus, vt teſtes, quos ſuper hac exceptione procurator Fauentinorum duceret producendos, reciperent intra menſem. Indulto ex tunc altero menſe procuratori eccleſiæ Rauent. infra quem ad reprobationem illorum teſtes produceret coram eis; iudices prædicti receptis teſtibus prædictorum, atteſtationes ad dominum papam remiſerunt, prout receperant in mandatis. Poſt hoc domin. papa examinauit teſtes hincinde productos. Et quamuis procurator Fauent. norū multos teſtes produxerit ſuper negocio principali, vix tamen ex illis ſex tantummodo remanſerunt, quorum quidam ſibimet contradixerunt in ſeriem ſui dicti, & quidam alii ſibi in ſuis teſtimonijs ſingulares. Et alii, qui inducti fuerant ad reprobandum teſtes eccleſiæ Rauen. plures reprobantur, quia ſibi inuicem contradicunt, & alii, licet pauci numero, malæ famæ ſunt & opinionis, & ex alia cauſa repelluntur, quia non probant

Digitized by Google

bant id, ad quod eorum Syndicus ſe adſtrinxit, videlicet, quod
corrupti falſa dixiſſent. Qui & ſi de corruptione aliqua videan-
tur dixiſſe, de falſitate nihil dicunt. Ex prædictis apparet euiden
ter, ꝙ eccleſia Rauen. per teſtes plures, quibus potius lux verita
tis aſſiſtit, ſufficienter probauit, quod a quadrag. annis & citra,
ſupradicta loca poſſedit. per quod patet, quod ſi Fauen. a 50. an-
nis citra, vt teſtes ſui videntur deponere, aliqua perceperunt in
locis prædictis, illa inceperunt recipere ſine iuſto titulo, cum
duo inſimul, & eodem modo in ſolidum eandem rem poſſide
re non poſſint, & Fauentini titulum non oſtendunt. Sed ex pri
uilegijs Imperatorum, & Roma. Pontificum cōceſſis eccleſiæ
Rauen. colligitur manifeſte poſſeſſionem eccleſiæ in prędictis
iuſtam fuiſſe, & ita per conſequens apparet, quod Fauētini mi-
nus iuſte & ſine titulo aliqua in locis prædictis occupauerunt,
Quia vero ſyndicus eccleſię Rauen. petijt commune Fauentię
a vi turbatiua, ſeu inquietatiua ſuper præmiſſis prohiberi. papa
videns in hoc caſu non eſſe locum interdicto, vti poſſidetis,
ita poſſideatis, cum probationes eccleſię Rauen. longe ſint po
tiores, & ideo ſit in interdicto ſuperior, condemnauit commu-
ne Fauentiæ ipſi eccleſiæ ſuper iuriſdictione, honore, atque di-
ſtrictu, & alijs generaliter pertinentibus ad hoc in locis prædi-
ctis, quo ad poſſeſſorium iudicium, quo tantummodo actum
eſt, ſibi perpetuum ſilentium imponens; & prohibens eiſdem,
vt neque per ſe, neque per alios ſuper prædictis præſumant ali-
quatenus eccleſiam moleſtare Ber. Notabilia nomine, & facto
1 poſſunt ex hoc tex. multa collige. † Et primo, quod in loco tem
porali poſſunt eccleſiæ competere tria iura ſeparata, videlicet
iuriſdictio, honor, & diſtrictus. Iuriſdicto poteſt capi largo mo
do, vt ſumitur in l. 2. & 3. ff. de iuriſ. omn. iud. & per glo. in cleni.
vna. de for. comp. Honor, quia illi de loco vocabant eccleſiam
dominam, & ita, vt dominam honorabant eam, occurrendo
a mincijs ſuis, eorundemque mandatis parendo. Diſtrictus a idē
eſt, quod territorium, vt in cle. ne Romani, de elect. Et territo-
rium dicitur a terrendo. l. pupillus. §. territorium. ff. de verbo-
rum ſignifi. ita quod habebat poteſtatem exercendi iuriſdictio
nem, nedum in incolas loci, ſed etiam in omnes delinquentes,
ſ. inf. diſtrictum, ſeu territorium. Qualiter autem eccleſia exer-
ceat iuriſdictionem temporalem, dic vt habetur in cap. fina. ne
2 cle. vel mo. lib. 6. † No. 2. ibi: De iure ad ſe ſpectate, &c. quod cer
tum quid competens alicui de iure ſpeciali, poteſt dici de iure
ſpectare ad eum, nec vitiatur libellus, ſi illud non competat de
iure communi, quod eſt valde not. facit, ſi poteſtas datur alicui
a principe, vel a partibus terminandi aliquam controuerſiam
de iure, vt poſſit & debeat, vt commiſſarius, habere reſpectum
etiam ad iura ſpecialia. Debet enim illud verbum generaliter
intelligi, maxime quando materia ſubiecta non ſubijcitur di-
ſpoſitioni iuris communis, vt hic erat, concor. bon. tex. in ca. 2.
vt lit. pen. & c. 1. de eo, qui mit. in poſſeſ. vbi aliquid dixi, etiam
tetigi ſuper rub. de conſuet. & vide per do. Anto. in c. Quinta-
3 uallis, de iureiuran. in fi. † Nur. 3. ex hoc principio iuncta deci.
quæ ponitur in c. cum cauſam. infra. de teſtibus, quod idem ter
b minus b poteſt a principio præfigi ad producendum teſtes pro
batorios & reprobatorios, & ſic eſt in facultate iudicis admitte
re teſtes ſuper principali, ac reprobatorios ſimul. de quo dicam
plene poſt Ioa. And. in c. ex parte, de teſt. & no. bene hoc, quia
habes caſum, in quo idē terminus poteſt præfigi ad duos actus.
Quod procedit, quando illi actus poſſunt ſimul concurrere in
eodem tempore, vt hic, alias ſi ordine ſucceſſiuo eſſent expe-
diendi, ſecus eſſet. vide glo. no. in c. ſæpe, de verborum ſigni. in
4 verſi. poſt dationem. † No. 4. ex verſicu. porro, iuncto d. ca. cum
cauſam. de teſta. quod omnis dilatio probatoria cenſetur perē-
c ptoria, c ita quod non apparente impedimento, non debet da-
ri ſecunda dilatio. concor. l. fina. ff. de fer. & dilatio. cum ibi no.
5 faciunt no. in c. a. de dila. vbi bon. glo. † No. 5. quod exceptio fal-
ſitatis teſtium cum corruptione poteſt opponi & directe pro-
bari poſt publicatas atteſtationes. Et hoc ideo, quia videtur arti
culus nouus propter atteſtationem corruptionis, de qua prius
non fuerat capitulatum. de quo infr. & per gloſ. in cle. 2. de teſt.
Et no. bene, quod huic exceptioni & probationi non obſt. lap-
ſus triennij præfixi ad probatorios & reprobatorios teſtes pro-
ducendos, & hoc in odium falſitatis, quæ etiam poſt ſentētiam
6 poteſt opponi, vt hic. † No. 6. ibi, Nonnulli crederent, &c. quem
non debere excludi a facultate falſitatem proponendi, & pro-
bandi exceptionem peremptoriam, vel quaſi, propter leuem
præſumptionem ortam contra opponētem. Secus dic, vbi præ
ſumptio de malitia eſſet vehemens, de quo vide no. per Innoc.
in c. poſt electionem. de conceſ. præben. vbi hoc concludit, &
hic bon. tex. pro eo. In excludenda vero dilatoria, non exigi-
tur tam vrgens præſumptio propter modicitatem præiudicij,
vt ibi no. per eum. facit c. pia de excep. lib. 6. No. 7. ibi: De ſingu-
lis circunſtantijs ſubtiliter, &c. quod etiam parte non dante in
terrogatoria, iudex poteſt ex officio ſuo teſtes de cauſis & cir-
d cunſtantijs ſingulis ſubtiliter interrogare, d & hoc ideo, quia
hæc tendunt ad veritatem inueſtigandam & habendam, & ad
hoc iudex debet laborare 30. q. 5. c. iudicantem, & l. vbicūque.
ff. de interro. ac. inf. de fid. inſtru. c. cum Ioan. de teſt. c. cum cau-
ſam. Et not. tu canoniſta, quod ſubtilitas tendens ad veritatem
eliciendam commendatur de iure canonico, concor. c. capel-
lanus. de ferijs. & quod no. in c. dilecti. de iudi. No. 8. hic multa
detrahentia fidei teſtiū. Primo, ſi contradicant ſibi ipſis. l. quod
quilibet teſtis contradicit ſibi, ſecus ſi plures pluribus, etiam ab
eadem parte productis, de quo dic, vt no. in c. noſtra. inf. de teſt.
Secundo, ſi ſint ſingulares in dictis ſuis. inf. de teſta. c. tam lite-
ris. & de electio. c. cum dilectus. Tertio, ſi ſunt malę famę. Quar
to, ſi ſunt leuis opinionis. & de iſtis vide in c. teſtimonium. de
7 teſt. & c. omnibus. 2. q. 5. † Et no. ſing. ſecundum vnum intelle-
e ctum, quod infamia e facti non repellit in toto a teſtimonio in
cauſa ciuili, ſed pendet ex iudicis arbitrio, conſiderata qualita-
te & quantitate infamiæ. Et ita poteſt intelligi tex. ibi. Nulla, vel
modica, &c. Poteſt etiam referri, verſicu. Nulla. ad verſicu. Ma-
læ famæ. & ver. Modica. ad ver. Leuis opinionis. & tunc proba-
retur, quod infamia facti ex toto repellit etiam in ciuili, de quo
8 dicam plene in c. teſtimonium præal. † Leuis opinionis dicun-
tur dupliciter ſecundum Abb. hic, vel quia quotidie mentiun-
tur, licet nullum lædant: vel dic, quia facile omnibus omnia
credunt, vt no. glo. in d. c. omnibus, & tene menti, quod talis di-
catur leuis opinionis. Quinto, ſi non probant clare id, ad quod
ſunt inducti, ſeu ad quod ſe adſtrinxit producens. Sexto, ſi ſunt
corrupti. Septimo, ſi ſunt falſi. vide ad hoc tex. in c. teſtimoniū,
de teſtib. No. 8. ibi. Se adſtrinxit. ſecundum verum intellectum,
quod proponens duo, quorum vnum venit qualificatiue ad
aliud, ita quod eſt vnum dictum qualificatum, videtur ſe in du
bio adſtringere ad vtrunque probandum, nec ſufficit probare
alterum, licet illud per ſe alias ſufficiat, quod tenet Barto. in l.
Diuus. ff. de re iud. & inf. latius dicam. Licet ſecus ſit in manda-
to qualificato, quia diſtribuitur in duo mandata. in c. cum dile-
cti. de dolo & contu. & l. Celſus. ff. de arbi. & in capitu. fina. de
reſtitu. ſpo. Quanquam poſſet dici, quod ibi tenetur mandata
rius ad vtrunque, ſi vtrunque poteſt explicari, vt in d. capi. ſi &
ſic nulla videtur differentia. Sed pars præſumitur poſſe, ex quo
ſe adſtrinxit, & imputetur ſibi, ſi non potuit. Ideo dicit Ioa. An.
bonum conſilium eſſe, vt in fine articulorum ſeu capitulorum
proteſtetur pars, quod non adſtringit ſe ad probandum niſi, id,
quod neceſſario ſibi incumbit, & ſic faciūt boni practici, quod
no. No. 9. ex ver. Ex præmiſſis, quatuor, quorum quodlibet di-
ſtributiue ſufficit, & fortius ſi concurrunt omnia ſimul, ad fa-
ciendam alterutram partem obtinere in interdicto, vti poſſide
tis, probata poſſeſſione per vtrãque partem. Primo, pluralitas
teſtium, vt quia altera pars plures teſtes produxit, facit. infra. de
f teſt. c. in noſtra. Secundo, dictorum qualitas, f vt quia ſunt aptio
ra, & veriſimiliora negocia, facit c. præterea. inf. de teſt. & c. au-
9 ditis, de præſcrip. vbi per Innocen. † Qui inter cætera notanter
dicit, quod data paritate teſtium dicentium contrarium, plus
creditur illis, quorum dicta conſonant iuri communi. facit l. 3.
de teſt. & vide glo. ſing. in ca. 1. de præſcrip. li. 6. Et quando ſunt
g aptiora, vel veriſimiliora g negocia, arbitratur iudex ex varijs ꝯ
iecturis, ar. illius l. 3. & cap. præterea præalle. Tertio poſſeſſionis
prioritas, & hoc bene no. Quapropter dicunt hic doct. & prin-
cipaliter Innocen. quod ſola probatio anterioris poſſeſſionis
ſufficiebat huic eccleſiæ ad obtinendum in hoc interdicto, vti
poſſidetis. Facit quod no. Barto. in l. Celſus. ff. de vſuc. & per In-
nocen. in capi. ſæpe, de reſtitu. ſpolia. vbi reperies bona dicta ad
hoc. Hæc omnia videtur ſequi Barto. in l. ſi duo. ff. vti poſſi. &
ad hoc alle. iſtum teſt. & poteſt eſſe ratio, quæ aperte colligitur
10 ex hac litera. † Et no. etiam Ioan. And. hic in ver. Temeritate, vi
delicet, ex quo enim conſtat aliquem rem aliquam poſſidere,
intrans poſſeſſionem illius, dicitur aut violentiam committe-
re, aut iniuſte poſſidere, niſi probet, quod iuſte poſſideat, pro
hoc l. conquerebatur. C. vnde vi. & quod no. Innocen. hic, &
Bar.

ADDITIONES.

a Diſtrictus. Vide Fel. in c. Rodul. col. 10. ver. diſtrictus, ſup. de reſcrip. vbi late. Seb. Sap.

b Idem terminus. Vide allegata per Alexan. in l. a. circa fina. ff. de re iudica. Seba. Sapia.

c Peremptoria. Adde eundem conſi. 64. lib. 2.
Adde tu melius per Lanfran. de Oria. in capitulo. quoniam contra, §. dilationes, in princi. verſicu. omnis autem dilatio probatoria, infra, de probat. Zacharias.

d Interrogare. Adde quod voluit Alex. conſi. 41. li. 4.

e Infamia facti. Adde hoc limitandum, vt per Ro. ſing. ſuis, fo. 15. incip. dubitatio eſt magna.
Infamia. Vide Alexan. in conſi. 52. incip. viſo proceſſu, col. 4. in 5. uol. Ioan. de Ana. in c. j. inf. de accuſ. & Alex. in conſi. 12. in c. circa primum, in prin. in 1. vo. Seb. Sap.

f Dictorum qualitas. Vide Alexan. in conſi. 29. inci. in cauſa & lite, in fin. in 2. vol. & in conſi. 86. inc. viſis in fi. e. vol. Pet. de Anch. in conſi. 254. inc. in quæſtione presbyteri, circa fin. & in conſi. 189. inc. tribus de cauſis. colum. fina. Seb. Sap.

g Veriſimiliora. Adde Alex. in conſi. 81. lib. 4. quod dictum teſtis non veriſimile eſt ſuſpectum, vide eundem conſi. 102. li. 2.

Digitized by Google

Bar.in locis prçalle.quod no. ſing. in practica.Et licet dicat hic
Ioan.And. hoc intelligendum de rebus corporalibus,quæ non
poſſunt eodem modo a pluribus poſſideri, ſecus in incorpora-
libus ſecundum eum,adducit no.in cap.1. de iure pat. ego puto
idem eſſe in incorporalibus, quantum ad effectum, vt hic aper
tiſſimè probatur. Quarto probatio melioris tituli. Ex quo not.
ꝙ licet in interdicto, vti poſſidetis, non ſit neceſſe probare titu
lum, vt inſti. de interd. §. retinendæ. eſt tamen multum vtilis ti-
tulus, quia data paritate probationum obtinet is,qui meliorē
titulum probat,quare teſtes ſui præferuntur ſuper poſſeſſione,
tanquam deponentes veriſimiliora, ex quo habet titulum con
11 currentem cum dictis eorum, vt hic no. probatur.† No.11.& te
ne menti,ꝙ copula appoſita temporia quo probatur poſſeſſio,
denotat continuationem poſſeſſionis ab illo tempore vſque ad
a tempus præfinitum.Secus vbi copula a non apponitur,qa tunc
poteſt verificari poſſeſſio in vno momento. Declaro hoc,text.
enim hic, ſecundum Docto.& bene,ideo in probatione eccle-
b ſiç apponit copulam, & quod poſſederat a 60. annis, & citra,b
& in probatione Communis nullam copulam, apponit,ſed di
citur quod poſſederat a 50.annis citra, qa ex parte eccleſiæ fuit
probata continuatio poſſeſſionis quod importat illa copula,&;
ſed non ſic fuit probatum ex parte Communis.Et ideo clara &
bona practica eſt,vt in articulis ponatur illa dictio, &,ad deno-
tandum continuationem. & melior, & clarior practica erit,vt
articuletur , ꝙ per 60. annos, & per totū illud tempus poſſedit.
Quomodo autem probetur continuatio,dixi in cap. cum ad ſe
dem,de reſtit.ſpoliator.per Bar.in l.Celſus. ff. de viuca.No.2.il-
lud generale, ad quod quotidie allegatur hæc litera, quod duo
12 inſolidum eandem rem ſimul &c.† No.12. ex ver. Et ex priuile
gijs,ꝙ probatio,quæ elicitur ex priuilegijs,ſeu inſtrumentis in-
dubitatis, dicitur euidentiſſima. Facit ad ſtatuta exigentia cer-
to caſu probationem euidentiſſimam, ſeu euidentiſſima docu
menta,ſicut in ſimili loquitur text. in c. pia,de excep.li.6.quod
no.Innoc.in c.inſinuatione,in fi.de app. & vide tex.no.in l.licet
Imperator.ff.de lega. 1. vbi poteſt dici euidens,quod elicitur ex
coniecturis.No.13 formam libellandi,& pronunciandi in hoç
interdicto,vti poſſidetis. Aduerte tñ qd potuiſſe petere intereſſe
moleſtationis de præterito:vñ dicit hic Io.An.poſt Hoſti.quod
imputet ſibi eccleſia,inquantum non petijt ſibi Commune cō
demnari ſuper interdicto, quanti ſua intererat pacifice nō poſ-
ſediſſe, quæ condemnatio facta fuiſſet ſecundum eos,ſi de hoc
fuiſſet actum,& intereſſe conſtaret.ff.vti poſſ. l.ſi duos.§.fin.qd
no.Et dic formaliter, ꝙ tria poſſunt deduci in libello, & condē-
natione, videlicet, vt deſiſtat a moleſtatione de præſenti,& vt
non moleſtet in futurum, & vt condemnetur ad intereſſe pro
moleſtatione de præterito,vt colligitur ex l.1.ff.vti poſſid.& ibi
per Bar.& practica erit, vt narret ſe poſſidere,& qualiter, & ad-
uerſarium moleſtare;& qualiter, & intereſſe ex hoc illatum,&
poſtea concludere, vt ſupra dixi. Et ān debeat apponere locum
& tempus,& ſim.vide plene not. in d.l. 1.& in l.ſi duo.maximè
13 per Bar.† Vltimo no. ſecundum Ioan. And.dominum pro ho-
c minibus ſuis quamuis liberis, agere poſſe.c Nam ex forma ſen-
tentiæ poteſt colligi,quod fuit petitum, vt homines non mole
ſtarentur, vt patet in fi.tex. Non enim debet pronunciare ſuper
non petito,imo fatuus eſt ille iudex.l. fi. C. de fideicommiſ.lib.
& capit.licet Hely.de ſim.Aſſignat Ioan.And. rationem primi
dicti,quia ī moleſtatione hominum intelligitur dominus mo-
leſtari, & intereſt domini habere ſubditos locupletes,vt in au-
then.vt iudic.ſine quoquo ſuffrag.§. cogitatio,colum. 2.Et cer
14 te† hęc ratio eſt nimis generalis.d Nam ſecundum hanc ratio
d nem poſſet agere de furto pro eis commiſſo, quod non eſt ve-
rum,iuxta no.plene per Inno.in c.dilecti, de app. & per gl.in c.
authoritate.de priuileg. lib. 6 & de materia dic plene,vt in illis
iuribus no & hic poterat agi, quia per moleſtationem hominū
moleſtabatur eccleſia in poſſeſſione ſua, cum Commune vole
bat in hominibus poſſidere, quæ tunc poſſidebat eccleſia.Et
hoc patet ex eo,quia hoc venit in hoc interdicto,vt poſſidetis,
in quo eccleſia tantum probauit de iure ſuo.Et hæc bene no.qa
vera ſunt & notabilia, & per ea multū bene declaratur iſte tex.
15 †Nunc venio ad gl.& prima colligit ex tex.iudicem ex officio e
e poſſe terminum pręfigere productioni teſtium, & ponit mul-
tos alios caſus,in quibus iudex ſupplet ex officio ſuo.Et no.ſin-
gu.primum dictum gl. iuncto tex.Hoc plene examinat Bart.in
l.1.C.de dila. vbi tandem concludit,iudicem hoc poſſe,ſi vide
rit expedire,puta, quia videt partem negligentem in producē
do teſtes, nec curare in petenda dilatione. pro hoc allega.l.pro-
perandum .§. 1. C. de iud. dum dicit, Nemo erit tam audax,vt
poſſit,iudice inuito,litem protelare. Ego puto ſatis iudicē hoc
poſſe,vt ſatis probatur hic iuncto cap. cum cauſam.infra de te-
ſti. quod eſt pars iſtius,ſed credo iudicem ad hoc nō arctari,nec
f ex hoc poſſe ſyndicari,f ſi non fecit, niſi ſit talis cauſa,in qua te
neatur ſupplere ex officio. Tunc enim poteſt, & debet. Ad hoc
allego,tex.in cap.oblatæ,de app.verſi. ſuperior. Et ideo ſi ſtatu-
g tum g apponit pœnam iudici non terminanti cauſam intra ter
minum ſibi præfixum, dico iudicem non incidere in pœnam,
ſi non fuit requiſitus a partibus,quia non tenetur impēdere of-
ficium ſuum ad vtilitatem priuatam,niſi requiratur a partibus,
vt l.4.§.hoc autem iudicium.ff. de dam. infect. & quod ibi not.
16 Bar.Quinimo† nec valet citatio iudicis, niſi fiat ad petitionem
partis,vt no. Bar.in l.ad peremptorium.ff de iudi.dixi in cap. 1.
eo.tit. facit quod no. Inno. in c.ad noſtram, 2.de iureiuran.vide
gl.no.in cap.fin.de reſcri.& quod no. in l.ſancimus.C. de iudic.
17 †Sed circa hoc quæro,quid ſi pars probauit , dilatione non da-
ta? Vide Bart.in l.in crimine,ff.de adul.vbi per illam legē tenet
valere probationem.Idem tenet in l.fin.ff de fer. Dicit enim,ꝙ
totum tempus inſtantiæ cedit probationi fiendæ,niſi iudex ali-
ter ſtatuat dilationem.D.Ant.dicit, quod probare poterit vſq;
ad concluſionem in cauſa non poſt, ſupra, de procur.c.auditis,
18 & infra de fide inſti.c.cum dilectus.† Ego dico, quod quieſcen-
te dilatione iudicis, quidam ſunt termini iuris excluſiui proba-
tionis.Nam renunciatio & publicatio atteſtationum impediūt
teſtes

ADDITIONES.

a Vbi copula.Vide Alexan.in conſil. 110. incip.viſis,columna 4.in 1.volu.& in
conſi. 168.incip.in cauſa,& lii.columna 4.in 2.vol.& conſi. 118.incip.in cau
ſa.colum.pen.eo.volum.& moder. Taur.in repet.l. Cel. char.vlt.ff.de vſuca.
Seb Sap.

b Et citra.Adde Alex.conſi. 108.lib.2.

c Agere poſſe. Vide Bart.in l.1.§.ſi. ff. de iniur. Bal.in cap.1.§ iniuria,colum.1,
ver.quæro ſi iniuria,de pace iura.firm. & Card.in clem.1.in 2.q.de reliq.&
vene.ſanct. Sap.Sap.

d Nimis generalis.Adde quod Dom.de Rot.dec.381. incip.præpoſitus,dicunt
quod dominus poteſt tantum agere pro turbatione & moleſtatione ſubdi-
ti.cum ſua intereſt.

e Officio.Vtrum iudex poſſit aſſignare terminum ad probandum,parte nō pe
tente,vide dict.Barto.in l.1. C.ut quæ deſunt adno.quem refert & ſequitur
Pau.de Ca.in l.1.§.ait prætor,ff.de iure delib circa prin.Et de hoc uide ple-
ne per Ang.in l.2.in 1.col.C.de temp.ap. & in l. debitoribus, circa princ.ff.
de re iud.& quod poſſit dari dilatio parti,ea inuita, vide per Bal. in c.præ ta
tea,in prin.pen.col.de dil.Et an iudex poſſit ex officio ſuo, non ſolum aſſi-
gnare primam dilationem , ſed etiam ſecundam , & tertiam,parte non pe-
tente, Bald.in l.fina.in repor. antiquis, de fer. arguit pro & contra,ſed non
firmat.

An iudex ex officio poſſit aſſignare terminum ad probandum,etiam ſi non
petatur.Dicas quod quando iudex uidet negligentiam partis,poteſt ex of-
ficio aſſignare dilationem , & terminum ad probandum, vt deueniatur ad
finem litis ita Bar.no.in l. 1.C.de dila. Ita etiam d.Abb. in c.finem litibus,in
in prin.de dolo & contu. & maxime, quando videret inſtantiam perire, qa
etiam ad ſniam facit ex officio partes citari,vt per d. Abb.in c.pe.in vlt.col.
de do.& contu.& per do.Alex.in l.4.in § hoc autem, ff.de dam.infe.Imo iu
dex poteſt ex officio compellere teſtes ad iurādum , etiam ſi partes remiſiſ-
ſent ſibi iuramentum.ita Bald.& Alexand.poſt eum,in l.1.ff. de fe.& tenet,
Specul. in titu. de teſti. in §. ſequitur, in verſicu. & not. Poteſt etiam iudex
ex officio etiam partibus non petentibus,& prorogare,& abbreuiare termi
num,& dilationem ad probandum, vt plene traditur in cap.conſuluit,de
off.deleg. Ant.Fran.

f Poſſe ſyndicari.No. non poſſe ſyndicari iudicem ex eo,quia nō ſuppleuit ex
officio ſuo,vide Bar.in l.conſentaneum C.quomo. & quando iudex, Spec.
in tit.de off iud.§ impedit,poſt prin.Do.Ant.in c. ſuper hoc, de renun.Bal.
l.1.ff.de magi.conue. And.Barba.

Nota bene hoc dictum.Et adde,quod idem dicit ipſemet Pa. in capit. penul.
in penult.colum. ſupra de iudic.& Pau.de Caſt.in l. properandum,in prin-
cip.in 2.colum.& Do.Alexan.in l.3.C.de iudic. Ad idem facit, quod ſcri-
bit Panorm.in cap. ſi.in penult. colum. ſupra de reſcrip. vbi dicit,quod id,
quod dicitur,quod iudex non condemnans partem in expenſis, tenetur re
ſarcire de ſuo,habet locum,quando expenſæ fuerunt petitę a parte,per gl.
fina.ibi in ſi.Et adde, quod ſufficit vnica interpellatio , ſecundum Bart.in l.
mora.in princip.ff.de vſu.& in l.Titia Seio, § vſuras,ff.de leg. 2.& Feli in ca
pit.ex literis,de conſti.in 9.colum.circa medium. Confirmo dictum Panor.
hic,per aliud bo.ſimile, quia ſtante ſtatuto, quod Capitaneus teneatur fer-
re ſententiam ſecundum conſilium ſapientis , quia vt plurimum ſint ignari
literarum intelligitur, ſi pars petierit, alias ſecus ſecundum Doct. in c.fina.
de reſcrip.& dom.And.in d.capit.penult.de iudic.& dom Alexand.in con-
ſil.264.incip.viſo proceſſu vtriuſque cauſæ,in vlt.col.Adde, quod ſtante ſta
tuto,quod iudex teneatur remittere cauſam ad conſiliū ſapientis intra cer-
tum tempus, debet intelligi ſi cum importunitate a parte fuerit petitum,ſe
cundum Ang.conſi.240.

Adde quod iudex negligens,poteſt ſyndicari de negligentia,licet tunc dica
tur ſcrupuloſa indagatio.l.ſi ſeruus in prin.ff.de leg. 1.niſi eſſet talis negli-
gentia,quæ eſſet dolo proxima,ſed debet ſyndicari de culpa cōmiſſa in fa-
ciendo,l.mancipia,C. de ſer.fug.l.j ff.de off.præſid.l.iudices, C.de decu.li.
10.& habetur in cap.dominus,23.q. 1.& per do. Card. in clemen. 1.de foro
competen.Et quomodo puniatur iudex negligens in officio, vide per Ang.
in l.ſi vacantia,C.de bon.vacan.lib. 10.& per Alexan.in c.ſi iudex,ff.de var.
& extraor.cog. Ant.Fran.

g Statutum. Vide Fel.late in c.ſi autem col.3.ſupra, de reſcr.& dominum Iaſ.in
l.admonendi,in lec. in quinto not.ff.de iureiur.Et nunquid quod venit ex-
pediendum officio iudicis,arctet iudicem ad illud expediendum,vide late
Fel.in c.exceptionem,col.3.cum ſeq.inf.de excep. Sep.Sab.

Et de hoc.Vide aliquid per D.Ant.in c.vltra tertiam, in x.col.de teſt.& adde
Bal.in l.2.in fi.ff.de eiſt.in apoſt.vbi dicit,ꝙ datio dilationis probatorię,nō
eſt de ordine formalis iudicii , & vide Barto.in l.unius,§. cogniturum,ff.de
quæſtioni.vbi per illum tex. dicit, quod valet defenſio ſine termino.&idē
tenet Imo.poſt Io.de Lign. in clem. ſæpe, in 36.colū.verſi.quæro,de verbo.
ſignifi.Et quod valet probatio ſine dilatione,tenet Bal.in l. pridie, ante fin.
de fer.in apoſt.in l.duobus locis,& Bar.in extrauag. ad reprim. in ver.figu-
ra,in pen.colum.

Adde Bar.conſi.97.& vide quæ poſui in d.l.ſi.ff.de fer.

Digitized by Google

teſtes producendos ſuper eiſdem articulis, vel directè contrarijs, non autem ſuper capitulis nouis, infra de teſtib. c. cum cauſam. c. cum veniſſent, & capit. fraternitatis, cum multis ſimilib.
* Iſti tamen duo termini non excludunt probationem fiendã
19 per inſtrumenta. † Sed illa probatio inſtrumentalis, excluditur ſolum per concluſionem in cauſa, vt in cap. cum dilectus, præalleg. Illa enim excludit probationes, & etiam allegationes cõſiſtentes tam in iure, quam in facto, vt ibi no. & in cap. paſtoralis, de cauſa poſſeſſio. & propriet. per Innocen. Ad prædicta vide bonum ſimile. litis conteſt. eſt terminus excluſiuus omniũ dilatoriarum, vt in cap. inter monaſterium, de re iud. C. de exceptio. l. fi. tamen iudex cauſa abbreuiandæ litis poteſt præfigere, terminum ad omnes dilationes proponendas, vt in d. cap. paſtoralis, infra, de excep. ita in propoſito ſupraſcripti ſunt termini excluſiui probationum. Poteſt tamen iudex cauſa abbreuiãdæ litis præfigere terminum certum pro teſtibus, ſeu probationibus producendis. Sic & videmus in cauſa appellationis, datur enim a iure annus, & ex cauſa biennium ad proſequendam & finiendam appellationem, de appellat. cap. ex ratione. & clemen. ſicut. de appellat. Sed iudex poteſt præfigere terminũ ad proſequẽdam appellationem, ſtatuendo breue tempus, de ap-
20 pellat. cap. cum ſit Romana. & cap. perſonas, cum ſimilib. & c.
a oblatæ. † Vlterius quæritur, a nunquid in iſto termino dato ad teſtes probatorios, vel reprobatorios, ſufficiat teſtes fuiſſe iuratos, licet non ſint examinati in termino, ſed poſt? R̃n. terminus poteſt multifariam præfigi. Quandoque enim præfigitur ad teſtes producendos, quandoque ad producẽdum & faciendum eos examinari quandoque ad probandum, & ad probatum habendum per omne genus probationis. Primo caſu ſatis eſt ꝓduxiſſe teſtes, & feciſſe eos iurare, quia in effectu, tunc dicuntur teſtes produci & recipi ad hoc, l. ſi quando. C. de teſt. & c. 2. eo. tit. de quo vide per Spe. in tit. de teſte. §. qualiter. ver. debet quoque, vbi de hoc. & idem ibi Io. And. in add. Secundo caſu tenet Spec. ibi, quod non ſufficit produxiſſe, niſi etiam examinati fuerint, quod videtur ſequi Io. And. Arch. hic refert Iacob. Buſenſiſſe, quod etiam hoc caſu ſufficiat teſtes iuraſſe, cum non ſit in parte examinatio, ſed in iudice. Satis ergo, eſt, quod pars fecit, quod in eo erat. De hoc vide per Archid. in c. pia, de excep. lib. 6. Do. de Ro. ponunt tertiam opinio. quæ poteſt eſſe concordãtia duarum præcedentium. Dicunt enim ſufficere, quod teſtes iurauerint in termino, & quod pars adhibuerit aliquam diligẽtiam, vt intra terminum examinarentur, & hoc, quia examinatio non eſt quid facti, quæ poteſt committi notario, & ſic eſt in iudice, & non in parte. Credo indubitanter hanc eſſe differentiam inter primum caſum & ſecundum, vt primo caſu, quando ſimpliciter fuit datus terminus ad teſtes producendos, ſufficiat productio facta coram iudice, etiam ſi fiat in vltima die termini, quia ſatisfactum eſt termino: ad hoc quod no. idem Spe. in tit. de dilatio. § 1. verſi. ſed quid ſi infra, & ſe. & ſic non exigitur petitio, vt examinentur. Secundo caſu oportet, quod teſtes producant ita, vt ante lapſum termini vel veriſimiliter poſſint examinari intra terminum, & ꝙ detur aliqua diligentia ꝑ partem, vt examinentur: alias nihil operatur illa ſtatutio termini ad examinandum, &c. Hoc probo apertiſſimè per ſimile. Proſequi appellationem eſt in parte, finire vero non ſolum dependet ab ea, ſed a iudice, nihilominus datur parti annus ad proſequendum, & finiendum appellationem, vt in cle. ſicut. de app. Et intelligitur, vt finiat quantum in ea eſt, vt in c. ex inſinuatione, de app. & no. plene in c. ex ratione, eo. tit. Ita dico in propoſito, ſi detur terminus, ad producendum & faciendum eos examinari, debet pars vtrunque facere, quantum in ea eſt, & adhibere diligentiam cum effectu, vt fiat, & producendo ita ante terminum, vt poſſint per iudicem recipi & examinari in termino parte inſtante, & poſtulante, ſicut obſeruatur in cã appellationis. facit. l. 2. ff. ſi quis cautio. & quod no. Inn. in c. ex tranſmiſſa. de præſc. & rationes Spec. in præalle. ver. quid ſi intra. Tertio ca-
b ſu principali, quando fuit datus terminus, b ad probandum, dicit Butrig. in Authẽ. ſi dicatur. alias ſi teſtis. C. de teſt. ꝙ ſufficit, ꝙ iurauerit intra terminum, quia dictum teſtis trahitur ad diẽ iuramenti, vt d. l. ſi quã. Fingitur enim tunc examinatus. Sequit̃ hoc Do. Ant. & ita dicit tenere Arch. & Io. An. poſt eum in d. c. pia. Ego crederem. ꝙ etiã hoc caſu requiratur, diligentia ex parte habẽtis probare cum enim habeat terminum ad probandũ, certè ex ſola, productione teſtium non probat cum effectu, q̃a ſola productio nil probat. Nam vt dixi ſup. eo. ſuper rub. probatio idem eſt quod propalatio, ſeu manifeſtatio, quæ non fit ſola productione. Item ſi ſufficeret ſola productio, poſſet fieri vltima die termini, & ſic nihil eſſet probatũ in termino, multa impedimenta poſſent accidere, propter quæ non poſſunt poſtea examinari. Et ſic per hoc daretur materia protelandi iudicia. Facit quod no. Spec. in d. verſic. quid ſi intra. & maxime hoc pro-
c cedit, quando datur terminus c ad probandum apertiſſimis documentis, de quo per Specu. in d. ver. & d. cap. pia. præallega. & ita reperi poſtmodum apertè tenere Barto. in l. damni. §. Sabini ff. de dam. infec. vbi vide. Quãrto caſu, quando fuit datus terminus ad probandum, & probatum habendum: communiter tenetur, vt non ſufficiat ſola productio, ſed etiã requiratur examinatio in termino, quaſi illa verba, denotent omne complementum, probationis, & ſic quod ſint examinati, de quo per Ioan. And. in d. cap. pia. & But. in Authen. ſi teſtis. C. de teſtibus. Puto tamen, quod etiam hoc caſu ſufficiat partem adhibuiſſe diligentiam, quia actus examinationis nõ pertinet ad partem, ſed ad iudicem, pro hoc quod ſupra dixi, quando expreſſe da-
d tur terminus ad examinare faciendum. Quinto d & vltimo caſu, quando datur ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis, ſicut hodie in multis locis practicatur, dicit d. Anto. quod lapſus, huius termini habet vim concluſionis in cauſa, quo ad probationes facti, non quo ad allegationes iuris. Vnde putat, quod non excludit probationem per cõfeſſionem quia illa non eſt probatio, ſed probationis releuatio, vt no. ſuper rub. Puto, quod in præcedenti caſu reſtringitur terminus ad probationem fiendam per teſtes, non autem debet extendi ad productionem inſtrumentorum. Cum enim illa habeat a iure terminum limitatum, videlicet concluſionẽ in cauſa, de fide inſtrumen. cap. cum dilectus. non debet illa probatio includi, vbi aperte ad hoc terminus præfixus non fuit, quia non eſt anguſtanda probationum copia, niſi exprimantur talia verba, in quibus ſatis tacitè includatur productio inſtrumentorũ. Pone exemplum, in clem. ſæpe. de verborum ſignifica. videlicet ad producendum omnia acta & munimenta, quibus partes ſunt vſuræ, vt ibi text. & gloſſ. Et not. illam practicam, quæ
* ſatis poteſt obſeruari in cauſis ſummariis, vt ibi ꝓbatur. In alijs autem, vide quod dicam in cap. cum dilectus, præallega. ſed in hac vltima quæſtione formata, ſatis includitur probatio per inſtrumenta, per illa verba, Per omne genus probationis & c. Et an per lapſum termini indifferenter excludatur pars à productione inſtrumentorum, cum reſtringatur beneficium iuris. Not. gloſſ. in dict. clemen. ſæpe. in ver. non obſtante. & dicam latius in dict. capitu. cum dilectus. Hæc ſufficiant, quo ad iſtam gloſſ. & multi alii caſus poſſunt addi ad ſi. huius gl. in quibus iudex

ADDITIONES.

a Vlterius quæritur. Adde videndum, Rom. conſi. 453.

b Terminus. Vide Gem. in cap. 1. § ſi quis. de except. in 6. Abb. in conſi. 5. incip. conſilium. in fi. in 5. volum. Alexan. in conſi. 42. incip. in cauſa. colum. fi. in 3. volum. Seb. Sap.

c Terminus. Si aſſignatur terminus ad producendũ teſtes verũ ſufficiat, ꝙ iurauerint in termino, uide de hoc per Bar. in l. ſi quã. C. de teſt. & ibi plenius per Bal. & per Bar. in l. damni § Sabini. ff. de dam. infe. & per Imo. in cle. 1. in 3. col. de off. deleg. & faciunt tacta hic per D. Ant. ad quæſtionem de teſte, qui eſt habilis tempore depoſitionis, vel econtra, quod tempus inſpici debeat. de qua quæſtione plene per Ioã. And. in reg. factum legitime, in mercu. lib. 6. & in Specu. de teſt. §. 1. in 9 colum. verſic. quid ſi teſtis erat. cuius deciſionẽ refert, & ſequitur Arch. in cap. conſtituimus. 3. quæſtio. 5. & per Bal. & per Doct. in l. ad teſtium. §. conditionem. ff. de teſt. per Bal. in l. ſi vero ff. de mili. teſt. & in l. Antiſtius. in princi. ff. de acquiren. hæred. & per Angel. plene in ſuo conſi. 316. quod incip. in Dei nomine, &c. in propoſita quæſtione conſuluit multum eleganter &c. & aliquid per Bal. in l. 3. in princip. ff. de teſt. & ibi etiam aliquid per dom. Flo. Et de quæſt. hic poſita per do. Ant. vide per Bald. in l. s. C. vt lit. pend. & in rub. C. ſi ex falſis inſtrumen. vbi videtur attingere veritatem huius paſſus. & vide Bald. Ange. & Imol. in l. quibus diebus. in princip. ff. de conditio. & demonſtra. Bald. Ange. & Moder. in d. l. Antiſtius. Et vide Bal. in apoſt. in l. 1. ff. de teſt. in fi. 1. colum. vbi dicit, quod quando teſtis iurauit vno tẽpore, & depoſuit alio, ſufficit quod notarius ſcribat diem iuramenti, quando teſtis depoſuit intra terminum aſſignatum. Etiã dicit, ſi iuraſſet ante terminum, & depoſuiſſet poſt terminum. Et an ſi teſtis erat bannitus tempore iuramenti & cancellatus de banno tempore depoſitionis, valeat eius dictum, vide Alb. in 3. par. ſta. q. 60. Item vide Bald. in l. s. C. de ſacroſ. eccl. ubi dicit, ꝙ non ſolum dies depoſitionis trahitur ad diem iuramenti, ſed etiam locus depoſitionis trahitur ad locũ iuramenti. Et unde omnino, quæ late notauit poſt D. An. D. Bar. de Bel. in cle. 1. de off. deleg. Itẽ vide Do. in d. c. pia. § 2. col. 1. de excep. li. 6. in c. in nomine Domini. in 3. col. de teſt. Et q̃ late ſcripſit D. Bar. in ſuis recollectis. in c. 1. de feriis. Adde hic, ꝙ illud, quod dicitur ſufficere teſtem iurare in termino, licet deponat extra terminum, eſt verum in termino hominis, ſecus eſt in termino legis, quia intra ipſum debet iurare & deponere. Ita ſingolariter dicit Bald. in d. cap. in nomine Domini, in penult. colum. ubi etiam ponit quando teſtis ſolum iurauit in termino, an poſtea cum deponit, pars ſit iterato citanda. Vide omnino ibi per eum, ſi præfigitur terminus ad probandum, & probatum habendum, non ſufficit teſtes iuraſſe in termino, niſi depoſuerint. Et de hoc per Innoc. in clem. 1. de off. deleg. in 3. col. Et quando eſt ſolum præfixus terminus ad probandum, an ſufficiat, ꝙ iurauerint in termino, uide per Bald. in l. 1. in princ. de teſt. in apoſt. ubi refert. di. can. ſed eam non videtur ſequi. Et quod non ſufficiat teſtes iurare in termino, quãdo eſt præfixus terminus ad probandum, & probatum habendum, tenet Bald. in l. s. in vlt. colum. in ver. item facit aliud. C. ut lit. penden. & Ang. expreſſe in l. damni §. Sabini. ff. de dam. infe. de quo vide etiam per Bald. in l. ſi quando. in prin. in pen. colum. C. de teſt. Adde quo tempore conſideretur inhabilitas teſtium, Alex. conſilio 78. & 133. lib. 2. Et an valeat dictum teſtis iurati die feriata, uide Alexan. conſi. 150. lib. 2.

d Quinto. Vide Rom. in l. admonendi, colum. 18. in verſic. quo ad. ff. de iureiur. vbi videtur tenere contrà Abb. Sed op. Abb. ſequitur ibi Ang. col. 2. & Bald. in c. fi. col. 9 ver. ſed quid ſi fuit ſtatutus terminus, ſupra de excep. & Pau. de Caſt. in l. fi. ff. de teſt.

a dex ſupplet ex officio, ſtatuendo terminum, a ſed relinquendũ
eſt Summiſtis. Glo. 2. in effectu proſequitur quatuor. Primò an
indiſtinctè quæſtio falſi poſſit proponi poſt ſententiam. Secun-
do ibi, Et not. proſequitur, an ſufficiat probare teſtes falſum di-
xiſſe abſque eo, ꝙ aliquid probetur de corruptione. Tertio ibi,
Sed nunquid, an ſufficiat corruptionem probare abſque falſita
te. Quarto ibi, Item no. nunquid ſententia lata per falſos teſtes,
vel inſtrumenta falſa, teneat. & ſi teneat, quibus remedijs, & in
b tra quantum terminum b poſſit retractari. † Venio ad primũ.
21 Videtur enim ꝙ poſt ſententiam nõ poſſit moueri quæſtio fal-
ſi. C. ſi ex falſis inſtr. l. 1. & 2. Gl. reſpondet, ꝙ aut in prima inſtan
tia fuit mota quæſtio falſi, aut non. Primo caſu non admittitur,
ſecundo ſic. Et dic latius, vt in prin. gl. Cõclude latius ſic: ꝙ aut
quæſtio falſi nũquam fuit mota, aut ſic. Primo caſu poteſt poſt
ſententiam citra appellationem, & in cauſa appellationis pro-
poni dummodo indirectè probetur. Directè autem publicatis
atteſtationibus probari non poteſt, quia eſſet producere teſtes
ſuper articulis contrarijs directè, quod non licet, nec in cauſa
principali, nec in cauſa appellationis, vt in capit. fraternitatis. &
c. cum veniſſent, cum ſimi. de teſt. & clarius in clemen. 2. eo. tit.
in tex. & gl. principaliter tangit hunc articulum falſitatis. Idem
Inn. hic, licet non ita ſpecificè loquatur. Hoc verum niſi adda-
tur articulus corruptionis. Vel ſecundum Inno. quod alias do-
loſe teſtis falſum teſtimonium dixit, puta odio, vel amore. C. de
fal. l. nec exemplum. Nam tunc etiam directè admittitur proba
tio, quoniam ratione illius additionis, videtur nouum capitu-
lum, vt probatur, & no. in dicta clemen. 2. vel niſi ſit cauſa pri-
uilegiata, puta cauſa matrimonialis, vel vbi imminet peccatũ,
vt plene dixi in c. iurauit, ſupra eo. & ſic intellige omnia iura, q̃
dicunt de falſo poſſe agi, etiam poſt ſententiam, licet Legiſtæ
in hoc nullam differentiam faciant, ſed ſimpliciter dicant pro-
bationem admitti, vt no. in l. diuus. ff. de re iudi. & in l. 1. C. ſi ex
fal. inſtrum. ſed minus bene dicunt, vt patet ex prædictis. Si ve-
rò quæſtio falſi fuit mota in prima inſtantia, & ea non obſt. fuit
lata ſententia, & tunc amplius non admittitur, l. 1. C. ſi ex fal. in
ſtrum. Poteſt tamen appellari, & peti illam ſententiam corrigi,
tanquam iniuſtam. Sed oportet, quod falſitas poſt publicatas
atteſtationes probetur modo prædicto. Et ex hoc habes primã
quæſtionem declaratam. Venio ad ſecundam, an ſufficiat pro-
bare ſolum falſitatem, ad obtinendam retractationem ſenten-
tiæ. Gl. iſta ponit opi. contrarias, & inhęret ſecundæ opin. quod
ſufficiat, ſicut ſufficit probare inſtrumentum fuiſſe falſum, cu-
ius vigore lata fuit ſententia. c l. 1. alleg. in gl. Hæc tamen gl. limi
c tat, vt hoc ſufficiat, ſi probetur iudicem fuiſſe ſecutum dicta fal
22 ſorum teſtium: arg. infra de re iud. c. cum I. & A. † Conclude la-
tius, ꝙ aut iudex nõ fuit ſecutus dicta falſorum teſtium, vt quia
iudex fuit motus ad ſententiam aliunde, quàm ex dictis teſtiũ,
& tunc clarum eſt, ꝙ non ſufficit teſtes dixiſſe falſum, d. c. cum
I. & A. & ratio, qa non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit
23 abeſſe. c. 1. de transla. Epiſco. l. neque natales. C. de proba. † Aut
iudex fuit motus ex dictis teſtium, vt puta, quia dixit in ſenten-
tia, viſis atteſtationibus, vt no. dicit Spec. in tit. de proba. §. fina.
verſic. in ſumma. alias puto ſecus, per rationem c. cauſam quæ,
de re iu. & de renuncia. c. in præſentia, quia non ſemper ad vnã
probationis ſpeciem & c. l. 5. ff. de teſtib. & hoc caſu quando fuit
iudex motus ex dictis falſorum teſtium, dic, ꝙ ſi ſententia fuit
d lata contra abſentem dolo, d & falſis allegationibus partis præ-
ſentis, & tunc ſententia eſt nulla. l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de
iud. no. Bar. in l. Diuus. ff. de re iud & hoc caſu in dubio ſufficiat
probare ſolam falſitatem. Puto tamen, ꝙ poſt publicatas atte-
ſtationes nõ debet admitti ad eam probandam, niſi prout ſ. di
xi in primo articulo, alias poſſet timeri timor ſubornationis te
ſtium niſi in caſibus, in quibus poteſt probari contrarium dire
ctè, publicatione non obſt. de quibus aliquid ſupra & aliquid
in c. ſeries. infra de teſti. Aut fuit lata ſententia contra præſentẽ,
& tunc ſi contra minorem, ſententia eſt nulla fauore minoris
ætatis: no. Bar. in d. l. Diuus. & in l. 1. C. ſi ex fal. inſtrum. prealle.
Et idem dicam in ſententia tali modo lata contra eccleſiam, ar
gu. in c. 1. de in integ. reſt. Et no. ꝙ poterit falſitas probari modo
prædicto. Si vero contra alium, & tunc ſententia tenet, ſed ve-
niet retractanda, vt infra dicam. ſed oportet, ꝙ probetur, vt ſu-
pra dixi. Et per hoc eſt declaratum aliquantulum vltimum du-
24 bium. † Venio nunc ad tertiam quæſtionem, e an ſufficiat pro-
e bare ſolam corruptionem abſque falſitate Gl. iſta finaliter vide
tur concludere, ꝙ ſic, ſi iudex fuit ſecutus dicta corruptorum,
alias ſecus, per illud c. cum I. & A. Finaliter hanc opin. videtur
ſequi Bar. in d. l. diuus, ſi probatur teſtem fuiſſe corruptum pe-
cunia, vt teſtimonium diceret in hac cauſa, licet expreſſe non
fuerit actum, vt referret iniuſtum & falſum. teſtimonium, quia
ſecundum eum hoc ipſo probatur falſum, l. 1. ff. ad leg. Corne.
de fal. Ioan. An. videtur hic diſtinguere, ꝙ ante ſententiam ſuf-
ficit probare ſolam corruptionem, quia agitur ſolum ad teſtes
repellendos, qui profecto repellendi ſunt, cum ſint periuri, qa
contra iuramentum receperunt precium. Sed poſt ſentẽtiam
non ſufficit probare nudam corruptionem, quia tũc agitur ad
ſententiam retractandam, non ad teſtes repellendos. Poteſt eſ-
ſe ratio, quia non ſequitur, fuit corruptus, ergo dixit falſum. D.
Ant. tranſit cum doctrina Bar. Do. Card. tenet opin. Ioan. And.
dicit enim quod licet ex corruptela probetur teſtis falſus quo
ad hoc, vt puniatur de falſo, vt d. l. 1. ff. de fal nõ tamen per hoc
ſequitur, ꝙ dixerit falſum, & ex hoc ſolo poſſit retractari ſentẽ-
tia. Fallit ſecundum eum, in cauſa matrimoniali, vt in c. ſicut,
de reſtit. Ego ibi latius dico ſuper intellectu huius c. & pono no
uas opi. Prima, ꝙ aut teſtis recepit pecuniam, vt diceret falſum
teſtimo-

ADDITIONES.

a Terminum. Qñ præfigitur terminus ad probandum apertiſſimis documẽtis, an requiratur ꝙ in tertio atteſtationes ſint publicatæ, uide per Pet. de Anch. in d. c. pia. de exce. lib. 6. & per Pau. de Ca. in d. l. ad teſtium. §. condõnem, in fi. ff. de teſt. & ibi uide per Imo. quòd terminus probãdi non põt prorogari de cõſenſu partium, niſi ex noua cauſa, ſecundum Bal. in l. peremptorias. circa prin. C. ſen. reſcin. non poſſe, qui dicit ita tenere Spec. in tit. de ſent. §. nunc videndum. ver. quod vero. quia quotidie occurrit de facto. Item adde quod teſtis examinatus, ſeu receptus a iudice poſt terminum non probat, ſed facit indicium, ſecundum Bar. in l. 2. circa fi. ff. de app. rec. quẽ ſequitur Bal. in l. 2. C. de epiſ. audien.

b Terminum. An poſt terminum peremptoriũ aſſignatũ ad probandũ poſſint produci inſtrumenta, uide per Specu. in tit. de dilationibus. §. videndum, in fi. 1. colum. uerſi. quid ſi data. & ibi immediate poſt in ver. quid ſi datus, ponit, quod ſi datus eſt terminus ad producenda omnia inſtrumenta, quib. intendit vti in cauſa, audiatur producens inſtrumẽta poſt terminum, de quo etiam uide in ver. quid ſi poſt terminum datum. Item adde hic Bal. in l. properandum. in prin. 11. colum. C. de iud. Item adde, quod quando per ſtatutum poſt certum terminum excluditur, non poterit iuramentũ deferri, nec etiam pars interrogari ad partis petitionem. Ita ſingulariter dicit Nic. Mat. in l. fi. in autheu. ibi poſita. C. ſi cert. peta. licet Bald. ibi contra. Item adde, quod quando quis non fuit admiſſus ad probandum in termino, poteſt probare poſt terminum, etiam ſi ſit concluſum in cauſa, ita ſingu. dicit Angel. in cap. tam literis. de teſtibus. circa princ. per gl. in cap. ex conqueſtione. de reſtitu. ſpoliat. Item adde hic, quod quando a iudice eſt aſſignatus terminus peremptorius ad probandum, vel excipiendum, nunquam per lapſum termini præfixi excluditur, niſi monitus fuerit bis a iudice, vt probaret, vel exciperet. Ita dicit ſingu. Ange. in §. ſi quis autem. in penult. colum. in Authen. de hære. & fal. in princip. nouiter dicens de hoc ibi eſſe caſum. Ad qđ vide, quod not. idem Ang. in §. ſi quis pro redemptione. in auth. de eccl. tit. item adde hic quod not. Do. in cap. frequens. §. ſolet. circa princip. de teſtib. ſpoliat ubi ponit de termino dato ad indicium ſtatuendum. Et adde hic do. de Rota. deciſ. 70. ſecundum ordinem meum nouiſſimum, ubi dicunt, quod ſi præfixus eſt alicui terminus ad recipiendos, & examinandos teſtes, ſufficit quod intra terminum ſint recepti, & adhibita fuerit aliqualis cognitio de examinando eos. item adde hic quod not. Bald. in §. qui autem. In fi. Inſtit. de excuſ. tut.

Adde, an poſt terminum poſſint produci inſtrumenta, uide Rom. conſil. 125. Et an poſt concluſum in cauſa, per eundem conſi. 176. Et an poſſint produci parte abſente per eundem conſil. 508. Et an inſtrumentum poſſit uerbo produci, & an poſt concluſum in cauſa, uide Fulgo. in conſi. 139. Et quæ probari poſſunt poſt concluſum in cauſa, uide Roma. ſingu. ſuis. fol. 5. Et an bis debeat moneri a iudice ille, cui ſtatuitur terminus ad agendum, uide Alex. conſi. 118. lib. 2.

c Sententia. Vide Bal. in l. falſam. C. ſi ex fal. inſtr. Mod. in l. Diuus. ff. de re iudi. vbi plura de hac materia. Seb. Sap.

d Abſentem dolo. Vide Alexand. poſt Imo. late in l. qui Romæ. §. duo fratres, colum. 39. ff. de verb. oblig. & in l. ſi is, ad quem, colum. 3. ff. de acquir. hær. Sep. Sab.

e Et ad hoc vide bon. gl. in l. 1. C. ſen. reſcind. non poſſ. & gloſſ. in l. pen. C. ſi ex fal. inſtru. hic alle. in gl. quæ tenent, quod ſufficiat probare ſolam teſtiũ falſitatem. Sed Bart. in auth. qui ſemel. C. de probat. dicit quod poſt dudicta teſtificata non poſſum probare ſolum falſitatem teſtium directam, niſi vellem probare falſitatem cum corruptione, & alleg. d. cle. 2. de teſt. Et idem dicit Bal. in l. ſi quis teſtibus, in 2. colum. C. de teſt. & ita dicit tenere Canon. Dicit tamen, quod quando opponitur falſitas cum corruptione poſt ſentẽtiã, oportebit probare iudicem eorum dictum ſecutum, vel. 2. C. ſi ex fal. inſtrumen. & in c. cum I. & A. de re iud. Sed Spec. in tit. de teſt. §. ſatis utiliter. in 2. col. verſi. 4. fallit. dicit, quod in crie falſi publicatis atteſtationibus, poſſunt produci teſtes. Et vide do. Ant. in c. fraternitatis. de teſtib. 44. colũ. ſed quod publicatis atteſtationibus nõ poteſt opponi ſola directa falſitas, tenet Spe. in tit. de teſt. §. qualiter. in pen. colum. ver. ſed opponitur. ad id quod ſupra dictum eſt. Et idem dicit d. Ant. in c. ſeries, in 4. col. de teſt. reprobando glo. ibi poſitam, & in c. ex tenore, in fi. 3. col. de teſt. Sed tu limita hoc eſſe verum niſi articulus fuiſſet ita confusè, & non ſpecificè poſitus, vt pars ſuper directa, vel contraria falſitate probãda non potuiſſet bene inſtrui, vt puta generaliter oppoſui contra inſtrumentum de falſo, & poſtea probaui, quod ille, qui dicebatur confeciſſe inſtrumentum mortuus erat ante confectionem inſtrumẽti. certe aduerſarius, etiam ſi ſint publicatæ atteſtationes, poterit probare, quod ille tunc viuebat. Hoc eleganter dicit Io. An. in add. Spe. in tit. de teſte. § ſæpe. in 1. col. ver. ad falſitatem directam. d. Ant. poſt Io. And. in c. ex tenore. in vlt. colum. uerſi. plus dicit. de teſti. Et adde hic Archid. in c. ſi quis teſtibus. 4. quæſtio. 3. ubi dicit, quod reſcinditur ſententia probata falſitate vt in l. 1. & 2. C. ſi ex fal. inſtrumen. multo fortius poterit probari falſitas, licet ſint publicatæ atteſtationes, cum multo minus præſumatur ſubornatio ante ſententiam, quam poſt. Quod publicatis atteſtationibus non liceat directe probare ſolam falſitatem, ſed ſolum indirectè, tenet & firmat Paul. de Caſt. in l. Diuus, ff. de re iudica. ante me. idem dicit Do. in cap. filii. in fin. de hæred. in 6.

Adde, quod teſtis, qui recipit pecuniam, ut teſtificetur pro aliquo, poteſt cõtra ipſum teſtificari, & poteſt etiam teſtificari pro illo, qui dedit pecuniam, dummodo non ſpecialiter proferenda teſtimonium, ita Roma. ſingul. ſuis. folio 9.

Digitized by Google

teſtimonium, & ſic promiſit extra iudicium, & tunc, cum præ-
ſumptio ſit, ꝙ ſic dixerit: arg. c. per tuas. infra eod. l. generaliter,
ff. de non num. pec. per c. inquiſitionis, in fi. infra de accuſa. de-
bet, hoc ꝓbato, retractari ſententia: quia ſatis probatur præſum
ptiue, etiam falſitas, & procedit dictum Bar. Aut probatur ſim
pliciter, ꝙ teſtis recepit pecuniam, vt teſtificaretur: & tunc pro
cedat opi. Io. And. & hæc opi. eſſet æqua, ſaltem pro opi. cõcor
dandis. arg. c. cum tu, de teſti. Alia opi. quæ mihi videtur verior
eſt, vt indiſtincte ſufficiat probare corruptionem, per tex. ſing.
in d. c. ſicut. Nec eſt verum, ꝙ ponat caſum ſpecialem in matri-
monio, & minore, vt quidam ibi volunt. Hoc probo per fi. hu-
ius c. cuius ratio, ſup qua fundatur deciſio, eſt generalis ad om-
nes cauſas, & ibi ſolum fundat ſe tex. ſuper corruptione, dicens
ꝙ teſtimonium iſtorum corruptorum, cum ſint periuri, nõ eſt
aliquatenus admittendum. Et dic admittendum ſ. cum effectu,
vt ſuſtineatur ſententia, cum ſententia eſſet ibi lata. & ibi dico
latius euacuando materiam illius. Et quicquid ſit, ſaltem æqui-
tas maxima ſuggerit, vt non ſuſtineatur ſententia lata ad dictũ
corruptorum, & periurorum, cum videam retractari ſenten-
tiam latam ad dicta conſpiratorum, qui tamen veriſimilius po
tuerunt dicere veritatem: nec ſaltem ſunt periuri, de quibus ta-
men dicendum, vt d. c. cum I. & A. vbi de iſtis conſpiratorib.
25 Et hoc quo ad tertiam quæſtionem. † Ad quartam q. gl. reſpon
det ꝙ ſententia lata per falſos teſtes, ſeu falſa inſtrumenta, bene
tenet, ſed eſt retractanda, per l. Diuus, præalleg. Contrarium ta-
men tenuit gl. in c. cum venerabilis, de excep. ſcilicet ꝙ ſenten-
a tia [a] non teneat, & ponit glo. hic aliquos modos retractationis,
ſed non loquitur perfecte. Vnde conclude ſic capiendo dictũ
Io. And. in d. cap. cum venerabilis de excep. vbi melius tangit,
quam hic, & Bar. in præalle. l. Diuus. Et primo nunquid teneat,
dic, vt colligitur ex ſupradictis, in 2. q. Qualiter autem retracte
tur, dic ꝙ in caſibus, in quibus ſententia non tenuit, poteſt peti
retractatio de facto, ſicut de facto proceſſit per officium iudi-
cis & ſic vſque ad 40. ann. ſi tamen victor fuit conſcius falſitatis,
tunc cum ſit in peccato, puto ꝙ de iure canonico poteſt ſemp
per viam denunciationis Euangelicæ, quia tenet cum peccato
rem. Ad hoc quod in ſimili no. Inn. in c. ad aures, de præſcrip. &
in c. quia plerique, de immu. eccle. Licet enim iſtæ actiones per
ſonales, vel officium iudicis, quod datur loco actionis, præſcri-
batur regulariter ſpatio 30. ann. l. ſicut, C. de præſcrip. 30. ann. ſe
cus tamen eſt, vbi directe agitur de peccato, & ius agendi ſun-
datur ſuper peccato, vt eſt tex. iuncta gl. no. in c. admonere. 33.
26 q. 1. & infra aliquid tangam. † Vbi vero ſententia tenuit, & peti
b tur directe retractatio ex vitio falſitatis, oportet venire [b] ꝑ be-
neficiũ reſtitutionis in integ. vt d. l. Diuus. & ſic intra quadrien
nium, quia tanto tempore clauduntur iſtæ reſtitutiones, in c. 1.
& 2 de reſtit. in integ. & in clem. vna, eo. tit quod habet locum,
nõ ſolum in eccleſijs, & minoribus, ſed ẽt in maioribus, vt l. fi.
C. de tempo. in integ. reſtit. in caſibus, in quibus maioribus cõ-
petit beneficium reſtitutionis in integrum ex iuſta cauſa, vt ibi.
Et idem eſt, vbi deducitur per viam replicationis ad eundẽ effe
ctum, vt quia actor vult intentare actionem prius intentatam,
in qua ſuccubuit ex falſis probationibus, reus excipit de re iudi
cata, actor replicat de vitio falſitatis, certe inepte agit, nec ad-
mittitur talis replicatio, quia vult infringere ſententiam ſine be-
neficio reſtitutionis, quod non licet, d. l. Diuus. Hoc tamẽ limi-
tat notab. Io. And. in d. c. cum venerabilis, quando excipitur de
c re iud. contra actorem intentãtem primam [c] actionem, in qua
27 ſuccubuit. † Secus ſi iſte ſit alius, puta, Peto electionem tuã caſ-
ſari propter crimen, vel defectum; excipis de ſententia abſolu-
toria; replico de ipſis nullitate & falſitate: Putat ipſe, ꝙ proce-
det replicatio, & erit perpetua, & ꝙ competat quandocunque
excipitur. Et idem dicit de duplicatione, vt ſi petis electionem
confirmari, excipio de crimine, replicas de abſolutoria, dupli
co de ipſius nullitate, & falſitate ꝓcedet duplicatio ẽt ſine tpis
præiudicio. Certum eſt enim, ſecundum eũ, ꝙ ego contra quẽ
modo fuit ſententia principaliter formata, nõ teneor petere re-
ſtitutionem contra illam. Hoc dictum ſeu limitatio ad l. Diuus,
non placet mihi, quia cum iſta ſit actio popularis, conſumitur
vnà cum agente. Ad hoc, quod no. in c. cum dilectus, de ele. in
gl. pen. quæ eſt nota. Ideo opus eſt petere reſtitutionem, niſi in
caſib. ibi no. Aut vult quis de falſitate excipere aduerſus peten-
tem executionem ſniæ, & perpetuo audietur, ſm cõem opi. in
d. l. querelã, C. de falſi. & per Bar. in d. l. Diuus, & per Doct. hic,
& in d. c. cum venerabilis, per l. pure, ff. de doli excep. & l. q agni
tis, ff. de excep. Et ſic non eſt opus in modum exceptionis veni-
re per viam reſtõnis in integ. quia non petit hic retractatio ſniæ,
28 ſed ſolũ ad repulſionem executionis excipitur. † Aut vult ſuc-
cumbens agere ꝯ teſtem falſum, vel ꝯ producentem. Et ſi vult
agere ciuiliter ad intereſſe, aget intra 30. annos abſq; alia ratio-
ne, quia intentat actionẽ in factum ad intereſſe, nec petit prin-
cipaliter retractationem ſniæ: poſt vero agere non põt, quia tã-
to tpe tolluntur actiones perſonales. d. l. ſicut. & ſic intelligitur
gl. hic, & qđ no. in d. l. querela. & l. Diuus. facit l. qui nomine, ff.
29 de fal. † Aut vult agere criãliter, & audietur intra 20. annos, vt
l. querela, præall. & cum hac diſt. intelligo d. c. cum venerabilis.
Nã ibi ponitur falſa allegatio facti ex male intellectis no. in d. l.
querela. Hoc vltimum procedit de iure ciuili, de iu. aũt canoni
co dubitatur nunquid criã præſcribãtur tpe, & dicit hic Vin. ꝙ
ſecundum canones actio criãlis non clauditur tpe. 24 q. 3. c. ecce.
d vbi dr̃, ꝙ vbicunque crimina [d] clauerint, punienda ſunt. † Et ex
30 hac rõne dixit Ber. Cõp. Doctor antiquus, iudicem ẽt poſt cen-
tum annos poſſe reuocare ſuum errorem, quia ſm canones vſ-
que ad centum annos, & vltra poſſet accuſari, ergo & erroneã
ſniam retractare. & ſic volunt iſti, ꝙ ſine præſcriptione tpis poſ
ſet de iure canonico ſnia erronea reuocari, & accuſatio criſ in-
ſtitui, quæ ſing. no. in practica. & facit gl. in præalleg. c. admone
re. iuncto tex. Inn. tñ hic refert quoſdã tenere, ꝙ per directã ac-
cuſationem de falſo nunquã retractabit, ſniã, ſed punietur fal-
ſarius, l. Cornelia, de fal. & clarius hoc ſequitur D An. hic, dicẽs
ꝙ ex quo ſnia tranſiuit in rem iudicatam, & ſublata eſt facultas
petendi reſtõnem, amplius non audietur, & ſibi imputet, q re-
ſtõnem intra legitimum tp̃s non petiit, & per hoc limitat pri-
mum dictum, ſeu corrigit. Secundum vero dictum limitat, di-
cens ſe putare, ꝙ inquantum agitur ad pœnam naturalem de-
licti, ſolet obſeruari diſpoſitio d. l. querela, quaſi ſentiat, ſec[9] vbi
agitur ad pœnitentiam. Ad hoc, quod not. in c. admonere. Ego
quo ad primum dictum puto dicendum, ꝙ ex quo ſnia eſt talis
ex cuius obſeruantia non imminet peccatum, ſaltem nõ remiſ
ſibile per partem, ꝙ non audietur quis poſt tpa legitima, de q-
bus ſup. arg. c. quod ad conſultationem. inf. de re ind. & eorum,
quæ no. per Inn. in c. quia plerique, de immu. eccl. Secus autem
vbi immineret peccatũ, quia tunc ſemper poſſet, docto de er-
rore, reuocari, vt in c. lator, & c. conſanguinei, & quod in eis no.
inf. de re ind. Quo ad ſecundum de ꝓſcriptione reſpectu falſita-
tis accuſandi, diſtinguo, an ſint crimina, quę impediũt ordinis
executionem, vel retentionem beneficii, etiam poſt peractam
pœnitentiã, & in iſtis non obſtabit præſcriptio tpis. Deuiamus
enim in iſtis accuſationibus a regulis iuris, vt in c. inquiſitionis
de accuſ. Et rõ in iſtis ſatis eſt euidentiſſima. & in hoc caſu in-
telligo primam opin. & poteſt ꝓcedere gl in d. c. admonere. Iſta
enim peccata, nedum non alleuiantur tpe, imo efficiuntur gra
uiora, de conſang. c. fi. In alijs vero non ſic impedientibus, tolle
tur directa accuſatio tpis præfixi a iure ciuili, cum non reperia-
mus contrarium de iure canonico, arg. c. 1. de no. oper. nunc. &
c. authoritate, de conceſ. præben. lib. 6. Sed reſpectu pœnitentiæ
peragendæ, ſemper poteſt impeti, & ſic poteſt intelligi gl. in d.
c. admonere. ſecundum alium intellectum, & quia crimina nõ
debent remanere impunita. de collu. dete. c. crimina. de ſen. ex-
com. c. vt famæ, 25. diſt. c. qualis. & quod no. in c. ſuper literis, de
reſcrip. & per hoc ſit expedita hæc gl. cum materia ſua. Glo. in
ver. reprobationem, Not. tres reprobationes poſſe fieri in cau-
ſa. Io. And. dicit, quod melius diceret tres probationes. & dic,
vt plene dicetur in c. licet dilectus. alleg. in glo. Glo. in ver. Le-
uis opi. quęrit quomodo conſtitit, quod iſti tres erant leuis opi.
Reſpondet, quod potuit conſtare dupliciter, vel per alios teſtes
reprobatorios, vel per relationem iudicis, qui examinauit te-
ſtes; habet enim referre quãta fides ſit teſtibus adhibenda. Not.
bene ex hac glo. examinatori credendum, ſi in actis redegit te-
ſtes eſſe leuis opin. vt quia forte hoc deprehendit in actu depo-
ſitionis. Item Innocen. in cap. quoniam, infra eo. vbi aliquid di-
cetur. Glo. in ver. ſe adſtrinxit opp. de cap. ſignificauit, in fin. de
app. & de præben. cap. cum iamdudum. cum ſimilib. in quibus
ſufficit probare alterum ex duobus, etiam copulatiue narratis,
ſi quodlibet illorum concludit intentum proponentis. Sed in
caſu noſtro ſufficiebat ad teſtes repellendos probare corrupte-
lam, vel falſitatem, vt ſupra dictum eſt, ergo &c. Glo. reſpondet
fatẽdo, quodlibet iſtorum ſufficere de per ſe, quod patet ex ver-
bis tex. dum ponderat, quod iſte ſe adſtrinxit ad vtrunque pro-
bandum, quaſi ſuffeciſſet alterum, ſi ſe non adſtrinxiſſet, licet
quidam dicant contrarium, & minus bene. Ad contrarium ſu-
pra formatum gl. reſpondet, ꝙ hic ſe adſtrinxit, Ideo nõ ſuffice-
ret

ADDITIONES.

a Et vide ſuper hoc latiſſime ſcripta, do. Fran. de Are. poſt do. Abb. in c. ſicut, in vlti. char. inf. de teſt.

b Adde hic glo. in c. dicenti. §. & ſi non cognitio. 25. q. 2. quæ dicit, quod ſententia per falſa inſtrumenta lata, eſt ipſo iure nulla. ſed illam glo. ibi reprobat Are.

c An ipſo iure audiatur, an ope reſtõnis. Vide Arch. in c. ſicut, circa fi. 2. q. 1. vbi dicit, ꝙ quando ſententia fuit lata per falſos teſtes, vel inſtrumenta, non auditur quis ipſo iure, quia ſententia, ſic fuit nulla, ut in l. a diuo Pio, ff. de re iud. ſolum auditur petita reſti. in integrum, & de hoc uide bo. gl. in d. c. cum venerabilis, in gl. pe. & ibi late do. Ant. de excep.
Et uide quod de hoc ſcribit do. Abb. poſt Io. And. in c. cũ haberet, de eo, qui dux. in matri. & quod ſin. ſcribit idem do. Abb. in c. fi. circa prin. de purg. cano. per illum tex.

d Crimina. Vide Ro. in ſing. 122. incipien. tu ſcis, ꝙ crimen falſi. & Bal. in l. fin. col. pe. C. qui accu. non poſ. vbi vult, quod in pœnis ſpiritualib. nulla currat præſcrip. Seb. Sap.

ret alterum probare: ſecus ſi ſe nõ adſtrinxiſſet. Et hoc ſentit gl. quod expreſſe iſte ſe adſtrinxit. & apertius tenet hic Hoſtien. & ideo ſecundum eum non profuit probatio alterius, allegat ſimile in l. fi. C. de fideiuſſ. Aduerte, quia Ioan. And. ſuper tex aliter refert Hoſt. dixiſſe. dixit enim, ſecundum eum, ꝙ ſe adſtrinxit eo ipſo, ꝙ hæc duo, de quibus in textu, ſic cõnexe propoſuit. Et idem ſecũdum Io. And. ſi copulatiue, ſecus ſi diſiunctiue. Remittit ad nota. in c. inter cætera de reſcri. ideo cauti aduocati faciunt proteſtationem in fin. articulorum, ꝙ non adſtringunt ſe ad aliquam probationem ſuperfluam, vt ſup. recitaui in notabi

31 li. † Et Bar. in l. Diuus. ff. de re iud. aliter dixit, & notabilius iudi-

a cio meo, & cum videtur hic ſequi D. Anto. ꝙ quandoque a ponuntur duo copulatiue, vel diſiunctiue in eadem oratione, vnum tamen non venit qualificatiue ad alterum, & tunc non videtur in dubio ſe adſtrinxiſſe ad vtrunque probandum, vt in contrariis. Quandoque vnum venit qualificatiue ad alterum, & tunc cum vnicum ſit factum, licet qualificatũ, videtur ſe ad vtrunque probandum adſtrinxiſſe. ſic intelligit hoc c. & d. l. Diuus. & hoc ſatis placet. Reddo rationem vtriuſq; dicti. Nam cũ verba debeamus ſemper latiſſime interpretari in fauorem proponentis, vt l. ſi quis intentione dubia. ff. de iu. & quod ibi not. Bar. dixi in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpo. Non eſt veriſimile, ꝙ in ſuperfluis probationibus vellet quis in dubio onerari: argu. l. hæc ſtipulatio. § diuus. ff. de proba. maxime, cum ſæpe in iure copulatiua reſoluatur in diſiunctiuam, ex quo altera pars ſufficit: & econtra, diſiunctiua in copulatiuam, quando altera pars nõ ſufficit, vt plene no. in c. ex parte. & c. inter cæteras, de reſcrip. & l. ſæpe. de ver. ſig. Ita in dubio debemus interpretari iſtum propoſuiſſe iſta duo copulatiue. Sed in ſecundo caſu, aliud eſt, quia qñ vnum venit, vt qualitas ad alterum, vnum eſt factum in effe-

32 ctu, licet qualificatum. † Vnde ſi probat factum ſine qualitate, non probat id, quod propoſuit ſed eſt aliud factum, iuxta not. p Cy. in ſi. l. 1. & 2. C. de probat. merito non obtinet. Sed dices tu. Quare non obtinuit hic. Commune cũ per teſtes probauerit corruptionem, & ſic per conſequens falſitatem? Reſpondeo, ꝙ teſtes non plene probauerunt hic corruptionem, vt patet ibi, Videantur aliquid dicere, &c. Vltra gl. dicit hic Vinc. ꝙ poteſt probari falſitas per dicta aliorum teſtium iam productorũ ante publicationem, vel per propria dicta ipſorum teſtium, ſi ſibi contradicunt. Et hoc intelligo ſecundum no. in c. in noſtra. de teſti. Vel tertio ſecundum eum poterit probari per inſtrumenta No. bene hoc vltimum, ꝙ ſicut inſtrumentum poteſt reprobari per teſtes, in c. cum Io. de fide inſtrumen. ita & teſtes poſſunt reprobari per inſtrumenta, probando per ea directe contrarium Sed hoc intelligo inſpecta qualitate facti teſtiũ, & notariorũ, iuxta no. in c tertio loco. ſup. eo. & præallega. c cum Ioãnes No etiam, ꝙ directa contraria probatio per inſtrumẽta, admittitur poſt publicationem atteſtationum, vide inf. tit. 1. c. ſeries. & quod ibi dicam. Secundo iſta gl. ſentit tacite oppo. ꝙ nõ debeat hic admitti probatio contraria publicatis atteſtationib. in clemẽ. 2. de teſti. cum multis ſi. Reſpondet, ꝙ poterit falſitas indirecte probari. Et nota bene hanc gl. pro his, quæ ſup. dixi, ꝙ falſitas directe probari non poteſt, publicatis atteſtationibus ratione prędicta Et quando dicatur indirecta probatio, dic, vt no. in d. c. ſeries. & c. ex tenore. de teſt. Vel ſecundo, ſecundum glo. poterit probari, ꝙ corrupti fuerunt, inde precium recipiendo. Et nn. bene gl. quia ſentit illam, opi. Bart. ꝙ corruptus pecunia prǽſumitur falſus, & ſatis ex hoc probatur falſitas. & not. bene propter authoritatem huius gl. Vltimo, gl. quærit, quid ſi ad plenum fuiſſet probatum alterum iſtorum, ſ. corruptela, vel falſitas, nunquid iudex ferret ſententiam contrariam, ſequendo dictum corruptorum, vel falſum? Rñdet, ꝙ ſic in cã priuata. Sibi enim imputandum eſt, qui ad vtrunque ſe obligauit, ſecus dicit in cauſa, in qua vertitur, fauor publicus, quia tũc iudex ſupplet ex officio. Et no. ſi. gl. pro qua facit gl. in c. ſi forte, de elect. lib. 6. & in c. cupientes. §. cæterum, in ver. excludentes. & in c. cũ dilectus in ſi. de ele. & quod no. Io. And. in reg. infamib. de reg. iur. lib. 6. Sed contra primum dictum gl. adducit D. Anto. dictũ Innocen. in c. cum olim, de cenſi. vbi inter cætera dicit, ꝙ dato, ꝙ quis non poſſet ſe fundare ex eo, ꝙ improbauit, ſi tamen iudex videt illud facere pro parte, admittet probationem, & ſententiam promulgabit pro parte, ex quo eſt probatum. Et huius dicti occaſione tenet do. Anto. hic contra primam partem huius gloſ. vbi expreſſe ſe non adſtrinxit, ad probandum, & ſic ſaltem ex æquitate iudex mouetur ad ferendam ſententiam ꝑ parte. Mouetur, etiam. quia ex probatione facta reſultat notorium, in quo ſupplet iudex ſine parte, vt not. in c. cum dilectus. de conſuetud. & de poſt. præla. c. bonæ. il. 2. Item, ꝙ vbi euidens datur iniquitas, vt ſententia feratur cum damno & iactura alterius, poteſt pars; licet de rigore iuris repellatur, ex æquitate incitare officium iudicis, vt æquitatem eligat. l. plane. & in l. fi. ff. de

b pet. hær. vbi autem ſe adſtrinxiſſet b ad probãdum vtrunq; tunc conuentio ei obſt. ſecundum eum, quia mos ei gerendus fuit. l. circa. ff. de probat. Et ſententia iuſtificatur ex conuentione partium, ad hoc c. ſi. de cri. fal. Hæc differentia, quam facit do. Anto. inter expreſſe & tacite ſe obligantem, non procedit, quia id, quod tacite ineſt, habetur regulariter pro expreſſo, vt in l. cum quid. ff ſi cer. pet. Et probatur, expreſſe hoc ſm intellectum & lect. Bar. de quo ſup. Item ſi ſufficeret probare falſitatem producto articulo qualificato de corruptione & falſitate, vt ſentit do. Ant. iam daretur apertiſſime via illudendi iura, quia excluſus a probatione directa falſitatis non haberet, niſi immiſceret ſe de corruptione, vt ſic admittatur propter nouitatem articuli, & poſtea ſolum probaret falſitatem, cum ei ſufficeret, ſm opi. do. Ant Item daretur via & materia corrumpendi teſtes. Ille. n. timor, qui prius imminebat, poteſt timeri nunc, ſi non fuit probatum, niſi ſolum falſitas, & ſi probata fuit ſolum corruptio, videtur ꝙ in fraudem capitulauerit de falſitate, vt ſic admitteretur ad probandũ corruptionem, ad quam alias admitti non dẽbat, obſtante publicatione atteſtationũ, ex quo prius nõ pręceſſerat

ADDITIONES.

a Qñque. Pro hoc dicto Bar. adduco qđ in ſimili no. Bart. in l. apud Labeonẽ §. ſed qđ adducit ff. de iniu. vbi dicit ꝙ quando exprimuntur duo verba iniurioſa, quorum vnum venit qualificatiue ad aliud, non vř niſi vna iniuria ex illis compoſita. & dat exemplum in eo qui dicit, interfeciſti hoiem proditorie Et adde hic oio Bal. in l. fi. in 3. col. ver. modo ego quæro, quod ſi ex falſis inſtris, ff. de re iud. dum diſtinguit, an ponantur duo qualificatiue: & vide Bar. in auth. at qui ſemel, in pen. col. C. de prob. Bal. in l. ſi quis teſtibus in 2. col. C. de teſtib. vbi ponunt quando falſitas cum corruptione opponitur poſt dicta teſtificata, vel poſt ſententiam, an admittatur exceptio. ſuper qua vide dom. Ant. in c. fraternitatis, de teſti. in 35. col. & adde hic Bart. in l. denunciaſſe. §. quid autem, ff. de adul. & Bal. plene in l. 1. C. de cond. inde. contra Bar. in d. l. Diuus. Et adde hic Bar. in l. Fulcinius, §. eſt hoc, circa prin. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. vbi concludit, ꝙ quando duo ponuntur qualificatiue, eſt neceſſe vtrunque probare, ſecus ſi proponerentur non qualificatiue per illum text. Et quod dixi ponuntur qualificatiue, in tantum eſt verũ, quod ẽt ſi proteſtaretur, quod non vult ſe adſtringere ad non neceſſaria, talis proteſtatio non iuuat vt dicunt Doc. in c. ab excep. prin. de ele. in 6. Et de illa clauſula, quę conſueuit communiter apponi in fi. articulorum, videlicet Non ſe adſtringens ad probandum, niſi neceſſaria, vide per do. Ant. in rep. c. cum M. Fer. de conſti. de qua etiam vide per do. Ant. in c. 2. in pen. colũ. de reſcr. & per Bar. in l. circa, ff. de proba. & do. Card. in c. qualiter, il 2. de accu. & Sal. in l. an cauſis, C. de app. Et quid operetur in libello dicta clauſula. Nõ ſe adſtringens, &c. vide per do. Ant. in c. olecti, in fi. in ant. pe. col. de iu. & vide quod de iſta appoſitione falſitatis, cum corruptione qualificatiue poſita, ſcribit do. Ant. hic in 24. col. Et adde, quod ẽt quando illa duo qualificata ponuntur, non ſufficit vtrunq; probare, f. falſitatem & corruptionẽ, niſi ꝓbent teſtes ad hoc eſſe corruptos, ut contra me deponerent, ita no. determinat Bar. in d. l. Fulcinius. §. quid aũt ſit latitare. circa princ. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. & facit tex. in l. hæredes palam. §. in teſtamentis, ff. de teſt. quod no. quia hoc poſſet eſſe valde vtile in practica ad eludendas probationes, tanquam non concludentes. Sed vř, quod iſta doct. Bar. in d. §. quod aũt ſit latitare, non ſit vera, quia imo dato. quod aliquando corrupti fuiſſent contra alium, & contra alium falſum dixiſſent, hoc idem non ſufficeret ad repellẽdum eos a teſtimonio, quia cum teſtes iurent non dicere teſtimonium precio. vt eſt tex. in c. quoties, de teſt. & gl. in c. fraternitatis, de teſt. Itẽ cũ iurẽt nullam admiſcere falſitatem, ut eſt tex. in c. nullam. 2. q. 4. & in c. cũ dilectus. de acc. ſequitur, ꝙ iſti teſtes nõ poſſunt repelli a teſtimonio ſaltem, vt periuri, vt in c. teſtimoniũ. de teſt. Sed dictũ Bar. in §. qui autem, poteſt intelligi, qñ quis non repellitur, ut ſimpliciter criminoſus, ſed vt corruptus. qui falſum dixit in hac cã ꝯ me. ſed ſi repelleretur ſimpliciter, vt criminoſus, periurus non poſſet repelli, niſi antea fuiſſet ſi iatũ, cum fuiſſe criminum in illo crie, ut eſt tex. 4. qo. 3. c. ſi teſtes. §. item leg. Iul. Sed iſta ſolutio non militaret iure canonico, quæ ſufficit ad repellendum a teſtimonio, ꝙ nunc poſſit conueniri de crimine, ut eſt tex. in c. ſuper eo. il 1. & c. teſtimoniũ, de teſt. Et ideo ſoluo aliter, & dico, ꝙ qñ quis vellet repellere teſtem, ut ſimpliciter ꝑiurum, habet neceſſe opponere crimen a prin. ut in auth. ſi dicatur. C. de teſti. & in c. in præſentium. de teſt. Et illud eſſet, quando probaretur ipſos corruptos falſum dixiſſe contra aliũ. Sed dictum Bar. in d. §. quid autem, intelligitur, quando quis opponit falſitaté, cum corruptione poſt publicatas atteſtationes, quo caſu tunc demũ habeo priuilegium, vt poſſim opponere eã poſt publicatas atteſtationes. & poſt concluſionem in cã, ſi probem ſpecifice, ꝙ corruptio fuit contra me. Cogita tu bene, quia iſta eſt nota conſideratio. Sed dico, ꝙ illo caſu bene ſufficit probare corruptionem eſſe facta contra me ſpecifice Sed contra illum, in cuius locum ſuccedo, non ſolũ iure hereditario uel teſtamentario, quia hæres repræſentat perſonam defuncti, ut eſt tex. in §. ſi inſt. de hær. qua. & diſ. uel iure ceſſionario, quia ſurrogatus ſapit naturam. &c. ut in c. cũ eccleſia Vul. de ele. ſed etiam alio iuris priuile. Ad huc alle. tex. in l. 2. ff. de cel. bo. & in l. ſi ventri. §. fi. de priu. cre. quod tene menti, quia multum limitat dictum Bar. in §. quid autem.

Circa illam clauſulam appoſitam in libello, non me adſtringens, &c quid operetur, dicas, ꝙ iſta clauſula omiſſa facit ſuccumbere iſtum, qui non probat omnia ſimpliciter deducta, quia vř agens, ſeu excipiens ad omnia narrata ſe adſtringere, l. hẽbat. & ibi Bar. ff. de inſti. Sed ſi apponatur, operatur, ut plura proponens non teneatur omnia probare, ut no. Inno. in c. ex parte, de priu. & no. in l. ſcire. ff. de excu. tu. & in l. interpoſitas. C. de tranſ. & hř ꝑ Bar. in l. Diuus. in 1. q. ff. de re iu. & in l. propter li. de exc. tu. Et idem dicebat Bal. ꝙ quando quis plura propoſuit, appoſita iſta clauſula, ſufficit unum tantũ probare. Ita Bal. in l. fi. § q. C. de edic. diui Adria. tol. Et de hac clauſula uide Spec. in tit. de libel. concep. in §. fi. in uer. pe. Ant. Fran.

b Adſtrinxiſſet. Vide ou. per Bar. & alios in l. non ſolum. §. ſed ut probari. ff. de ope. no. nun. Bal. in l. ſi quis non dica rapere. col. 3. C. de Epi. & cle. Ro. in cõſi. 154. incip. inquiſitio circa prin. Alex. conſi. 3. inci. in cã & lite. col. 4. 2. uol. & in alus plurib. conſiliis relatis per Marſi. in l. ſi quis cum quæſito, colũ. 56. uer. alterius antequam eaeam. ff. de quæſt. ubi multa accumulat ad propoſitum, & multa etiam accumulat Fel. in c. 2. colũ. 12. uer. reſtringitur quinque modis. ſup. de reſcrip. Ant. Franc.

Digitized by Google

ceſſerat proteſtatio iuxta ea,quæ habentur in c.præſentium,in-
fra de teſt.& hæ conſiderationes faciunt etiam contra ſecundã
33 ſeu vltimam partem gl. † Quapropter ego diſtinguerem ſic,ꝙ
aut aliquid fuit deductum in libello,vel art.qualificato. Exem-
plum in tex.Vel pone aliud ſi dico, ꝙ Titius Sempronium per-
a cuſſit cum effuſione ſanguinis, vel ꝙ inſultauit eum cũ armis.a
Aut plura fuerunt deducta,non qualificatiuè,ſed copulatiuè,p̃-
ſertim in eadem oratione. Primo caſu credo,ꝙ nec in cauſa pri
uata,nec publica, ſeu vbi vertitur commodum publicum,ſuffi
cit probare factum ſine qualitate , vel ipſam qualitatem ſine fa
cto,quia iſtud probatũ nunc , non eſt illud qđ fuit deductũ in li
bello,vel art.ſed aliud,vt l.denũciaſſe.ff.de adul.&in c.ſi.de reſt.
ſpol & eleganter per Cy.in l.2.C.de probatio.vbi dicit,ꝙ ſi per
accuſationem , vel inquiſitionem fuerit proceſſum contra ali-
quem ſuper inſultu cum armis, vel percuſſione cum ſanguinis
effuſione,& ſolum fuit probatus inſultus,vel percuſſio ſine ar-
mis, non debet ſequi condemnatio, quia hoc eſt aliud factũ.Et
poſſet,vt credo,attentari, ꝙ ẽt in alio proceſſu non faciant fidẽ
illæ probationes,ẽt ſuper nudo facto. qđ teſtes depoſuerunt ex-
tra articulum, & ſic non iurati,de teſt.c.de teſtib.& ideo voluit
ſimpliciter hic text. ꝙ probatio alterius non ſufficiat.Secundo
caſu ſubdiſtinguo,quod aut illa plura in eadem oratione dedu
cta erant talia,ad quę fuiſſet admiſſus quis a principio,etiam di
ſpoſitiue, aut non.Si non,tunc puto,ꝙ non ſufficiat alterutrius
probatio,quia pręſumitur,ꝙ in fraude vtrunque deduxit:vnde
puto, ꝙ ſi publicatis atteſtationibus quis capitulauerit,quod te
ſtes fuerunt corrupti, & falſum dixerunt, & poſtea probauerit,
ſolum falſitatem directam, hoc nõ ſufficit , quia vř in fraudem
capitulaſſe de corruptione , vt liceret probare directe falſitatẽ
teſtium,vt ſup.dixi, & quod vna via prohibeť altera via non de-
bet admitti:de proc.c.tuę. & fraudib.obuiandum eſt, de diuor.
c.quanto.facit optime quod leg.& no.in c.vt circa.de ele.lib.6.
34 † Aut fuiſſet admiſſus diſtributiue: & tũc aut expreſſe ſe adſtrin
xit ad vtrunque probandum: & procedat d.gl.quo ad hunc ca-
ſum:Nam in cauſa priuata non ſufficeret, quia potuit ſibi præ-
iudicare,arg.not.in l.ſi conuenerit.de re iud.& de te.c.ad Apo-
ſtolicam,ſed in concernente fauorem publicum,non potuit ſe
adſtringere in damnum ipſius , ſed ad excluſionem ipſius pro
proponentis ſic, vt in ſi.glo. & in iuribus,quæ ſupra allegaui ad
corroborationem ipſius.Si autem ſe non adſtrinxit aperte,ſuffi
cit alterum probare,ex quo illud ſufficit ad victoriam,vt dixi in
princip.gl & no.has conſiderationes nouas,quas puto veriſſi-
mas.Gl. in ver. Sed quare, op in eo.quod tex.ponderat,Com-
mune non probaſſe aliquem titulum. Duplici enim rõne non
debebat vrgere ad probandum titulum,tum,quia poſſeſſor nõ
tenetur regulariter oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, tũ etiã
quia in hoc interdicto , Vti poſſidetis , obtinet ille , qui nec vi,
nec clam, nec precario poſſidet, tempore lit.conteſt.Inſti.de in
terd.§.hodie.& ſic ad obtinẽdum ſufficit probare nudam poſ-
ſeſſionem. Gl.inſtat, finaliter n.ẽs eius eſt,quod vbi altera pars
probaret poſſeſſionem , altera nihil, vel parum probante,pro-
cedit contrarium.Sed vbi vtraque pars probaret poſſeſſionem,
& ſic iura ſunt dubia,debet tunc probare titulum, quia ſic præ-
ſumitur,quod probantis iura ſunt potiora,& dic, vt ſupra dixi.
Io.clarius ſoluit,quod ex eo,quod Archiepiſcop. primo poſſe
derat, & titulum probauerat , orta erat præſumptio contra Fa-
uentinos , quod violenter illam poſſeſſionem occupauerãt,&
b ınc præſumptionem tollendam , vtile erat probare titulum.
Item requirebatur titulus, ſecũdum eum,propter ſeruitia,quæ
ſibi deberi dicebat,ad quæ non ſufficit tempus probare.de cẽſ.
c peruenit.De hoc vlti.dic plene, vt ibi no.de primo,ſupra teti-
gi in notabilib.Opp.contra tex.in eo, ꝙ innuit hic non fuiſſe lo
cum interdicto,vti poſſidetis, cum Archiepiſcopus ſolus vera
citer poſſideret.& ſic ob.l.ſi duo.ff.vti poſ.vbi patet, qđ hoc in-
terdicto agere poteſt ille,qui poſſidet contra moleſtantem,&
contra inquietãtem.Gl.magna ſentit hic contrarium,in princ.
Sol.quod bene locus eſt interdicto, cum vnus poſſidet,& alter
inquietat, nec hic dicitur contrarium,ſed nõ eſt locus,vt iudex
pronunciet,vti poſſidetis,ita poſſideatis.quia non cadit hoc ca
ſu iſta pronunciatio,cum alter non poſſideat.hoc vult iſte text.
35 † No. hoc dictum gl. quod hoc interdictum non ſemper datur
inter duos , qui contendunt ſe poſſidere , ſed quandoque inter
b poſſidentem & moleſtantem, b licet gloſ.ſenſerit contrarium
in cap cum dilectus.de cauſa poſſ. & propriet.Sed primum di-
ctum ſequuntur communiter Doct.ibi,& hic & dico hoc pro
36 bari apertiſſime per illum tex.† Sed quæro de practica pronun-
ciandi, de hoc interdicto, Vti poſſid.Sol. dic aſſignando men-
tẽ huius glo. magnæ, quod quandoq; vnus probauit ſe poſſide
re tantum , quandoque vterque, ſed diuerſo modo, & diuerſo
iure,quandoque eodem modo,& eodem iure.Primo caſu pro
nunciatur ſolum pro eo,qui probauit,& practica pronuncian-
di eſt hic:nam præcipitur ei, vt deſiſtat a moleſtatione de præ-
ſenti,& vt non moleſtet in futurum, & poterit condemnari ad
intereſſe moleſtationis de præterito, ſi hoc fuit petitum,vt ſup.
plene dixi Secundo caſu, quando vterque probat poſſeſſionẽ,
diuerſo iure, iudex pronunciabit pro vtroque, nõ tamen ſic in
confuſo , vti poſſidetis, &c. ſed diſtingue qualitates poſſeſſio-
num,prout quiſque probauit,vt puta. Quia tu probaſti te habe
re poſſeſſionem proprietatis ciuilem,ego pronuncio te ita poſ
ſidere, vti poſſides,&c.vt in gloſſ Et ſecundum Innocen.debet
addere,in ſententia. Et circa iſtam poſſeſſionem , vim tibi fieri
prohibeo.Hoc ſemper iudex debet addere , cum de hoc inter-
dicto pronunciat.C.vti poſſidet.l.vnica ſecundum eum,& bene.
Et dicit ibi Cy.ꝙ debet addere ad illa verba, Pronuncio te poſ-
ſidere, vt ꝓprietarium , & liceat tibi facere omnia,quæ ſpectãt
ad proprietarium:& de altero poteſt dicere Pronuncio te poſſi
dere,vt vſufructuarium, & liceat tibi facere omnia,quæ ſpectãt
ad vſufructuarium & ſic de ſimilib.& omnia iſta debent ſimul
coniungi ad maiorem dilucidationem rei. In tertio caſu quan
doque vterque probat eodem iure, & eodem modo ſe poſſide
re. Gl.dicit,quod ſi alter melius probauit, puta probando ante-
rioritatem poſſeſſionis. vel meliorem titulum , vel per melio-
res teſtes ipſe ſolus obtinebit, & pro eo pronunciabitur,vt in pri
ma practica dixi , ſeu primo modo, & probatur hoc,vt dixi,in
no.Si vero probationes per omnia ſunt æquales, fertur ſenten-
tia contra eum , qui in iudicio prouocauit , & abſoluetur pro-
uocatus,qui tenet locum rei,ſup.eo.c. ex literis. Si ſimul ad iu-
dicium prouocauerunt,& ſic oĩo ſunt paria. Gl.ponit tres opi-
niones.Quidam enim dicunt,ꝙ iudex debet pronunciare in ꝯ-
fuſo,Vti poſſidetis,ita poſſideatis,quod non placet gl.quia cõ-
tinet impoſſibilitatem cum impoſſibile ſit , vtrũque eãdem rẽ
eodem modo poſſidere.Item dicit, quod poneret arma in ma
nibus contendentium,contra l.æquiſſimum.ff.de vſufru.Ideo
alij & ſecundi,dicunt iudicẽ debere ſuperſedere,quia in re in-
certa non deberet certam ſententiam ferre.11.q. 3. c. graue.Et
facit pro hac opi.ſecundum Io. And.vt partes tædio affectæ cõ
ponant inter ſe , vel per communes arbitros. Sed contra hanc
opi.facit,quia ex dilatione ſententiæ,partes contendentes inſo
c lidum poſſidere,de facili venirent ad arma, & his ſcandalis iu
37 dex debet occurrere.d.l. æquiſſimum † Tertia opin.eſt,vt hæc
dubietas ſorte dirimať.l.ſed cũ ambo.ff de iud.& hoc iuſtius eſt
& de ꝯſuetudine approbatur,ſm Hoſt. Sed Accur. tenet ꝯñũ C.
vti poſſ.l.1.qa iudiciũ ſortis non hẽt locũ in facto incerto.Idem
d Bar.in l.ſi duo. præall.quia licet qõ iuris ſorte quãq; dirimať,d di
cta l.cum ambo qõ aũ. facti non,vt l.duo ſunt Titij. ff.de teſta.
tu.Io.And.vř tranſire cũ hac tertia opin. gl. dicens eam debere
intelligi, niſi vtraq; partium reſiſtat iudicio ſortis, tunc.n.mu-
tuo ſe impediunt,ſm eũ. Adducit no.in c.fin de ſortileg.vnde ſi
vterq; conſentiat iudicio ſortis, qõ non vř mihi dubia, cum in
hoc partes conuenire poſſint,ar.l. ſi conuenerit.ff.de re iudi.Si
autem vterque,vel alter diſſentit, placet mihi contraria opi. vt
non recurratur ad ſortes,ne iniuria fiat alteri.Ad hoc quod no.
ſuper rub.de ſpon.duo.Sed,vt ſaluetur hoc caſu gl.intelligo eã,
vt ſorte dirimatur , quis debeat ſuſtinere partes actoris, cũ am-
bo ſimul ad iudicium prouocauerint.Hæc enim eſt quęſtio iu-
ris,vt probatur in d.l. ſed cũ ambo. Non aũt dẽt dirimi ſorte qs
dicať poſſeſſor,quia eſt quęſtio facti,& ſic hẽs tertiã lect.& glo.
in prima

ADDITIONES.

a Cum armis.Adde Bar.in conſi.inci.accuſ fuit inſti.Alex.conſi.73.& 121.li.1.
Cum armis.Vide Ab.in c.examinata.col.3.ſup.de iud.& Mar.Soc.in c.cõque
ſtus.ad fi.ſup de fo.comp.Bal.in l.in cauſis.ſup.de accuſ.

b Moleſtantem.Adde Anch.conſi.75.Alex.conſi.76. lib.5.&in alijs conſi.vt ta
bulæ demonſtrat.
Moleſtantes.Vide Ang.Are.in §. quadrupli.col.antep.inſti.de act.Alex.in cõ
ſi.130.incip.in cauſa.& ite, col.2.in 2.vol.Pract. Pap.in forma libelli turba-
tæ poſſeſſionis,in verbo præſentialiter. Seb.Sap.

c Et his.Et adeo dixit Bar.in l.ꝙ iuſſu,in prin. ff. de re iu. ꝙ ſi ſint duo habẽtes
guerram,iudex poteſt præcipere, quod vnus nõ vadat ad domum alterius,
per tex.in l.1.§.fi.ff.de of.præf.vrb.& vide notab.verbam Bal.in l.1.§.quies
in vlt.col.ff de of.præf.vrb.
Ad illud dic , quod iudex dẽt ſemper prouidere, ne partes veniant ad arma,
quia eius officium eſt,partes concordare,ſi ſunt diſcordes,compellendo ẽt
eas ad electionem arbitrorum,vt per Bar.in l.de die.ff.qui ſatiſd. cog.& in l.
obſeruãdum ff.de ſu.& per Alex.in l. Athletas §.item ſi quis.ff.de his q no.
infam.& vide gl.in c.1.de mutuis pe. Et ideo iudex poteſt partibus inhibere
ne accedant ad poſſeſſionem , quando eſt ſuſpicio rixæ inter ipſas partes.l.
æquiſſimum,& ibi per Alex.ff. de vſuf.l. fin.ff.de of.proc.Cæſa.uide Pau.de
Caſt.in conſ.330 & Bar.in l.1.C. de edict.lib. Ant.Fran.

d Sorte quandoque dirimatur.Adde Iac.Rebuſ.in l.a.nu 4. & ibi remiſ.in apo.
Cel.C.quando & qui.quar.pars.& ibi,in quibus permittitur iudicium ſor-
tis,& quando ſit inducitur.& quod in caſib.permiſſis a tali iudicio,non appel-
letur,nec reſtitutio in integ.detur Arch.
Circa hoc de iudicio ſortis , nota quod eſt iudiciũ fortunæ l. ſi duob.in prin.
& ibi Bal.com de le.gubi etiam per Alex.& per Bar.in l.ſi duo.ff.vti poſſ.&
per iſtum iudicium multoties etiam inter priuatos fit diuiſio,ut per Spec.in
tit.de iud.in §.4.ver.& ſcias & de tali iudicio habetur in l.1.C..de his,qui ſe
deferunt.& habetur per gl.in c.ſi te..es.4 q.3.& in c.ſors, 26.q.2.& tale iu-
dicium non patitur appellationem,ſecundum Bal.in d.l. ſi duob.in 1.col.&
per eundem in l.ſi in prin.C.commu.de leg. niſi forſan eſſet enormis læſio,
quia tunc poſſet appellari, ut per eundem Bal.in l.maiorib.C.commu.vti.
iud.& in l.an prætor.in §.planũ.ff.de mino. Ant.Fran.

Digitized by Google

In prima parte declaratam. Extra gl. ponit Vin. quartam practi-
a cam, ſeu, opinionem. Poterit, enim iudex a ſecundum cũ pro-
nunciare vtrunque poſſidere medietatem pro indiuiſo, donec
de proprietate conſtabit. Et quanquam hæc opinio non place-
ret in hoc, quia non fuit petitum, & ſic obſtat cap. licet Hely. de
ſimo. Bart. tamen in l. ſi duo. ff. vti. poſſide. hanc opinionem te-
net: licet non alleget hoc dictum Vincen. Probat hac ratione:
ſi enim duo ſunt fructuarij in fundo, quia cuilibet eſt fructus re
lictus inſolidum, faciunt ſibi partes per cõcurſum, & vterq; erit
in poſſeſſione pro medietate. l. ſi. in prin. ff. vti poſſi. Idem vide-
mus in duob. legatariis, quib. eadem res inſolidũ eſt legata: nã
ſi qlibet probat ſe poſſidere, & ꝙ poſſideat medietatem pro in
diuiſo, tunc faciunt ſibi partes per concurſum, l. planc. ff. de le.
1. Ita in propoſito videtur dicendum, ꝙ ex quo oſtendunt titu-
lum æqualem, vel nullũ oſtendunt, cum habeant ſaltem titu-
lum a iure gentium, quaſi occupauerint rem vacantem, iudex
pronũciabit vtrunque iſtorum poſſidere communiter, & pro
indiuiſo. & hęc ſatis mihi placet, & ſic vterque obtineat, arg. bo
num hic hic a contrario. Et ad dictum ſeu impugnationem In-
no. reſpondeo, ꝙ ſatis vtraque pars hoc petiit, dum quilibet pe
teret alium a moleſtatione compeſci. Debet enim iudex vtriq;
præcipere, ne alterum moleſtet, quo minus medietatem pro in
indiuiſo poſſidere liceat. Dicit enim ibi Bar. ꝙ poterit iudex di-
uidere, ſi vult. Hoc ego puto verum, ſi vtraque, vel altera pars
inſtat, alias non debet iudex ſuper non petito tacite, vel expreſ-
ſe ſe impedire: arg. in l. ſi. C. de fideic. lib. & l. 4. §. hoc autem iu-
dicium, ff. de dam. infec. Nunc quæro, quia ſup. viſum eſt de pra
ctica pronunciandi ſuper hoc interdicto, vti poſſideris, pro qui
bus reb. competat? Reſpondet hic glo. ꝙ locũ habet pro poſſeſ-
ſione ſola retinenda ff. vti poſſ. l. 1. §. 2. Datur etiam pro iuribus
incorporalibus & vſufructu. ff. vti poſſ. l. vlt. Et dicit Goff. & be-
ne, ꝙ datur pro iuribus, quaſi vti poſſidetis. Dic, ꝙ datur vtile
interdictum, vti poſſidetis, ſicut l ſimili de interdicto, vnde vi.
Dicit Inn. in c. querelam. de elect. & dixi vtile interdictum, qa
mens legis cõgnuit, ſed non verba, de quo plene notatur p Cy.
in l. ex placito. C. de rerum permu. Et datur hoc interdictum &
poſſeſſori, vt in gl. & in tex. Pro rebus vero mobilibus, compe-
tit interdictum vtrobique, & expone, vt hic in gl. quam no. & vi
de Spec. in t. t. de pe. & poſ. §. 1. vet. nota tamen. vbi dat conſiliũ
in apprehendenda poſſeſſione, & priuando aduerſarium, cum
credit probationes eſſe æquales ſuper poſſeſſione. Gl. vlt. opp.
contra tex. in eo, ꝙ ſententia fuit hic lata contra commune, cũ
tamen ſyndicus Communitatis fuiſſet in iudicio, & cũ eo fuiſ-
ſet lis conteſtata, vt patet in c. pen. de iuram. calum. vbi narra-
tur idem factum, & ſic obſt. l. 1. C. de ſen. & interloc om. iudi. &
& no. in c. querelam. de elect Gl. remittit ad ibi no. Secundo di-
cit, ꝙ eccleſia non multum curat de hac ſolemnitate. & ſic nõ
ſit vis, an feratur contra dominum, an contra procuratorẽ. Idẽ
no. gl. in c. ſuſcitata, de in integ. reſti. Io. And. refert hic quoſdã
dicere, quod commune iniurioſe exegerat iſta ſeruitia, & ꝙ cõ-
tra iniuriantem debuit ſententia ferri. C. de iniur. l. vlti. & cum
hoc tranſit hic D. Ant. Sed certe hoc non procedit, quia hic nõ
agebatur actione iniuriarum, quæ infamat ſed interdicto, Vti
poſſidetis, quod non infamat, ſicut nec alia interdicta. l. neque
38 vnde vi. ff. de vi & vi arma. & ſic ceſſat ratio, l. ſi. † Dic ergo me-
lius non ponendo in hoc ſpecialitatem in eccleſia, ꝙ vbicunq;
adminiſtrator generalis eſt in iudicio, poteſt ſententia ferri, &
in perſonam procuratoris, & in perſonã domini. & ita fuit hic,
& in d. c. ſuſcitata, vt no. Bar. in l ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler, ff. de
verb. oblig. Secus eſt vbi ſimplex procurator interuenit in iudi
cio. Ratio diuerſitatis eſt, quia in iudicio quaſi contrahimus. l.
3. §. idem ſcribit, ff. de pecu. no. in c. pia, de excep. lib. 6. Sed pro-
curator non habens generalem adminiſtrationem directe con
trahendo, verba concipit in perſonam ſuam, & non in perſo-
nam domini, vt no. in l. multum intereſt. C. ſi quis alte. vel ſibi:
ideo ſententia ferenda eſt in perſonam procuratoris, qui quaſi
contrahit, ſed generalis adminiſtrator, vt tutor, pcurator, œco-
nomus, ſeu ſyndicus, vel accuſator, poteſt etiam contrahendo
concipere verba in perſonam domini, & illi acquirit vtilem a-
ctionem, vt l. cum qui. §. ſi actori ff. de conſti. pec. Sic & in qua-
ſi contractu, vt in iudicio, poſſunt verba concipi in perſonam
domini, vt hic. Et ſic in hoc non notatur diuerſitas inter ius
canonicum, & ius ciuile. & bene no. hanc rationem, quia Doc.
noſtri ſimpliciter tranſeunt cũ gl. Et de hac materia dic, vt ple-
ne no. in d. c. querelam. vide etiam Bar. in l. 1. C. de ſen. & inter.
om. iud. Vlt. ſcias ꝙ Inn. hic poſuit gl. mag. & intricatam, refe-
ram tamen id, quod eſt vtilitatis. Oppo. ergo contra tex. ex quo
enim Archiepiſcopus probauit ſe poſſidere dicta loca cũ om-
ni iuriſdictione, honore, & diſtrictu, & commune probauit de
quibuſdam ſeruitijs duntaxat, debebat ſententia ferri pro vtro-
que, & ſic dicta teſtium erant ad concordiam reducenda, arg.
c. cum tu. inf. de teſti. Nam reſpectu iſtorum ſeruitiorum, quæ
Commune perceperat, ceſſabant rationes literæ, quia duo ean
dẽ rem, &c. & quia Archiepiſcopus melius probauerat, ꝗa iſtæ
ꝓbationes reflectebantur ad diuerſa, & non ad idem. & poſſi-
bile eſt, ꝙ aliquis habeat generalem iuriſdictionem in loco, &
ꝙ alter percipiat ibidem aliqua iura, arg. c. cum olim, de pręſc.
no. Innoc. in c. conquerente, de offi. ord. Solu. Innoc. multũ in-
ſtat, vt ſupra dixi. Sed vera & clara ſol. eſt ꝙ Commune prætẽde
bat hic habere non illa ſeruitia ſpecialia duntaxat, quę probaue
rat, ſed omnem iuriſdictionem, honorem, & diſtrictum, ſicut
aſſerebat, & prætendebat etiam eccleſia. & ad hoc probãdum
probauit, ꝙ illa ſeruitia perceperat, & ſic iſtæ probationes refle
ctebantur ad idem meriro ſuccubuit Commune, & obtinuit ec
cleſia, quia probauit melius de iure ſuo, & duo eandem rẽ eo-
dem modo poſſidere non poſſunt, vt in litera. & ſic militant ra
tiones hic allegatæ. Et ſatis hic intellectus congruit literę, nec
debuit iudicari pro Communi, quo ad iſta ſeruitia, quia ea non
petebat, vt predixi. Nunquid autem obtinuiſſet, ſi ſpecifice egiſ
ſet pro iſtis ſeruitiis? Innocen. variat, ſed Hoſt. videtur ſentire,
quod non, quia ex quo eccleſia probauit de antiquiori poſſeſ-
ſione generaliter præſumitur Commune illa occupaſſe violen
ter, & illicite, vt in litera. Ego puta rem hoc dictum procedere,
ſi hęc ſeruitia includerentur ſub generali iuriſdictione eccleſię,
ſecus ſi eſſent alia ſeruitias, alias non debita eccleſiæ, tunc enim
potuiſſet Commune illorum poſſeſſionem acquirere & etiam
præſcribere, eccleſia etiam inſcia; quia non ageretur hoc caſu
de præiudicio eccleſiæ, ſed ſubditorum, vt nota. voluit Innoc.
in ca. conquerente, præall. & ibi videas. & hæc ſufficiant.

ADDITIO.

a Poterit enim iudex. Vide pract. Pap. in præall. forma libelli turbatæ poſſeſſio-
nis. in verbo, quare cum prædictis. col. 2 Ang. Are. in §. quadrupli, col. pe. In
ſtit. de actio. vbi plura ad hanc materiam. Seb. Sab.

SVMMARIVM.

1 *Natus ex adultera præſumitur natus ex legitimo partu, non adultero.*
2 *Natus ex concubina præſumitur natus ex concubinario.*
3 *Baſtardus dicitur eſſe de conſanguinitate patris, quo ad impotentiam contra hendi matrimonium.*
4 *Matri aſſerenti filium non eſſe natum ex ſuo marito, non creditur.*
5 *Extraiudiciale dictum & primum preponderat ſecundo iudiciali, & cum iuramento.*
6 *Neptis appellatione, venit filia fratris ex vſu loquendi qui præfertur propria ſignificationi vocabuli.*
7 *Papa nominans aliquem nomine dignitatis ſcienter, non videtur illum approbare.*
8 *Confeſſio de filiatione directe facta in iudicio, vel nominato præſente, conſtituit nominatum in quaſi poſſ. filiationis.*
9 *Nominatio & communis reputatio, excludunt nominantem dicentem contrarium, etiam cum iuramento.*
10 *Confeſſio prima cum ſolemnitatibus, excludit confitentem ad dicendum contrarium.*
11 *Teſtis dicens oppoſitum in iudicio eius, quod dixit extra iudicium ſine iuramento, probat.*

CAP. X.

PEr tuas. Si qui nominent aliquem filium, & ita
communiter reputatur, non credit po
a negans citationem, conuinci per nunciũ. a Ad quid enim nuncius haberet officium publicum? Magis enim debet ſibi credi, qui deponit ſuper pertinentibus ad officium ſuum, & in facto non proprio, quàm parti neganti ad commodum propriũ, ar. hic, & in c. ad audientiam, de præſcrip. Et licet dicatur nuncius vilis fortunæ, tamẽ ſatis eſt, ꝙ fuit approbatus in illo officio, ar. in c. preterea, de teſt. cogen. vbi bo. text. Dicam latius in d. c. cũ parati. Et concludendo aliqua dicta Inn. ſuper tex. quæ faciunt ad materiam huius gl. dico, ꝙ literis ſigillatis ſigillo iudicis cõtinentibus citationem, etiam ſine ſcriptura tabellionis, debet ſtari, & citatus debet credere, ſecundum tamen ea, quæ plene dixi in c. præterea. de dilatio. & cap. poſt ceſſionem. ſupra eo. Et tenent Hoſt. & Inno Idem eſt de literis, quibus iudex dat poteſtatem nuncio citandi, quia iſtæ literæ non ſunt de actis. Quid ergo debet ſcribere notarius? Dicit Innocen. & Hoſtië. ꝙ debet ſcribere citationes, i. relationes nunciorum citantium, ſeu literas citatorias porrigentium & præſentantium, vel citationes. i. præcepta impoſita nuncijs de citando. Et hoc cõmuniter non ſeruatur, ſecundum Ioan. And. hic, & male. Vnde dico non disiunctiue, vt loquuntur Doct. ſed copulatiue. ꝙ debet notarius in actis deſcribere commiſſionem nuncio factam de citando, & relationem ipſius nuncij, qualiter citauit, & hoc ſentit Hoſt. Hoc probo ratione. Nuncius non poteſt aliquem citare, niſi receperit ſpeciale mandatum iudicis de citando, nec ſufficit licẽtia generalis, in qua fuit officium ſibi commiſſum. arg. in l. fin. C. de exhib. reis. & hoc ibi expreſſe tenebat Bar. licet alleget Inno. in contrarium hic. Sed certe poteſt intelligi ita, vt non ſit ↄ̃trius. Et plus dico, ꝙ non debet iudex citare, niſi ad petitionem partis, alias non valet citatio, vt no. idem Bar. in l. ad peremptorium, ff. de iud. dixi in c. 1. ſup. de iud. Item per hanc commiſſionem, non probatur partem fuiſſe citatam, & ſic non includeretur validitas actus, ar. in clem. 2. vt lit. pendẽ. ideo vtile & quaſi neceſſarium eſt, vt notarius ſcribat, qualiter iudex ad petitionẽ partis iniunxit nuncio, vt citaret Titium, & ꝙ nuncius reuerſus retulit ſe citaſſe. Et in multis locis fit citatio cum ſchedula notarij, & per hoc fit expedita hæc gl. Gl. in ver. dilationes. quærit ad quid ſcribuntur dilationes Reddit tres rationes. Prima, vt ſciatur, quantum contineat vnaquæque dilatio ſi fortè poſtea negaretur. Secunda, vt ſciatur, an fuerit peremptoria, vel non. Nam prima non debet eſſe peremptoria, niſi ex cauſa. de dilat. c. 1. & in hoc gl. dupliciter male loquitur. Primo, quia c. 1. de dila. loquitur de dilatione citatoria. & tex. hic loquitur de dilatione deliberatoria, vel probatoria. Item & citatoria poteſt eſſe peremptoria etiam ſine cauſa, dummodo non ſit nimis breuis, & ſic loquitur c. 1. de dila. ad hoc 3. q. 3. c. de illis. & l. contumacia. ff. de re iud. Deliberatoria vero, vel probatoria ſemper intelligitur peremptoria ſine qualibet alia cauſa, etiam ſi non exprimatur, vt patet 3. q. 3. c. fi. §. offeratur. & l. fi. ff. de fer. dixi plene poſt glo. in cap. 1. de dila. Tertia ratio, ſecundum glo. vt ſciatur, quãdo quis poſſit puniri, vt contumax, quia non debet quis excommunicari, vel miſſionem pati, niſi poſt tertiam citationem, vel vnam tantum peremptoriam: in expenſis tamen factis per alteram partem poterit condemnari ex contumacia in prima citatione. No. bene hanc gl. ad plura. Primo, ꝙ nõ debet miſſio fieri, niſi præcedẽte trina citatione, vel vna peremptoria, & ꝙ poſtea non requiritur alia citatio in actu miſſionis, ſicut obſeruatur in excommunicatione, vt in c. ſacro, de ſenten. excom. & in c. 1. de iu. Hoc etiam voluit gl. in l. ſi finita, §. Iulia. ff. de dam. infec. vbi per Bart. vide quod dixi. in c. 1. de iud. & c. quoniam. §. in alijs, vt lit. non conteſt. Secundo no. ꝙ ex prima citatione licet non poſſit procedi ad pœnam contumaciæ, poteſt tamen procedi ad condemnationem expenſarum, quas fecit præſens. Idẽ no. in c. querelam. de procu. vbi plenius de hoc. Hoc tamen limita ſecundum ea, quæ dixi in c. cum dilecti. de do. & contu. vbi omnino vide. Tertio not. ex gl. iudicem non debere contu-
b macem condemnare, niſi prius conſtet b de ↄtumacia, ad hæc
11 2. q. 6. c. ſi quis. † Et aduerte ad vnum no. dictum Bar. quod reperitur in duob. locis, in l. ſi finita. §. Iul. ff. de dam. infe. & in l. multum intereſt. ff. de cond. & demon. vbi dicit, ꝙ etiam præſuppoſita contumacia, ſi tamen iudex eam ignoraret, non valet proceſſus contumaciæ punitiuus, ſeu fundatus ſuper contumacia, quia ignorat id, quod eſt cauſa, & fundamentum ſui proceſſus. Dicit de hoc caſum in l. hæc autem §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea. & alleg. Innocen. in cap cum contingat, de offi. deleg. vnde dicit ſe reprobaſſe ſemel quẽdam proceſſum, in quo prius erat facta condemnatio contumaciæ, & poſtea erat facta relatio per nuncium de citatione. Idem dicit cautelam eſſe, vt iudex dicat viſis citationibus, relationibus, contumacijs, & toto proceſſu, &c. Et dic, ꝙ licet ſit tutum, non tamen credo neceſſarium. Satis. n. eſt, ꝙ ex actis pareat contumacia, & ſic conſtat iudicem inſtructum. facit c. 1. de ſent. excom. & hoc bene no. quia Doct. no-
12 ſtri non ponunt. † Nunquid autem ſufficiat, ꝙ nuncius retulerit notario? dicit Bar. in præalleg. §. Iul. ꝙ ſic, quia per notarium poteſt fieri fides iudici, ſicut & inſtrumenta poſſunt produci ſoli notario. l. eos. §. ſuper his. C. de appellatio. Ex quo concludit nõ eſſe neceſſe, quod commiſſiones de citando, vel relationes nunciorum fiant, iudice ſedente pro tribunali: argu. l. ſed interpellatur. ff. de arb. Et vide quod dixi in c. 1. de dila. & quod not. in l. a procedente. C. de dilat. q̃ bene not. pro intellectu huius c.
13 † Gl. ſuper ver. recuſationes colligit, ꝙ iudicis recuſatio danda eſt in ſcriptis: alleg. in ar. inf. de app. c. ſecundo requiris. Dicunt Hoſt. & Io. And. ꝙ in hoc non egemus argumento, quia eſt expreſſum. C. de iu. l. apertiſſimi ꝙ recuſatio danda eſt in ſcriptis. Aduerte, fateor. n. ꝙ danda eſt recuſatio in ſcriptis, per l. apertiſſimi. & l. cum ſpecialis. C. de iud. & ibi gl. format libellum recuſationis. & tenet Spec. in tit. de recu. §. fi. ver. nideo. ſed dico, ꝙ hoc non colligitur ex iſto tex. hic. n. ſolum præcipitur, vt acta redigantur in ſcriptis per notarium cauſæ. nihil. n. diſponitur de parte, an &, quando debeat aliquid facere in ſcriptis. Et regulariter præter ſententiam, & recuſationẽ, & libellum, nil dandũ eſt per partẽ in ſcriptis. & de libello adhuc ſunt op. vt no. in c. 1. de lib. obla. tenet etiã Bar. in d. Auth. niſi breuiores. & facit q̃d ſtatim

ADDITIONES.

a Conuinci per nuncium. Adde, an credatur nuncio iurato. Pau. de Caſt. conſi. 275. Rom. conſi. 496. Et ibi, an præſumatur commiſſio, & an citatio præſumatur facta ad inſtantiam partis, uide per Are. conſi. 36.

Adde tu, quod nuncijs ſoli in concernẽtibus, ſuum officium creditur, ita pleniſſime no. Fel. in c. 1. col. 6. ver. quarta concluſio, ſup. de iud. inferens, quod licet credatur nuncio dicenti ſe citaſſe, non tamen ei creditur, ſi dicat iudicem ſibi commiſiſſe. refert Bal. hic & in l. his ſolis, C. de reuo. dona. Zac.

Circa hoc dicas quod licet ſit credendum nuncio referenti ſe aliquid feciſſe, tamen poteſt contrarium prob. ſecundum Pau. de Caſt. in l. 2. C. ſi ex noxa. cau. aga & habetur per Bal. in l. 1. C. de re iudic. & in tract. Schiſmatis. in 12. colum. & uide quæ habentur in cap. cum parati, de ap. Et adde, quod iudex poteſt non credere, ſi ſibi conſtet de contrario, puta ſi dicat ſe habuiſſe cõmiſſionem de aliquo faciendo a iudice, & iudex dicit non dediſſe talem cõmiſſionem. Fuit dictum Azo. in ſum. Ad leg. Aqui. quod repetit & ſequitur Bal. in l. contra negantem. eod. tit. & in l. 1. C. ſi aduer. li. pe. & in l. ſi tutor, in fi. C. in qui. cau. reſt. in integ. nõ eſt neceſ. Et adde quod nuncius faciens falſam citationem, uel relationem tenetur de falſo, vt per Bar. & Alex. in l. qui nomine, ff. de fal. & in l. Diuus. ff. de re iudic. & uide Spec. in titu. de exce. in verſi. ſed quæritur, & tene menti vnum, quod dicit Bal. in alle. l. C. a. de ſportu. quod vbicunque nuncius fecit falſam relationem, poteſt vel a ſenatu, & ſine proceſſu remoueri ab officio, & etiam tenetur parti ad intereſſe, vt plene per Cy. Bal. & Sal. in l. fi. C. de requi. reis. Et an magis credendum ſit nuncio, quam notario, uide quæ plene habentur per Cy. & Bal. in l. ſi quis decurio. C. de fal. Ant. Fran.

Per nuncium. Vide Ang. Are. in §. quadtuplici. col. 5. inſti. de act. & Ro. in cõſi. 497. incip. diligenter perſcrutatis. col. 1. Alex. conſi. 52. incip. conſideratis his. in 3. uol. & ibi qualis debeat eſſe relatio nuncii. Sep. Sab.

b Conſtet. Adde Ro. conſi. proxi. alleg. & ibi uide, an relatio nuncii conceſſionem iudicis requirat.

Conſtet. Vide Pau. de Caſt. in l. ſi quis poſtea quam. ff. de iu. Bal. in l. ſed ſi dubitetur, ff. de acq poſ. cum infinitis accumulatis per Marſi. Bonon. in l. patre, vel marito. ver. vlterius ſcias. colum. 9. cum duabus ſeq. ff. de quæſtio. ubi refert dicta Fely. hic, & multa addit. uide etiam And. Sic. in conſi. 47. colũ. 12. in 5. uol. Sep. Sab.

Digitized by Google

tim dicam ſeq.gl.Sed quæro, ad quid ſcribitur recuſatio? Glo.
iſta ſecundo reſpondet, ꝙ quoad effectum iudicandi validita-
tem, & inualiditatem proceſſus, quia propoſita recuſatione,
iudex non debet procedere ſuper principali, & ſi proceſſerit,
caſſabitur quicquid facit poſt app. Not. & pondera gloſſ. quia
a ſentit apertiſſimè, quod niſi appelletur, a valet proceſſus geſtus
b poſt propoſitam recuſationem. b Idem tenet Inno. in c. cũ ſpe
ciali.de app. & ibi dicam, an hoc ſit verum indiſtinctè: melius
enim ibi cadit, quam hic. Gloſſ. in ver. exceptiones, colligit in
prin. ꝙ exceptio danda eſt in ſcriptis, & redigenda eſt in actis.
Hoſt. dicit, quod de neceſſitate non eſt exceptio porrigenda
in ſcriptis, ſed redigenda tandem in actis per notarium cauſæ,
& bene loquitur. declara, vt dixi in glo. præcedenti. An autem
ſufficiat ſcribere exceptiones, & offerre ſcriptum ã iudici abſq;
alia verborum expreſſione, vide gl. in c. appellatio. de ap. lib. 6.
quæ concludit, ꝙ ſic. & facit ibi tex. in ar. Sed op. contra text. de
ſuperfluitate. Nam ſup. præmiſit de recuſatione, nunc itenim
ſubmittit de exceptione, cũ recuſatio non ſit aliud, ꝗ exceptio.
Glo. iſta reſpondet, ꝙ exceptiones propriæ ſunt illæ, quæ ꝓpo-
nuntur contra aduerſarium, vel contra reſcriptum, recuſatio
14 vero contra iudicem, & ſic nulla ſuperfluitas. † No. bene glo. ꝙ
proprie & ſtrictè recuſatio non comprehenditur ſub ver. exce
ptiones. Et ſic videtur, ꝙ in materia odioſa verbum, exceptio,
non comprehendit recuſationem, ſed in materia larga & fauo
rabili ſic. quod no. propter ſtatuta imponentia pœnam excipiẽ
ti, vt non extendantur ad recuſantem iudicem. Alia dicta glo.
ſunt clara. Et in fi. adde, quod plene no. in c. inter monaſteriũ,
de re iud. & in c. paſtoralis. de excep. Gl. in ver. petitiones quæ-
rit, quare petitiones debent dari in ſcriptis: & reſponde, vt in ea
patet. Sed aduerte tu: quia, vt dixi in alijs glo. præcedẽtibus, hic
non probatur, ꝙ petitio, ſiue libellus debeat dari in ſcriptis, ſed
ꝙ debet redigi in ſcriptis per notarium cauſæ; & hoc videtur
ſemper neceſſarium in cauſis, etiam quæ expediuntur ſimplici
ter & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. de quo dic, vt dixi
& no. in cle ſæpe. de verbo. ſigni. Et generaliter an valeat iudi-
cium ſine libelli oblatione, dixi in c. 1. de libel. oblatio. Not. ta-
men ex rationibus, glo. ꝙ non ſolum intereſt partis libellũ of-
ferre, ſed etiam iudicis, qui habet formare ſententiam ſecundũ
formam libelli. Ex quo infertur partem nõ poſſe remittere in-
uito iudice confectionem libelli. de quo tamen dicendum, vt
no. in d. c. 1. & in d. cle. ſæpe. Gl. in ver. reſponſiones, quærit qua-
re reſponſiones rediguntur in ſcriptis. Reſpõdet, vt appareat
li. conte. eſſe factam &c. vt in gl. Quæro, quia text. mandat hic
interrogationes ſcribi; de quibus interrogationib. intelligitur?
Reſpondet dupliciter. Primo intelligendo de poſitionib. quas
fecit actor, ſuper qb. vult aduerſarij cõfeſſionem habere: vnde
exponit interrogationes. i. poſitiones. & ad iſtas poſitiones reus
reſpondet, aut per verbum Credit, ſi ſolum fuit iuratum de ca
lumnia, aut per verbum aſſertiuum, puta Concedo, ſi fuit iura
tum de veritatẽ. Et ex hoc & ex tex. glo. colligit differẽtiam in-
ter reſponſionem, quæ fit ad libellum, & illam, quæ fit ad poſi-
tiones. Nam prima appellatur reſponſio, ſecunda appellatur
confeſſio, vt in litera. Secundo intelligit gl. tex. in interrogatio
nibus proprie ſumptis, quæ ſ. fiunt a iudice ex officio ſuo. 30. q.
5. c. iudicantem. Dicit etiam ꝙ pars poteſt interrogare partem
15 & aduocatũ ẽt, & valet reſponſio, per iura allega. in ea. † No. ex
gl. plura. Primo ꝙ largo ſumpto vocabulo interrogatio poteſt
c dici poſitio: ſed propriè & ſtrictè eſt differentia c inter interro-
gationem & poſitionem. quod no. propter ſtatuta. Et differunt
d in hoc, quia poſitiones fiunt aſſertiue, ita quod ponens d confi
tetur contenta: de iureiu. in c. cum in poſitionib. & c. 2. de teſt.
lib. 6. ſed interrogationes fiunt interrogatiue, ita ꝙ interrogans
nõ ꝯfitetur, vt dixi in c. 1. de confeſ. Item poſitiones fiunt a par-
te, vt in c. 1. de confeſ. lib. 6. & in cle. ſæpe, de verbo. ſigni. Inter-
rogationes vero fiunt a iudice. l. 1. ff. de interroga. actũ. & quod
ibi no Et de his differentijs vide bonam gl. in d. c. 1. de confeſ.
& ex hoc dico limitando iſtam glo. fi. dum dicit, ꝙ etiam pars
& aduocatus poſſunt interrogare. Dic enim quod licet valeat
reſponſio de facto emanata, pars tamen non tenetur ad talem
interrogationem reſpondere, vt no. glo. in d. l. 1. & l. ſine inter-
rogatione, ff. de interro. act. no. glo. in c. pen. de iura. calum. vbi
habes bon. glo. de his interrogationibus, & ibi aliquid dixi. Vi-
de etiam gl. in c. iudicãtem, præalle. quæ no. dicit, ꝙ ſi pars vult
interrogare, oportet, quod prius ponat. ſ. faciendo poſitionẽ,
& ſic confitẽdo, ne videatur calumnioſe interrogare, ſed aliud
eſt, cum iudex interrogat. Remediũ ergo eſt, vbi pars non vult
e confiteri, quod imploret officium iudicis, e vt ipſe interro-
get, vt not. dic. l. 1. De materia poſitionum vide in cap. 1. & 2.
de confeſ. lib. 6. & in clem. ſæpe: & per Inn. in cap. dudum. 2. de
elec. & per legiſtas. C. de iura. calum. l. 2. §. quod obſer. aliquid
tetigi in c. præall. Secundo not. ex hac glo. ꝙ reſponſio, quæ fit
ad libellum, non eſt proprie confeſſio. Nam tex. ponit hic iſta,
vt diuerſa. Quid autem releuet confeſſio, ex quo reus conteſtã
do, negauit contenta in libello, no. in d. cle. ſæpe. ver. & quia, in
glo. 2. in fin. & vide in Spec. in tit. de po. §. 3. ver. ſed patronus.
16 † Vltimo inquantum glo dicit, quod aduocatus interrogat, li-
mita vt ſup. Item intellige, quando clientulus hoc habet ratũ:
vide quod leg. & no. in c. cum cauſam. de app Quæro, quia tex.
mandat inſcribi confeſſiones, quid ſi pars noluit reſpondere,
ſed tacet? Gl in ver. confeſſiones dicit, ꝙ debet ſcribi ipſa taci-
turnitas, ſ. ꝙ pars interrogata tacuit. Nam ex hoc habetur pro
confitente, ff. de inter. actio. l. de ætate. §. qui tacuit & §. nihil.
Item dicit Io. And. quod ſi negat, debet ſcribi negatio, & bene,
eadem ratione, qua ſcribitur confeſſio, & taciturnitas. Subie-
ctit tamen glo. quod huiuſmodi confeſſiones, quæ fiunt poſt
li. conte. poſſunt reuocari, ſi docetur de errore. Et no. quod glo.
loquitur de confeſſionibus factis poſt. lit. conteſt. de antea fa-
ctis nil dicit. Dic tamen plene de hac materia, vt dixi in c. fi. de
confeſſ. Glo. in ver. productiones inſtrumẽtorum, quærit, qua-
re ſcribuntur iſtæ productiones, ex quo inſtrumenta reperiun-
tur in iudicio? Reſpõdet, vt ſciatur an fuerint producta tempo-
re competenti, quia poſt concluſionem in cauſa, produci non
17 poſſunt, de fide inſtru. c. cum dilectus. † Nota bene gl. quia vult,
quod ſi de facto admittatur productio inſtrumenti poſt cõclu
ſionem in cauſa, illa non releuat. Contrarium ſentiunt Do. de
Ro. dec. 5. vbi iudex ſciens concluſionem, admiſit aliqua, quæ
f non debebat admittere, videtur enim tunc reuocare f conclu-
ſionem, arg. c. 3. cũ renunciatur. 22 q. 1. Admiſſio enim vnius
contrariorum eſt alterius excluſio. facit quod no. glo. in ſimili.
in c. 1. de ele. lib. 6. Ego puto hoc uerum indiſtinctè, vbi cauſa le
gitima ſuberat, quia tunc poteſt reuocare ſuam interlocutoriã,
de appel. c. cum ceſſante, & facit c. paſtoralis, in fi. de cau. poſſ.
& proprie. quam ſatis tacite reuocauit per actum contrarium.
arg. c. ex parte. il 1. de appel. & ca. cum M. de conſt. Si autem cau
ſa legitima non ſuberat, adhuc puto idem, ſi aduerſa pars fuit
præſens, & non contradixit. arg. l. quod iuſſit. ff. de re iud. & ſi-
bi imputari poteſt, arg. l. acta. ff. de re iud. & quod leg. & no. in c.
cum cauſam, de teſt. in fi. Si autem pars ignorauit, vel ſciuit, &
contradixit, ac appellauit, non credo, quod proficiat admiſſio
ſolius iudicis, per no. in d. c. cum ceſſante. & per Inno. in c. quæ
relam. de elc. & in c. ſacro, de ſenten. excommu. & Barto. in d. l.
quod iuſſit. Glo. in ver. interlocutiones quærit, an per hoc in-
terlocutoria ſit in ſcriptis ferenda. Reſpondit, ꝙ nõ, quia hic tã
tum dicitur, ꝙ redigatur in actis, non autem quod feratur in
ſcriptis. Nota bene hanc glo. quæ facit pro his, quæ dixi ſup. ſu-
per glo. recuſationes. & rectius loquitur hęc glo. quam fecerit
ibi, & in glo. ſeq. Aliud dicit glo. in diffinitiua. Illa enim feren-
da eſt in ſcriptis, non tamen ex diſpoſitione huius c. vt ſup. di-
xi, ſed aliorum iurium. 2. q. 1. c. in primis. adde c. fi. de re iud. lib.
6. & l. 1. C. de ſentent. ex breui. reci. Gloſ. in ver. appellationes.
& ſeq. ſunt claræ, & no. ex glo. illa in ver. renunciationes, quod
per concluſionem in cauſa excluditur via nõ ſolum probatio-
nibus, ſed etiam allegationibus, quæ conſiſtunt in iure & in fa-
cto. vide Inno. in c. paſtoralis, de cauſa poſſ. & proprie. & glo. in
c. cum dilectus, de fi. inſtru. Gl. in ver. loco & tempore, quærit
de quibus locis & temporibus intelligatur. Text. reſpondet, ꝙ
de his, in quibus hæc acta confecta ſunt, & de loco & tempore
inſerendis ioſtrumentis, & quare inſerantur, vide text. cum ibi
no. in c. Abbate ſane, de re iud. lib. 6. ad fin & in fin. glo. vide cir
ca hoc, quod plene dixi in c. 1. ſup. eo. tit. In glo. in ver. negligẽ
tiam in fi. No. bene tu iuuenis, hanc glo. quod etiã in foro ani-
mæ hãc pęnam, quæ partis eſt intereſſe, metuere iudex debet,
quia negligẽtia, vel dolo ſuo hoc damnũ prouenit parti: quod
ſentiunt hic doc. vt infra dicam. & vide latius in c. calumniam.
18 de pęn. Et idem in aduocato, vide glo. in c. 1. de cõfeſ. li. 6. † Vi-
de tamen omnino ſing. dictum Inn. in c. ſicut dignum, de ho-
g mi. circa fi. vbi vult, quod in foro animæ g qs teneatur ad emen
dam damoi, quando fuit in dolo, vel lata culpa, quæ æquipara
tur dolo. l. quod Nerua. ff. depoſi. ſecus ſi fuit in leui, vel leuiſſi
ma culpa. Licet enim tunc poſſet agi ad emendam damni in
foro

ADDITIONES.

a Niſi appelletur. Vide latiſſime per Ale. in l. quia poterat, ff. ad Treb. & in cõ-
ſil. 89. incip. diligenter conſideratis. in 1. uol. & Per. in c. cum parati, infra
de app. Seb. Sap.

b Poſt ꝓpoſit. recuſationẽ. Vide latè Ro. cõſ. 220. ubi multas opiniones refert.

c Eſt Differentia. Adde Pau. de Caſt. conſi. 228. in primo impreſſis.

d Quod ponens. Hanc differẽtiam etiam tradit Bart. in l. 2. §. quod obſeruari.
C. de iura. calum. in l. 1. ff. de interro. act. No. tamen cautelam, quod ſi inter
rogationes fiunt poſt li. cont. ad probandum & ad deciſionem cauſæ, nõ
tenetur interrogatus reſpondere, ſed debet petere, quod actor ponat aſ-
ſertiuè. Ita no. do. Abb. in c. pe. col. 3. uer. quartò dicit, ſup. de iur. cal. ſequi
tur d. Fr. Curt. in trac. poſitionum. in quarto. Seb. Sap.

e Officium iudicis. Adde quod uoluit Bal. conſi. 132. 3. lib.

f Reuocare. Adde Alex. conſi. 72. 2. lib. & 88. 4. lib.

g In foro animæ. Vide Ro. in ſin. 105. inci. pridie fui interrogatus Fel. in d. c. ſi
cut dignum. & D. And. Sicu. in rep. c. Ray. n. 114. cũ ſeq. de teſt. ubi tenet cõ
tra communem, quod imo, quis teneatur in foro conſcientiæ ad damnũ
illatum ex leuiſſima culpa. Vide Dec. in c. 1. in 2. lec. in 6. col. ver. 3. adde, ſu-
pra de conſt. & Corſe. in fin. ver. forum conſcientiæ. Seb. Sap.

Digitized by Google

foro contentioſo leg. Aquilia, quæ tendit ad conſeruationem
patrimonij, vt in l. Aquilia. ff. ad l. Aquil. Secus in foro animæ,
ſed imponetur pœnitentia, iuxta modum culpæ, arg. 15. q. 1. c.
inebriauerunt, quod perpetuo no. Et adde glo. fi. in c. fraternita
tis. 12. q. 2. quæ dicit, ꝙ mera pœna non habet locum in foro pe
nitentiali. Sed quæro ad declarationem materiæ huius gl. quid
ſi iudex non eſt ſoluendo? Dicit Hoſtien. ſuper tex. ꝙ alia pœna
mulctabitur ad arbitrium ſuperiorum. alleg. ǯ. de male. c. 2. &
de dolo & contu. c. fi. facit pro dicto huius, cap. c. de multa, ver.
is quoque, de præb. & pro dicto Hoſtiẽ. facit hæc litera cum re-
miſſionibus ſupra factis. Et credo per verbũ caſtigetur, hic poſi
tum, ꝙ non ſolum punietur ad intereſſe partis, ſed etiam arbi-
trio iudicis, ſecũdum modum culpæ. Ad hoc bonus tex. in ſimi
li. in c. ſacro. de ſen. excom. Et idem videtur ſentire hic Inno. in
ver. animaduerſione, & alleg. Inſti. de oblig. quæ ex quaſi delic.
in prin. Sed quæro, quando iudex dicitur ɔmittere hanc negli-
gentiam, vt ſic ſit locus pœnæ? Solu. dicit Hoſt. quando negli-
git habere tabellionem, vel duos viros idoneos, vel negligit ad
uertere quid ſcribatur, & propter hoc aliquod falſum ɔmittiť,
quod forte poſtea reprobatur, & ſic oportet de nouo procede-
re, & grauatur pars laboribus, & retractatur proceſſus ſecundũ
eum. No. bene hæc dicta Hoſt. ꝙ locum habeat pœna, etiam ſi
non diligenter animaduertit ad id, quod ſcribit notarius, & ꝑ
hoc induco literam, ibi qui fideliter vniuerſa, &c. Glo. vltima
in effectu facit duo. Nam primo opponit, & duas ſolutiones tra
dit, vnam in prin. aliam prope finẽ. Secundo principaliter quæ-
19 rit de vna qõne, & ſoluit. Secunda ibi, ſed pone. † Oppo. igitur
a ǯ tex. in fin. in eo, quod dicit, pro iudicis ſententia [a] & proceſſu
non præſumendum, niſi quatenus conſtat per legitima docu-
menta, quare obſtant multa iura, ſupra de ele. c. bonæ. de renũ.
c. in præſentia, cum alleg. in prin. glo. Sol. glo. primo ſecundum
Ioan. qui dixit, præſumendum pro iuſtitia ſententiæ, ſi de ea cõ
ſtat, ſ. ꝙ ſit recte & iuſte lata: ſed non præſumitur de rectitudine
proceſſus, ſcilicet ꝙ ordo iudiciarius fuerit obſeruatus, niſi pro
betur per legitima documenta, vt hic. Et idem ſentit glo. in ſen
tentia excõicationis. Et licet in ea ſit ſpeciale, ꝙ probetur per li-
teras epiſcopi. ſup. eo. cap. poſt ceſſionem, tamen non præſumi
tur, ꝙ recte lata fuerit, ſi negetur, ſed oportet, ꝙ per iudicẽ, vel
aduerſarium probetur, ꝙ legitimo modo fuerit lata, per cap. ſa
cro, de ſenten. excom. Prædicta procedunt ſecundum Io. And.
niſi acta ſint deperdita, quia tunc ſufficit probare perditionẽ,
vt in c. cum olim, de priui. vt probetur ꝓceſſus per teſtes. Alia
fuit opin. Inno. 4. & loquitur de commentatore, qui fuit Papa,
& fecit lecturam, qua quotidie vtimur, diſtinguens inter ſentẽ-
tiam latam præſentibus partibus, vel earum procuratoribus, a
qua non fuit appellatum, & illam, quæ non fuit prædicto mo-
do lata, vt primo caſu, ex quo conſtat de ſententia, in tantũ præ
ſumitur pro ea, ꝙ ſi aliqua partium vellet ipſam impugnare, ra
tione proceſſus, nõ debet audiri, ex quo tempore ſententiæ nil
dixit, nec appellauit: alias ſecus. Hæc opi. non placet glo. quia ſi
ſententia eſt nulla ex defectu proceſſus, non potuit conualidari
ex taciturnitate partium. Hoc dictum glo. placet Io. And. dicit
tamen ſe putare hoc etiam fuiſſe de mente Inno. vt ipſe expri-
mit in c. cum in iure. de offic. dele. ſ. ꝙ præſentia & taciturnitas
operetur, vt transferatur onus probandi in tacentem, non aũt,
ꝙ habeat conualidare ſententiam, vel inducere præſumptio-
nem iuris & de iure. Et ſi dicas, qualiter debetur? Dicit, ꝙ per
acta cauſæ, quibus productis, ſi ex eis non apparet lis conteſta-
ta, habetur pro non conteſtata, niſi victor probet contrarium.
Ad hoc adducit c. cũ ad ſedem, de reſt. ſpol. de priui. c. cũ olim.
Vult ergo Io. And. ꝙ poſt lapſum decennij præſumatur etiam
pro rectitudine proceſſus, ſed nihilominus admittitur proba-
tio in contrarium per aduerſam partem, ſuper defectu proceſ-
ſus ſubſtantialis. Et intellige ſecũdum hoc multa, quę hic & ali-
bi ſcribuntur, & maxime per do. Ant. qui more ſuo ſolito plu-
rima inculcat. Ego in effectu comprehendendo omnia, & cla-
riſſime expediendo, facio tria membra. Aut enim a ſententia
fuit appellatum, aut non fuit appellatum, ſed ſumus intra ter-
minum appellandi, vel ſi fuit appellatum, appellatio eſt nulla,
ſeu deſerta. Primo caſu, quando fuit appellatum, & pendet ap-
b pellatio, breuiter dico, ꝙ non præſumitur [b] pro proceſſu: ſed
oportet ꝙ probetur per ſtantem pro ſententia, vt hic, & in c. cũ
inter. in fi. a contrario. infra de re iudi. Nec etiam præſumitur ꝓ
iuſtitia ſententię, quia ipſa ſentẽtia, & ipſius virtus eſt extincta,
vel ſuſpenſa per appellationem, vt in c. venientes, de iureiu. &
in c. paſtoralis. § præterea, de offi. dele. l. 1. §. fina. ff. ad Turp. & ff.
nil nouari app. pend. l. vna, §. integ. Vnde is, qui habebat proba
re in prima inſtantia, habebit probare nunc, & probabit produ
cendo prima acta, vel alia de nouo, vt in c. cum ad ſedem. de re
ſtit. ſpol. in c. cum Io. de fi. inſtr. & l. per hanc. C. de temp. appel.
Hæc eſt communis doct. concluſio in c. in præſentia, de renun.
& vide Inno. & clarius Io. Cald. hic, & idem Inno. in d. c. cum in
iure. Et niſi ſententia iuſtificetur ex priorib. actis, vel alijs legiti-
me fiendis, retractabitur talis ſententia per iudicem appellatio

nis, vt in d. c. cum ad ſedẽ, & vide omnino, quæ dicam in c. cau-
ſam, de re iud. & hoc quoad primum. In ſecundo membro, ſi
non fuit appellatum, ſumus tamen intra terminum appellan-
di, cõcludo ſic, ꝙ reſpectu rectitudinis proceſſus non præſumi-
tur, & ideo ſi citra appellationem quis diceret nullam eſſe ſen-
tentiam ex defectu proceſſus ſubſtantialis, non præſumeretur
pro eo, ſed oporteret, ꝙ probaret per legitima documenta, vt
hic. Et probatur a contrario, in d. c. cum inter, in fi. inf. de re iud.
vbi bon. tex. reſpectu vero iuſtitiæ ſententiæ, credo, ꝙ præſuma
tur. Hoc probo per c. in præſentia, de renunc. vbi tex. apertiſſi-
mè ſe fundat ſuper authoritate iudiciali, vt propter officium &
authoritatem iudicis præſumatur, ꝙ iuſte proceſſerit, donec ꝓ
betur cõtrarium. Ad idem c. in noſtra, de proc. vbi præſumitur
pro iudicibus, maxime literatis & peritis. Nec obſt. dicta ſupe-
rius in primo membro, quia ibi fuit appellatũ: & ſic fuit extin-
cta, vel ſaltem ſuſpenſa virtus ſententiæ authoritate iuris, vt in
iuribus hic alle. Sed in caſu noſtro, licet poſſit appellari, ſatis ta
men eſt, ꝙ non ſit appellatum, & ſic non eſt ſuſpenſa virtus ſen
tentiæ authoritate iudiciali. Et no. bonum intellectum ad illud
c. in præſentia. Sed diceres tu, quare aliud eſt reſpectu proceſ-
ſus, vt pro eo non præſumatur, licet non fuerit appellatum? Re
ſpondeo, ꝙ iura reſpectu proceſſus voluut ſcripturam adhibe-
ri, vt hic, & ſic oportet, ꝙ fiat probatio per ſcripturam, & de fa
cili hoc poteſt fieri, adhibendo notarium, vel duos viros ido-
20 neos, vt hic. † Vide in ſimili no. dictum Innoc. in c. ſuper his, de
accuſante fi. vbi dicitur, ꝙ ſi excipitur cõtra aliquem, quod nõ
eſt clericus, ipſe ordinatus habet probare, quia iura mandãt ſu
per hoc literas fieri. 3. q. 1. c. legum. Idem not. glo. 2. q. 5. in ſum.
vide etiam Inno. in c. innotuit, de eo, qui fur. or. ſuſ. vbi dat hoc
pro regula, ꝙ vbi ius exigit ſcripturam, debet ſolemnitas proba
ri per eum, qui ſtat pro ſolemnitate, & nõ per excipientẽ, quod
bene

ADDITIONES.

a Sententia. An præſumatur pro ſententia, uide omnino, quæ no. ſcribit Inn.
in c. 1. circa fi. ver. item plus dicimus, de confir. vti. uel inu. & per Inno. in c.
cum in iure. an prin. de offi. deleg. Item adde, ꝙ ſi per inſpectionem actorũ,
appareat defectus alicuius ſolemnita. iudicialis, talis inſpectio elidit præ-
ſumptionem, quæ viget, quod præſumi debeat pro ſolemnitate actorum,
tex eſt quem ibi alle. Do. Ant. circa prin. in ver. no. hic apertum, in c. vnı. de
lit. conte. Sed tu dicas, quod ideo non præſumitur pro earum ſolemnitate,
quia ibi nundum lata fuerat ſententia, quæ eſt illa, quæ facit præſumi pro ſo
lennitate. Item adde id, quod no. D. Abb. in c. cum inter R. ſeniorem, de ele.
in 6. vbi dicit quod non eſt præſumendum pro ſententia iudicis, qui proce
dit parte non vocata, & eius defenſione non admiſſa. Et hoc dicit eſſe ſin. di
ctum Bal. poſt glo. in l. ſi. C. de legi. An præſumatur ſolemnitas citationis, vi-
de D. Ant. & quod ibi no. in c. quod ſicut, in 5. colum. de ele. Item de hoc, an
an præſumatur pro ſententia iudicis quoad ſolemnitatem proceſſus, vide
per Imo. in l. ex hac ſcriptura. ff. de dona. & in l. 4. §. cõdemnatum. ſup. de re
iud. & in l. ſi cum nulla, eo. tit. Ang. & Imo. in l. de unoquoque ff. eo. titu. &
Bar. in l. acta. eo. tit. & in l. ſi. ff. quando appel. ſit. Bald. in l. 1. C. ne lic. in una
ea. cau. ter. prouo. & in l. emancip. poſt Cy. ibi. C. de ſi. inſtr. Bar. in l. admonẽ-
di. uer. quæro, quid ſi repertantur dicta, ff. de iureiu. & cum dicto Bar. in l. ſi.
C. de ſen. ex breui. reci. & in l. ſciendum. circa ſin. de verb. obl. in illo art. an
ſententia præſumatur lata concor. Bartol. & Ang. in l. quicunque. §. ſin. ff. de
pub. & Bal. in l. fidei. §. 1. ff. de leg. 3. & Bald. in l. ſi is. ff. de teſt. in l. 1. in 2. col.
C. de ſen. ex breui. reci. & Bal. in l. 1. in vlt. char. C. de ſi. inſtr. lib. x. Item de il
lo art. an quando conſtat de ſententia, pro ſolemnitate proceſſus præſuma
tur, uide latiſſime & melius, quam alibi per Ro. in rep. ſua. l. ſciendum, ff. de
verb. obli. in 24. col. ver. ſuccedit poſt prædicta, vbi reaſſumit fere omnia di
cta in hoc paſſu per D. Ant. hic. Item adde, quod quando petitur confirma-
tio ſententiæ, non præſumitur pro ſententia, ſed ille, qui petit confirmari,
tenetur docere de eius validitate. Ita dicit ſing. Innocẽ. in c. 1. de confir. vti.
uel inuti. Et uide, quod ibi no. & tene menti, quia eſt ſing. dictum in mate-
ria. Item adde, quod quando ille, contra quem allegatur ſententia, negat
ſententiam latam, ſi poſtea probabitur ſententiam latam in pœnam negan
tis, non ſolum præſumitur pro ſentẽtia, ſed etiam pro omni eius qualitate.
Ita ſin. ſentit Bal. in c. 1. circa fi. in titu. quomodo teſtes ſunt neceſ. in uſi. feu.
Et quod præſumatur pro ſententia, etiam quoad proceſſum, quando tranſi
uit in rem iud. eſt optimus tex. in c. cum inter, in fi. de re iud. & uide Ioã. de
Lig. in c. in præſentia. in fi. de renun. Et de hoc, an præſumi debeat pro ſentẽ
tia, & an pro iuſtitia, uel ſolennitate proceſſus, uide Innoc. in c. innotuit. de
eo qui fur. ord. ſuſ. & uide glo. in c. cum ſpeciali. §. porro. de appella. Et de
hoc an præſumi debeat pro actis proceſſus, & quando, uide per Bald. in l. ſi.
in ult. col. uer. quæro nunquid pro actis. C. de re iud. & plene etiam per Do.
An. in c. cum ad ſedem. in ult. col. de reſti. ſpol. & per Flo. in l. ab ea parte, cir
ca ſi. ff. de proba. ubi inter alia dicit, quod licet præſumatur pro ſolemnitate
intrinſeca iuſtitiæ, non tamen pro extrinſeca, unde dicit, quod non præſu-
mitur, quod ſententia fuerit lata. Et adde Bal. in c. 1. in ſi. 3. col. uer. ſi ualeat,
in titu. de mili. vaſal. qui cont. eſt, ubi dicit quod poſt biennium præſumitur
pro ſententia & proceſſu. Et ita dicit tenere Inno. in c. in præſentia. de re-
nunc. adde hic Bal. in l. ſciendum. in ſi. ff. de uerb. obliga. ubi dicit, quod ſi in
actis repertur ſcriptura, quod ſentẽtia fuerit ſententialiter lata, præſumi-
tur lata iudice ſedente pro tribunali. Adde hic quod no. Bart. & Ang. in l.
ſi. C. de ſen. ex breui. reci. ubi ponunt utrum ſentẽtia præſumatur lata. Ad-
de an pro ſentẽtia præſumatur, eundem Abb. conſi. 84. Fed. conſi. 59. Ioan.
de Ana. conſi. 50. Ang. conſi. 198. Raph. Cuma. conſi. 75. Paul. de Caſt. con-
ſil. 318. in primo impreſſis. Roman. conſi. 334. Paul. Caſt. conſi. 18. Lapum al-
le. 44. Alexan. conſi. 22. lib. 2. Et an omnia præſumantur ſolemniter acta per
Fran. de Are. conſi. 69.

b Non præſumitur. Vide Imo. tenentem contrarium in c. in præſentia, per illũ
tex. ſupra de renun. Seb. Sap.

bene no. Rõ, q̃a eſt præſumptio fraudis, ſi ſcriptura non exhibe-
tur: ſed reſpectu iuſtitiæ iura non mandant ſic ſcripturas fieri.
cum etiam impoſſibile eſſet, ſcripturam ſemper fieri, quoniam
quandoque argumentis, quandoque ex præſumptionib. iudex
fundat motum animi ſui: & ex ſimilibus. vt l. 3. & l. ob carmen,
ff. de teſt. & vide tex. opt. in c. cauſam. ꝭ. de re iud. merito hoc ca
ſu præſumitur pro iudice: & non ſic in alio. Et no. bene hanc dif
ferentiam, quia credo, ꝙ nemo ſpecifice eam attingat, ꝙ vide-
rim, & credo eſſe veriſſimam. Et habes rationem multorum iu
rium, & hoc quoad ſecundum articulum. Venio ad tertium,
quando. ſ. non fuit appellatum. &c. Et in hoc ſubdiſtinguo, ꝙ
quandoque quis impugnat ſnĩam reſpectu iuſtitiæ: q̃nque re-
ſpectu proceſſus. primo caſu, aut error contra ius ſcriptum, eſt
expreſſus in ſententia; & non præſumitur pro ea; nec omiſſio
appellationis purgat hoc vitium nullitatis, vt in c. 1. ꝭ. de re iud.
c. cum inter. eo tit. l. ſi expreſſim. ff. de appel. & l. 2. C. q̃n prouo.
non eſt neceſ. Hoc intellige quando ſolum erat expreſſa cauſa
contra ius, a ſecus ſi eſſet expreſſa etiam alia non cõtra ius, licet
ſit contra ius litigatoris, tunc ſnĩa eſt nulla ex hoc capite, vt no.
vult Inno. in c. in præſentia, de renunc. Et hoc caſu dicendum,
ſicut quando nulla eſt cã expreſſa; de quo infra dicam. Quãdo-
que talis error contra ius, non eſt expreſſus: ſed alias continet
notoriam iniuſtitiam: & tunc adhuc puto ſententiam eſſe nul-
lam: nec præſumitur pro ſnĩa, licet intra decendium nõ fuerit
appellatum; vt tenet Inno. in c. fraternitatis. de frig. & male. vi-
detur bo. tex. ſm vnum intellectum in c. inter cętera. ꝭ. de re iu-
di. vbi latius dicam. Quandoque non continet notoriam iniu-
ſtitiam, ſed allegatur error patens ex actis: & in hoc ſunt opin.
Nam Cy. in l. 1. C. de erro. calcu. indiſtincte videtur concludere
ſententiam nullam, & iſtum impugnantem admittendum ad
probandum talem errorem: quia ſnĩa iuſtificatur ex actis, cum
ad ea ſemper ſententia referatur. facit c. cum ad ſedem, de reſti.
21 ſpol. † Inno. & Hoſt. hic poſt eum ſentiunt oppoſitum. Dicit n.
hic Inno. ꝙ ſi iudex dicit in ſnĩa, Per A, & B, fuit probatum, ni-
hilominus præſumitur pro ſnĩa, licet ex actis nihil appareat per
illos probatum: ar. in c. in præſentia, de renun. & de re iud. c. cau
ſam, ff. de re iud. l. cum prolatis. Nec ob. ſecundum Hoſt. ſi dicat
errorem fuiſſe expreſſum in ſententia, quia iſte eſt error contra
ius litigatoris, quod ideo imputandum eſt ei, qui intra decen-
dium non appellauit. Nec ob. c. 1. de purg. vul. quia, ſecundum
eum, ibi notorium erat, ſnĩam non tenere: tum quia reus fuerat
cõdemnatus per probõnem a iure improbatam: tum quia fuit
repertum publice contrarium eius, quod videbatur fuiſſe pro-
batum, ideo potuit ſententia retractari, de ap. c. ſolicitudinem.
§. ſi vero. Et no. bene caſum illius c. 2. Sed attende, quia ipſe Inn.
ſentit contrarium in c. cum Bertoldus, ꝭ. de re iud. vbi dicit ſen-
tentiam retractandam etiam circa appellationem, ſi iudex di-
cit per A. & B. fuiſſe probatum, vt patet ex actis, poſtmodum ex
inſpectione actorum, non reperitur per illos probatum. Sed cõ
corda, ꝙ aut iudex non retulit ſe ad acta, ſed ſimpliciter dicit,
Per A, & B, fuiſſe probatum, & procedit dictum Inno. & Hoſt.
hic. Aut retulit ſe ad acta, puta dicendo ſic. Per A, & B, fuit pro-
batum, vt patet ex actis, & tunc procedat illud dictum Inno. &
ſic in veritate loquitur ibi. & hoc ſentit do. Anto. hic, & clarius
in c. cum Bertoldus, de re iudi. Et ad hanc diſtin. eſſet reducen-
dum dictum Cy. in d. l. 1. & dictum do. de Ro. deci. 334. vbi di-
cunt, ſententiam nullam, quando error patet ex actis. All. dictũ
Pau. de re iud. in c. paſtoralis, in cle. & Arch. de ſen. excom. c. Ro
mana, lib. 6. Et hanc reddit rationem pro diuerſitate caſuum.
Quando enim expreſſe retulit ſe ad acta, tunc clariſſime patet
de errore iudicis, quia videtur expreſſum in ſententia, quando
conſtat ex actis, ad quæ expreſſe ſe retulit, vt patet in ſimili, in l.
pe. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. & quod no. Inn. in c. fi. de libel.
obla. Ergo talis ſententia nulla, ſicut quando iudex errauit in
calculo in ipſa ſententia, vt d. l. 1. C. de erro. cal. & l. 1. ff. quę ſent.
ſine app. reſcin. ſed in alio caſu, quando expreſſe non retulit ſe
ad acta, non patet neceſſario de errore iudicis. Forte. n. aliquid
iſti teſtes dixerunt poſtmodum interrogati per iudicẽ viua vo-
ce, arg. c. cum Ioan. de fi. inſtr. & licet præſumptio ſit in ꝯrium,
tamen alia pręſumptio, quæ oritur ex authoritate iudicis, & trã
ſit in rem iudicatam, ex taciturnitate partis in non appellãdo,
tanquam fortior elidit illam pręſumptionem minus fortem.
Et ſatis eſt, ꝙ notorie & indubitanter non conſtet de errore. Sẽ
tentia enim facit ius inter partes. l. ingenuum. ff. de ſta. hom. &
c. cum inter, de re iu. facit illud dictum Inn. in c. in præſentia, de
renunc. Et hoc not. Quandoque non allegatur error patens ex
actis: ſed ſimpliciter allegatur iniuſtitia, & petitur acta produci
ad probationem, vel aliter, & tunc in dubio obſtat iſti exce. rei
22 iud. d. c. cum inter, & l. res iudicata. ff. de regu. iur. † Sed dubium
b eſt, quid ſi de facto b fuit admiſſus ad diſputandum de iuſtitia,
vel iniuſtitia, & conſtitit de ea tunc? Inn. in c. cum dilecta, de re-
ſcri. & in c. cum Bertoldus, de re iu. tenet iudicem debere illam
ſnĩam retractare, quia de qua re iudex cognouit, &c. l. de qua
re, ff. de re iud. & c. cum ſuper, de cau. poſſ. & prop. & imputan-
23 dum eſt parti non opponenti per prius excep. rei iud. † Et dicit
ſin. Inn. in c. quia plerique, de immu. eccl. ꝙ ſi pars, pro qua la-
ta eſt iſta ſnĩa, fatetur illam iniuſtam, debet illa retractari, argu.
in auth. ſed iam neceſſe, C. de donatio. ante nup. Sed in contra-
rium facit, quod no. glo. in cle. ſi appellationem, de appel. Non
enim poſſunt partes renunciare huic tranſitui in rem iudicatã,
& dare iuriſdictionem iudici ad quem. D. Ant. hic concordat,
ꝙ aut de iniuſtitia fuit diſputatum coram iudice, qui non pote
rat adiri niſi remedio appellationis; & procedit hoc vltimum,
niſi prius pronunciauerit ſe iudicem. Aut iſti ſcientes & volen-
tes prorogauerunt iuriſdictionem illius. Aut fuit actum corã
iudice, qui poterat adiri per viam querelæ, & procedet primũ
dictum. Et mihi placet: quia præſumptio primæ ſententiæ con-
cluditur per ſecundam. Nec credo Innoc. aliter ſenſiſſe. & hoc
quoad primum membrum ſubdiſtinctionis. Scđo vero mem-
bro, quando impugnatur ſentẽtia ex defectu proceſſus, aduer-
te, quinque enim opi. principales reperio. Primam Ioan. quam
videtur gl. hic ſequi: vt nunquam præſumatur pro proceſſu, ſed
oportet probari per legitima documenta, vt hic. hanc videtur
tenere etiam Spec. in tit. de ſen. prola. §. iuxta. ver. ſed pone, ꝙ at
teſta. publicatis. Secunda eſt opi. Innoc. hic in add. quam refert
hic gl. vt ſi fuit lata contra præſentem, & appellantem intra de-
cendium, præſumatur pro proceſſu, & neganti incumbit onus
probandi. & cum hac opi. vr̃ tranſire Io. An. hic. Et hanc opi. re
petit Inn. in c. cum in iure, de off. del. licet non multum firmet
pedes. Sentit enim aliam, vt inf. ſubijciam. Tertia opi. eſt Hoſt.
in c. cum inter, de re iud. quam recitat Io. An. ibi, & cum ea ſim
pliciter tranſit diſtinguens, an ſententia ſit lata de recenti. &
c non pręſumitur pro proceſſu: an de antiquo, & præſumitur: c &
dicitur factum antiquum quoad hoc, ſecũdum Hoſt. ſi lapſum
eſt biennium: arg. c. ex ratione, ꝭ. de app. Quarta eſt opi. Cõpo.
in cap. bonæ, de elect. quam recitat Ioan. Calder. vt non ap-
pellans, amplius non audiatur, volens ſententiam infirmare ex
ordine, quia non appellando, confirmauit iudicium, l. fin. C. de
ſen. quæ ſine cer. quan. ſed quia difficillimum eſt omnia acta re
cenſere, adeo hanc reprobauit Cal. per rationem d. l. fi. quia ta-
citurnitas partis non validat ſententiam nullam. l. ſi expreſſim,
ff. de app. Poſſet tamen ſaluari ſecũdum eum, in facto antiquo,
24 licet ſuper hoc non ſit ius expreſſum. † Et dicitur factum anti-
quum aut tempus bienniꝫ, quod datur ad proſequendam & fi-
niendam appellationem, d. c. ex rõne: aut tempus 10. ann. ar. c.
cum venerabilis, de excep. alias relinquendum eſt arbitrio iu-
dicis. Omiſſio ergo appellationis, ſolum transfundit onus pro
bandi defectum in opponentem, ſecundum eum. Quinta eſt
opi. ſupradicti Inn. quã poſuit in c. bonæ, de elec. & ſentit in d. c.
cum in iure, & hoc antequam feciſſet additionem, vt ſimplici-
d ter diſtinguamus, an tranſiuerit in rem iud. † d per lapſum decẽ-
dij, an non, vt primo caſu præſumatur pro ꝓceſſu, ſecundo nõ.
Hanc opi. expreſſe tenet Spec. in tit. de prob. §. 1. ver. ſequitur, &
in tit. de ſen. prola. §. vt autem, ver. & no. vbi latius & clarius lo
quitur, quam in alio loco ſuperius all. Hanc opi. vt non diſtin-
guatur, an ſit lata ꝯ pſentẽ, vel abſentẽ tenẽt D. de Ro. deci. 297.
cũ limitatione tñ, vt ꝓcedat, qñ eſt in pñtem, vel abſentem, ve-
rũ ꝯtumacem; ſecus dicunt, qñ eſt lata in pręſumptum, vel fi-
ctum contumacem, quod tunc non præſumatur. Ratio diuerſi
tatis eſt, quia vera contumacia abſentis, ſuppletur Dei & iudi-
cis præſentia, de do. & contu. c. veritatis, de arb. c. 2. lib. 6. C. de in
di. l. properandum. D. Ant. ſimpliciter ſequitur præcedentem
opi. Inn. vt etiam prolata in abſentem contumaciter, præſuma
tur. Et pro hac opi. dicit eſſe caſum in c. bonæ, il 1. de elect. Nec
ob. ſi dicatur, ꝙ ibi erat notorium: quia tex. ibi aſſignat duas ra
tiones differentes. & ideo ſufficit alteram adeſſe. Inſt. de nup. §.
affinitatis. Et quia hæc præſumptio oritur ex authoritate rei iu.
quæ

ADDITIONES.

a Contra ius. An & quando ſententia lata contra ius ſit nulla: vide Iaſ. poſt Bar. & alios in l. pe. ff. de iuſti. & iu. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 40. ff. de verb. obl. & in l. ſi is ad quem, ff. de acq. hær. & de ſententia, quæ continet notoriam iniuſtitiam, ꝙ ſit nulla, probat opt. tex. in l. ſi pars iudicantium, in prin. verſi. niſi aperte. ff. de inoff. teſt. vbi Ang. declarat, quando dicatur con tinere notoriam iniuſtitiam, de quo etiam per Peru. late in c. dilecto. in 5. q. vet. 2. aduerte. de app. Seb. Sap.

b De facto. Vide Ro. in conſi. 184. incip. ampliſſime Doc. in fi. Arch. in conſi. 73. inci. diligenter, col. 2. Alexan. in conſi. 77. incipien. in cauſa & lite. colum. fi. in 2. vol. & in conſi. 212. inci. viſis, in princ. eod. vol. & in l. iudex poſtquam. ver. 6. fallit, ff. de re iud. vbi etiam tradit, quando pars confitetur ſententiam iniuſtam. de quo etiam ſcribit idem Alex. in l. ſi ſeruus plurium, §. 1. ff. de lega. 1. Seb. Sap.

c Et præſumitur. Idem dicit do. Ant. in c. cum inter vos, in fi. de re iud. Et vide quod no. dom. Ant. in c. veniens, il 1. in pen. col. de teſt. & quod ibi no. Bal. in c. 1. §. ſancimus, in tit. quo tempore mil. iuxta fi. Et adde hic, quod ſolum præſumitur in his, quæ ipſe exercet per viam contentioſæ iuriſdictionis.

d In rem iud. Limitantur ſingulariter iſta omnia, quod pro proceſſu præſuma tur, et pro ſententia, quando tranſiuit in rem iudicatam, vt non procedant, quando petitur confirmatio ſententiæ coram iudice ſuperiore. vide Fel. re ferentem in c. cum venissent, in 1. no. de iud. ſupra. Seb. Sap.

quæ ita adeſt, quando eſt lata in contumacem, ſicut qñ in præ-
ſentem, vt in c.ſicut, de re iu. Et hec dicit tenendum de rigore.
Satis mihi placet illa opi. Sed de æquitate ſaluando, & concor-
dando opi. dicerem ſic. q aut ſententia fuit lata in præſentem,
& non fuit appellatum intra decendium, & præſumitur ꝓ pro-
ceſſu, quantumcunque de recenti ſit lata. adduco tex. apertum
iudicio meo, in c.cum inter, in fi. in ver. rite. ī de re iud. vbi dicit
tex. q ex quo ſententia tranſiuit in rem iud. omnia præſumun-
tur rite geſta, non obſtante aſſertione contrariæ partis aduerſæ.
Pondera ergo primo illum tex. qui ſimpliciter fundat ſe ſuper
tranſitu in rem iu. & non ſuper antiquitate, vt ex ſuo capite vo-
luit Hoſt. ibi. Item pondera verbum, Rite: nam denotat ſolem-
nitates iudicij, vt no in l.a. ff. de inof. teſt. Si tamen pars vult pro
bare contrarium admittetur, quia probando nullitatem, tollit
per conſequens tranſitum in rem iud. d.c.cum inter, & c.in no-
ſtra, de proc. & credo eam admittendam ad probãdum, donec
ſit huic actioni agendi de nullitate præſcriptum; quia contra-
rium reperitur in iure: licet aliter ſentiat Cal. poſt Comp. quod
non placet, arg. c. ſuper eo. & quod ibi no. de cri. fal. & eorum
quæ no. ibi, & dixi in c.licet, ī. eo. Aut ſententia fuit lata in ab-
ſentem, & de antiquitate; & præſumetur pro ea, ar. d. c.cum in-
ter, vbi non diſtinguitur an in abſentem, an in præſentem lata
fuerit. Aut eſt lata de recenti, & æquiſſimum eſſet diſtinguere,
an fuerit lata in verum contumacem, & pręſumitur pro ea, aut
in fictum ſeu præſumptum, & non præſumitur, ex quo inconti
nenti cum ſciuit ſententiam eſſe latam cõtra eum, querelanit,
ar. opti. adduco pro hoc vlt. tex. cum gl. in l. ab eo. C. quomo. &
quan. iud. & ſic ſaluo alias opi. An autem præſumatur ſentẽtia
lata in abſentem, vel præſentem: vide Inn. in c.cum in iure, de
offi. dele. per Spec. in tit. de ſen. prola §. vt autem, ver. & no. per
Io. And. in add. Spec. in tit. de empt. & ven. ſuper ſecũda forma.
25 col. 8. per Fed conſi. 163. † Prædicta omnia procedunt etiam in
a ſententijs a cenſuræ, quanquam enim non ſuſpendantur per ap
pellationẽ, vt in c. paſtoralis, de appel. & c. is cui, in fi. de ſen. ex-
com. lib. 6. & ſuper earum prolatione credatur literis ordina-
rij ſigillatis, vt in c. poſt ceſſionem, cum ibi no. ī. eo. non tamen
præſumitur pro iuſtitia earum, nec pro ordine, ſed oportet, q
iuſtificentur per iudicem, vel aduerſarium, ad cuius inſtãtiam
latæ fuerunt, arg. in c. ſacro, de ſent. excom. no. gl. & Inn. hic. Et
idem Inno. in c. bonæ, de elec. Ex quo ſin. no. q licet appellatio
non ſuſpendat ſententiam cenſuræ, ſuſpendit tamen ipſius pręſ
ſumptionem, & reſpectu iuſtitiæ, & reſpectu proceſſus. Vide
alios effectus no. per gl. in c. ad repri. de offi. ord. & quod no. ſu-
26 per ea. † Nunc quæro, an in caſibus, in quib. non præſumitur ꝓ
proceſſu iudicis, maxime tenendo alias opi. de quibus ſup. ſal-
tem probetur proceſſus, ſi iudex illum recitauit in ſententia, vt
b ſolet fieri: vt puta, quia dixit, Viſis citationibus, & reſponſioni
bus, lit. conte. depoſitionibus teſtium, &c. pronunciamus &c.
præſumatur pro proceſſu: tenet Inno. q non. Imo plus dicit, q
ſi inſtrumentum ſententię eſt confectum per tabellionem nar
rantem ſingula acta interueniſſe: & in fi. narrat ſe interfuiſſe, nõ
intelligitur loqui, niſi de his, quę in eodem loco, & die corã ip-
ſo fuerunt acta, & ſic clauſula illa, tantum ad prolationem ſen-
tentiæ illa die habitæ eſt reſtringenda, & reliqua narrata non
probantur, facit c. ſi Papa. de priui. lib. 6. & quod no. de cenſi. c.
cum olim. ſuper glo. 2. Imo & ſecundum eum ſi notarius dice-
c ret, Tali die, & loco fuit oblatus libellus, & lis conteſt. adhuc
non probarentur prędicta per illud inſtrumentum; quia quan-
tum ad illa, vr̃ tantum teſtimoniale. & vide de materia in Spe.
27 de inſtr. edi. §. reſtat, ad fi. ver. in ſumma. † Et ideo no. ſin. hoc di-
ctum Inn. quia quotidie allegatur pro iſtis inſtrumentis multa
recitantibus, vt nõ faciant plenam fidem, niſi reſpectu eorum,
quę potuerunt interuenire die confecti inſtrumenti, de quibus
notarius tunc fuit rogatus. pro hoc Auth. ſi quis in aliquo do-
cumento, C. de eden. & ibi per Bar. vide gl. in cap. Abbate. ī. de
ver. ſig. Sed quantum ad materiam noſtram Hoſt. hic tenet cõ
trarium, ex quo notarius poſuit in inſtrumento, vbi, & quãdo,
& coram quibus, & q in præſentia ſua fuerunt acta omnia, po
ſtea in fine ſe ſubſcribens ſingulis ſe interfuiſſe dicat, tale enim
inſtrumentum eſt teſtimoniale, ſecundum eum, nec apparet
quare fides ſibi non ſit adhibenda. arg. c. tranſlato. de conſt. Se-
cus dicit vbi inſtrumentum eſſet ſimplex recitatorium acto-
rum, quia tunc poſſet procedere dictum Inn. & no. bene hoc
dictum Hoſt. in practica, quando vis, vt inſtrumentum faciat fi
dem de alias geſtis nunc narratis: licet doct. tranſeant hic ſim-
pliciter cum d. Innoc. ſic limitato. Ego tamen all. no. dictum ip
ſius Inn. in c. cũ in iure, prope fi. de offi. dele. vbi ſeipſum litare
videtur, vbi dicit, quod ad maiorem cautelam faciat iudex oĩa
acta deſcribi in ſentẽtia, & ſi per alium notarium ſcribatur ſen
tentia, q̃ acta facta ſunt, tunc iudex præcipiet illa acta deſcribi
in ſententia, & publicationi authoritatem præſtabit. & ad hoc
vide Bar. in l. eos. §. ſuper his, C. de ap. Si autem idem eſſet nota-
rius, qui fecit acta & ſñiam, tunc ſine aliqua ſolemnitate publi-
cationis, acta ipſius ſententiæ ſcribet ſecundum eum, & ſic cla
d riſſime ſentit, q vbi eſt idem notarius, qui ſcribit d acta, & ſen
tentiam, ſatis eſt q actis recitatis, dicat ſe ſingulis interfuiſſe,
quod no. licet cautius ſit ſeruare theoricam Hoſt. Adde etiam
hic opi. Bar in auth. ſi quis in aliquo documento, in fi. per l. 1. C.
de rela. vbi latius ponit dicens, q licet acta ſimpliciter reciten-
tur in ſententia: ex quo tamen ſñia fuit lata præſentib. partibus
& non contradicẽtibus, probantur ipſa acta per ſñiam, per tex.
illius l. 1. C. de relat. Ex quo infert generaliter, q quando iudex
aliquid facit, ſeu dicit præſente parte, ſi ſibi diſplicet, debet con
tradicere: alias videtur conſentire, arg. ibi, quod dicit perpetuo
menti tendum. facit quod no. Inn. in c. ex parte Decani, de re-
ſcri. Dicit tamen Bar. q in ſententijs diffinitiuis & interlocuto-
rijs, vbi appellationi locus eſt, non videtur pars conſentire, niſi
taceat per decem dies, vel per alium actum citius conſentiat,
ar. l. ad ſolutionem. C. de re iu. & l. ab eo, C. quomodo & quan.
patet de fide inſtru. de præſumptio. & de proc. vbi dicit in plu-
rali, quia in nigro tractat, quot teſtes requirantur, qualiter præ-
ualeant alijs, qualiter reprobentur, &c. vnde fere totus tracta-
tus eſt in plurali. Ad ſecundum, quare dixit de atteſtationibus,
remitti Ioan. And. ad no. per eum ſuper rubrica de homi. in ſe
cunda obiectione. Secũdo ſoluit, ꝙ tractatus atteſtationum eſt
per ſe, de quibus tractant ſpecifice aliqua iura, vt in c. in cauſis,
c. præſentium. c. cum cauſam, cum multis ſimilibus, & hoc pla
cet. Tractaturus. n. author de teſtibus, & perſonis eorum, & nu
meri requiſitione, ac de ipſorum depoſitionibus, ſeu dictis, ne
habeatur materia geminandi rubricam, ſubijcit hic de atteſta-
tionib. Et no. quod dictum teſtis appellatur atteſtatio, quando-
que depoſitio. d. c. cum cauſam.

ADDITIONES

a Per teſtes. Et de inuentione modi probandi per teſtes, & eius cauſa, vide per B. Tho. in 2. 2. q. 70. arti. 1.
An ſtetur confeſſioni partium de interuentu actorum, dicas, quod acta præſumuntur in dubio interueniſſe, niſi contrarium conſtet, vel ex inſpectione ipſorum actuum, & proceſſus, vel alio modo. Ita Bart. in l. ſi qui, C. de app. Imo dixit Bal in l. ſi. io antep. co. C. de re iud. quod acta præſumuntur iuſta, & valida, ſicuti etiam præſumitur ſententia, de quo plene in l. ſciendum, ff. de verb. obl. Vide Bar. in l. illud, ff. de acq. hær. & Pau. de Ca. in conſi. 3. Et an ſtetur dicto plati, ꝙ ſubſit legitima cauſa alienationis rei eccle. Dicas, quod prælatus non poteſt alienare res eccl. niſi cum ſolemnitatibus, de quibus in c. nulli, & tot. tit. de reb. eccl. non alien. & in c. ſine exceptione, 12. q. 2. Et hodie non poteſt talis alienatio fieri, niſi cum ſolẽmnitate, de qua in conſtitutione Pauli. 2 ſub rub. de rebus eccl. non alie. & ſi diceremus, quod prælatus poſſet dicere ſubeſſe legitimam cauſam, & ſtaretur eius dicto, facile poſſet eccl. præiudicare, quod non eſt aliquo pacto dicẽdum, ideo puto ſuper hoc eſſe multum cogitandum. Ant. Fran.
Per teſtes. Vide vnum, quod ex hoc nouiter infert do. Anto. Sic. in rub. de fi. inſtrum. col. 1. in rep. ver. ex quo infero vnum, quod tibi videbitur nouum. Seb. Sap.

b De teſtibus. Quare autem appelletur teſtis, & vnde dicatur, & quod ſit eius officium, ponit Arch. in c. teſtes, circa principium. 3. q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis productus a parte ſine aliqua citatione, tanquam ſuſpectus nõ poteſt recuſari.*
2 *Actus explicandi a ieiunis, qui?*
3 *Idoneus teſtis, & omni exceptione maior eſt ille, contra quem nulla exceptio legitima poteſt opponi.*
4 *Teſtis quando teſtificatur, an neceſſario debeat eſſe ieiunus?*
5 *Concilium, cętus, & conuentus, idem important.*

CAP. I.

PLacuit. Breue eſt, continens tria dicta, &
communiter non ſummatur, ſed
pro iuuenib. ſummo ſic. Pretio non debent te-
ſtes ad teſtificandum induci. hoc primo. Quiſ-
que fidelis ad teſtificandum induci poteſt; niſi
probetur indignus. hoc ſecundo. Nemo niſi ie
iunus teſtimonium dicere põt. hoc tertio. Et partes patent. Ca-
ſus liter. per ſe patet, per illud. quod hic dr̃. B. No. primo ibi, Pre
cio &c. Nihil enim dicit de prece. Ex quo argue, ſecũdum Ho-
ſtien. quod preces interuenire poſſunt, dummodo ceſſet corru
1 ptio, quo caſu loquitur ī. eo. c. quoties. † No. bene hoc dictum,
quia licite rogatur quis, vt teſtimonium perhibeat veritatis, ex
quo argue, ꝙ teſtis productus a parte ſine alia citatione nõ po-
a teſt tanquam ſe ingerens, & ſuſpectus recuſari, a quia precibus
partis producentis potuit induci, vt hic. Quod bene no. & ſic
non debet dici ſe ingerere. & ſic reperi concluſiſſe dom. de Ro.
deciſio. 76. & aliquid ſubijciam in c. ſeq. Quare autem preces,
& nõ precium interuenire poſſunt? Dic, ꝙ citius corrumpitur
b precio, b quam precibus. Cito enim, dicit canon, violatur iuſti-
tia auro. in c. pauper. 11. q. 3. In collatione tamen ſpiritualium
etiam preces ceſſare debent. 1. q. 1. ſunt nonnulli. De quo dic,
vt legitur, & no. in c. tuam, de æta. & qual. No. ſecũdo, quod edi
c ctum c de teſt. eſt prohibitorium, ſcilicet certarum perſonarũ:
& permiſſorium regulariter. Quilibet enim admittitur, niſi ex-
preſſe reprobetur. No. vltimo vnum actum, qui explicãdus eſt
a ieiunis, ſcilcet actus teſtificandi An hoc ſit de neceſſitate, an
de honeſtate, dicam cum gl. Plures alios actus a ieiuno expli-
candos vide per gl. in c. ſacra. de conſecr. diſt. 1. & vltra illos ad-
dit Hoſt. hic vnum, ſcilicet prædicare verbum Dei: honeſtius
enim fit a ieiuno. Vide pulchrum tex. Hierony. in cap. eccleſiæ
Principes. 35. diſtin. Tamen ſecundum Io. And. ſeruatur quan-
doque contrarium: quia poſt prandium plerunque habetur po
pulus melius, & per prædicationem tunc factam retrahuntur
homines a peccatis, vel ſaltem tunc deſiſtunt, & interrumpun
tur, alias nullum tempus impedit conſilium ſanæ mentis. C. de
tranſact. l. non minorem. Saluo quod no. de offi. deleg. c. conſu
luit. §. fi. Dic, quod iſtud non fit propter defectum rationis, & ſa
næ mentis contingentem poſt prandium, ſed vt deuotius, & ſo
brius recitet verbum Dei. Nam tempore ieiunij facilius quis
compungitur, & eleuatur ad contemplationem Dei, iuxta
illud præfationis, quæ cantantur in Miſſa tempore Quadra-
geſimali. Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem
eleuas.

ADDITIONES.

a Recuſari. Adde Alex. conſi. 68. lib. 2.
b Precio. Adde limitandum, vt per Ro. ſin. ſuis. fol. 9.
c Edictum. Hoc idem uoluit gl. in l. quoniam. C. de hæret. probatur in cap. cum apud. vbi Abb. in primo notab. inf. de ſponſa. & in l. mutus. §. cum quæritur. ff. de procura. Contrarium tamen tenet dominus Nellus in tractat. de teſte in princ.

Digitized by Google

clenas, &c. Quis autem dicatur ieiunus, vide bo. glo. in d. c. ſacramenta. & no. in c. ſi conſtiterit. ij. de accu. Et breuiter poteſt dici ieiunus perfecta digeſtione, etiam ſine dormitione. de cōſecr. diſtin. 2. c. tribus. licet quidam cōtra reſpectu dormitionis. Quæro, quid ſi precio teſtes fuerunt inducti? Reſpondet glo. 1. teſtimonium non valere, quia corrupti ſunt. & dic, quod poſſunt accuſari de falſo. l. 1. ff. de fal. no. Bar. in l. Diuus ff. de re iud. vide quæ dixi in c. licet. 3. tit. prox. Et no. quod alio non probato, præſumitur corruptus. Et intelligo iſtum tex. de pecunia non recipienda pro actu teſtificandi. Debet enim dictum teſtis eſſe gratuitum. 14. q. 5. c. non ſane. Nam pro expenſis in veniendo, ſtādo, & redeundo, licite datur pecunia. de quo dic, vt in c. ſtatutum. in fi. de reſcr. lib. 6. & 4. q. 4. c. ſi teſtes. §. item liberi. ver. venturis.
3 †Vlterius quæritur, quis dicatur idoneus teſtis. Dicit gl. 3. quod quilibet præſumitur idoneus, niſi expreſſe reprobatur. de præſum. c. ſi. No. gl. iuncto tex. quod ille dr̄ idoneus teſtis, qui nulla exceptione legitima repelli pōt. Talis etiam dicitur omni exceptione
4 maior, in c. 1. de conſang. & affi. vbi no. † Item quæro nunquid teſtis debeat eſſe neceſſario ieiunus? Glo. dicit, quod non. Ad iſtū tex. reſpondet, quod loquitur de honeſtate, alleg. 22. q. 5. c. honeſtum. Io. And. ſuper tex. dicit, quod ſalua gl. poſſet dici hunc tex. procedere in locis, vbi ſunt homines impotentes, vel indiſcreti poſt potū. Contra hoc facit illa dictio vniuerſalis negatiua, nullus, &c. Et ſic compræhendit omnes tam potentes, quam impotentes: quapropter non eſſet abſurdum dicere, vt indifferenter teſtes examinentur ieiuni; quia ſunt magis ſobrij. Sed propter has opiniones contrarias eſſet ſtandum conſuetud. quæ eſt optima legū interpres, de conſuet. c. cum dilectus. & l. ſi de interpretatione. ff. de leg. Poteſt etiam quæri, quid denotet litera ibi conuentui. Ioā. And. exponit. i. concilio. hæc expoſitio ſatis probatur ex ſuprā-
5 ſcriptione. †No. ex hoc, quod non ſolum conuentus dicitur re-
a ligioſorum congregatio, a ſed etiam concilium generale. Dicitur enim a conueniendo in vnum. vnde, Cœtus, Conuentus, Synodus, & Concilium, idem important. Et de his, & quibuſdam alijs, vide bo. tex. in c. 15. diſt. Vltimo no. in quantum text. hic videtur repellere infideles, excipe caſum c. contra Chriſtianos, de hære. lib. 6. vbi bo. tex. cum gl. Abbas.

A D D I T I O.

a Congregatio. Vide cumulata per Fel. in c. capitutum S. Crucis. col. 1. 3. de reſcrip. Seb. Sap.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis debet adſtringi iuramento, vt teſtificetur pro vtraque parte.*
2 *Admonitio iudicis habetur pro trina citatione.*
3 *Vna citatio communiter ſufficit in meritis cauſæ.*
4 *Actus depoſitionis teſtium refertur ad tempus iuramenti.*
5 *An lex quæ prohibet actum fieri: apponendo pœnam, videatur actum etiam annullare.*
6 *Quæ requirantur ad hoc, vt teſtes dicantur idonei.*
7 *An ſemper pars debeat citari ad videndum iurare teſtes.*
8 *Pars debeat citari ad videndum publicationem teſtium, quando proceditur per inquiſitionem.*
9 *Iudex poteſt facere ad inſtantiam partis, vt teſtes examinentur clandeſtine, quando timetur potentia aduerſarij.*
10 *An valeat receptio teſtium, ſi pars citata noluit comparere.*
11 *An receptio teſtium valeat, ſi pars citata non potuit comparere legitime impedita.*
12 *Teſtes, qui potuiſſent repelli ab initio, ſi ſint examinati, faciunt iudicium. 15.*
13 *An quando teſtator mandat ſtari dicto vnius informati de voluntate ſua, poteſt ille examinari abſque eo, quod pars citetur.*
14 *Teſtificatio teſtis ſine ipſius citatione valet.*
15 *Articuli, quando admittuntur, pars non eſt citāda, ſed quādo producūtur ſic.*
16 *Depoſitio teſtium, an valeat ſi citatus eſt dominus qui non comparuit, & procurator non eſt citatus.*
17 *Perſona procuratoris inſpicitur in his, quæ ſpectant ad ordinem litis, in his vero, quæ ſpectant ad peremptionem litis, inſpicitur perſona domini.*
18 *Conſtituti ſi ſunt duo procuratores, ita, quod conditio vnius præoccupantis, non ſit melior, vnus præoccupat, alter producit teſtes, an productio teneat.*

C A P. II.

a IN nomine Domini. a Nulla eſt receptio teſtium facta contra non citatum. Diuiditur in tres partes. Nā primo ponit dictum. Secundo probat per legē. Tertio concludit. Sc̄da ibi, Ne poſtea. Tertia ibi, Ecce. Caſus literal. Ep̄s quidā dicebat, quod eo abſente viliſſimi teſtes recepti fuerunt contra ipſum, vnde non debent ſibi præiudicare. Vnde conqueſtus fuit domino Papæ, & ipſe reſpondet, quod ſi eſt ita, nullius momenti eſſe huiuſmodi teſtes, & iſtud probat per legem, vbi dr̄, quod ne poſtea obijciatur teſtibus, quod per vnam partem geſta ſunt, oportet vt teſtimonia dētur aduerſario a iudice monito, vt veniat, & audiat teſtes. Si vero venire noluerit, iuſto impedimēto ceſſante, valebunt, ac ſi vtraque pars præſens fuiſſet. Ex qua lege argumentatur Papa, aduerſarium ſemper eſſe admonendum, vt veniat ad audiendum teſtes, & quia hoc hic omiſſum eſt, firmitatem non obtinet. Et cap. iſtud loquitur de materia illius Dec. 2. quæſtio. 1. cap. in primis. Bern. No. ex principio. nomen Domini in actionibus noſtris inuocandum. concord. 23. diſtin. cap. in nomine Domini. vide pulchrum text. in c. non liceat. 26. quæſt. 5. vbi dicitur, omnia quæcūque facitis in verbo, aut in opere, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite gratias agentes Deo. & habētur illa verba originaliter, actuū 17. &

A D D I T I O N E S.

a In nomine Domini. Vide quod no. do. de Ro. deci. 125. ſecundum ordinem meum nouiſſimum. & in eo. ordi. decil. 167. Et adde, quod in caſu huius decret. ſufficit vnica citatio ſine peremptorio, ſecundum do. Ant. poſt Io. An. in c. conſuluit. in 5. col. de off. del. Sed Bal. in l. ſi quādo. in 1. col. C. de teſt. tenet contrarium, quod imo exigitur per peremptoria, quia in teſtibus conſiſtit tota vis iudicij. Et quod non requiratur peremptoria, tenet do. Ant. in c. paſtoralis, in 7. col. inf. de excep. Et verum ſit neceſſe, quod qui citatur ad videndū iurare teſtes, citetur perſonaliter, an ſufficiat citari ad domum, vide plene per do. Ant. in c. ſi. de eo, qui mit. in poſſ. in antep. col. & plene per Io. And. in reg. ait. præſumitur. lib. 6. in Mercu. & per do. Ant. in c. ſignificauit. to pe. col. ver. vlt. gl. inf. eo. ti. & per Bar. in auth. ſed ſi quis ab aliquo. in vlt. col. C. de teſti. Et adde, quod quādo examinandus eſt teſtis, cui certum eſt nihil poſſe opponi, non eſt neceſſaria præſentia partis. Iſtud dicit do. Ant. in c. veniēs, il 1. in 3. col. inf. eo. Et quando datus eſt terminus ad probandum, vtrum, ſi pars velit producere probationes intra terminum, alia pars ſit citanda? vide per Bal. in l. ſi. in fi. 1. col. C. qui adm. vbi dicit, quod ſi probationes producūtur in termini aſſignati, non eſt neceſſe citare partem. Secus ſi producerentur alias intra terminum, vt dicit Bart. in l. 2. ante medium. C. de tempo. appel. Sed idē Bal. vr̄ aliter diſtinguere in fi. q. in Auth. ei, qui. circa prin. C. de tēp. ap. ſ. an ſit aſſignatus terminus ab homine, & non requiratur citatio, vt c. ſæpe. de appel. Aut a iure, & tunc requiritur. Vide tamen eundem Bal. in d. l. ſi quando C. de teſt. An autem quando vna pars ſit citanda? dic, quod aut quæ producit ad effectum notificationis, & non eſt citāda. Ita dicit Bal. in d. l. ſi quō, in fi. per tex. in c. chartæ. 3. q. 9 Et adde hic Bal. in Auth. hodie. circa prin. C. de iura. cal. vbi dicit, quod licet ſit citanda pars in examinatione teſtis, tamen ſi prius teſtis depoſuit, & modo velit declarare dictum ſuum, nō erit iterato pars citanda.

Sed an ſit nulla examinatio teſtium facta parte non citata? dic, quod ſic, ſecundum Bar. in auth. at qui ſemel. in 5. col. verſi. quæro quid ſi publicatio. C. de prob. Et idem dicit do. Ant. inf. eo c. fraternitatis, in 16. col. ver. idem dicit. Et adde, quod ſi notarius ſcripſit, Et talis teſtis iuratus depoſuit, non eſt ex hoc præſumitur partem fuiſſe citatam ad videndum iurare teſtes. h. d. do. Ant. in c. fraternitatis, in vlt. char. inf. eo. & vide quod ibi no.

Et de illo articulo, quando eſt aſſignatus alicui terminus ad probandum, an & quando vult producere probationes, debeat facere citari aduerſarium. vide Bar. in l. quæ ante Calendas. ff. de ver. obl. & in extrauag. ad repri. in ver. de plano. circa medium, coniuncto eo, quod ſcribit Bart. in l. ſi. alius ver. Et ad videndum iurare teſtes, quod ſufficiat vnica citatio ſine peremptorio, tenet dom. Ant. in c. quoniam frequenter. §. in alijs. in 4. col. ut li. non cōte. Et adde hic, quod teſtis examinatus, parte non citata, facit indicium, ſecundum Bar. in l. hæreditarias. ff. de crim. expil. hæred. Adde hic caſum, in quo teſtes recipiuntur, parte non citata, videlicet in caſu c. præterea. el 2. de ſpon. ſecundum vnam lect. quam refert hic do Abb. Et de hoc, an ſit neceſſaria citatio partis, quādo ſtatutum præfigit terminum ad producendum, vide Bal. in l. 1. in fi. de libel. dimi. & Bal. in l. ſi ca. in fi. C. qui accuſ. non poſſ. & io l. 1. §. ſi. ff. de fer. Et tex. huius Decr. in nomine Domini. Limita valde mirabiliter per Bal. & Pau. de Caſt. poſt Gul. de Cu. in l. ad egregias. ff. de iureiu. quamquam eius dictū non ſit verum, quia eſt contra caſum apertum in l. 2. §. ſin autem, vel dignitas C. de iura. cal. Item adde, quod in tm̄ neceſſaria eſt citatio ad uidēdum recipi teſtes, quod ſi papa ſimpliciter delegat receptionem teſtium, uſ data ptās citandi partes ad uidendam receptionem teſtium. tex. eſt in c. conſtitutus. & ibi no. do. Ant. in 1. col. inf. de app. Item, quod ſufficiat unica citatio ſine peremptorio, ad uidendum iurare teſtes, firmat Bar. in l. ſi finita. §. tulia. circa prin. ff. de dam. infe. & in l. conſentaneum. C. quom. & quando iudex. Dicit enim Gul. de Cun. & Bar. in d. l. ad egregias quod quando mittitur ad mulierem pro teſtimonio, non dēt pars citari, ut ueniat ad uidendum iurare mulierē. Secus diceretur, ſi mitteretur ad aliam perſonam priuilegiatam, quia tunc dēt citari pars, ut uadat cum tabellione ad domum priuilegiatæ perſonæ, ut uideat ipſam iurare, per tex. in Auth. vt liti. iuret. §. ſi uero. Sed uide quod ſcripſi poſt do. in c. 2. §. 1. de iu. lib. 6. ubi hoc perfectiſſime declaraui. Item uide Dom. in c. multis. in 2. no. 44. diſt. ubi per illum tex. dicit, quod multitudini teſtium non creditur ſine partis citatione.

Addē, an ſufficiat citatio ad domum, cum teſtes examinantur ad æternā rei memoriam. Alex. conſi. 113. lib. 2. & quando citatio partis non ſit neceſſariā, cum certum eſt nihil poſſe opponi, uide Ro. conſi. 208. Et an pars citāda ſit denuo, cum teſtis uult declarare dictum ſuum, per eundem Rom. cōſ. 432. Et an præſumatur iuratum, cum notarius ſcripſit T. iuratus depoſuit, uide Alex. conſi. 42. lib. 4. In quantum hic addens reprobat limitationem Bal. & Pau. de Ca. dic, quod fuit reprobatio Rom. ſing. ſuis. fol. 10. inci. fuit unus ex uobis.

An citatio peremptoria requiratur in teſtib. dicas, quod ad iuramenta teſtium, vr̄ requiri peremptoria citatio, ſed non ad pub. proceſſus, ſecundum Bal. in l. ſi quando. in 3. col. C. de teſti. ſed Bar. in l. conſentaneum. in 3. col. in princ. uidetur tenere contrarium, quod non requiratur citatio cum peremptorio. Et illud credo uerius: tamē citatio teſtium peremptoria requiritur non ad uim probationis, ſed ad mulctandos teſtes, ſecundum Bal. qui ita ſeipſum declarat in d. l. ſi quando. in uer. uenio ad materiam utilem. C. de teſtib. ubi dicit, quod ſemper requiratur peremptoria citatio ad mulctandos teſtes, & alios citatos. Sine autem citatione ipſorum teſtium, & partis ad uidendum deferri iura, putarem non ualere depoſitionem, quia uideretur teſtis ultro ſe ingerere, & ſpōte ad teſtificandum uenire, niſi ueniret citatus, & per conſequens redderetur ſuſpectus, ut in d. l. ſi quando. C. de teſtibus. Et faciunt quæ habentur in materia l. de unoquoque. ff. de iudi. & l. nam ita Diuus. ff. de adoptionib. Ant. Fran.

In nomine Domini. Extende, ut per Abb. in c. ſignificauit, in 2. no. inf. eo. extende etiam ad productionem inſtrumentorum. ut per Ang. & Alexan. & Mod. in l. proterandum. §. ſin autem reus. C. de iud. Seb. Sap.

Digitized by Google

17. & facit 1.q.1. c. cum Paulus. Vide aliquas concordantias in
Spec.de inſtr.edi.§.5.in prin.No.2.cauſas decidendas,& inſtruē
das,& ordinandas ſecundum ius ciuile,ex quo canones nō ob-
uiant. vide plene in c.1. de no.oper.nunc. Et generaliter, an &
quando valeat lex ciuilis reſpectu eccleſiarum, & perſonarum
eccleſiaſticarum,dico plene in reper. c. quæ in eccleſiarum. de
1 conſtit.†No.quod teſtes a debent eſſe communes,& deponere
a pro vtraque parte,& non pro producente tantum. 14.q.5.c.nō
ſane.& ad hoc iuramento adſtringi debent,vt no. gl.in c.frater
2 nitatis.ĵ.co.No.ibi,†a iudice,aut defenſore, &c.ꝙ iudex poteſt
monere,& citare partem per ſe, & per alium, ſcilicet defenſo-
rem.i.nuncium:quinimo plus dico, quod etiam vbi requiritur
trina citatio,ſufficit vnica monitio iudicis, quia illa habet vim
trinæ citationis,vt in l.2.C.quomodo & quando iudex. & vide
3 gl.in c.conſuluit.de offic.deleg.in ver.terminum.† Item no.ſuf
ficere vnicam citationem ad actum receptionis teſtium,& cō-
muniter in medijs cauſæ ſufficit vnica citatio. vide plene p In-
noc.& alios in d.c. conſuluit. aliquid per eundem in c.ad peti-
tionem.de ac.No.ibi,ſed etiam ipſo præſente facta fuiſſent &c.
ꝙ abſens contumaciter hr̄ pro præſente in ſui præiudicium, &
actus eo abſente explicatus perinde valet, ac ſi eo præſente fa-
ctus fuiſſet,conc.c.veritatis.de dolo & contum. & c.2. de arbi.
lib.6.No.ꝙ temporaliter impeditus non tenetur venire, nec p
alium comparere,& actus geſtus eo abſente, licet citato, per in
de quo ad effectum inualidatur, ac ſi nulla citatio fuiſſet facta,
de quo aliquid inf.& in l.quæſitum.ff de re iud.Item no. ibi, Et
non ex ineuitabili quadam neceſſitate, &c. quod quælibet ne-
ceſſitas excuſat.ideo alibi dicit tex.quod leuis febricula, & ve-
tus quartana non excuſat.d.l.quæſitum.& no. glo. in c.placuit.
4 18.diſt.vide generaliter no.in c.querelam.de proc.† No.ibi: Ad
audiendos teſtes,&c.in gl.quod teſtis videtur recipi,& depone
b re,quando iurat.bActus enim depoſitionis refertur ad tempus
iuramenti. Ad hoc l.ſi quando, C.de teſti. & ter.gl in c. licet.de
5 probatio. † Vlti. not. quod actus geſtus contra legem eſt nul-
lus.concor.10.diſtinct.capitu.vides. & regu.quæ contra ius.de
reg.iur.lib.6.& l.non dubium.C.de legi.Et antequam vltra pro
grediar, quia hoc eſt ſatis vtile canoniſtis, quæro an hoc ſit ve-
rum indiſtinctè,maximè vbi pęna eſt appoſita? Diſtingue: Aut
diſpoſitio eſt non pœnalis,aut pœnalis. Primo caſu actus regu-
lariter eſt nullus,vt hic,& in iuribus ſuperius allegatis. Quod in
tellige quando lex habet perpetuam cauſam prohibitionis.i.ra
tio prohibendi eſt perpetua. Secus ſi temporalis,quod declara,
vt no.in c.tua.de ſpon.c.duo.vbi glo.& 10.diſt.d.c.vides.Et eſt
bona gl.declarans hoc primum membrum,quando diſpoſitio
non eſt pœnalis in regu.quæ contra ius fiunt.præall.quam om-
nino vide.Sed difficultas maxima eſt in ſecundo membro,quā
do diſpoſitio eſt pœnalis,in quo varij varia ſenſerunt, vt no.per
Legiſtas.in l.non dubium,præalle.vbi plene.& per Bar.in l.prę
tor.in prin.ff.de noui oper.nun. Quidam enim ſimpliciter dixe
runt, quod per appoſitionem pœnæ ſuſtinetur actus, quia lex
non videtur tunc ſimpliciter prohibere, ſed vltra proceſſit, ap-
ponendo pœnam. Hoc verum, niſi lex inducat vltra pœnam,
etiam actus nullitatem, ſicut facit tex.in l.iubemus.C.de ſacro-
ſanct.eccl.& in c.quia propter.de elect. Hæc opin. non videtur
placere Bar.in d.l.prætor.al.d.l.iubemus.& multa alia iura,quæ
c vltra pœnam inducunt nullitatem actus. c Sed certe poſſet re-
ſponderi,ꝙ in illis iuribus lex fuit cōtenta pœna extrinſeca, ſed
etiam voluit inducere nullitatem actus.Ipſe tamen Bar. multū
inſtat in d.l.prætor.& in effectu vult,quod aut nullitas actus tē-
dit in præiudicium facientis contra legem, & habebit locum
vtrunque.ſ.actus nullitas, & pœna appoſita in lege; & hoc in
odium ipſius,qui voluit actum gerere cōtra dictam l.iubemus.
Si vero nullitas actus tenderet in præiudicium alterius, qui nō
fecit contra legem,& tunc actus remanet validus, & pœna cō-
mittitur.Iaco.de Ra.& multi alij aliter, & probabilius diſtinxe-
runt in d.l.nō dubium. quod aut lex pœnalis eſt ſeparata a lege
ſimpliciter prohibente, & tunc inducitur actus nullitas reſpe-
ctu legis pœnalis, aut non reperitur lex ſimpliciter prohibens,
ſed ſolum reſpectu pœnæ,& valet actus, quia ex eadem diſpo-
ſitione pœnæ generalis, non compatitur ſe cum ſpeciali, vt in
l.ſanctio legum.ff.de pœ. Sed ex diuerſa lege bene compatitur,
ſecundum eum do. Bald.dicit,quod quandoque nullitas actus
non eſt pœna,vt puta, quando lex detrahit poteſtati dantis,vel
adminiſtrantis,vel delictum præſumit,& tunc ſpecialis pęna in
ſerta in lege non facit actum valere; quia ſua natura prohibe-
tur,& habet nullitatem intrinſecam.Si autem nullitas,proprie
loquendo, eſt pœna, tunc habet locum conſideratio Iacobi &
aliorum.Et hoc inducit ad ſtatutum,quo cauetur, ꝙ nullus cō-
trahat,quin ſoluat gabellam de contractu, & ſi non ſoluerit ga
bellam,ſoluat centum nomine pœnę: hoc enim caſu, vt patet
ex prædictis, valet contractus, ſecundum eum, quia lex vltra
procedit, imponendo pœnam diuerſam a pœna nullitatis, vt
in præallega. l. ſanctio. & hoc mihi ſatis placet. & ad primum
membrum diſtinctionis Bal.facit,quod no.gl.in cle.de iurepa-
tron.quam vide. Ad ſecundum, & ad dictum Iaco. & aliorum
ſatis faciunt iura, quæ vltra pœnam annullant actum. Nam ſi
induceretur actus nullitas, fruſtra iura illud exprimerent. Ad
vnum tamen aduerte, quod limitat vtrunque membrum;non
enim ſemper ex non obſeruantia legis inducitur nullitas ipſo
iure,ſed quandoque præſtat cauſam irritandi, quandoque ipſo
facto irritatur. Scire tamen debes, quod quandoque lex iubet
aliquam ſolemnitatem adhiberi tempore contractus, & tunc
ſi aliter fiat,contractus eſt nullus ipſo iure,vt in c.ſine exceptio
ne.12.q.1.& 10.q.2.c.ea enim,§.hoc ius porrectum.& d.l.nō du
bium.& c.auditis,cum ibi no.de elc.& C. de teſta.l.hac conſul-
tiſſima,circa prio. Quandoque lex iubet aliquam ſolemnitatē
adhiberi poſt contractum, vel alium actum perfectum, tunc ſi
illa ſolemnitas non interuenit, non inducitur actus nullitas ip-
ſo iure,ſed non valet in effectu,quia debet annullari, niſi aliud
expreſſe caueretur in diſpoſitione. Et hoc notabiliter videtur
probari in l.vniuerſa. C. de precib.Impe.offer. & ibi per glo.&
pone exemplum. dicit ſtatutum de quolibet contractu ſolua-
tur gabella 10.ſolidorum pro libra,certe ſi non ſoluitur, contra
ctus remanet validus,licet poſſit annullari.quod procedit ēt,ſi
lex dicat,alias non valeat:debet enim intelligi, non valeat.ſ.in
effectu,vt in d.l.vniuerſa. Secus ſi diceret,non valeat ipſo iure,
vel ipſo facto.vide ad hoc glo.in reg in pœnis. de reg. iur.lib.6.
6 & hoc no.†Quæro,qa hic excipiebatur, teſtes fuiſſe viliſſimos,
quæ debent conſiderari de teſtibus ad hoc, vt dicantur idonei?
Glo.1.ponit verſus,quos ſic declara. Conditio.i.an ſint ſerui,an
liberi:debent enim eſſe liberi.4.q.3.c.ſi teſtes. §.liberi ad fi.Ibi:
Sexus, vt.ſ.ſit maſculus,non fœmina. Hoc intellige,vt no.in c.
forus.de verbo.ſigni.ibi, Aetas,vt ſit maior.14. annorum, ſi de-
ponit in ciuili,in criminali vero maior 20 4.qō.3.c.1. & c.ſi te-
ſtes.ver.in teſtimonium,& vide Spec.eod.tit §.1.ver.item exci
pitur,ꝙ eſt impubes. Ibi, Diſcretio,vt quis ſit diſcretus,& men-
tis compoſ.ad hoc 3.q.7.c.infamis.§.tria.Ibi Fama,vt non ſit in
famis.ĵ.cod.c.teſtimonium. Ibi,Fortuna. Vt non ſit pauper,de
quo dic,vt no.ĵ.eo.c.ſi qui teſtium.Ibi, Fides, vt non ſit infide-
lis.ĵ.eo.c.1.cum ibi no.Alij ponunt alios verſus, ſed non eſt cu
randum,& vide Spec.eo.tit.§.iam de interrogatorijs, ver.quid
ſi vnus. Opp.& videtur, partem non citandam,vt veniat ad au-
diendum teſtes,cum debeant deponere in ſecreto. ĵ.eo.c.vene
rabili. Glo.in ver.audire,dat duos intellectus. Primus vt audiat
teſtes,i.iurantes. & iſte eſt bonus intellectus, & credo de mēte
literę,ꝙ poſt publicationem poterit videre atteſtationes. Secū
dus intellectus,vt intelligatur,quando teſtes recipiuntur in cā
publicationis.i.ad æternam memoriam,vt in c. quoniā. §. ſunt
& alij,vt li.non conte.& ſic dicit intelligendum. §. & hoc vero
in Auth.de teſti.vnde hæc verba, quæ ſunt in tex. ſumpta ſunt.
& tunc expone,ſecundum glo.ad audiendum teſtes, ideſt, de-
poſitiones teſtium.Sed certe iſte intellectus in ſe non eſt verus;
quia tunc teſtes ſunt examinandi in ſecreto,licet poſtea publi-
centur ad futuram memoriam. Tene ergo primum intellectū.
Dicit tamen Io.ut no.ĵ.q 1.c.in primis.quod quælibet partium
poteſt intereſſe depoſitioni teſtium, tamen nō poterit poſtmo
dum ſuper illis capitulis teſtes producere. Sed Bat.Brix.ibi,con
tra quod videtur verius,ſecundum Ioan. Aud.ut liberius teſti-
monium dicant. Et contra rationem, qua mouebatur Io. And.
ſcilicet, ꝙ pars præſens melius ſciret interrogare, habemus re-
medium, ſecundum Io. And. ut interrogatoria det in ſcriptis,
ut in c.2.eod.tit. lib.6.ſecundum quę teſtes examinabuntur. ut
ibi, & ſic etiam ſeruat generalis conſuetudo, ut no. Accur.C.
eod.l.ſi quando.& Spec.eodem tit.§ nunc tractandum.in prin.
quod ſatis mihi placet, & uidetur de mente omnium iurium.
7 †An autem ſit hoc indiſtincte uerum, ut pars debeat citari ad
uidēdum iurare teſtes. Certe regulariter hoc eſt uerum, ut hic.
& l.ſi quando.C. eod.Excipit do.Ant.tres caſus,Primus ubi fa-
ctum eſt notorium, & iudex ad ſui inſtructionē recepit teſtes.
Adducit no.per Innocen.in cap.bonæ. 1. de elect. Tu intellige
hoc ſecundum no.per eundem Innocen.in capit. tua,in fin.de
cohab.cler.& mul.per glo.in c.ad noſtram.il 3.de iureiuran.Se
cundus

ADDITIONES.

a Quod teſtes. Vide Bal.in l.a.in 1.co.C.de eden.vbi dicit,quod ſi teſtis,qui de
poſuit pro vna parte,interrogatus pro alia parte, noluit reſpondere,tollı-
tur fides ſuo teſtimonio,vnde multa cumulata per do.Iaſ.in l.præſcriptione
col.2. a.nutab.C.ſi contra ius, vel vtil. publ. vide etiam Abb.in c.cum dile-
cti,inf.de accuſ. Seb.Sap.
b Quando iurat. Quando teſtes dicantur recipi,quando iurant,vide Fel. & Ar
chi.in c.licet cauſam,ĵ.de proba.vbi exponit tanquam diuerſa, recipere,&
examinare,& idem no.Abb.in c.cum cauſam.in prin.in 4.no. infra eodem.
Seb.Sap.
c Nullitatem actus. Quando actus contra legem ſit nullus, vide Alexand. in
conſil.57.in prima colum.in 1.volum.& Dec.in conſil.17. verſicu.de nota-
rio matriculato.Iaſ.in l.omnes populi,colum.8.circa medium,ff.de iuſtitia
& iure.

Digitized by Google

gundus caſus, vbi agitur de informatione perſonæ, an ſit habilis ad dignitatem, adducit no. per Inno. in c.fi. de tranſla. præla. In fi. vbi hoc ponit. & intellige hoc, quando procedit extraiudi
8 cialiter, parte abſente, quo caſu ceſſat diſpoſitio huius c. † Ter
a tius caſus a eſt, quando proceditur per viam inquiſitionis, adducit no in c. qualiter, & quando. §. debet. de accu. Sed ego nõ credo hoc fuiſſe de mente literæ. Nec puto verum in ſe, quia generaliter exigunt partem aduerſam citandã ad teſtium receptionem: nec diſtinguunt inter proceſſum inquiſitionis, & alium, vt hic, & in d. l. ſi quando. Item ſi in ciuilibus, in quibus nõ agitur de tanto præiudicio, citatur pars, vt nullo modo ſupplante-
b tur, fortius debet citari, vbi agitur de crimine, b licet per viam inquiſitionis. Nam poſſet ingeri pœna corporalis, quæ cenſetur maior qualibet pecuniaria. l. in ſeruorum. ff. de pœn. Fateor tamen, ꝙ tex. illius. §. debet. multum facit pro contraria parte, in eo qđ dicit, ꝙ non ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſorum teſtium tradenda ſunt inquiſito. Et ſic videtur, ꝙ non ſit neceſſaria citatio ad videndum eos iurare, cum nunc ſit neceſſe, ꝙ nomina tradantur. & ſic colligit ibi Io. And. illud dictum, ꝙ in cauſa inquiſitionis non eſt neceſſe inquiſitum vocari ad vidẽdum iurare teſtes; fatetur tamen, ꝙ practica eſt in contrarium. Ego, vt dixi, non poſſum mihi perſuadere hoc, cum nullam rationẽ diuerſitatis videam: & reperio Bar. in l. fi. ff. de quæſtio. in fi. aperte tenere citationem fiendam, etiam ſi prius illi teſtes fuerint recepti in inquiſitione generali, cum ignorabatur perſona, quæ commiſerat maleficium, iuxta no. per Inn. in c. bonæ. ꝭ. de elec.
c Et ſic intellige illud dictum Inno. c Ad tex. c. qualiter. poſſet reſponderi, ꝙ vltra citationem ad videndum iurare teſtes, requiritur, vt nomina tradantur inquiſito, vt ſi perſonæ ſint ſibi incognitæ, poſſit interrogando de illarum qualitate ſe informare. Poſſet enim alia pars promouens inquiſitionem, vel ipſe iudex ex officio ſuo adducere teſtes incognitos, nec eſſet ſatisfactum inquiſito videre eos iurare, niſi nomina ſibi tradantur, vt ſic ꝑ traditionem nominum poſſit peruenire ad cognitionem perſonarum. Inſt. de leg. §. ſi quis in nomine. Excipio ego a dicta regula caſum notabilem, de quo in c. fin. de hære. lib. 6. videlicet in caſu hæreſis, cum timetur potentia inquiſiti, tunc enim no-
9 mina ſubticentur. † Adde alium caſum, qui poteſt ſub ſe comprehendere multos, videlicet, quando quis non audet alicui, et in ciuilibus, mouere quæſtionem propter illius potentiam, qa timet ne interim moriantur teſtes: poteſt enim petere a iudice, vt clandeſtinè recipiat teſtes ad futuram rei memoriam, vt notanter dicit Hoſt. in c. quoniam. vt lit. non conte. & facit in arg.
10 d. c. fi. † Quæro, quid ſi pars citata non curat ire ad videndum iurare teſtes? Dicit gl. in ver. noluerit, ꝙ nihilominus teſtes recipient, & valebit depõ, ac ſi pñs fuiſſet. Hoc tñ litat, ſi lis eſt cõt, alš nõ ꝑ c. qm̃, vt li. nõ ꝯt. Põdera duo ex gl. Primo, ꝙ eſt in optione citati, an velit ire, vel non; quia in hoc tractatur de ſuo præiudicio tantum, & de hoc videtur text. hic. Sed tu limita hunc tex. & glo. ſecundum notabilem tex. in c. conſtitutus. de fideiuſ. & ibi per glo. Nam quandoque conſtringitur ad eundum, velit, nolit, vt ibi. Secundo limita hanc glo. quod ad validitatem depoſitionis teſtium requiritur li. conte. ſcilicet, niſi in caſibus, in quibus poteſt procedi li. non conte. de quibus legitur, & no.
11 in cle. diſpendioſam. de iud. † Quæro, quid ſi pars citata venire non poſſit? Reſpondet gl. in ver. ineuitabili, ꝙ tunc non debet reputari contumax, & depoſitio eo abſente facta non valet, ſi conſtiterit de impedimento, Io. And. hic dicit, ꝙ talis receptio nõ eſt ex toto nulla, ex quo pceſſit citatio. Sed non valet quoad hoc, quin poſſit abſens in perſonas teſtium obijcere, ſicut potuiſſet ſi fuiſſet præſens, & ſic audietur, ſecundum eum, vltra caſus Decre. præſentium. ꝭ. eod. ſuper quo remittit ſe ad no. per eum ſuper regu. præſumitur. de regu. iur. lib. 6. in Mercu. in fi.
d quæſtionis. Ibi enim concludit, d citatum perſonaliter, qui venire non potuit ad opponendum contra perſonas teſtium, reſtituendum ad facultatem opponendi in perſonas teſtium ea, q̃ tunc potuiſſet opponere, non obſtante, ꝙ non præceſſit proteſtatio, iuxta formam c. præſentium. ꝭ. eo. Et idem concludit in citato ad domum, qui non comparuit, vt in caſibus, in quibus citatio ad domum ſufficit in receptione teſtium, valeat receptio eo abſente facta, ſed ipſe allegans citationem ignoraſſe, audietur nunc contra perſonas teſtium, licet non ſeruauerit formam c. præſentium, ſicut auditur fictus contumax appellans. l. ab eo. C. quomodo, & quando. & no. in cle. vna, de dolo & cõtum. Sed vbi non ſufficit citatio ad domum, receptio erit nulla. Et an, & quando ſufficiat citatio ad domum in teſtium receptione vide ibi plene per Ioan. And. & quod dixi in c. cauſam, de dolo, & contum. & in c. ſi. de eo qui mit. in poſ. Aduerte, ego fateor dictum Ioan. And. verum in receptione facta contra fictum contumacem, eo caſu, in quo valet receptio in fictum contumacem: quia hæc receptio eſt legitime facta, & nil ſuadet ad retractationem, argumen. regu. factum legitime. de reg. iur. lib. 6. Sed in alio caſu, quando citatus venire non potuit, & vult probare legitimum impedimentum, credo quod dictum Ioã. And. non ſit indiſtincte verum. primo. per iſtum tex. a ꝯrio, ibi, Et non ex ineuitabili neceſſitate. quæ verba apertiſſime innuũt teſtimonia tunc non valere, quando venire non potuit ex ineuitabili neceſſitate. Item & ſecundo, nos habemus regulam, ꝙ acta contra abſentem, qui venire non potuit, ſunt nulla, ſeu debent retractari, docto de impedimento, in c. cum Bertoldus. de re iud. & l. 4. §. ſi forte. ff. de dam. inſe. & c. querelam. de procur.
12 † Tertio probo ſic. Citatio fit ad teſtes recipiendos, non ſolum, vt poſſit obijcere in perſonam, cum ad hoc habeat facultatem vſque ad tempus publicationis, vt in d. c. præſentium. ſed vt videat eos iurare in debita forma, & ſi opus erit, eos repellere ex toto, vt non examinentur, iuxta no. in capit. ex parte Adæ, & in c. cum cauſam. ꝭ. eo. & maximum præiudicium eſt, ſi examinati fuerint, vbi prius potuiſſent repelli a principio; qa tunc facient qualequale præiudicium, licet exceptiones lrimæ ꝓbentur contra ipſos, vt no. Bar. in l. maritus. ff. de quæſtio. quapropter non videtur ſibi plene ſatisfactum, ſi ſolum admittitur ad facultatẽ excipiendi: cum forte non iurauerit, vel non in debita forma: nec tenetur credere iudici, nec notario, cum ipſe debuiſſet eſſe præſens, vel forte ex toto eos repuliſſet a principio, vt ſupra dixi. Talis ergo receptio damnoſa forte abſenti, qui venire non potuit, non debet valere, vel ſaltem eſt retractãda. Vn de di-

ADDITIONES.

a Tertius caſus. Adde alium caſum, qñ teſtes examinãdi eſſent omni exceptione maiores, & fide digni, quib. aliquid opponi non poſſet, & quorum dicto eſſet ſtandum: hunc caſum ponit Alex. in conſ. 130. incip. difficultas huius, circa med. in 1. col. in 1. vol. Et dicit hoc eſſe de mente Bart. in l. Theopompus, ff. de dote prælega. Seb. Sap.

b De crimine. Caſus, in quibus proceditur ad receptionem teſtium ſine citatione partis, ſed hos & complures alios enumeratos, vide per Ro. in ſuo ſingu. no. quod incipit regula eſt, qđ ad receptionẽ. vbi omnino vide. Et ſic licet iſte tex. cir. fi. dicat, ꝙ ſemper eſt admonendus aduerſarius, tñ hoc patitur fallẽtias. Item ad caſus hic poſitos adde, quod etiam qñ recipiuntur teſtes ex officio, eſt neceſſe vocari partem, ſecũm Io. And. in addi. Spec. in tit. de teſte. §. nunc tractandum, in prin. Et dicit, qđ fuit dictũ Gui. de Suz. in l. iuſiurãdi. C. de teſti. Item non eſt neceſſe vocari partem, qñ certum eſt, qđ teſti nihil poteſt opponi, ſecundum do. Ant. in c. veniens. 1. in 3. col. inf. eo. Item adde alium caſum, in quo nõ eſt vocanda pars, qñ teſtes pp potentiam eius, contra quem producũtur, non auderent deponere, tex. eſt in c. fi. de hæreti. in 6. & inf. proxi. p Panor. Qđ an ſit verum indiſtinctè, vide plene ꝑ D. Abb. in c. præterea. 2. cir. fi. de ſpon. & per do. Ant. in c. qm̃ frequenter, in 7. colũ. vt lit. non conteſt. & quod ibi no. cuius dicta refert, & ſequitur do. Abb. Itẽ adde alium caſum, qñ quis vult probare periculum ſuo cõſocio in mercantia, quia põt recipere, vel examinari facere teſtes, qui interfuerunt periculo partis, parte nõ citata, quia forte eſt multum remota. Hoc dicit Bart. in l. 2. C. de naufra. lib. 11. Et adde hoc no. dictũ Io. An. in c. 1. de homi. lib. 6. vbi dicit, qđ qñ timet periculum, poſſunt recipi teſtes parte non citata, & li. nõ conteſt. Quod dictum refert, & appellat ſing. do. Abb. in c. cum nõ ab homine, ante medium. de iu. pro qđ allegans tex. in d. c. fi. de hære. in 6. Itẽ adde, qđ qñ agit de probanda conſuetudine introducta a populo eiuſdẽ ciuitatis poſſunt recipi teſtes, parte nõ citata. Ita dicit do. Ant. in repe. c. fi. in pe. char. in vlt. col. illius chartæ, ver. ad primum redacta, de cõſue. Itẽ adde, qđ vbicunq; procederetur inſpecta æquitate naturali, & iuris gentium, nũquã requireret citatio ad videndum iurare teſtes, ſecũdum Bar. ſingulariter in l. 2. C. de nauf. li. 11. ita intelligit tex. in l. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de excu. tu. Sed in hoc aliter vi Bar. in l. filius, ff. de don. Et adde, qđ vbicũq; iudex ꝓcedit ad informandũ ſe de abſentia rei, non reqrit citatio ad vidẽdũ iurare teſtes. Ita tenet ſin. Bar. in extrauã. ad reprimẽdũ, in ver. ꝑ edictũ, ꝑ tex. in Auth. de exhib. & intro. re. § ſancimus. Itẽ adde hic aliũ caſum, quẽ ponit Panor. inf. hoc eo. ti. c. 1. ver. ſed q̃ro quid ſi pars nõ fuit citata ad videndum iurare teſtes &c. Itẽ adde, qđ qñ partes dederint licẽtiã iudici, vt poſſit recipere teſtes in abſentia ipſarũ, nulla reqrit citatio ad videndũ iurare teſtes, ſecũm Bal. in l. ſi qñ, in 2. col. C. de teſtib. Itẽ adde, qđ vbicũq; lex in actu nõ exigit plenã probationem, ſed cõtentat ſolis articulis, ibi põt recipi teſtes parte nõ citata. Ita ſin. dicit Do. poſt Hoſt. in c. ꝓ humani. §. fi. in antep. col. de hom. in 6. & ibi Hoſt. dicit, vbi ſubeſt periculum, põt recipi teſtes, parte non citata. quod dictum refert, & ſequitur ibi Dom. in §. fin. in antep. col. Pro hoc optime facit elegans dictum, quod ponit Do. Ant. in c. imputari in princ. pen. col. de fid. inſtrumen.

c Hoc idem eſt de mente Inno. in c. cũ in tua, in gl. ſup ver. de plano. de ſpon. & ibi vide do. Ant. in fi. poſt Inno. & Io. An. in c. 1. in 3. col. ver. ad ſecũm contrarium. de poſtu. præla. et hoc vide per Dom. in c. ſi forte, in vlt. col. verſi. vlt. q̃ro, de ele. in 6. poſt do. de Ro. deci. 260. ſecũm ordinem nouiſſimum. Itẽ circa hoc vide Bal. in l. congruit. in fi. ff. de off. præſi. & in c. 1. §. homicidiũ, de pa. iur. fir. & facit quod no. Bal. in addi. Spe. in tit. de inq. tex. iuxta finem quẽ alle. hic do. Ant. in c. qualiter il. 2. §. dẽt, de acc. nõ probat, qđ ad probãdum crimen ꝑ viã inquiſitionis poſſint recipi teſtes, parte nõ citata, ſed probat, qđ ad ꝓbãdũ famã, mediante qua poſſit deueniri ad inquiſitionẽ, põt recipi teſtes. Et aduerte, qđ ille tex. intelligit parte nõ citata, vt dicit ille tex. in ver. ne propter ſurreptionem omnium infamãdi &c. & ideo dicas, qđ non eſt verum, quod hic dicit do. Ant. de inquiſitione, quod etiam improbat hic do. Abba. pro quo contra do. Ant. hic. eſt caſus ſecundum do. Fran. de Are. in l. diuus, §. cum autem, ff. de off. præſi.

d Concludit. Qđ ille, contra quem abſentem & citatum recepti fuerũt teſtes, docet de legitimo impedimento, ſi iudex ignorauerit impedimentum, valet receptio, ſed pars abſens reſtituitur ad opponẽdum in perſonas teſtiũ, prout prius potuiſſet opponere, per auth. ſi dicatur, C. de teſti. Sed tu tene opi. do. Abb. hic, qui per iſtum tex. & per pulchras alias rationes tenet, qđ non ſolum reſtituetur ad opponendum contra teſtes, ſed aduerſus totam receptionem.

Digitized by Google

a de dicerem ſic, quod aut Iudex ſciebat impedimentum a partis
& ipſo iure non valet receptio, vt l. quæſitum.ff.de re iudic.de
app.c.ſi duobus.& no.in c.querelam. de procu. Aut ignorabat,
& talis receptio eſt retractanda, ſi hoc poſtulauerit aduerſarius,
vt not. in d. c. querelam.& d.l.quæſitum, ſaltem vbi teſtes poſ-
ſunt de nouo examinari.argumē. optim. in c.præſentia,& c.cū
cauſam. in fi.infra eodem:facit quod no. Innocen.in d.c.bonæ.
idest Bar.in l.fi.ff.de quæſtio. & ſic ſalua,& diſtingue hanc glo.
13 † Sed quid ſi pars non fuit citata ad videndum iurare teſtes? Re-
ſpondet gl.receptionem non valere, & hoc probatur hic ī prin
cip.& in fin. & excipe caſus ſup.notatos,in quibus non requiri-
tur citatio partis. Et adde adhuc alium caſum, quem ponit Bar.
in l.Theopompus. ff. de dote prælega. vbi dicit, quod ſi teſtator
mandauit ſuper aliquibus ſtari dicto alicuius, quem dixit infor
matum de intentione ſua, ille poterit deponere ſuper intentio-
ne defuncti abſque eo, quod pars citetur, quia perſona ſua iam
eſt approbata a defuncto,& ſic nil poteſt, obiici, nec contra ꝑ-
ſonam, nec contra dictum, cum defunctus approbauerit perſo
nam,& voluerit ſtare dicto eius, & ſic præſentia partis nil ope-
raretur cum non poſſet illum trahere ad contrariam ſententiā,
nec eius perſonam, reprobare. Secus ſecundum eum in teſte, ꝗ
habet deponere ſecundum ſenſum proprium. Ego hoc non ad
mitterem, quoniam citatio fit vt veniat ad videndum iurare te
ſtes. vt hic & c.conſtitutus.de fideiuſſ. Cum ergo iſte habeat iu-
rare, ex quo deponit ſuper voluntate defuncti, vt probatur in d.
l. Theopompus, ergo debet citari pars de cuius præiudicio agi-
tur. Item licet non poſſet reprobare perſonam directe, poterit
tamen reprobare indirecte, dicendo hunc non eſſe illū, de quo
teſtator ſentit, argum. l. duo ſunt Titij ff. de teſtam.tu. Item, vt
dixi, non tenetur ſtare verbo iudicis vel notarii, ꝙ iurauerit, cū
debeat eſſe præſens. † Sed circa prædicta quæro, nunquid ſaltē
14 hæc dicta teſtium, parte non citata, receptorum faciant aliqua
le indicium? Bar. poſt gl. in l. res hæreditarias, ff. de eri. expi. hær.
quod ſic. ſed idem Barto. latius examinans materiam in l. mari-
tus. ff. de quæſtio. vbi generaliter tractat, an teſtis examinatus,
b qui examinari non debuit, faciat indicium; b dicit quo ad ca-
ſum noſtrum, ꝙ non facit etiam indicium per l. ſi quando, C.
eo. Ego dico hoc hic probari apertiſſime, vt patet in prin.c. ibi.
Nullius momenti &c. pondera enim verbum, nullius, quod eſt
vniuerſale negatiuum,& verbum, momēti, quod excludit om-
ne indicium quantumcunque modicum. & vide de hoc ver-
15 bo, Momentum, quod no. in c. 1. de cau. poſſ. & proprie. † Extra
gl. quæro nunquid debeant citari teſtes, ſicut citatur pars, vt ali
ter non valeat dictum teſtis, niſi prius fuerit citatus? Vide ꝑ do.
de Ro. dec. 360. vbi concludunt valere, ex quo in præſentia par-
tis & iudicis depoſuit: non enim præſumitur ſe ingerere, ſed po
tius a parte productus: nam vt dicit Spec. ſatis eſt, ꝙ iudex aſſi-
gnet certum terminum parti ad producendū teſtes: tunc enim
pars poteſt intra terminum abſque alia citatione eos produce-
re, vt ipſe nota. in titul. de teſte. §. qualiter. ver. iudex. & vide la-
tius in deci. præallegat. pro hoc dicto ego allego c. conſtitutus.
il 1. infra eo. vbi videtur probari. Ad idem c. licet. de proba.& c.
cum cauſam, in prin. infra eod.& facit, quod dixi in cap. proxi.
16 † Format hic quæſtionem do. Ant. quam dicit eſſe dom. de Ro
ta. vtrum ad articulos dandos vel porrigendos ſit pars citanda.
Sed certe do. de Rot. non ſic loquuntur, ſed dicunt, ꝙ iudex ad-
mittens articulos, parte non vocata, nō grauat eam, ſi ante fuit
citata ad dicendum contra,& dixit cōtra,& ſic apertiſſime ſen
tiunt, ꝙ a principio quando porriguntur in iudicio, pars debet
citari, cum poſſit opponere aliquos eſſe impertinentes,& non
admittendos,& habeat facere ſua interrogatoria ad teſtes exa-
minandos ſuper articulis datis per partem aduerſam, vt in c. 2.
de teſtib. lib. 6. & vide ibi gl. quid ſit articulus. Sed dubium do-
minorum de Rota eſt, ſi bene ponderetur, quando iudex vidit
articulos productos per partem,& audiuit exceptiones aduer-
ſæ partis contra illos, ſed tunc vult admittere illos, non obſtanti
bus exceptionib. aduerſæ partis, puta voluit illos articulos mit-
tere ad partes, vt ſuper illis examinentur teſtes, vel ipſemet iu-
dex vult recipere teſtes ſuper illis articulis,& ſic eos vult admit
tere, non obſtantibus exceptionibus aduerſæ partis: nūquid in
hac admiſſione debeat pars citari,& hæc eſt propria ipſorum
quæſtio,& videntur ipſi velle, quod non. Mouētur, quia iſte eſt
actus iudicis, nec intereſt a modo partis aduerſę, ex quo ſemel
exceptiones ſuas dedit, licet ab huiuſmadi admiſſione, tanquā
iniqua,& ſuarum exceptionum repulſione poſſit pars appella-
re, de app. c. dilecto,& c. ex parte. Refert ibi Collector deciſio-
num Aegi. tenuiſſe contrarium, quia huiuſmodi admiſſio eſt
quædam interlocutoria, ad quam eſt pars vocanda. de acc. c. ad
petitionem.& ibi per Innocen.& de appel. c. ſi a iudice. lib. 6. de
offic. delega. c. cum contingat. Hæc enim admiſſio, ſecundum
eum, eſt quædam declaratio pertinentium articulorum,& per
conſequens admittendorum. Sed collector reſpondet, ꝙ inter-
locutoria poteſt ferri parte abſente, etiam non per contuma-
ciam, ſecundum Innoc. in c. auditis, de procur. Præterea, ſecun-
dum eum, ſiue per appellationem, ſiue de ſpeciali mādato, cau-
ſa ſit in curia: tamen ſi in curia partes citatæ ſunt ad totam cau-
ſam & ſingulos actus vſque ad diffinitiuam ſententiam inclu-
ſiue, ꝙ citationes, quæ fiunt poſtea in curia, potius ſunt,& fiunt
ex quadam vrbanitate, quàm ex neceſſitate, c. 1. de elect. lib. 6.
per Innoc. in c. auditis, de procu. de do. & contum. c. fi. do. Ant.
putat opi. Aegi. veram, niſi præceſſerit hæc citatio generalis.&
dicit dictum Inno. ſup. alleg. non eſſe verum, vt no. de appella.
c. ex ratione, per Hoſti. Videte, multa ſunt tacta ſup. per Do. de
Rot quę non ſunt indiſtincte vera. Ego dicerem, ꝙ citatio bene
debet fieri, cum producuntur articuli,& exceptiones cōtra eos
audiendæ, vt ſupra dixi, ſed in admiſſione non video citationē
neceſſariam, quia eo ipſo, ꝙ iudex procedit ad vlteriora, vide-
tur eos admittere, ideo opus eſt appellare, alias tenet actus, li-
cet citatio non expreſſerit. de hoc eſt text in c. ex parte 1. inf. de
ap. vbi hoc probatur generaliter in qualibet exceptione. Et idē
Bar. in l. a procedente. C. de dila. Nec curo, ſi præceſſerit citatio
generalis, vel non. Nam ibi citatio generalis tollitur per pri-
mam comparitionem. de quo dic, vt dixi in c. fin. de dilat. Nec
eſt verum indiſtincte dictum Collectoris, dum dicit interlocu
toriam poſſe fieri in abſentia partis, per c. omnia,& c. caueant.
3. q. 9.& c. 1. de cauſa poſſ.& propriet. Dic, vt dico in c. 2. de pro
17 cur. vbi de hoc. † Quæro de notabili quæſtione,& quotidiana.
Dicitur hic partem citandam ad videndum iurare teſtes: quid
ſi citatus fuit dominus,& non procurator, qui conteſtatus fue-
rit litem, nec dominus citatus comparuit? Hæc quęſtio c fuit di
c ſputata per Dom. Lamber. de Rampo.& refert hic Ioan. And.
& Bar. in l. furioſo, ff. de re iud. Et attende, quia quæſtio habet lo
cum in quolibet articulo, maxime poſt lit. conteſta. Et ad partē
quod actus valeat, inducit, quia cauſa eſt proprie domini & ad
eum ſpectat damnum & emolumentum. C. de procu. l. qui ſti-
pendia 2 q. 6. c. biduum, ver. palam. Item dominus iurat de ca-
lumnia, producit teſtes, exceptiones opponit, ff. de inoffic. teſt.
l. ſi ſuſpecta ſacri, de procu. cap. 2. lib. 6. Item adeſſe poteſt cauſæ
ſuæ, ff. de procu. l. Paulus reſpondit. vide tex. de iure canon. in c.
2. de procu. lib. 6. Item domino ſoluitur, ff. de ſol. l. hoc iure. Itē
dominus tranſigit & paciſcitur,& iuramentum defert,& non
procurator, ff. de procu. l. mandato generali.& c. qui ad agendū
eo. tit. lib. 6. Item contra dominum fit executio ſententiæ, ff. de
procu. l. Plautius. Satis, ergo fuit dominum citari. In contrariū
facit hæc Decr.& l. ſi quando. C. eo. vbi dicit partem citandam.
Procurator autem, qui cōteſtatus eſt litem, facit partem,& eſt
dominus inſtantiæ, in c. 2. de procu. li. 6. ergo ipſe citandus erat.
Item ad quid dominus citaretur, cū cauſam ad ſe aſſumere nō
poſſit inuito procuratore? ff. de procu. l. poſt litem. 1. diſtin. c. 2.
18 † Soluendo, dicebam actum non valere, d procuratore non ci-
d tato, quia in his, quæ pertinent ad litis ordinationem, regulari-
ter inſpicimus perſonam procuratoris. Contraria vero proce-
dunt in his, quę inſpiciunt peremptionem litis, vel effectū cau
ſæ in quib. regulariter inſpicimus perſonam domini. Quod dili
genter notabis, quia facit ad multa. Et hanc deciſionem aper-
te probat Bar. in d. l. furioſo. allegata. nam ex quo dominus ele-
git litigare per procuratorem, non compellitur comparere in-
uitus, niſi ex cauſa, vt l. fi. C. de procu. Item ſi poſſet compelli ad
comparendum per ſe, fruſtratorium eſſet conſilium iuris in l.
furti. §. qui alieno, ff. de his qui no. infam. Dicit tamen Bart. ꝙ ſi
ſponte dominus comparuit, valebit actus, licet procurator nō
fuerit.

ADDITIONES.

a Impedimentum. Et ex hoc, quod dicit hic do. Ab.& do. Ant. collige notabili
ter, quod ſcia iudicis de impedimento legitimo partis reddit ſniam nullā
non ſolum diffinitiuam, ſed ēt quemlibet actum ꝓceſſus, prout eſt hic in re
petitione teſtium & pro hoc eſt caſus in d. c. ſi duob. in fi. quem hic alle. do.
Abb.& eſt de mente Bal. in c. 1. in pe. col. in tit. de mili. vaſ. qui contu. eſt. vbi
dicit, quod regulariter ſcientia impedimenti ligat manus iudicis. Sed con
trarium expreſſe vult Bar. in l. fi. circa prin. 2. co. ff. de reſt. in inte. ubi vult, ꝙ
ſcientia impedimenti habet ſolum annullare diffinitionem, non autē inter
locutoriam, etiam ſi eſſet interlocutoria magni præiudicij vt miſſio in poſſ.
ex primo decre. Sed credo veriorem eſſe opi. dom. Anto. hic,& Abb. per ſu-
perius dicta.

b Faciat indicium. Adde, quod non ſufficit, quod iudex ipſe recipiat indicia &
examinet teſtes ſuper ipſis indiciis, ſed eſt neceſſe, q d ad hoc, ut vigore in-
diciorum receptoris poſſit venire ad torturam contra reum, quod quando
examinat teſtes, faciat citare ipſum reum, ut ſit præſens ad iuramentum te-
ſtibus deferendū. Ita declarat Ang. Are. in trac. maleſi. in uerbo fama publi-
ca. char. 2. uer. quæro qualiter probetur. Et iſtud uoluit Alex. in conſi. 63. in
cip. habita ſuper contentis. in 1. uol.& no. idem Alexan. in l. fi. in apoſt. C. de
quæſt. Seb. Sap.

c Hæc quæſtio. De iſta quæſtione, uide per Bal. in l. ſi quando, C. eo. in pen. col.
ver. 7. quæro.& in l. 1. C. de ſent. Item ad hoc uide Doct. in c. 1. §. 1. in prin. de
procu. io 6. Sed de iſto articulo, uide copioſe & ſubtiliſſime per dom. Fran.
de Are. hic.

d Actum non valere. Vide do. Barth. Vero. in cautela. 165. incip. ſi tu aduocatus
vis cauſam vincere.& Bar. in l. procuratoribus, C. de procu.& l. pen. C. ſi ad-
uer. rem iud. Seb. Sab.

Digitized by Google

fuerit citatus, quia licet procurator ſit dominus inſtantiæ directo, tamen dominus eſt dominus vtiliter, vnde poteſt vti iure inſtantiæ ſine aliqua ceſſione.l.in cauſæ,in fi.ff.de procu. & ſufficit procuratorem non contradicere,ſecundum cũ,l.quæomnia, ff. eo. Ego puto de hoc vltimo fore caſum,maxime iuncta gl.in c.ſi quent.1.reſpon.de procu lib.6.vbi dicit tex. ꝙ ſi dominus conſtituit procuratorem ſimpliciter& poſtea comparuit ꝑ ſe,videtur eo ipſo reuocare procuratorem,niſi aliud fuerit proteſtatus,vel per coniecturas aliud appareat.Probat ergo text.ille,dominum poſſe valide per ſe comparere, & tacite reuocare procuratorem.& ſatis eſt,vt procurator non contradicat,vt dicit ibi gl.An autem a principio poſſit citari procurator, & non dominus, vide quod dixi in c.cauſam, de do.& contu.Vltimo ponit hic loã. And quæſtionem ſimilem prædictæ,quam dicit diſputaſſe dominum ſuum in legib.ſ.Marſilium. In quadã cauſa dati fuerunt duo, procuratores inſolidum cũ clauſula,ꝙ occupantis melior conditio non fieret,quorum alter conteſtatus eſt litem,& alter produxit teſtes qui depoſuerunt.Quærebatur, an valerent depoſitiones, ſeu atteſtationes. Pro parte negatiua inducebat illum conteſtantem fuiſſe dominum litis C.de procu.l.quamuis.& in c.a.eo.tit.lib.6.Neque debet reus cogi cum plurib.litigare. ff.de exer.act.l.1.in fi.& l.a.Nec continentia cauſæ debet diuidi, de ſeque.poſſ.& fru.cap.1.C.de iud.l.nulli.In ꝯtrium inducebat illam clauſulam. Quod non ſit melior conditio occupantis,quæ clauſula debet aliquid operari, de procu.c.ſi duo,lib.6 Item aduerſarius tacens, conſentire videtur,& cõſenſu partium aliquid iuris relaxatur. Item ſi iterum producerentur teſtes,ſæpe auocarentur a ſuis negotiis, quod eſſe nõ debet.ff.quemadmo.teſtam.aper.l. ſi quis ex ſignatorib.Item procurator producent,fingitur loco primi.l.filiæ §.1.ff de cond.& demon.nec vtendum eſt ſuperfluis productionib.l.hæc ſtipulatio.§.diuus,ff.vt leg.no caue.facit c.Abbate,in fi.de reg.iur.lib.6.Soluebat diſtinguẽdo,ꝙ aut dominus vult valere productionem,& reus non,tunc ſi reus fuerit præſens, valet.alleg.l.filius fam.§.veterani,ff.de procu. ſecus ſi erat abſens, vt præalleg.l. a. ff de exer.actio. Si autem econtra reus vult valere, & dominus non vult,exauditur reus,quia reus eſt fauorabilior: & quia dominus oppoſuit clauſulam.Quod non eſſet melior cõditio occupantis.Vbi vero ambo concordant valere & non valere,caſus eſt indubitabilis ſecundum eum,& ſic ſecundum eum tranſit Io. And.hic nihil addendo.Vnde vnus caſus primo eſt excludendus,tanquam indubitabilis, videlicet, quando alter procurator produxit teſtes, ſeu alium actum fecit, eo procuratore,ꝙ præoccupauit negocium,impedito,vel proſequi nolente,quia tunc alter procurator datus cum illa clauſula,potuit reaſſumere negocium, alio ſubſtituto ab illo non comparente, vt clare probatur in d.c.ſi duo de proc.lib.6.Caſus ergo dubitabilis eſt, quando ille, qui occupauit,non erat impeditus nec aliter apparebat de voluntate ſua,quo caſu certum eſt,quod alter non poterat ſe impedire de lite illa,vt d.ca.ſi duo. Sed dubium nũc eſt, an actus reddatur ipſo iure nullus,an vero ſit opus prius exceptione. Sentit enim dictus diſputans, ꝙ opus erat exceptione.& ſic ſi reus non excipit, actus remanet validus. Idem ſentit Do. Ant. Tres videntur cauſæ, quare admitti non debet alter. Prima, quia nõ eſt dominus litis,ſed hanc dominus potuit ſupplere,quaſi videatur ſuppleuiſſe apponendo illam clauſulam.Secunda,quia negocium eſt præoccupatum, adhuc iſtam potuit ſupplere dominus. Tertia, quia intereſt rei,ne in plures aduerſarios diſtinguatur, & huiuſmodi ſupplerio pendet a poteſtate rei.Si ergo fuit præſens,non poteſt amplius contradicere,ſi abſens,poterit contradicere Firmat ergo do. Ant. ſolutionem diſputantis Mihi videtur deciſio ſatis dubia. Plua tamen placet ꝑdicta ſolutio,quã contraria opi. Moueor per illud c.ſi duo. ſi. n. alter procurator deſineret eſſe ꝓcurator, altero præoccupante negocium, non poteſt reaſſumere cauſam ſine nouo mandato altero impedito, quia ſemel extinctum non reuiuiſceret,de cõſe diſtin.4.c quæris.Cum enim cauſam poſſet aſſumere,altero nolente,vel impedito proſequi,vt d.c.ſi duo, ergo clare colligitur, qđ eſt procuratorꝭ, licet per exceptionem poſſet repelli nõ dato caſu negligentię,vel voluntaris.Si ergo non fuit exceptũ, valet actus. Simile videmus in milite, aliena procurante, contra quem non fuit exceptum, d. §. veterani. & l.ita demum.C. de procurat.not.in cap.in noſtra præſentia, eo. titu.Item in domino, qui poſt lit. conteſta. non poteſt procuratorem reuocare,vt leg.& not.in cap. a. eod. titu. lib. 6. & tamen ſi aſſumit in ſe cauſam, & non excipitur contra, eum, cenſetur procuratorem reuocare, & actus cum eo geſtus tenet. in cap. ſi quem. 2. reſponſo.eodem tit.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Laicus & etiam fœmina admittitur in teſtem contra clericum, quando de crimine agitur ciuiliter.*

2 *Mulier non admittitur in teſtem de iure canonico, quando de crimine agitur criminaliter.*

3 *Socij criminis,an admittantur in teſtes.*

CAP. III.

QVoniam. Mulier teſtificatur contra clericum, cum de crimine agitur. h. d. Caſus in terminis. Quidam ſacerdos infamatus fuit de quibuſdã mulieribus,nunciatũ fuit hoc domino Papæ.Mandat Papa defenſori Sardiniæ, vt cuncta diligenter inquirat,& & mulieres illas, cum quib.dicitur deliquiſſe, ſeu alios, qui de hoc aliquid ſcire dicuntur,ad dominum Papam adducat,vt de
1 prædictis exceſſibus inquiratur.B.† No.1.ꝙ licet laicus non admittatur in teſtimonium ꝯ clericum, cum agitur criminaliter, vt inf.eo.c.de cætero:ſecus tamen vbi agitur ciuiliter & de crimine,ſiue agatur per viam denunciationis,ſiue exceptionis,ſiue inquiſitionis, vt hic,& inf.eo.c.tam literis.Et no. ꝙ non ſolũ mares, ſed ẽt fœminę, admittuntur, qñ ſic ciuiliter agitur,etiã ſi agitur ad priuationem beneficii,vt d.c. tam literis.& c.ex parte Adæ.inf. eo. vbi laici repelluntur, quia erant infames & criminoſi,aliat ſecus.Idem Fed. conſi.23. vbi vide.No.2.ſecundũ do.Ant.iudicem ad ſimplicem denunciationem criminis,poſſe ex inquiſitione procedere. Hoc dictum indiſtincte non placet.Nam ad inquirendum non debet moueri prælatus,niſi ſeruata forma c.qualiter & quando, il. 2.de acc.Vnde puto,ꝙ hoc c.ſimpliciter loquens, ſit reducendum ad alia iura,vel intellige in denunciatione euãgelica,ſeu canonica, ſed tunc oportet intelligere,ꝙ pręceſſerit monitio,ſecundum no.in c. nouit,de iudic.No.3.Principem poſſe auocare teſtes etiam de alia prouincia,vt veniant ad pręſentiam ſuam . Quid de inferioribus iudicibus?Dicam plene.c.cum cauſam.Papa tamen non conſueuit hoc facere,vt d.cum cauſam. Sed contra hoc, & contra text.facit.Nam mulieres non debent cogi perſonaliter venire ad iudicium cauſa teſtimonii dicendi.inf.de iudi.c. 2.lib.6. Sol.duplex ſecundum Doct. Prima, ꝙ hoc procedebat olim ſecundum ea tempora,ſecus hodie de iure nouo,vt d.c.2. Secunda ſol.vt ex-
2 ponatur Mulieres.i.dicta mulierum.† Oppo. & videtur,ꝙ mulier non debet admitti ad teſtificandum in criminalibus, vt in
a c.mulierum.33.q. 5.& c.forus, a de verb. ſig. Sol procedit contrarium ſecundum gl. cum agitur de crimine criminaliter,
b ſecus ſi agitur b ciuiliter, licet de crimine,vt hic & in aliis iurib. alleg.in gl.vide de hoc gl.in c.forus. & in cap.ea eo.15.q.3.& in ſumma eiuſdem quæſtio.& per Archid.in d.c.a de iu.lib.6.Cõ-
c munis conclusio eſt,vt de iure c ciuili admittatur indiſtincte,niſi vbi reperitur prohibita, de iure vero canonico, regulariter non

ADDITIONES.

a Forus.Vide quod ibi plene notaui poſt D.Ab.

b Si agitur.Item tenet Arch.in c.ipſi Apoſtoli.circa prin.2.q.7.allegando iſtam gl.& iura.& gl.2.q. 8.in ſum. & vide quod notaui in c.de cætero.inf.eod.& etiam vide per Fed.conſi.13.

c De iure.Sed tu vide glo.in ver.iure prohibente,in d.c.2.quæ innuit,quod de iure mulier admittitur in cauſa criminali ciuiliter mota.Sed credo,quod illa gl.loquatur de iure ciuili,maxime cum tex.in d.c.2 ad quem ſe refert gl. habeat locum etiam in foro ſeculari, vbi dicit Io. And.in nouel.aliter illam gl.non poſſe ſaluari.Et de iſto articulo, quãdo mulier admittatur ad teſtificandum,vide per Imo.in l.qui teſtamento.§.mulier, ff.de teſt.& vide quod latiſſime ſcripſi poſt D.Ab.in c.forus,de ver.ſig. Adde,an mulier poſſit eſſe teſtis in criminali,Alex.conſi.12.lib.2.Cæp.conſi.32. Et quid in teſtamento per eundem conſi.70.li.2.
An,& quando mulier poſſit eſſe teſtis generaliter, vide gl.inſti.de teſt.in §.teſtes.Cy.& Doct.in l.ſi.C.de cod.Specu.in tit.de teſte.in §.1.ver.item quod eſt mulier.& ibi Io.And.in addi.D.Ant.& Doc.in c cum literis,de teſti.Archid.in c.a.de iud.lib.6.& uide gl.33.q.7.in c.mulierem.Et uide quæ habentur in l.qui teſtamento.§.mulier. ff.de teſt.Et in ſpecie dicas,quod licet regulariter in teſtamento non poſſit eſſe teſtis,ut l.1.C. de teſta.tamen poteſt eſſe teſtis in teſtamento cõdito inter filios legitimos & naturales, ut eſt no.gl.in auth.quod ſine. C.de teſt.Imo voluit Bal.in l. qui teſtamento.in §.mulier,& ibi etiam Bar.ff.de teſta. quod poterit eſſe etiam teſtis in teſtamento facto inter baſtardos, quod dicunt eſſe menti tenendum, poteſt eſſe teſtis in teſtamento facto in piam cauſam tam de iure ciuili, quam canonico,ut per gl.in c.forus,de uer. ſignifi. quam communiter ſequuntur Docto.quicquid dixerit D.Ab.in c.cum eſſes,de teſt.Poteſt etiam eſſe teſtis in codicillis,dummodo ſit literata,ut ſe illis ſubſcribat, ut dixit Bal.no. in l.fin.C.de cod.Et adde quod mulier prægnans tanquam infirma non cogitur teſtificari.ita Bal.& Flo.in l.nulli,la 2.ff. de teſti.& habetur in l.2.§.ſi non propter, ff.ſi quis cau.ubi dixit Barto.quod mulier prægnans ex alio,quam ex marito,tenetur comparere perſonaliter in iudicio alias nonquia ſi vellet teſtificari deberet mitti ad domum eius , ut iuret & deponat , ſicut mitteretur ẽt ſi non eſſet prægnans,ut in l.ad egregias,ff de iureiuran.& in cap.mulieris, de iudic.in 6.Et ad hoc de muliere prægnante, ut non cogatur teſtificari,uide Alexand. in l.Imperator, ff. de ſta. ho. qui dicit hoc eſſe notandum pro opinione vulgi, quæ ſe habet, quod mulier prægnans non cogitur iurare. Ant.Fran.
De iure.Adde ſingulare dictum Bellen.in c.forus.infra de uerb.ſign.ubi dixit,quod teſtimonium fœminarum præfertur teſtim. virorum,quando fœminæ deponunt in fauorem rei,& uiri in fauorem actoris,per glo. ſingu.in cap.clerici.81.diſtinc. Et nunquid in teſtamento ad pias cauſas mulier poſſit eſſe teſtis,uide Pau.de Caſt.in conſi.364.incip.dubium facit Alex.conſi.301. incip.viſo.in 4.uolumi. & quid in terris eccleſiæ,uide Albe.in 1.parte ſtatutorum.q.130.& Alex.conſil.94.incip. uiſo themathe, in 2.uol.Et quid in teſtamento ruſtici,tradit Bal.in l.fi.C.de teſt. uide eũdem in l.hac conſultiſſima,in prin.C.de eo.

non admittitur,cum agitur criminaliter, vt in contrarijs,ſecus
ſi ciuiliter etiam de crimine,vt hic,& ſim. Et vide plenius in lo
cis præalleg.& maxime in Spec.eod.tit.§.1.ver.item, ꝙ eſt mu-
lier.& ibi Ioan.And.in addit.Spec.recitat Iac.de Rauen.tenuiſ-
ſe,quod etiam de iure ciuili non admittitur mulier in crimina
li.Nam ſi repellitur in teſtamentis,vt l.qui teſtamẽto.§.mulier.
ff.de teſtam.fortius vbi agitur de vita hominis. Sed Ioan.And.
ibi dicit, ꝙ ſic communiter practicatur contrarium in foro ci-
uili, & quod habet veritatem, vbi per maſculos veritas haberi
non poteſt:& certe ſatis hoc probat l.ex eo.ff.de teſt.canoniza-
ta, vbi ſup.Quid in Hermaphroditis, nunquid admittatur Her
maphroditus his caſibus,quibus repellitur mulier?Dic vt lega.
& no.4.q.3.c.ſi teſtes.§.Hermaphroditus,& l.quæritur.ff.de ſta
tu ho. Opp. quod ex alio iſtæ mulieres non debent admitti,quia
erant participes criminis, vt c.veniens, infra eo.ſup.de confeſſ.
c.1.Soluit glo.1.quod hic admittuntur non ad plenam proba-
a tionem,[a] ſed ad præſumptionem. Dat ſimile in ſeruis.† Not.&
3 tene menti hanc lect.quod ſocij criminis,[b] fortius criminoſi,ꝗ
b non fuerunt ſocij,admittitantur in teſtes ad faciendam pſum-
ptionem,hoc intelligo verum,cum agitur ciuiliter, vt hic age-
batur.Si autem ageretur criminaliter,dic, vt dixi in c.1.ſup.de
confeſ.In criminalibus tamen exceptis, quandoque faciũt ple-
nam probationem. de quo dic, vt plene no.in c.in fidei fauorẽ,
de hær.lib.6.& in c.1.de teſti.eo.lib.&.inf.de ſimo.c.per tuas,il
1.Dantur & aliæ lect.extra gl.& ſit ſecunda, ꝙ iſtæ erant emen
datæ, quia egerant pœnitentiam, ſecundum Innocen.Sed hoc
eſt diuinare. Tertia eſt ſecundum eum, ꝙ hic fuerint admiſſæ
cum quæſtionibus,propter infamiam q̃ contra presbyterũ & ꝯ
eas proceſſerat.4.q.3.c.ſi teſtes.§.item in criminali.verſi.ſi au-
tem ea,hæc etiam diuinat.Quarta lect.vt exponatur tex.ibi:Cũ
quib.peregiſſe,&c.id eſt, quib.ſcientib.egit,&c.& ſic non erãt
ſocij criminis.Hæc eſt quædam extorſio. tene ergo primam le-
cturam, quam etiam ponit Inn.& eſt alijs notabilior.

ADDITIONES.

a Probationem.Idem tenet Abb.in capitu.ſignificaſti.infra de adulter.& Ale-
xand.in conſilio 157.incipien.circa primum dubium,quo quæritur,in 5.vo
lumi. Seb.Sap.

b Socij criminis.Adde,an ſocius criminis poſſit eſſe teſtis contra ſocium,Alex.
conſi.132.lib.1.
De Socio criminis.Dicas primo,quod non poteſt ſocium accuſ. Et eſt glo.&
ibi Barto.no.in l.qui accuſare,ff.de accuſ.ver.quæro vtrum ſint alij,& dixit
Bal.in l.ſicuti,C.de quæſtio. quod ſi ſocius præſentat iudici ſocium non li-
beratur ipſe a pœna,imo nec lucratur præmium ſtatuti,ſecundum Bar.in l.
ſi quis in graui.in §.ſi ex ſtipulatu.ff.ad Sil.& in l.idem, in §.ſi tibi,in ver.vl.
no.ff.de cond.ob tur.cauſam, & maxime ſi ſponte deponit,vel accuſat,uel
reuelat. Secus ſi interrogaretur per iudicem, uel per ſtatutum daretur ſibi
præmium etiam ſi ſit ſocius criminis, prout communiter fieri videmus,ſe-
cundum Ange.in d.§.ſi ex ſtipulatu.Dicas tamen quod reuelans crimen læ
ſæ maieſta.eſt venia dignus, licet non mereaẽ præmium.l.quiſquis.C.ad l.
Iul.maieſta.& uide Barto.in l.1.in §.occiſorum,ubi etiam per Ang.& Rom.
præalleg.& per D.Abb.in 3.col.de reſt.ſpol.& in c.1.in 2.col.de offic.deleg.
Ant.Franc.

SVMMARIVM.

1 *Authoritates iuris diuini, poſſunt allegari in deciſionibus cauſarum.*
2 *Duæ admonitiones ſufficiunt, ad validitatem denunciationis.*
3 *Pater an ſit idoneus teſtis pro filio.*
4 *An,& quando denuncians admittitur in teſtem.*
5 *Criminoſi & infames, an, & quando admittantur ad denunciandum aliorũ crimina.*
6 *Princeps poteſt limitare ius diuinum.*

CAP. IIII.

IN omni.[1] Is, qui denunciat per dictum ſuum,
& alterius, probat ſe præmonuiſſe.
Ita ſummat.Io.And.& communiter Doct.Sed cer-
te hæc ſummatio nimis reſtringit literam, cum id,
quod hic dicitur de denunciatione, ſit poſitum cauſa exempli,
& exempla non reſtringunt dicta,vt in c.1.ne cle.vel mona.fa-
cit l.cum pater,in §.dulciſſimus,ff.de leg.2.& maxime,quia in
ſecunda authoritate hic poſita nulla ſit de monitione mentio.
Ideo ſummo ſic. Vbi agitur ad correctionem de pctõ impediẽ-
do, principalis perſona admittitur in teſtem. hoc dicit. Diuidi-
tur.Nam primo ponit dictum. Secundo illud probat duob.au-
thoritatib.Prima ibi. Quod patienter. Secunda ibi.Idem alibi.
Caſus in terminis. In hoc c.traditur forma, ſecundum quã de-
nunciare debet aliquis crimen alterius, qui alium vult denun-
ciare.Primo admoneat illum inter ſe & ipſum ſolum, & habe-
bitur pro vno teſte, quantum ad probandum admonitionem,
& ſi ſe non corrigat,adhibeat vnum ſecum,& ſic erunt duo te-
ſtes,& ſi adhuc ſe nõ corrigat,adhibeat duos,& ſic erunt tres te
ſtes. Et hoc probat authoritate domini dicentis, Si peccauerit
in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum,&c. vt in
ore duorum vel trium teſtium ſtet omne,verbum.Et alibi, di-
cit:Ego ſum,qui teſtimonium perhibeo de me ipſo,& teſtimo-
nium perhibet de me pater, quia duorum teſtimonium verũ.
B.No.ex principio iũcta gl.ꝙ generalis locutio reſtringitur,vbi
ex ipſius generalitate reſultaret abſurditas, ſeu legum contra-
1 rietas.† No.2 ꝙ in deciſionib.cauſarum poſſunt allegari autho
2 ritates iuris diuini,[a] imo illud ius præferendum eſt alijs,cũ nul-
2 la lex valeat contra ius diuinum.25.q.1.c.ſicut quidam.† Not.3.
ꝙ ad validitatem, denunciationis ſufficit præceſſiſſe duas mo-
nitiones. Vna eſt, quæ fit per ipſum monentem tantum.Et ſic
hæc negatiua non poteſt probari, niſi per iuramentum monẽ
tis tñ,cum non adhibeatur alius,vt no.hic Io.And.& in c.no-
uit,ſup.de iud.Secunda fit adhibito vno,vel duob. teſtib.& iſta
ſi negatur, probatur per ipſum monentem & alium,ſeu alios
tunc adhibitos,vt hic.Et hoc tene,licet Hoſtiẽ. nitatur probare
trinam monitionem requiri in denunciatione Euangelica.Pri
ma,ſecũdum eum, per ſeipſum. Secunda per vnum adiunctũ.
Tertia per duos adiunctos probatur.Et ſic prima probatur im-
perfecte,ſecunda ſemiplene,tertia plene.Et ſic legit literam,ad
hibe vnum tecum in ſecũda monitione,vel duos in tertia.Hoc
aũt dictum Hoſt.non placet Io. And. nec communiter Do.Eſt
enim lect. extorta & contraria alternatiuę, quæ hic ponitur,&
vide quæ dixi in c.nouit,de iud.No.caſum,in quo eodem facto
quis eſt actor & teſtis,contra c.1.& q.4.& c.forus,de verb.ſig.qđ
3 quando procedat,ſtatim ſuper gl.1.dicam.† No.aliud ſpeciale,
ꝙ pater eſt idoneus teſtis in cauſa filij, contra id,quod habetur
4.q.3.d.c.ſi teſtes,§.item idonei. Sed prædicta procedunt,quã-
do agitur ad correctionem, vel ad prohibitionem peccati, vel
ad illuminationẽ fidei: in quib.affectio carnalis communiter
nil operatur, quia non agitur de commodo principalis perſo-
næ,nec de ĩcommodo alterius,imo de ipſius ſalute.de hoc inf.
cum gl. Vlt.no.Doc.optimum modum conuincendi aliquem.
ſ.per legem propriam, ſicut hic Chriſtus deuicit Iudæos: con-
4 cordat 45.diſt.c.qui ſincera.† Opp.contra tex in prin. vĩ enim,
ꝙ principalis perſona non debet computari in numero teſtiũ,
quia in propria re nemo eſt teſtis idoneus 4.q.4.c.nullus,il 1.cũ
ſi.Gl.1.metu ꝯrij dixit tex.reſtringendum ad cãm denunciatio
nis vbi debet pręcedere fraterna monitio adhoc,vt admittatur
quis ad denunciandum. Et aduerte, quia gl.non aperit, vtrum
iſte denunciator computetur in numero teſtium, & quo ad p-
bandum delictum denunciatum, an ſolum quo ad probandũ
monitionem præceſſiſſe,vĩ tamen potius ſentire, vt compute-
tur in numero teſtium ſolum ſuper denũciatione facta,& hoc,
clarius ſentit hic Tan.ſuper tex.Ego ex dictis gl.& Doct.confu-
ſe hic recitatis tres principales lect.elicio.Prima, vt iſte denun-
ciator,quidẽ principalis perſona,computetur in numero teſtiũ
ſuper denunciatione facta duntaxat,& hanc ſentit gl.& clarius
Tan.vt dixi.Sed hęc lect.mihi,non placet,quia cum non verifi
cetur,niſi in vno caſu tantum.ſcilicet, in probanda monitione
malediceret tex.in princ.In omni negocio &c.Item,quod dici-
tur in text.de monitione,dicitur cauſa exẽpli, quod patet,quia
in alia authoritate, quę inducitur ad probandum generalitatẽ
tex.nihil dicit de monitione,nec etiam loquitur,de cauſa denũ
ciationis, ſed Chriſtus perhibet teſtimonium de doctrina ſua,
& ſic non debet ita amare tex. iſte reſtringi.Secunda lect. ꝙ cre
ditur denuncianti etiam ſuper crimine,denunciatio,vt habea-
tur in numero teſtium, dummodo non ſit tale crimen,in quo
per denũciationem ſequatur depoſitio. Pone exemplum in c.
inquiſitionis,in prin.inf.de accuſ.Hanc lect.ſentit Vin.hic, qua
ſi velit, ſi ꝙ agatur ad correctionem, ſeu ad pœnitetiã, vel ad
peccatum impediendum,computetur in numero teſtium.Se-
cus ſi ad naturalem pęnam delicti directe,vel indirecte infligẽ-
dam.Hanc lect.videtur ſequi do.Ant.qui dicit idem eſſe,quan-
do agitur ad illuminationem fidei.Pro hoc facit ſecũda autho-
ritas poſita in fi.c.Hæc lect.eſt ſatis vera in ſe,ſed reſtringit lite-
ram ad exempla poſita ad text. quod non eſt fiendum,quia vt
ſup.dixi,ea, quę dicuntur cauſa exempli, non reſtringunt ge-
neralem diſpoſitionem legis,vt leg.& no.in c.1.ne cle.vel mo-
na.Nec redditur ratio,quare non habeatur pro teſte,cum venit
indirecte imponenda pęna depoſitionis,& quia eſt tale crimẽ,
quod impedit ordinis executionem, etiam poſt peractam pœ-
nitentiam,vt in d.c. inquiſitionis. Tertia lect. vt intelligatur ẽt
vbi agitur de crimine probando ad effectum puniendi, ſed in-
telligatur in teſte ſynodali. Ad hoc inf.tit prox.cap.præterea.Et
hanc lect.ponit Goffred.& ſimpliciter cum ea tranſit Io. And.
& do.Ant.videtur etiam eam approbare.Sed certe hæc lect.nõ
b eſt vera indiſtincte,quoniam iſtis officialib.[b] ſeu teſtib.ſynoda
lib.indiſtincte non creditur, vt probatur in l.diuus, ff.de cuſto.
& exhi.re.& l.ea quidem,C.de accu.no.4.q.4.c.nullus,§.aliqñ.
dicam latius in d.c.præterea: vnde licet forte credatur eis,vt iu
dex poſſit procedere ad pœnam in iſtis minorib.delictis,vt l.1.
§.quo-

ADDITIONES.

a Iuris diuini.Vide gl.in §.cogitatio.in Auth.vt iud.ſine quo.ſuf.& Io.An.in c.
certificari,de ſepul. vbi dixi per illum tex.ꝙ cãæ eccleſiaſticæ poſſunt diffi
niri ex dictis Sanctorum.Imo dixit gl.in c.de libellis.20.diſt.quod dictum
alicuius Sancti corroboratum authoritate veteris. vel noui Teſtamẽti,præ-
fertur deciſioni Papæ,& Imperatoris,de quo per Iaſ.in l.1.col.antepen.ff.ſi
cer.pet. Seb.Sap.

b Officialib.Vide Cap.conſi.40.Alex.conſi.33.lib.4.

Digitized by Google

§ quoties,ff.de off.præfe.vrb.& l.leuia.ff.de accu.non tñ eredi-
tur in delictis grauib.vt no.Bart.in d.l.diuus. Et rō naturalis fa-
cit, vt iſti non computent in numero teſtium,quia veniunt pu
niendi,niſi probent denũciata.d.l.diuus.vnde vt euitarent pę-
nam,de facili deuiarent a veritate:nã video,q aduocatus,a vel
a procurator in cã principali,non admittit in teſtem in cã appel-
lationis pp affectionem,q̃ hẽt ad cãm,vt in c.fi.eo.tit.lib.6.for-
tius iſti non dẽnt cõputari in numero teſtiũ, cũ ex non probõ-
ne timeant pœnã, facit c.2. de cal.Et ad c.præterea,quod vr ali-
quantulum obuiare, dic,vt ibi dicam. Hæc tñ lect.eſſet vera in
minorib.delictis,iuxta no.in præalle.l.diuus.Pone ergo quartã
lect.ſaluando gñaliter tex.quantum fieri põt,cum a verbis non
ſit recedendum,niſi quatenus de mente conſtat,per l.nõ aliter,
ff.de leg.3.& c.fi.de verb.ſig.ſeu reſultat abſonus intellectus,vt
procedat in omni negocio,vbi principalis perſona non eſt re-
portatura aliquod commodũ, vel damnum, laudem vel vitu-
perium, nec aliqua affectione notatur. Tunc enim non ſubeſt
aliqua ratio, quare non debeat computari in numero teſtium.
Intelligo tñ,vt non agatur de præiudicio alterius,ſaltem grauis
& ſic ſaluo dictum Vinc. Nam vbi ageretur de graui præiudi-
cio,ſecus eſſet dicendum. Ratio, quia in iſtis grauib.non eſt re-
cedendum a cõi forma iudiciorum, ſm quam idem non debet
eſſe accuſator,ſeu actor,& teſtis.4.q.3.c.1. & c.forus,§.in omni.
de ver.ſig.Et ratio huius vltimi eſt, quia præſumptio eſt contra
illum, qui inſtat, vt graue damnũ, ſeu grauis pœna alteri infli-
gatur.2.q.7.c.ſi quis.ergo non vr idoneus teſtis.Ad prædicta fa
cit c.præterea 2.& c.cum in tua,de ſpon.cum ſim.Et hoc vide-
tur ſentire.Io.And.in c.2.de vſu.lib.6.ſuper gloſ.quia magis,in
nouella. Et per hoc concludo, q litera hęc non ſit reſtringen-
da,quando agitur de ſtricta denunciatione, in qua oportet mo
nitionem præcedere, ſicut communiter videntur Doc. intelli-
gere,licet diuerſificent in modo, ſeu ſubſtantia probãdi,ſed in-
telligo gñaliter,vt prædixi,quod ſatis probat vltima authoritas
in fi.c.poſita,& d.c.præterea,& c.cũ in tua.Vbi tñ ageretur pu-
re per viam denunciationis, poſſet quis eſſe nedum actor & te
ſtis,vt hic,ſed ẽt iudex,vt probat in c.præcipue.11.q.3.& no.Io.
And.hic. Poterit enim iudex facere iſtas denunciationes,& cõ
putari in numero teſtium,ſi erit neceſſe,& finaliter procedere,
vt d.c.præcipue. Cum enim non agatur ad pœnam,ſed ad pœ-
nitẽtiam,ſufficiunt probõnes minus ſufficientes, vt no.gl.2.q.
1.c.multi,vide tñ quod dixi in c.at ſi clerici,de iudi.ſuper glo.1.
Item aduerte hic.quia litera verificatur non ſolũ, in actore,ſed
ẽt in reo,qñ ſ.deficientib. plenis probationib.ſe purgare debet.
Nam tunc computatur ipſe in numero teſtium, arg.c.quoties,
de purg.cano.Vnde dicit hic.Hoſt.& poſt eum Ioã.And.q pri-
ma authoritas huius c.congrue adaptatur denuncianti, ſecun-
da vero purganti,qui perhibet teſtimonium de ſeipſo:Nã Chri
ſtus purgauit ſe aduerſus falſas aſſertiones Iudæorum.Puto tñ,
q licet dictum ſit in ſe verũ, non tñ ↄgruat huic literæ,vbi prin
cipaliter diſponitur ſuper actu probandi. Nam reus ſe purgan-
do,proprie non probat,ſed ſe purgat. Pone & quintam lecturã
magis generalem,ſm quam ſaluo magis gñalitatem,ſeu gene-
ralem diſpõnem huius c.videlicet, vt procedat in omni nego-
cio,ſeu agatur per viam denunciationis:ſiue nõ: ſiue agatur de
præiudicio alterius, ſiue non; ſiue agatur de directa actione,ſi-
ue non,ſiue iudicis officium imploretur, vt deficientib.proba
tionib. deferatur iurm principali perſonæ.i.actori hñti pro ſe
vnum teſtem,niſi aliud ſuadeat qualitas, negociorum,ſeu per
ſonarum,vt probatur in c.fi.de iureiu.iuncta gl.fi.& in l.in bo-
nę fidei,C.de reb.cred.& iureiu. Nam tunc ipſe computatur in
numero teſtium, cũ nulla cã terminetur dicto vnius teſtis tñ,
vbi tangitur alterius præiudicium,vt in c.licet vniuerſis,in fin.
inf.eo.tit.& tunc oĩa plana ſunt.In quib.aũt cauſis ſit locus de-
lationi iuramenti in ſupplementum probõnis, dicam plene in
in d.c.fi. Et per hæc habes expeditam materiam huius c.intrin-
ſecam,& primam partem gl. Nam in ſecũda parte gl.intrat ma
teriam non ↄgruentem titulo noſtro, quæ ſatis ad plenum fuit
5 expedita in c.nouit,ſup.de iu.† Quærit nãque,vtrum infames b
b & criminoſi admittantur ad denunciandum aliorum crimina,
& concludit,q non. Sed dic, hoc nõ procedere indiſtincte,ſed
plene dicendum,vt no.in d.c.nouit.Dicit tñ hic Hoſti.quod in
caſib.in quib. infamia repellit a denunciando, ſi tñ denũciatus
eſt infamatus aliter, quam ex dicto illius denunciatoris,Eccle-
ſia inquiret.alle.de præſum.c.cum in iuuentute.Et no. quia ſen
tit,quod infamia orta ex perſona inhabili,non pręſtat facultatẽ
inquirendi.vide quod dixi,in c.qualiter & qñ.2.inf.de accu.Gl.
2,quærit,nunquid hęc authoritas,Si peccauerit in te, &c.exten
datur ad oẽs,vt ſic oẽs teneãtur denunciare,vt hic dr.Gl.reſpõ-
det,vt patet in ea.Hoſti.aliter.Sed tu dic,vt pleniſſime dixi in c.
nouit,de iud.Vltimo opp.hic dr,quod in ore duorum,vel triũ,
&c.& ſic ſentit,quod per plus nõ poſſit fieri probatio:vnde ob.
c.licet, de prob.vbi innuitur ↄtrium. Sol.gl.vlt. metu ↄtrij,vt ar-
bitror,dicit illam authoritatem exponẽdam negatiue,ſ.In ore
duorum,vel trium,& non pauciorum.q.d.quod plures poſſunt
adhiberi, ſed pauciores nõ, & idẽ dicit in c.licet vniuerſis.j.eo.
Ego non credo, q hęc fuerit mens illius allegatę authoritatis,
ſed ſolũ voluit innuere, qđ oĩs cã poſſit inſtrui p duos, vel tres
teſtes,ita q neceſſario nõ exigant plures,nõ tñ negat,quin plu-
res poſſint adhiberi, & hoc ꝓprie volunt iſtæ authoritates poſi
tę in litera, & maxime ſcđa. Nã hic nõ dubitatur,q pauciores
duob.non facerent fidẽ,ſed Chriſtus voluit oñdere,qđ duo ſuf-
ficerẽt,nec neceſſario plures requirerent. Et ſi diceres. Quõ er-
go in aliquib.caſib. requirunt vltra duos?vt plene not.per gl.in
6 d.c.licet vniuerſis.† Rñdet,qđ illa fuerunt inducta ex diſpõne
principis, q potuit ex cã ius diuinũ limitare, & interpretari, iuxta
no.plene p Inn.in c.quæ in eccleſiarũ, de ↄſti.& p legiſtas,ma-
xime Bar.in l.fi.C.ſi ↄtius vel vti.publ.Sic qñq; ex cã minus ſuffi
ciens probatio admittitur,iuxta ea,quæ plene dixi in c.ſicut,de
prob.& caſus,in quib.ſufficit vnus teſtis,dicam,ſaltem remittẽ
do,in c.nuper,inf.eo.aliquid tetigi in d.c.ſicut.

ADDITIONES.

a Aduocatus vel procurator. Adde an tales poſſint eſſe teſtes in cauſa per eos agitata. Ro.conſi.420.
Circa hoc de procuratore aduocato an poſſint eſſe teſtes ↄ dñm,dicas qđ non,ſi eis ſunt manifeſtata iura partis,niſi forſan pars velit, vt per Spe.in tit.de teſti.in §.1.ver. quid ſi aduerſarius. Imo ſi quis fuit aduocatus in vno articulo cauſæ, non põt eſſe aduocatus in eadem cã,in reſiduo cãæ,contra eandẽ partem,vt per Spec.in tit.de aduo.in §.nunc tractemus,in ver.ſed nũ quid.Vide Bar. in l.prox.in fi. prin.ff de his,quæ in teſt.delen.ubi dicit qđ aduocatus non põt compelli reddere conſilium in cã, in qua fuit aduocatus ↄ clientẽ ſuũ.Ant.Fran. Adde no.Tu reputabis menti,qđ ubi teſtificans ex teſtimonio ſuo poſſet aſſequi laudẽ, uel opprobrium poſſet ei adſcribi, fides ei non adhibetur,dictum eſt elegans Io And. in add.ad Spec.in tit.de teſt.§.1.uer.ſed pone.Et de hac materia uide Bar.in l.deferre,§.idẽ decreuerunt,ff.de iu.fi.Inno.in c.ex literis, de tranſ.& Bar.& Bal.in l.omnib.C.de teſt.& Bal.in l.dictantib.C.de teſt.& vide apo.do.Alex.ad Bar.in l.deferre,§.idem decreuerunt.Ber.For.
b Infames.Adde per.de Anch.conſi.217.

S V M M A R I V M.

1 *Duo teſtes probant in actibus grauiſſimi præiudicij.*
2 *Conſanguinei præferuntur alijs teſtibus, in conſanguinitate probanda.*
3 *Defunctis conſanguineorum ex parte patris, ſupplebitur ex parte matris, ſtante ſtatuto &c.*
4 *Odium priuatum,& non publicum,repellit quem a teſtimonio.*
5 *Amicitia carnalis,& non charitatiua,detrahit fidei teſtis.*
6 *Teſtimonium de credulitate valet,vbi credulitas eſt proxima ſenſui,per quẽ recipitur veritas.*
7 *Teſtimonium de credulitate admittitur, vbi admittitur teſtimonium de auditu.*
8 *Confeſſio de credulitate,præiudicat confitenti.*
9 *Teſtis aſſignans cauſam ſcientiæ ſufficientem, ſi in fine dicat,quod credit,an probet.*

C A P. V.

QVoties. Dicit quales eſſe& qualiter iurare debeãt
qui ſuper ↄſanguinitate deponũt. & duo
ſunt dicta,ſm,ibi Probõ.Caſus lit. Qñ aliqui volũt ſe
patari pp ↄſanguinitatem,conſanguinitas illa dẽt ꝓ-
bari per duos,vel per tres teſtes de illa conſanguinitate,vel ſi ↄ-
ſanguinei non ſuperſunt,dẽt probari per meliores & antiquio-
res illius loci,qui iurabunt,qđ non odio,vel amore, vel aliquo
commodo, qđ habuerint, vel qđ hñt, vel habituri ſunt,ad hoc
iurm accedunt, & ſicut ipſi dñt, rei veritatem,accepiſſe a ma-
1 iorib.ſuis,& credere,ita eſſe. B.† No.1.qđ ẽt in actib grauiſſimi
a præiudicij duo teſtes a faciũt plenam fidem, ſeu probationem:
Patet hoc,vbi agitur ad ſeparationem matrimonij propter cõ-
b ſanguinitatem.Nam ſeparatio eſt res grauiſſima, b vt in c.licet
ex

ADDITIONES.

a Duo teſtes.Sunt tñ multi caſus,in quib.duo teſtes non ſufficiunt, vnum ponit Ang.in §.quanta, in auth. quõ opor.epiſ.videlicet ſi ſtatutum loquatur de aliquo exiſtente malæ condõnis & famæ.Non.n ſufficit probare malã famã per duos teſtes.Alium caſum ponit Ro.in rep.l.ſi uero,§.de uiro, in 53.fallen.ff.ſol.mat.& Alex.in l.cũ quid, ff.ſi cer.pet.videlicet, qñ agitur de probando excellentiã uiri,per quam derogetur reg.iu.Alium caſum ponit Sal. in l.teſtiũ,C.de teſti.uidelicet qñ agitur de probando ſolutionem canonis emphyteutici,de quo per Iaſ.in l.2.col.77.C.de iu.emphy. Alios caſus ponunt Mod.in rep.l.admonendi.ff.de iureiur.
b Grauiſſima.Adde,quod Ro.ſing.ſuis,fol.21.dicit,quod ad ſeparationem matrimonij,teſtes debent eſſe rogati,per gl.in c.noſtrates.30.q.5.
Adde,quod voluit allegare ſing Ro.in nu.11.quod incip.an ad ſolemnitatem.alleg.gl.fi.in c.noſtrates,per compilatorem meum hic,alleg.& ibi botea. Zacha.
De ſeparatione matrimonij,dicas qđ de iure canonico,matrimoniũ cõſummatum non diſſoluitur, niſi per mortẽ.c.2.de transla.epiſ.imo ſi eſſet contractũ cũ frigida & impotente ad procreationem, non diſſolueretur ꝓpter talem impotentiam.Idem no.gl.in c.ſi quis acceperit.33.q.1.& no.Bal.in l.mulier,in 2.col.C.de ſpon.dicas tamen,qđ multa ſunt impedimenta impedientia matrimonium ↄhi,& aliqua ẽt,ex quib.contractum dirimitur.& ad probanda talia impedimenta,uel ad dirimendum contractũ, uel impediendum contrahendum,non vr requiri rogitus teſtium,dummodo teſtes de tali impedimento legitime deponant, & ſufficientem rõnem deducant,iuxta ea quæ habent in c.1.& toto tit.de ma.contr.contra inter.eccl.& no.in c.non dẽt.de cõſan.& aff.in c.ſinitatis,de ſpõ.& malef.in c.literas,de reſt.ſpo.A.F.

Digitized by Google

ex quadam, in fin.eo. & in c.debitum, ſup.de big. Ad hoc vide
gl. in c.præſul.2.q.4.quæ dicit, duo teſtes ſufficere ad probandũ
crimen contra Papam. Et no. quod procedit hoc etiam, vbi nõ
poteſt haberi probatio neceſſario concludens ex natura rei, vt
ſufficiant duo teſtes ad probationem rei eo modo, quo proba-
ri poteſt, ſicut patet hîc in conſanguinitate, quæ directe per teſtes
percipi non poteſt, ſed admittitur in parte teſtimonium de cre
dulitate, vt hic.& d.c.licet ex quadam. facit c. prætcrea. inf. eo.
2 † No. 2.caſum, in quo conſanguinei præferuntur alijs teſtib. ſci-
licet quando agitur de conſanguinitate probanda. Ipſi enim p̄-
ſumuntur melius, quam extranei geneologiam propriam ſci-
re. Ad hoc, c. videtur, qui ma. accuſ. poſſunt. Secus vbi ageretur
de alio probando, in c.ſuper eod. infra eo.& in c. in literis. No.3.
a ꝙ cæteris paribus plus creditur a ſenioribus facit l. ſi chorus. ff.
de leg.3. Quod puto verum, vbi agitur de antiquitate proban-
da, quia antiquitatem melius præſumuntur antiqui ſcire. ſecus
puto in actu recenti, cum iuuenes habeant ſenſus acutiores,&
velociores ad capiendum. hęc tamen relinquenda ſunt arbi-
trio iudicantis, qui ex varijs circunſtantiis alios præfert.argum.
3 l.4.ff.eo.& in c. in noſtra, infra eo. † No. ꝙ in defectum conſan-
guineorum, requiruntur ſeniores. Quid autem ſi non ſuperſit,
niſi vnus conſanguineus? Dic, quod iſte producetur cum alio
ſeniori.ad hoc tex.in l.Stichum, qui meus erit. ff. de leg.1. Et fa-
cit ad illam quæſtionem, ſtatuto cauetur, ꝙ mulier non poſſit
contrahere, niſi cum conſenſu duorum conſanguineorum ex
parte patris,& ſi tales non ſuperſunt, capiuntur ex parte matris.
Contingit ꝙ mulier non habet, niſi vnum ex parte patris, nun-
quid capiet duos ex parte matris? an illum vnicum paternum
cum vno materno? Et communiter concludunt legiſtæ, quod
debet capere paternos, quatenus habere poſſit,& in defectum
recurrere ad maternos. Idem no. Bar.in d.l.Stichum, qui meus
erit, per illum tex.& Bal.in l.in copulandis C.de nup. No.quod
conſanguinei dicuntur propinqui, & ſic venient appellatione
b propinquorum.b † Not.ibi, Priuato odio,&c. quod non omne
4 odium repellit a teſtimonio, ſed priuatum tantum, ſecus ergo
in publico. Nam duplex eſt odium, quoddam eſt priuatũ, aliud
eſt publicum. Priuatum eſt ſecundum Ioan. And.familiare &
carnale. Publicum, cum odio habetur quis, quia peccator. alle.
86.diſt. c. odio. & ſic videtur, quod licite habemus peccatores
odio. Et per hoc illud Pſalmiſtæ, Odiſti omnes, qui operãtur ini
quitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Text. ta-
men in dicto c.odio, videtur innuere contrarium. Dicit enim
odio habeantur peccata, & non homines, ſed corripiantur.ad
idem c.duo iſta nomina. 24.q.4. Sed poteſt dici, quod non ſunt
habendi odio, vt eis ob hoc noceamus, ſed odẽdi ſunt propter
peccata eorum. Hoc tamen ſpectat ad Theologos,& quod ſu-
5 pra dixi de odio, † idem dic de amicitia. Eſt enim duplex, vt di-
cunt hic Doctor quædam carnalis, quæ corruptionem inducit;
& de iſta intelligitur iſte tex.ad hoc c.de parentela.35.q.6. Quę
dam charitatiua, & hæc non impedit teſtem, de quo in Specu.
eo.tit.in prin. Hoc probo. Nam ſecundum legem diuinam, de-
bemus diligere proximum, ſicut noſmetipſos,& Chriſtus dixit
in Euangelio, Nemo maiorem charitatem habet, q̃ vt animam
ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Non debet ergo quis repelli a
teſtimonio, adimplendo legem diuinam. Et proprie charitati-
ua amicitia eſt, quando, diligimus proximum non propter ali-
quas vtilitates noſtras, non propter ſperanda beneficia, vel ac-
cepta, non propter affinitatem, ſeu conſanguinitatem, ſed pro-
pter hoc tantum, quod eſt naturæ particeps, & virtuoſus: vide
bonum tex. in c. charitas.§.proximos, de pœn.diſtin.2. Idem di
c co, ꝙ amicitia c carnalis non repellit ex toto, ſed minus credi-
tur, vel parum, ſecundum qualitatem, & quantitatem amici-
tiæ. de quo vide bon glo.in cap in literis, infra eo. & per Cyn.in
l.eos.C.eo.& per Ioan.And.in Spec.in loco præalleg. Adde no.
in cap.repellantur, de accuſ.& 3.quæſtio.5.in ſum.& c.1. Et hæc
no.& tene menti. Et quis dicatur proprie amicus, vide bo.text.
in l.latæ culpæ.§.amicos, de verborum ſignifi. Vlti.not. caſum,
in quo valet teſtimonium de credulitate. Ad idem cap.licet ex
quadam, infra eod. & cap. literis, de præſump. Et plus videntur
probare hæc iura, vt non ſolum tale teſtimonium de credulita-
te admittatur, ſed etiam ſit neceſſe, vt deponatur his caſibus de
6 credulitate.† Sed quero generaliter, an, & quãdo valeat tale te-
d ſtimonium de credulitate, d vide notabile dictum Cyn. in l.te-
ſtium.C.eo.poſt Iaco.de Are.cuius ſententiam recitat, & ſequi
tur Io.And.in addi. Spec. de teſtib.§.opponitur.ver.item quod
depo-

ADDITIONES.

a Credit. No.ꝙ teſtimoniũ ſenis præfert teſtimonio iuuenis. Et ad idẽ eſt tex.in
c.ſed ex quadam.inf.eo.& in c.1.35.q.6.& gl.in ver.nũc autem, cir.fi.60. diſ.
Spec.in tit.de teſte.§.poſtquã.ver. porro. Et de hoc uide ẽt glo. in l.cum qui
dã.in ver. ſic nouum.ff.ſi cer. pet. Illud autem ſcias, ꝙ Spec.in tit. de teſte.§.
nunc tractandũ, prope fi.dicit, ꝙ in teſtimonio viſus magis creditur iuueni,
quã ſeni, quia iuuenis perſpicacius videt. Adde ſtante ſtatuto, de quo hic, ſi
non ſit niſi vnus, an ſit ſatisfactum ſtatuto. Bal. conſi.168. 3.lib.

b Qui veniant appellatione propinquorum. Et adde, ꝙ iſte tex.probat, ꝙ non
ſolũ veniũt agnati, ſed ẽt cognati. de quo vide per Bal in repe.c.ſi pater, de
teſt.li.6.vbi pro deciſione q̃onis alle.tex.in l.officiales.C.de epi.& cle.& in
l.ẽt.C.de acc. & de hoc vide ꝑ Pet. de Anch.in conſi.ſuo inci.in q̃one, quæ
vertitur in ciuitate Trigeſti, vt habetur in l.1.C. vnde vir.& vxor.
Propinquorũ. Qui veniant appellatione propinquorum, vide Pet.de Anch.
in conſi.194.inci.in q̃one, quæ vertit, ubi dicit, ꝙ veniũt oẽs illi, qui veniũt
ad ſucceſſionẽ de iure. Refert And. Sic.in repe.l.cum acutiſſimi.char.24.C.
de fideic. Qui aũt veniant appellatione conſanguineorum, late traditur ꝑ
Bar.& alios in l.cum quidã.§. qď dr, ff.de acq.hær.vide Bal.in conſi.269.inc.
viſo themate.& conſi.56.incip.ſiſta.in 4.vol.Nic.de Neap.Inſtit.de leg.agn.
ſucceſ.in princip.vbi ponit pulchram quæſtionem. & Fel.in conſi.119.inci.
proponitur.& conſi.152.incip. ſuppoſito. Et quomodo accipiatur verbum,
Conſanguinei, prolatum a teſte, vide Alex.conſi.72.inci. in cauſa vertente.
in 1.vol. Seb.Sab.

c Amicitia. Verum amicus admittatur pro amico ad teſtificandum. Et de hoc,
vide Bal.in l.eos.C.de te.vbi dicit, ꝙ ſola amicitia nõ repellit à teſtimonio.
& dicit de hoc eſſe caſum expreſſum in l.ſciendum.ff. de vſur. Sed gl.tenet
contrarium.4.q.5.in ſum. pro quo facit tex.in §. item teſtiũ fides.4.q.3. Sed
Ro.in quodam ſuo cõſi. quod incipit, omnipotentis Dei implorato ſuffra-
gio, diſtinguit, an grauis, an leuis ſit amicitia.& alle.gl.expſſam, in c.inſinuã
te, de off. dele. Adde gl.1.q.5.c.2. De inimico autem an repellatur a teſtimo
nio, uide quæ plene notaui poſt gl. & Ab.in c.cum oporteat, de acc. Et adde
hic Bal.in l.ſi quis teſtib.in vlti.col. C.de teſti.vbi dicit, ꝙ amicitia nũquam
repellit a teſtimonio, niſi ꝑ accidẽs.i. qñ per amicitiam vnius reſultat odio-
ſitas alterius, quia amicitia eſt virtus, odioſitas vitiũ,& illud odium repellit
teſtem. Sed ſuper hoc vide bonum tex.in l.3.in princ.ff.de teſt.& ibi de hoc
vide per do. Flori.ubi dicit ꝙ putat ꝙ nulla amicitia repellat à teſtimonio,
ſed detrahit bene de fide, ſecundũ qualitatem amicitiæ. Et de hoc vide per
Bal.in l.1.circa fi.de teſt. Et ad prædicta facit quod no. do.Ant.in c.accedẽs,
il 2.in prin.vlt.col.vt lit.non conteſ. Item verum amicitia ſit ſpecialis virtus,
& verum virtus ſit pars iuſtitiæ, uide per Beatum Thom. in 2. quæſtio.104.
artic.1.& 2.
Adde, an inimicus occultus poſſit eſſe teſtis, & uide Alex.conſi.130.& quid
de amico, per eundem.conſi.43.4.lib.

d Credulitate. Vide quæ late congerit do. Iaſ.in rubric.ff. de iureiuran. ubi po-
nit plures caſus, in quibus admittitur teſtimonium de credulitate. Seba-
ſtianus Sap.
Credulitate. Adde, ꝙ in cauſis, in quib. depõ de credulitate nõ, ꝓbat ſnia
ꝑ ꝑ eam lata non tranſit in rem iud.hoc no. do.Ant. in c.propoſuiſti, de ꝓb.
Et circa hoc adde, qd ipſe ibi no.& adde ẽt qď no. d.Abb. poſt Io.And.in c.
inquiſitionis.§.ult.inf.de accu. Et adde, ꝙ non ualet conſuetudo, ꝙ teſti.de-
ponentib.de credulitate plene credatur eo caſu, quo alias nõ probaretur,
ſm do.Ant.in c.1.de app.uide do.Ant.in c.2.in 3.colũ.de iur.cal. Item adde
hic quod no.do.Ant.in c.cum cãm, in 3.col.ver. quæro an teſtis inf.eo.& ui-
de per Pet.de Anch.in c.1.in 2.col.de iur.cal. lib.6. Et adde, ꝙ in his, quæ nõ
pñt ſciri, niſi per credulitatem, ſi teſtis dicit. Scio quantum poſſum, vel quã-
tum humana fragilitas noſſe ſinit, probat. Tex. eſt, quẽ ibi no.do.Ant.in c.1.
de ſcruti. Et de hoc articulo hic poſito ẽt per do.Ant.uide per Bar. in tra.de
teſte, in 5.col.uer. teſtis dixit aliqua uera eſſe, quia credit. Et adde hic Bal.in
in l.teſtium, in vlt.col.uer.itẽ quærit. C.de teſti.ubi dicit, quod teſtis depo-
nens de credulitate probat, ſi ſit credulitas iũcta ſenſui,& munita rõne. Et
quod teſtis deponens de credulitate non ꝓbet, eſt gl. in l.diẽ proferre.§.ſi
plures.in uer.conſenſerũt, ff.de arb. Et de hoc uide per Bal. in l.hæredes pa-
lam, in fi.in prin.ff.de teſt.& de iſto articulo, uide qď no. do. Ant.in c.lite-
ris, in 2.col.de præſum.& in c.quoſdam, in fi.eo.tit. & uide Ang.in authẽ.de
hær.& fal.§.hinc nobis, in fi.2.col.uer.2.no.ubi dicit, quod teſtes dẽnt teſti
ficari ſic eſſe, uel non eſſe, non aũt de credulitate. Et idem uř dicere gloſ.in
uer.& uidiſſe, quæ eſt in §.ſi uero abſunt, in ea auth. Item uide D. Ant.in c.
cũ ad ſedẽ.in 3.col.de reſt.ſpol.ubi dicit, quod nõ ꝓbat teſtis, qui rñdet de
credulitate, in perceptilib. ſolo ſenſu. Itẽ, an ualeat dictum teſtis deponẽtis
de credulitate, uide der Ro.in l.1.§.ſi.in 2.colũ.ff.de uer.ob.qui alle. multa
ex ſup.alleg. & ultra ea in q.5. remittit ad Bal.in l.ob hæc uerba, ff.de his, q
no. infa.& in l.1.ff.de excuſ.tut.& in l.ſolam.C.de teſt.& per Bal.in l.1.ff.de
uen. inſpi. Et dicit, qď poſuit in l.quid tamẽ.§. ſi arbiter.ff.de ar. Sed tu uide
do.Ant.in c.propoſuiſti, in pen.col.de prob. Item uide Pau. de Caſt.poſt gl.
in rub.in fi.de iureiur. Et ad id, quod dicit hic do. Ant.quod ſi teſtis depo-
nit per uerbum, Scio, in his, quæ non ſubijciuntur naturali,& proprio ſen-
ſui, teſtis dicitur ſubire anceps periurium. Tu in contrarium uide tex.cũ gl.
& quod ibi no.do.Ant.in 2.col.uer. oppo.quod non ualet, in cap.præterea.
inf. eo.tit.& quod ibi latiſſime notaui. Et limita hoc elegãter, ut per do.Ant.
in c.fi.in 4.col.de iura.cal.
Adde an teſtis de credulitate probet, Ang.conſi.4.Fran.Are.conſi.153.Alex.
conſi.61.2.lib.Rom.conſi.10. Alex. conſi.134.& 248.
An teſtis de credulitate deponens, probet, dicas regulariter, qď non, q̃a ni-
hil uř affirmare ita deponendo, ut eſt gl.cõiter approbata in l.teſtium.C.de
teſt.& uoluit Inn.in c.1. & in c.adhæc, de teſti. & per Alex.late in conſil.6.
in 2.par.& in 1.conſi.69.& conſi.95.in 4.par.& Bar.in conſi.ſuo incip.Ray-
nutius. Pet.& Bal.in l.ſiue poſſidetis. C.de prob.& Alex. poſt Ro.in rub.de
iureiu. Quod intellige uerum, niſi addatur uerbum, Firmiter, quia dicat te-
ſtis, Firmiter credo, quia tunc probat, ſecundum Bal.in l.1.in antiqua lect.
C.de fal.cau.adie.le. Quod dictũ refert Lanfr. in c. quoniam contra, in uer.
confeſſiones. Et idem dicas, ſi addatur uer.Bene, Puta ſi dicat, Bene credo,
ſm Bal.in l.ſi ſeruus.§. qui quinque, de leg.1. Et eo. modo ſi addatur rõ con
cludens, puta, quia dicat: Credo, quia uidi, uel interfui, ut per Bal.in d.§.qui
quinq;.& in l.ſi.in 9.col.C.de edi.di.Adr.tol.& in l. ſolam, in 5.col.C.de te-
ſti.& in l.conuenticulam.C.de epiſc.& cler.in l.data opera.C.qui accu.non
poſſ.& per Alex. in conſi.3. in 4.par.conſi. Item dicas hoc uerum, niſi teſtis
deponat uerifimilia, puta quia dicat, quod credit Titium cognouiſſe Bertã,
quia uidit ſolum cum ſola in loco ſecreto, ſecundum dom. Abb. hic. Et ad-
de quod ſi teſtis deponit de peritia artis, etiam ſi deponat per uerbum, Cre
do, probat, ut in c.fraternitatis, de frig.& malefi. & in c.propoſuiſti, de pro
ba.& in c.literis,& in c.tertio loco.de præſum.& in l.hac edictali, in §.his il
lud, C.de ſecun.nup & in l.1.ff.de uen.inſpi.& l.ſemel.C. de re mili.lib.12.
Quod adeo uerum eſt, ut etiam, ſi ſtatutum, uel conſuetudo ſit in contra-
rium, teſtis deponens per uer.credo, extra caſus ſupradictos, non probet, ſe
cundum Hoſt.& do.Ant.in cap.1. de app.& tenet Rom. ſingul.ſuis, uer.te-
ſtis, in uer. quæro,

Digitized by Google

depoſuit de credulitate. Et concluſio eſt hæc, quod vbi credulitas eſt proxima ſenſui, per quem percipitur veritas, valebit teſtimonium tale, ſecus ſi remota a tali ſenſu. Exemplum primi, ſi dicit teſtis ſe vidiſſe nudum cum nuda in eodem loco, per qđ credit eos adulterium commiſiſſe: talis enim teſtis probat, vt in d.c. in literis, & c. præterea, ĵ. eo. Vide aliud exemplum, teſtis dicit, ꝙ talis puer fuit natus in domo talis, & ex hoc credit, ꝙ ſit filius illius viri, qui habitat illam domū, ad hoc l. ſi vicinis ſcientib. C. de nup. & l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Exemplum ſecundi, qñ credulitas eſt remota a ſenſu, per quem veritas percipitur, dicit teſtis, ꝙ vidit virum & mulierem confabulantes, & ꝙ ex hoc credit, ꝙ ſe cognoſcant carnaliter: Vel ꝙ vidit aliquem de ſero cum armis, & ex hoc credit, quod interfecit illum, qui repertus fuit mortuus de mane. Certe talis teſtis non probat, quia talis credulitas eſt nimis remota a ſenſu, vel actib. per quos veritas percipitur, ſuper qua deponit. Oportet ergo, ꝙ illa credulitas eliciatur ex actib. ex quib. homines communiter aliquid præſumunt, & veriſimiliter credunt, ſicut in ſimili no. Bar. in infamia probanda, vt ad hoc quod probet, requiratur, quod ex veriſimilibus coniecturis procedat, alias poſſunt dici voces vanę populi, & vana credulitas, de qua non curatur, vt in c. Oſius, de ele. No. Bar. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſtio. Facit quod no. Inno. in c. cum oporteat, de acc. Et credo, quod in his caſib. in quib. valet teſtimonium de credulitate, ſit ēt neceſſe, vt deponatur de credulitate, quia ex quo nō deponit directe ſuper ipſo facto, ſed ſuper ſtrictis coniecturis, debet adijcere de credulitate, argum. opt. hic, & in d. c. licet ex ex quadam, & c. literis, de præſump. & dicto c. præterea. & hæc

7 diligenter no. † Admittitur etiam hoc teſtimonium de credulitate. vbicunque admittitur teſtimonium de auditu, vt hic, & dicto c. licet ex quadam. not. Spec. in d. ver. item ꝙ depoſuit de credulitate. & hoc, quia credulitas adijcit ad teſtificationem de auditu, vel de credulitate, vnde ſic deponens, nō dicitur verus teſtis, vt no. gl. in l. in ſumma. §. Idēm Labeo, ff. de aqua plu. arc. & Spec. vbi ſup. & vr̄ etiam tex. in c. teſtes. 3. q. 9. & d. l. teſtium, facit c. cum cām: inſ. eo. Quod dicatur proprium teſtimonium

8 de auditu, vide bo. gl. in c. hoc videtur. 22. qō. 5. † Quatenus tamen agitur de præiudicio confitentis, ęque præiudicat confeſſio de credulitate, ſicut de veritate, vt dicit notab. in c. ex literis. de iureiur. & Cy. in l. 2. §. quod obſeruari C. de iur. cal. & Specu. in tit. de depo. §. 6. ver. hoc autem. Et ſecundum prædicta, limi. Spec. in ti. de teſte. §. iam de interrogatorijs, in fi. vbi dicit, quod iudex nō debet etiam ad petitionem partis aduerſæ interrogare teſtem in fi. depoſitionis, an credat ea, quæ dicit, ne ſi dixerit ſic, videatur annihilare teſtimonium ſuum. Et idem tacitat Io. And. in c. inquiſitionis, inſ. de accu. Debet enim intelligi in his,

9 in quib. non valet teſtimo. de credulitate. † Item etiam in his ca

a ſib. in quib. non valet tale teſtimonium, putat do. Ant. dictum a Spec. procedere, qñ teſtis primus nullā aſſignauit cām ſcientię vel aſſignauerat promiſcuā, ad ſcire, vel credere. dicēdo enim ſe credere, inficit teſtimonium ſuum. Secus autē dicit, ſi prius reddidiſſet ſufficientem cām ſcientiæ, ſeu depoſuit per verba, quæ ſapiunt certam, & veram ſcientiam. Tūc enim, licet dicat ſe credere, non inficit dictum ſuum, quia non eſt veriſimile, qđ incontinēti voluerit corrigere dictum ſuum, arg. l. nam ad ea. ff. de cond. & demon. Item, quia qui ſcit, poteſt credere, vt in c. cum olim, de re iud. Ego puto hoc dictum do. Ant. procedere, largo modo capiendo, Credere, ſed ſtricte capiendo, ſecundū ſuam naturam, ſeu propriū ſignificatum, puto, quod ſuper eodem non poſſint concurrere ſcire, & credere, & quod in ſic dicente ſit quædam contrarietas. Nam ſententia in his, quæ ſunt facti habetur, quando illam capimus per proprium ſenſum, vt quia vidimus, vel guſtauimus, &c. & iſta ſcientia requiritur in teſte, vt in dicto c. teſtes. 3. q. 9. Credulitas vero, cauſatur ex coniecturis, & ſic ibi non eſt vera ſcientia, vt no. Bar. in l. admonendi, ff. de iureiur. dixi plene in c. literas, de iura. calum. Nam credulitas, ſeu fides eſt medium, inter ſcientiam & neſcientiam, quæ ſunt extrema, vt no. in l. admonēdi. Scire ergo ſe habet ad certum, credere vero ad dubium, facit c. firmiter credimus, de ſum. Trin. & fi. cath. Non poſſunt ergo concurrere in eodem facto, quia ſi credo, excludo, veram ſcientiam & certitudinem, & ſic ſi teſtis in fine dicit ſe credere, videtur quod non habet indubitatam ſcientiam de his, quæ dixit. & hoc eſt forte, quod voluerunt Spec. & Io. And. in locis prælleg. Sed quia teſtes rudes, non capiunt iſtas ſubtilitates, & ſæpe dicunt ſe credere illud, quod ſciunt, & quia largo modo, credere, referri poteſt ad ſcientiam, vt dicto c. cum olim. ſatis poſſet ex quadam æquitate, tolerari dictum do. Ant. quod ſi prius reddiderit veram cauſam ſcientię, non inficiatur primum dictum, ſi poſtea dixerit ſe credere, argum. opt. ex his, quæ leg. & no. in l. ſtipulatio iſta, §. hi quoque. ff. de verbo. obliga. per gl. & Bart. vbi verba ruſticorum capiuntur groſſo modo, vt diſpoſitio valeat, & hoc diligēter no. Nunc oppo. contra tex. in eo, quod dicit. Propter cogna-

b tionem propinquitatis, b &c. præſupponit. n. quod ſit cognatio ſine propinquitate, quod eſt impoſſibile. Gl. i. metu contrarij dicit, quod litera exponitur tranſitiue, vt patet in ead. Hoſt. autem exponit cognationem, id eſt, coniunctionem, q. d. conſanguinitas non eſt, quod de facili nō poteſt eſſe, niſi ſint in primo gradu, vel ſecundo, inf. de diuor. c. porro, ſecundū Io. And. Glo. vltima eſt facilis: hodie eſt dicendum ſuper conſanguinitate ꝓbanda, vt habetur, inf. eodem c. licet ex quadam, per quod ſuppletur iſte tex. in aliquibus. Extra gl. opp. videtur enim quod nedum ſenes, ſed etiam iuuenes admittantur ad teſtificandum, ſi alias ſunt idonei, dicto c. licet, & quod no. infra tit. proxi. cap. 1. Docto. fatentur contrarium, & ſupplēt ad text. Maxime, quod dixit de ſenibus, quia melius præſumūtur ſcire antiquitates, vt vt ſupra dixi. Vel dic, quod ſi haberi poſſint ſenes, illi ſunt producendi, ratione prædicta, ſed in defectum admittentur iuuenes, ſicut admittuntur extranei in defectum conſanguineorū, & ſic plana eſt litera. Nico. Abb.

ADDITIONES.

a Dictū. Et adde Bal. i apoſt. in l. 3. circa pri. dicti ff. de teſt. ubi q deponit de ſcia non debet poſtea interrogari de credulitate. & alle. Spe. in loco hic alle. per iſtū, & uide eunde Bal. in apoſt. in l. 7. in fi. ff. eo. ubi dicit, quod ſi teſtis dicit ſe ſcire, poſtea dicit ſe credere, non ualet eius dictum. & alle. Io. And. in d. c. inquiſitionis, ubi uide do. Abb. in § quæſiuiſti, circa prin. Adde, an teſtis, qui dicit, Scio, & Credo, recte deponat. Fran. Are. conſi. 13.

b Propinquitatis. Circa hoc de cognitione ſpūali, an repellat a teſtimonio, hr̄ ꝑ Bal. in l. parētes. C. de teſt. & uide Spe. in tit. de reſc. pſ. §. rōne aūt. in uer. Sed an pro canonico ubi dicit, quod fortior eſt cognatio ſpūalis, quam carnalis. Et uide gl. 27. q. 2. c. qui dormierit, & per Alex. in conſi. 143. Et qualiter contrahatur cognatio ſpiritualis, & quib. modis, & quando impediat matrimonium contrahendum, uel dirimat contractum, uideas Spec. in titu. de cogn. ſpir. per totum, & 30. q. 3. per totum, & in tit. inf. de cogn. ſpirituali. Ant. Franc.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi poſſunt eſſe procuratores in cauſis eccleſiarum ſuarum.*

2 *Clerici, & illi de vniuerſitate, an, & quando poſſint eſſe teſtes in cauſis ciuilibus eccleſiarum, vel vniuerſitatis.*

3 *Illi de vniuerſitate non poſſunt eſſe teſtes in fauorem vniuerſitatis in cauſa criminali.*

4 *Illi de vniuerſitate poſſunt eſſe teſtes in cauſa criminali, quæ vertitur contra illos, qui ſunt de illa vniuerſitate.*

5 *An prælatus unius eccleſiæ, quæ non habet collegium, ſed ſolus habet adminiſtrationem, ſit idoneus teſtis.*

6 *Epiſcopus an ſit idoneus teſtis in cauſa menſæ eccleſiæ, vel in cauſa totius eccleſiæ.*

7 *Canonicus non eſt idoneus teſtis in cauſa ſuæ præbendæ.*

8 *Procurator, an, & quando poſſit eſſe teſtis in cauſa, vel negociatione, quā habet, uel habuit.*

9 *Legatarius, an, & quando ſit idoneus teſtis in teſtamento, ex quo habet legatum*

10 *Venditor an poſſit eſſe teſtis in cauſa emptoris.*

11 *Proxeneta, non eſt idoneus teſtis in cauſa, in qua fuit proxeneta*

12 *Donator, an ſit idoneus teſtis in cauſa donatarij.*

13 *Cedens, an ſit idoneus teſtis in cauſa ceſſionarij.*

14 *Socius, an ſit idoneus teſtis pro ſocio.*

15 *Solicitatores & adhærentes cauſæ, non ſunt idonei teſtes.*

16 *Vaſallus, nunquid ſit idoneus teſtis pro domino ſuo.*

CAP. VI.

INſuper. Prælatus & clerici, qui cām, eccleſiæ non procurant, teſtificari pñt in ea. h. d. Primo ponit dictū, qđ poſtea determinat, ibi Dūmodo. Caſus in teris. Prior & Fratres Sanctæ Trinitatis petierūt vtrū liceat ꝓducere de Fratrib. ſuis in teſtimoniū in cauſis eccleſiæ ſuæ. Statuit Papa, ꝙ liceat eis hoc facere, dūmodo vnus, aut duo inſtituant ad agendū, & rñdendum, quorū teſtimoniū in cauſis, in quib. inſtituti ſunt, non dēt admitti. B. No. primo ibi. Liceat vobis, &c. iuncta ſupraſcriptione, in qua loquit̃ Priori, & Fratrib ꝙ non ſolum clerici eccleſiæ, ſed ēt prę latus, pōt teſtificari in cā eccleſiæ ſuæ, dummodo per ſe non ꝓ-

a moueat cām illam: & nil mirum Nam pōt eſſe iudex a in cā eccleſiæ. 2. q. 7. c. ſi quis erga, & qđ ibi no. in c. cum perſonæ, de priuil. lib. 6. fortius ergo pōt eſſe teſtis, cum facilius repellatur quis a iudicando, quam a teſtificando, vt legitur & no. in c. cū R. de

2 off. delega. Et de hoc ēt ĵ. dicet. † Nota ſecundo, qđ ēt religioſi pñt in proprijs perſonis proſequi cauſas eccleſiarum, ac inſtitui procuratores, ſeu ſyndici eccleſiarum. Facit c. cū deputati de iudi. de honeſtate tñ deberent inſtituere alios, & ſe nō, inuoluere ſtrepitib. iudiciorū, ſic intelligo c. vnū, de ſynd. & vide quod ibi no. No. plures procuratores poſſe inſtitui in eadē cauſa, & qualiter tunc admittentur, dic, vt habetur in c. ſi duo, de procu. lib.

b 6. No. quod procurator dicitur idoneus, b dum conſtituitur ad agen-

ADDITIONES.

a Eſſe iudex. Aduerte tamen, quod poteſt recuſari, ut ſuſpectus, vt no. Ab. in c. cum veniſſent, ſupra de iud. Seb. Sap.

b Idoneus. Quid autem ſi conſtituatur procurator ad agēdum ſimpliciter, vel agendum cum dictione taxatiua uide cumulata per do. Iaſ. in l. actionem, C. de procur. Seb. Sap.

Digitized by Google

agendum, & reſpondendum, concor. de procur. c. accedens, &
c. conſtituns. Gl. huius c. ſunt multum faciles, nec Do. hic attin-
gunt materiam cap. ſed melius attingunt in c. cum nuncius. in
fra eo. Et materia ſic ſparſa inducit difficultatē, vt ſup. in proœ.
quapropter hic inſeram totam materiam, multa in varijs lo-
2 a eis ſparſa colligendo.† Quæro igitur a primo, nunquid indiſtin
ctè clerici poſſint teſtificari in cauſa eccleſiæ? Iura huius volu-
minis, communiter videntur diſponere, ꝙ ſic, quod probatur
hic, & in c. cum nuncius, & in c. nuper inf. eo. & c. & ſi Chriſtus.
infra de iureiuran. cum multis ſimilib. Veruntamen cap. ſuper
prudentia. 14. q. 2. videtur hoc reſtringere ad cauſas ciuiles, ſe-
cus in criminalibus. Aliam reſtrinctionem videtur text. innue-
re, in d. c. & ſi Chriſtus in fi. vt admittantur in ciuilibus, alijs te-
ſtibus deficientibus, & nō aliter. Item aduerte, quia iura in hoc
non faciunt differentiam, vtrum ſint clerici ſeculares, vel reli-
gioſi, an conuerſi, vt in iuribus ſuperius alleg. pluries, ſed indif-
ferenter omnes admittuntur, & hoc quia damnum, vel lucrū
non pertinet ad eos proprio nomine, & ſic non poteſt dici cau
ſa ſingulorum, 2. qō. 6. c. biduum, ver. palam. Ex qua ratione in-
fertur idem fore dicendum in hominibus vniuerſitatis ſecula-
ris, vt in cauſa vniuerſitatis admittantur ſinguli de vniuerſita-
b te, b quia cauſa nō eſt ſingulorum pro hoc l. intantum, §. 1. ff. de
re iud. & 12. q. 2. c. epiſcopus, §. qui manumittuntur. Et ſenſerūt Do.
in d. cap. cum nuncius. Sed bene proſequēdo tam de ſingulis
collegijs eccleſiaſticis, quam ſecularibus, diſtingue, quod aut
cauſa eſt ciuilis, aut criminalis. Primo caſu, dicit Ioan. And. in
d. c. cum nuncius, ꝙ aut quæritur de his, quæ aguntur in Capi-
tulo, & tunc ſingulares de capitulo poſſunt teſtificari, infra eo.
c. veniens, C. de rep. l. conſenſu, § pen. Alias ſecundum eū poſ-
ſet deficere probatio, & bene facit infra eo. tit. c. vlt. ſecundum
Ioā. And. Hoc membrum intelligerem, quando damnum vel
lucrum non venit applicandum ipſis ſingulis de vniuerſitate,
prout ſtatim dicam in ſequenti membro, licet aliud ſenſerit Io.
And. Non enim videtur rationabile, vt propter inopiam pro-
bationum quis admittatur, ad teſtificandum ad commodum
conſequendum, vel damnum euitandum, cum iuris regula vi
deatur in contrarium, C. eo. l. omnibus. canonizata. 4. q. 3. cap. ſi
teſtes, §. omnibus. Poteſt enim hoc caſu dici, deficit tibi proba-
tio, non ius. l. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tuto. & imputetur eis,
quare a principio non produxerunt teſtes. Nec ob. iura alleg.
per Ioan. And. ꝙ licet in defectum probationum admittantur
teſtes non omnino integri, vt in illis iurib. non tamen probant
ꝙ debeant admitti illi, de quorum commodo, vel damno tra-
ctatur. Si vero quęritur de his, quę extra Capitulum agūtur, di-
ſtinguit Ioan. And. in d. cum nuncius, ꝙ ſi vtilitas illius nego-
cij obuenit ſingulariter ſingulis de collegio, non admittuntur
ſinguli, quia in re propria &c. vt d. §. omnibus Si vero non ſin-
gulariter, ſed vniuerſo collegio obuenit vtilitas, admittentur.
d. l. in tantum, & § qui manumittitur, pręalleg. Et per hoc ſolui-
tur ſecundum eum, quod ſæpe quęritur de vniuerſitate terra-
rum, & villarum, quæ litigant de paſcuis, vel de nemoribus, in
quibus ſingulorum beſtiæ paſcuntur, & ſinguli ligna ſcindunt,
vt hoc caſu teſtimonium hominum de villa non ſit admitten-
c dum, c per præmiſſa, & reminit ad no. in l. parentes. C. eo. tit Pri
mum membrum diſtinctionis non videtur mihi vſquequaq;
verum, & per conſequens, nec ſolutio huius vlt. quæſtionis. Li-
cet enim aliqua vtilitas obueniat ſingulis, nihilominus cauſa
eſt vniuerſitatis, & vniuerſitas poteſt commutare vſum nemo
ris, vel aliter diſponere de re illa, ſuper qua contendit Nō ergo
debent ſinguli indiſtinctè ex toto repelli, a teſtimonio propter
illam vtilitatem, quæ conſecutiue obuenit ſingulis. Do inſtan-
tiam in rebus eccleſiæ, de quibus ſinguli viuunt, & tamen
non repelluntur a ferendo teſtimonio ſuper illis rebus, vt hic,
& in c. cum nuncius, inf. eo. cum ſi. vide Arch. 14. q. 2. in princi.
vbi hoc videtur velle. Vide aliam inſtantiam magis claram, ſi
contenditur de validitate teſtamenti, ſeu iuris inſtituti, admit-
tuntur legatarij in teſtes, licet ex validitate teſtamenti legata ꝓ-
ſecuturi ſunt. Inſtit. de teſtamen. §. legatariis, quia principaliter
non contenditur de iure eorum. Simile. ff. de auth. tut. l. j. vbi tu
tor non interponit authoritatē in re principaliter ſibi profutu-
ra, ſecus ſi in conſequentiam. & licet ſit dubium in legatarijs, vt
infra dicam, tamen ipſemet Ioan. And. hoc tenet propter iſtā,
vtilitatem, quę ſecundario eis obuenit, ne ex toto repellantur,
nec omnimoda fides adhibeatur. Facit quod not. Archid. poſt
Lau. loco ſup. alle. Idem ergo ſaltem dicendum in caſu noſtro,
vt propter hanc vtilitatem, quæ ſecūdario obuenit ſingulis de
vniuerſitate, non repellantur ex toto a ferendo teſtimonio in
cauſa vniuerſitatis, ſed minus, quam alijs eis credatur, habito re
ſpectu ad qualitatem perſonarum, & quantitatem lucri. arg. c.
& ſi quæſtiones, de ſimo. Facit qđ dicam de iudice, qui eſt habi
turus aliquod commodum, nunquid poſſit cognoſcere in du-
bio, an ſua ſit iuriſdictio, infra de appel. cap. ad audientiam, vbi
vide. Circa ſecundum membrum diſtinctionis, Ioan. And. di-
cit, vt indiſtinctè admittantur ſinguli de collegio, ſi ipſis de col
legio obuenit vtilitas. Dicit Archid. in loco præalleg. ꝙ licet ad
mittantur ſinguli, tamē minus eis creditur, cum bona ſint vni-
uerſitatis ipſorum, & ſic aliquam vtilitatem conſequantur: &
ſic ſenuit poſt Lanfran. ꝙ iſti non ſunt teſtes integri: & ſic vide-
tur, ꝙ duo non facerent plenam probationem. Hoc dictum pu
tat verum domi. Anton. in cap. cum nūcius, quo ad vniuerſita-
tem laicorū, ſed nō quo ad eccleſiā, quia res vniuerſitatis plus
ſpectant ad ſingulos, quam res eccleſiæ ad ſingulares clericos
de eccle. Pro hoc dicto facit, quia ipſi diſponunt de rebus vni-
uerſitatis ad libitum, vt no. in cap. dilecta, de exceſ. præla. & per
Bart. in l. ſi. de colleg. illici. non ſic poſſunt facere clerici de bo-
nis eccleſiæ, vt 12. q. 2. c. ſine exceptione, cum ſi. Ego putarem
hoc dictum procedere, quando per aduerſam partem produce
rentur alij teſtes in contrarium, ſed vbi non adſunt niſi teſtes ꝓ
vniuerſitate, ſatis putarem eis plenè credendum, ſaltem in de-
fectum aliorum teſtium, dummodo alias idonei ſint Hoc pro
bare videtur tex. in c. ſuper prudentia, 14. qō. 2. Quod c. licet lo-
quatur in clericis, ratio tamen eſt generalis, & vendicat ſibi lo-
cum etiam in laicis vniuerſitatis ſecularis, ad idem l. in tantū,
§. 1. præalleg. Item non eſt veriſimile, ꝙ quis velit deierare pro-
pter iura vniuerſitatis conſeruanda, cum ſoleat negligi, quod
communiter poſſidetur. l. 2. C. quando, & qui. quar. pars debea
tur. An autem admittantur iſti de vniuerſitate in defectū dun-
taxat aliorum, an indifferenter? Spec. eod. titu. §. 1. ver. ſed nun-
quid in cauſa, videtur velle, ꝙ in aliorum defectum, quia vidē-
tur affecti ad cauſam. Pro hoc dictum c. & ſi Chriſtus, in ſi. Sed
Hoſtien. & communiter Doc. ibi ſentiunt oppoſitum, & ad c.
& ſi Chriſtus, ſupplent, Maxime. Nam iſti de vniuerſitate ſunt
melius informati, quam forinſeci, & experientia docet, ꝙ ſæpe
teſtes dicūt ſe ſcire, & poſtmodum neceſſario non concludūt.
Et hoc ſatis mihi placet, cum iura aliqua hoc permittant indi-
ſtinctè, & maxime facit ratio d. c. ſuper prudentia. Et ad c. & ſi
Chriſtus, do aliam ſolutionem magis coloratam. ꝙ ibi religio
ſi habebant conſcientiam iurandi: vnde, vt ſaluarent ſuam cō-
ſcientiam, quantum poſſent, Papa ibi indulget eis poteſtatem
iurandi, alijs deficientibus, & ſatis hæc ſolutio colligitur ex fi-
ne illius literæ, & per hoc habes primum principale membrū
expeditum, an in ciuilibus admittantur ſinguli de vniuerſitate
3 ad teſtificandum.† Venio ad ſecūdum membrum: quid in cri-
minalibus. In quibus dic, ꝙ illi de vniuerſitate non ſunt idonei
teſtes in fauorem vniuerſitatis. Caſus eſt apertus in d. cap. ſuper
prudentia. & rationem ponit ibi tex. quia in criminalibus, tan-
quam arduis, non debent domeſtici ad probationem admini,
ſecus in ciuilibus, vbi agitur de paruo præiudicio. Sicut in ſimi-
li videmus, ꝙ conſanguineus non repellitur in ciuili, ſed in cri
minali ſic, vt in c. 1. iuncta gl. 3. q. 5. & maxime hoc procedit, qñ
eſt tale crimē, propter qđ ipſa vniuerſitas venit deſtruēda, iux
ta no. per Bar. in l. aut facta, §. ſi. ff. de pœn. per Inno. & alios in c.
grauem, de ſent. excommu. & c. dilectus. Hæc procedunt, quā-
4 do quæritur, an poſſint teſtificari in fauorē vniuerſitatis.† Nun
quid autem poſſint teſtificari in fauorem eorum, qui ſunt pari
ter de vniuerſitate ipſa? Diſtinguit pariter inter criminalia & ci
uilia, vt in ciuilib. poſſint, vide bo. gl. in c. cum R. de offic. dele.
& 3. q. 5. c. accuſatores, & d. cap. ſuper prudentia. Credo tamen,
ꝙ plus vel minus eis credendum ſit, ſecundum quantitatē affe
ctionis & familiaritatis, quæ inter eos eſt, iuxta no. per gl. in c. in
literis, infra eo. & in d. c. accuſatores, & facit quod dicam in ſe-
quen. membro. In criminalib. vero non admittuntur, ſecundū
Doct. in d. c. cum nuncius, & per d. c. ſuper prudentia, & c. accu
ſatores, quia in eis repelluntur domeſtici & familiares, quales
ſunt iſti de vniuerſitate inter ſe, & facit c. repellantur, de accuſ.
& vide per Spec. eod. tit §. 1. ver. ſed nunquid in cauſa, vbi tem-
perat hoc verum, niſi in defectum, argumen. c. ſi. inf. tit. prox. &
in c. & ſi Chriſtus, in ſi. de iureiuran. Ioan. And. in d. c. cum nun
cius, dicit, ꝙ nimis large locuti ſunt Do. Sed reſtringenda eſt eo
rum opinio ad iura, quæ allegant, quando videlicet, eſt ita par-
ua vniuerſitas, ꝙ illi de ipſius corpore cadūt in nomen, dome-
ſticorum, vel cohabitantium, vt d. c. ſuper prudentia, & d. c. re-
pellantur. Quod ſatis placet: Hæc procedunt, quādo volunt te-
ſtificari contra extraneum, ſed ſi inter illos de vniuerſitate, tūc
d admittitur, d quia par affectionis cauſa omnem, ſuſpicionem
excludit.

ADDITIONES.

a Quæro igitur. Adde in hoc videndum Alexand. conſ. 42. 4. lib. vbi etiam po-
nit, an teſtis, de aliqua uniuerſitate ſit idoneus ad probandam conſuetudi-
nem illius artis.

b De uniuerſitate. An in cauſa uniuerſitatis admittātur ſinguli: vide Bal. & Cy.
in l. parentes, C. eo. & ibi no. ad Bal. And Barb.
De uniuerſitate. An pro uniuerſitate unus de uniuerſitate poſſit eſſe teſtis,
uide Alex. in conſ. 44. in 7. col. in 2. uol. & in conſ. 169. in 3. col. in 1. uol. &
late in conſ. 69. in 2. col. & 7. col. in 2. uol. & conſ. 195. in 6. columna, in eo.
uol. & multa cōgerit Marſi. in l. 1. §. ſeruus municipum, per totū, ff. de q. S.S.

c Non ſit admittendum. Adde Alex. conſ. 43. lib. 4. & Ro. conſ. 7.

d Admittuntur. Vide Maria. Soc. in c. cum oporteat, inf. de accu. & Fran. de Cre
mo. in ſing. 49 incip. nemo cogitur. Seb. Sap.

Digitized by Google

exelndit.l.non ſolum,ff.de ritu nup.no.gl.in d.c.cum R.& cap.
poſtremo,de app. & d.c. accuſatores. Hinc dicunt Doct.in d.c.
cum nſicius, ꝙ accuſato prælato ab aliquo de vniuerſitate,alij
de vniuerſitate recipiuntur in teſtes,arg.2.q.7.c.laror, & inf.de
accuſ. c. ex parte,de elect.c.per inquiſitionem. Non enim ſunt
5 magis domeſtici accuſantes, quam accuſati,quod no.† Sed cir
ca prædicta,& circa tex. contingit dubitari de aliquibus.Et pri-
mo,quid de prælato vnius capellæ, qui non habet collegiũ,ſed
ſolus habet adminiſtrationem eccleſiæ, nunquid admitti de-
beat in cauſa eccleſiæ? Ioan.And.in addit.Spec.eodem tit.& in
ver.ſed pone,quod adminiſtrator, videtur ſentire,quod omni-
no non admittatur,per capitulum relatum.2. infra de teſtamẽ.
Aliter illud c.non inducit, ſed credo, ꝙ voluit ſic inducere.Ibi
enim dicitur,quod vbi eſt congregatio, ſeu collegiũ, bona ſpe-
ctant ad congregationem, ſeu collegium:vbi tantũ eſt vna per
ſona,ille ſolus habet diſponere de bonis eccleſiæ. & videtur iſte
teſtificari in facto quodammodo ſuo,cum omnia bona ſpectẽt
ad menſam ſuam:Secus in congregatione,quia illud,quod ſpe
ctat ad vniuerſitatem, non ſpectat ad ſingulos, vt in iurib. præ-
alleg & optime facit ad prædicta, cle.2.de re.eccle.non alie.iun
cto c.expoſuiſti,de præben. Et quia dictum ſuum placet, reddo
aliam rationem. Vbi collegium conſtituit ſyndicum,nemo po
teſt dici principalis, merito quilibet teſtificatur, exceptis pro-
a curatoribus ad illam cauſam,vt hic. Sed vbi prælatus [a] ſolus cõ
ſtituit procuratorem, ipſe dicitur principalis, licet procurator
agat, vt in c.1.in fi.ſup.vt lit. non conteſt. merito non poteſt eſ-
ſe teſtis,ne ſit principalis & teſtis, vt hic. Itẽ eſt affectus ad cau-
ſam, cum conſtituẽdo ad illam procuratorem,videatur decla-
raſſe motum animi ſui.l.prætor.ff.de iuriſd.om.iud.Et per hæc,
& ea, quæ ſtatim ſubijciam in ſequenti quæſtione. credo dictũ
Ioan. And. limitandum, quando ipſe ſolus conſtituit procura-
torem. Si autem eccleſia haberet œconomum generalem con
ſtitutũ authoritate Epiſcopi, vel egeret ipſe Epiſcopus, tanquã
generalis adminiſtrator,iux.no.in c.fi.de ſucceſ.ab inteſta.tunc
arbitror iſtum prælatum ſeu Rectorem capellæ admittẽdum,
quia ceſſat ratio ſtatim allegata. Et ſi diceres,non per hoc ceſſat
argumen.ſumptum ex d.c.relatum Dico, ꝙ illa ſola ratio non
ſufficit, vt ex toto repellatur. Vide ſimile in prælato,qui poteſt
eſſe iudex in pertinẽtib. ad eccleſiam, ſeu iuriſdictionem ſuam
vt in cap. cum perſonæ, in fi.iunct.gl. de priui.lib.6. Item bona
eccleſię non ex toto cedunt menſæ prælati, ſed & alijs neceſſa-
rijs eccleſiæ,& vſui pauperum,vt cap.paſtoralis, de his,quæ fi.a
præla.ſine conſen.c.& in c.fi. 16.q.1. Quare dico hunc admittẽ
dum,& ſibi fidem adhibendam iuxta quantitatem affectionis,
quam habet ad cauſam. Quid enim ſi eccleſia habet multa alia
bona,& contentio ſolum eſt de parua vinea,dicemus ne,ꝙ iſte
velit, deierare, cum ſine ea iſte percipiat neceſſaria, ab eccle-
ſia? ſed ſi viuit ex illa vinea tantum, tunc habeo eum aliquantu
lum ſuſpectum. Bonus ergo iudex arbitrabitur,l.3.ff.eo.& in c.
6 in noſtra.infra eo.tit.† Ex his infertur ad quæſtionem, an præla-
tus eccleſiæ collegiatæ, maxime epiſcopus,debeat admitti in te
ſtem in cauſa eccleſiæ ſuæ. Innocen.hic inſtat in epiſcopo. Ho-
ſtien.eum impugnat, dicens, eum indiſtincte admittendum.
Io.And.hic reducit ad concordiam hoc modo, ꝙ agente œco
nomo, vel vicedomino epiſcopi cauſam ſingularẽ menſę epi-
ſcopalis, & per conſequens ſingularem, & propriam epiſcopi,
verum dicit Innocen. vt non admittatur epiſcopus in teſtem. Si
vero agant cauſam eccleſię, vel communem, verum ſit,quod
dicit Hoſtien.& remittit ad no.per eum, poſt eos, in c. præſen-
tium,eo.tit.lib.6. Et no. bene illa verba Ioan. And. ꝙ cauſa mẽ-
ſæ prælati,videtur propria ipſius vt ſic repellatur a teſtimonio,
7 facit 2. q. 6. c. biduum.† Ex quo infero, ꝙ canonicus [b] non po-
b teſt eſſe teſtis in cauſa præbendæ ſuæ, cum illa ſit deputata ſolũ
pro menſa ſua. Et hoc ſatis placet, quando cauſa eſt menſæ præ
lati, Ita ꝙ bona ſua ſunt ſperata a bonis eccleſiæ. Sed dubiũ eſt,
quid ſi cauſa eſt totius eccleſiæ. Dic, ꝙ ſi prælatus, & Capitulũ
conſtituerunt ſimul ſyndicum, caſus eſt clarus, ꝙ prælatus po-
teſt eſſe teſtis.tex.eſt hic,iuncta ſupraſcriptione, & tenent com
muniter Doctor. in d.c. præſentium.& Archid.14.q. 2.c.ſuper
prudentia. Si autem ſolus prælatus conſtituit, & tunc ſunt opi.
Innocen.in cap.pręſentium,tenet,ꝙ non poteſt eſſe teſtis,quia
ipſe eſt principalis defenſor. Hoſt.ibi tenet contrarium,quia ꝓ
curator conteſtando litem,efficitur dominus litis.dictum Inn.
ſequitur Archid.in c.1. 14. q. 2.& D.Ant. hic,& ſatis placet per
8 id,quod ſupra dixi in prælato capellæ. † Sed circa prædicta quę
c ritur, quid de eo, qui fuit adminiſtrator [c] in ea re,de qua nunc
agitur,& deſijt nunc eſſe adminiſtrator,nunquid poſſit eſſe te-
ſtis? Ioan.And.tangit in d.ver.ſed pone,ꝙ adminiſtrator,& tan
dem concludit,ꝙ pro contraria parte bene poteſt adduci,quia
nil repugnat;ſed in fauorem illius,pro quo geſſit, dum,ſi laus,
vel vituperium, vel damnum poteſt ſibi adſcribi ex aſſiſten-
tia,vel non aſſiſtentia actus, pro quo teſtificatur, non admitte-
tur,alias ſecus.ar.eorum,quæ no.in cap.fi.eo.tit.lib.6. Quod pla
d cet hic [d] dom.Ant.Putat tamen,talẽ in ſubſidium admitti, all.
de elect.c.cum dilectus.cum gl.ſua,de do.& cont.c.cum olim.
de prob.c.tertio loco,cum ſim. Vide Bart. in l. deferre.§.idem
decreuerunt,ff.de iu.fiſ.vbi generaliter proſequit̃,an, & quan-
do procurator ſit admittendus: & venit etiam ad declarationẽ
materiæ huius cap. Et concludit ſic, ꝙ aut eſt procurator ad iu-
dicia,& non poteſt produci in teſtem,etiam per aliam partem,
quia ſicut perſona principalis non producitur in teſtem cõtra
ſe,ita nec procurator,poteſt tamen interrogari ſuper negocio,
vt in c.2.eo.tit.lib.6. Aut eſt procurator ad negocia, & produci
tur in teſtem ſuper his, quæ geſſit: & tunc ſi ex hoc ſentiret cõ-
modum vel incommodum, non debet admitti. Exemplũ. Vo
lo probare, ꝙ tibi mutuaui, x. & induco in teſtem illum,ꝑ quẽ
dico tibi tranſmiſiſſe. Nam ſi iſte diceret contrarium,ipſe rema
neret obligatus,ideo nõ eſt idoneus teſtis. Aut non ſentit cõmo
dum,vel incommodum,& tunc de conſenſu partium admitti
tur, alias ſecus:ſicut dicitur in proxeneta, vt in Auth. de teſt.§.
quoniam vero.allegat gl.quæ hoc voluit,in c.fi.eo.tit.lib. 6. Mi
hi in hoc plus placet dictum Ioan. And. vt inſpiciãtur termini
litis. Si enim nullam affectionem præſumitur habere, debet ad
mitti,etiam inuita altera parte:argumen.l.1.ff.eo. Si vero fuit ꝓ
curator in alia cauſa, tunc debet admitti in iſta, quia nil repu-
gnat: & ſatis probatur in iſto c. Et vide Do. de Rot. ad materiã
noſtram deciſio. 122. Et plus dicit Inno.per iſtum tex.ꝙ ſi duo
conſtituũtur procuratores, vnus in aliquibus negotijs, alius in
alijs,vnus poterit eſſe teſtis, vbi alius eſt procurator. Item dicit,
ꝙ ſi conſtitutus procurator procurationem non recipit, pote-
rit eſſe, teſtis.argumen.inf.eo.c.dilecto. Idem ſecundum eum
ſi receperit,& poſtea renunciauerit, & dicit hoc procedere etiã
inter laicos. Satis eſt enim ꝙ non reperitur prohibitum,arg.l.1.
ff.de teſti. Ioan. And. dicit poſſe diſtingui, an procurator illa,re-
aſſumere poſſit cauſam,iuxta Decretalem, ſi duo, de proc. lib.
6.& eo caſu repellatur, an non poſſit, & tunc admittatur. Po-
ſtea dicit ſatis eſſe,ꝙ non poſſit reaſſumere. Item licet prælatus
poſſit reaſſumere,tamen admittitur, vt hic patet. Et hoc placet
& credo, ꝙ ſi ſemel teſtificatus eſt, non poſſit amplius reaſſu-
mere cauſam, ne reperiatur in eadem cauſa teſtis,& procurator.
vide tamen quod no. Ioan. And poſt Hoſtien.in cap.2. eod.tit.
9 lib.6. † Ex prædictis infertur ad deciſionem multarum quæſtio
e num. Et primo, nunquid legatarius [e] poſſit eſſe teſtis in cau-
ſa teſtamenti? Tex. videtur apertiſſimus,ꝙ ſic,in §.legatarius.In
ſtit.de teſt. Et reddit ibi tex. rationem, quia nõ iuris ſucceſſores
ſunt,ſed ret:ſecundum gl.ibi, Et ſine onere,q.d. ꝙ non conten-
ditur de iure eorum, ſed de ſubſtantia teſtamenti. & ſic de ipſa
hæreditate,quæ eſt quoddam ius vniuerſale. Dubium facit,ꝙ a
in conſequentiam ſunt habituri commodum legati, quia ſi te-
ſtamentum non ſubſiſtit,non debenr regulariter legata,vt leg.
& no.in l.eam quam,C.de fideicom. & ſic ratione huius com-
moditatis & affectionis, non deberent admitti. In contrarium
facit,quia illi de eccleſia admittuntur in cauſis eccleſiæ,licet vi
uant de bonis eccleſiæ, vt hic ſatis eſt dictum. Item non debe-
mus

ADDITIONES.

a Prelatus. Vtrum prælatus poſſit teſtificari in cã eccleſiæ ſuæ,in qua agitur
da conſtituit procuratorem. Et adde, quod opi.Ion.hic relata per D.Ant.ſe
quitur Spec.in tit.de teſte.§.3.6.col.ver.ſed nunquid rector.quod mihi pla-
cet. An autem prælatus poſſit teſtificari in cã ſui capituli, uide Bal.in l.par ẽ
tes.in vlt.col.C.de teſt. Et de articulo hic poſito, uide per Imo.in l.qui teſtã
circa fi.prin.ff.de teſt.& ꝙ poſſit prælatus eſſe teſtis,tenet Spec.in tit.de ꝓ-
cu.§.rõne quoq; conſtituentis, cir.prin.uer. item ꝙ conſtitutus eſt ab Ab-
bate.de quo uide Pet.de Anch.in d.c.præſentium in prin.ult.col. de teſt.li.
6.& per Do.poſt Pau.in c.iudex ab apoſtolica,in fi.1.col.de of.dele.lib.6.&
plenius per Do.in c.præſentium.in prin. 4.col.
Adde,an prælatus poſſit eſſe iudex in cauſa eccleſiæ ſuæ,Oldr. conſil.57.&
Cal.conſi.6.de iu. Et an religioſus poſſit eſſe teſtis in cauſa ſui monaſterij ui
de Fulg.conſi.5.
b Quod canonicus. Vide Cal.tit.de iud.conſi.6.& do.Abb.in c.cum ueniſſent,
ſup.de iud. Seb.Sap.
c Adminiſtrator. Adde,an proc.& ſalariatus poſſit eſſe teſtis, Ro.cõſ.428.Alex.
conſi.46.Ang conſi.233. Quid de colono,& mercenario,per Alex.cõſi.91.
& quid de adminiſtratore uide per Fulg.conſi.174.
d Hic. Et iſtam doctrinam magiſtralem recitat etiam D. Ant.in c.2.in pe.col.de
arb.& in c.cum a nobis.pe.col.inf.eo.
An legatarius admittatur ad teſtificandum in cã teſtamenti. Et de hoc uide
per gl.& Bal.in c.10 omni.ſup.eo. & uide tex.& gl.1.& ibi Pau.de Caſt.ple-
niſſime in l.qui teſtã,in prin.ff.de teſt.& per gl.in l.nullus.ff.de teſt.& ibi uĩ
de omnino Flo.qui poſuit quædam uerba ſingularia,& uide pleniſſime,per
Inn.in d.l.qui teſt.& uide tex.& gl.in l.ſi quis ita ſcripſerit.ff.de reb. dub.&
in l.dictantib.C.de teſt. Item, quando ex teſtificato,& ſententia immediate
acquireretur ius teſtificanti,tunc repellitur a teſtificando, ſecus ſi non im-
mediate,ſed mediate, & in conſequentiam acquireretur ius. Hanc elegan-
tem & magiſtralem doctrinam tradit Bal. in rub.de re.du. in 3.char.uer. de
quinto autem. Per quam doctrinam redditur ratio, quare legatarius admit-
tatur ad teſtificandum in teſtamento. Per hanc doctrinam etiam deciditur
multæ quæſtio.ad materiam Decretalis noſtræ.
Adde Ang.conſi.174.ubi quid de ſubſtituto.
e Legatarius. Vide Io.de Fa.in § legatarij.inſt. de teſt.cum multis alle.per d.Ia.
in l.dictantib.C.eo.tit.de teſt.ubi plene de hac materia.& uide pulchre per
d.Bar.Soc.in l.ſi quis.ita.ff.de reb.dub. Seb.Sap.

Digitized by Google

muſattendere ad id. quod venit in conſequentiam,ſed ad id,ꝙ
principaliter fit.l.1.ff.de auct.tut. Dubium eſt pulchrum, & ſub
tile, maxime, quia videmus ꝙ ſola affectio ad cauſam ſine alia
commoditate,repellit quem a teſtimonio,vt in c.fi.eo.tit.lib.6.
& 2.q.6.c. ſtatuendum, alias ſtatutum. facit c.perſonas,ĩ.eo.cũ
ſi. Fortius deberent repelli legatarij, qui ſunt affecti ad cãm te-
ſtamenti propter commoditatem,quã ibi habituri ſunt:& ideo
in hoc dubio ſunt opiniones. Quidam enim dicunt,vt Inno.in
c.3.ſup.eo.eos admittendos in cauſa teſtamenti,quia non prin
cipaliter commodum ſentiunt, nec eorum nomine tractatur
cauſa. Poteſt enim deberi legatum, licet non valeat teſtamen-
tum.C.de lib.præte.auth.ex cauſa. Nec indiſtincte legatum eſt
præſtandum,eſto ꝙ teſtamentum ſit validum.C.ad leg. Fal.l.3.
& l.irritum.Et hæc opi. eſt veriſſima,in quantum in omnẽ euẽ-
tum legatum eſt præſtandum: ſed vbi in alterum caſum tantũ,
non videtur procedere, quia licet principaliter nõ tractetur de
eorum commodo, tamen admittuntur ad cauſam propter cõ-
moditatem,quę eis prouenit acceſſione.Spec.in tit.de inſtr.edi.
§.poſtremo. alias.§. inſtrumentum.ver. quid de legatario,& in
tit.de teſte.§.1.ver.item, ꝙ eſt talis. Et poſt multa concludit,ꝙ ſi
eſt quæſtio inter hæredem, & legatarium de legato,non teſtifi-
catur legatarius,quia eſt propria, vel conſimilis cauſa,a qua re-
pellitur.d.c. perſonas. Si autem eſt quæſtio inter duos, cuius ſit
hæreditas, tunc põt eſſe teſtis. Hæc opi.in vlt.membro corruit
eadẽ ratione,qua prima. Tertia fuit opi.d. Simo.Vinc. quã hic
refert Io. And. Dicebat enim legatarium admitti in teſtem,ita
tamen ꝙ non omnimoda ſibi fides adhibeatur,quia ſecũdario ꝯ-
tingit eum lucrum. Adducebat quod habetur in Auth. de teſt.
§.ſi vero quis dicaro dioſum. Contra hanc opi. arguo ſic:Om-
nibus teſtibus poteſt aliquid relinqui, & nihilominus per eos ꝯ
firmatur, & approbatur teſtamentum, vt l.ſi quis ita ſcripſerit.
ff.de reb.dub.ergo fides omnimoda eſt eis adhibenda, alias nõ
poſſet probari teſtamentum:ar.l.vnus.C de teſt. Quartam opi.
ponit hic Ioã. And.ꝙ ſi in omnem euentum teſtimonij ſui de-
beatur legatum,tunc legatarius admittitur in teſtem,alias ſi in
alterum euentum tantum,habeat locum d.opin.d.Simo. Et fa-
cit,ſecundum eũ,ad no.in l.nullus,ff.eo.vbi diſtinguitur in ven
ditore,an teneatur de euictione,vel non. Idem ponit Io. An.in
addi.Spe.in d. ver. item ꝙ eſt talis. Primum membrum ſuæ di-
ſtinctionis non habet dubium. Contra ſecundum facit qđ ſup.
dixi contra præcedentem opi. De materia vide per gl. & Bar.in
l.qui teſtamento,ff.de teſt.nil tamen noui dicunt non reducibi
le ad prædicta.& videtur Bart.ſentire quod ſupra dixi, ſecundũ
Spec. Quinta eſt opin. Bal.in l.dictantib.C.de teſt. vbi dicit,ꝙ ſi
eſt qõ inter hæredem & legatarium,tunc legatarius non debet
eſſe teſtis.Si vero inter hæredem & alium,tunc poteſt eſſe teſtis,
dummodo proteſtetur, ꝙ non intendit vt ex hoc aliquod com
modum ſibi applicetur. Sed ꝯ hoc arguo ſic. Licet enim prote
ſtetur,vt ex hoc non conſequatur commodũ,nihilominus affe
ctus eſt ad cauſam, vide bo.text.in c.perſonas,inf.eo.cũ ibi not.
Et ſi teſtĩũ corrueret, inſurgeret præſumptio ꝯ eum in ſuo lega
to. Rõne cuius lex permittit appellari, vt l.a ſnĩa. ff.de app. Bre-
uiter puto,ꝙ ſi teſtamentũ apparet in inſcriptis,ita ꝙ non capit
totaliter eſſentiã a dictis teſtium, tunc adminũtur legatarij ad
probationem & confirmationem teſtamenti.Ita loquuntur ꝓ-
priæ iura, quæ admittũt legatarios in teſtes,vt patet Inſt.de teſt.
or. in prin. vſque ad illum §.legatarijs, & in d.l.qui teſtamento.
& d.l.dictantib.Et rõ admiſſionis eſt multiplex. Primo,qa non
agi principaliter de iure eorum,vt d.§.legatarijs. Scdo,quia nõ
præſumitur de facili corruptio in ſeptem teſtib. Inſti.in loco ꝑ-
alleg. Tertio,quia habẽt ſecum præſumptionem ſcripturæ,ma-
xime publicæ,& ſigillorum, quę olim imprimebantur.Sed vbi
deeſt ſcriptura, ita ꝙ ſuam eſſentiam capit totaliter teſtamen-
tum ex dictis teſtium,tunc puto illorum dicta non ſufficere,qa
ſuſpecti ſunt, ſicut notarius eſt ſuſpectus, cum ſcribit ſibi lega-
tũ in teſtamento,C.de his,qui ſibi in teſt.adſcri. l.ſi quis legatũ,
ff.de falſ. Et hoc intellige, quando in alterum euentum tãtum
ſunt habituri legatum. Nam ſi in omnem euentum indiſtincte
poſſunt eſſe teſtes,cum qõ eſt inter alios, quia nil tunc ibi repu
10 gnat. † Alia quęſtio eſt in venditore, nunquid poſſit eſſe teſtis
in cauſa emptoris. Inno.ſup.c.3. & glo.in l.nullus,ff.de teſti.ſen-
tiunt ꝙ non,vbi tenetur de euictione, alias ſecus.do. Ant. putat
ꝙ etiam vbi non tenetur de euictione admittatur, ſed dictum
non eſt integrum, ſi admittatur: quia veriſimile eſt, ꝙ affectat
tenere id, quod egit,ſicut dicitur in proxeneta, vt in Auth. de te
ſti.§.quoniam vero,& no.in c.1 & fi.eo.tit.lib.6.de quo in Spec.
eo.tit §.1.ver.quid de venditore. vbi idem ſentit Io. And.& Ia.
de Ra. Satis poſſet dici, ꝙ ſibi adhibeatur fides ſecundum qua-
litatem perſonę & cauſæ,ar. eorum, quę no.in c.in literis, infra
11 eo.† Iſti enim proxenetę, communiter ſunt infimi ſtatus, & ali
qua lucra conſequuntur ex vanitate contractus, quæ omnia
ceſſant in perſona omnino integra: maxime in defectum alio-
rum teſtium.ar.bo.in c.cum dilectus, cum gl. ſua ſup.de elec.&
12 inf.c.prox.& c.fi. † Ex his infertur ad conſimilem qõnem, quid

a in donatore. a Quidã dñt,vt hic refert Io And ꝙ ſit idoneus te-
ſtis,qa non tenet de euictione.ff.de do.l.Ariſto.§.fi.C.de eui.l.2.
Quidam ꝯ,vt Pla.& Iac.de Are.qa non eſt idoneus teſtis,cuius
intereſſe põt. Sed iſtius intereſt,qđ patet,quia perſonale pactũ
tranſmittitur in donatariũ.ff.de pac.l.ſi tibi,§.pactũ. Itẽ donans
affectat valere qđ agit. Et hęc rõ, ſi repellit proxenetam,fortius
13 dẽret repellere donatorem. † Et hac rõne dñt præfati do.ꝙ ce-
b dens b non teſtificat pro ceſſionario, facit.ff. ne vis fi.ei.l.2.Et
ſm Do.dicit Io.An.inutile eſſe ꝯſilium,qđ dat Spec.in tit.de ꝓ-
cu.in fi.vbi dicit,ꝙ ille qui nõ hẽt ſuper debito ſuo, niſi vnum
teſtẽ, cedat actionem, & cũ illo teſtificet pro ceſſionario.Ego
diſtinguerẽ in vtroq; dubio, prout dixi in c.præced.vt ſi nullũ
intereſſe prætendit,ſit arbitrariũ, quanta ſit fides ei adhibenda
ſm qualitatem perſonarũ.arg.in c.& ſi qõnes de ſimo.& eorũ,
14 quæ no.Do.in c.cum parati.de app. † Dubitatur ẽt in ſocio,an
c poſſit teſtificari pro ſocio? Inn.in c.3. ſup. eo.& Ioã. And.hic di-
ſtinguunt, ꝙ aut eſt ſocius oĩum bonorum,& non admittitur,
quia eius intereſt. Si aũt eſt ſocius, reſpectu partis tm̃,tunc põt
teſtificari ſuper parte ſocij,quia ex hoc nullum commodũ ſen-
tit.ff.ſi pars hær.pet.l.1. Quinimo ego dicerem hoc procedere,
inquãtum habetur reſpectus, an interſit ipſis principaliter, vel
ſecundario ſed reſpectu dilectionis,& affectionis, diſtinguerẽ,
vtrum ſit ſocietas talis, quæ faciat eos ſimul habitare, vel erat
maxima familiaritas inter eos: & tunc credatur plus vel minus
pro ſocio,ſm qualitatem amicitiæ, vel affectionis,& vtrum ſit
cã criminalis,vel ciuilis,vt ſup.diſtinxi in qõne vniuerſitatis,vt
15 legi.& no.in c.ſuper prudentia.14.qõ.2.† Quæritur vlterius, hic
hr̃ de procuratore ad cãm, vt non poſſit eſſe teſtis.quid de ſoli-
citatore? quid de adhęrente? Dic,ꝙ repelluntur, quia omnes aſ-
ficiuntur ad cãm.inf.eod.c.fi.lib.6.cum ibi no. & tenent Do.de
16 Rot.dec.373. & 159.† Vltimo quęritur,quid de vaſallo,nunqd
d admittatur in cã domini? Quidam,ꝙ non, arg.c.accedens,d vt
lit.non conte.de quo in Spec. eo.tit.§ 1.ver.ſed nunquid vaſal-
lus.Io. An.ibi in add. dicit conſiderandas qualitates domini,&
vaſalli.Et ſecundum hoc, quandoque ceſſabit ſuſpicio, qñque
non. Forte enim dominus eſt potens, & ſolet ſæuire in eos,qui
non dicunt rem ſibi gratam, & ſic de ſimilib. Multas conſimi-
les quęſtiones, in quibus verſatur affectio teſtium, vide in Spe.
eo.tit.§.1.per Cy.in l.eos.C.eo.& l etiam. eod.tit.verſic.quid de
vxore & marito. Itẽ quid de ſubditis alicuius domini, vel mer-
cenarijs,& ſic de ſimilibus: vide aliquid per gl.in c. in literis, in
fra eo.tit. Quid de amico,vide 3.q.5.c.1.& per Cy.vbi ſup.plene
per Spec. in loco præall. vbi vide. Quid autem de iudice, aduo-
cato,& notario cauſæ dicam in c. cum a nobis.inf.eo.

ADDITIONES.

a Donatore. An donator poſſit eſſe teſtis pro donatorio. Et de iſta q. uide ꝑ Sal.
in l.& ad te,in fi.C.ad leg.Corn.de fal.

b Cedens. Vide Alex in conſi.13.in 1.uol.& conſi.18. in vlt.col.in 1.vol.& nun
quid creditor poſſit eſſe teſtis in cauſa debitoris, tradit idem Alex.cõſ.159.
in 2.parte & in conſi.69.in 1.col.& conſi.78. in 1.vol. Seb.Sap.

c Socio. An ſocius admittatur ad teſtificandũ pro ſocio,& de hoc eſt gl.in l.qm̃
liberi,C.de teſt.& ibi late per Spec.& ibi Io.An.in add.in ti.de teſt.§.1.in 3.
col.uer.ſed nunquid ſocius. Et de hoc uide ꝑ Ang.in l.ſi duo rei.in prin.ff.
ſi quis cau. Et verũ amicus admittatur pro amico ad teſtificandum,uide do.
An.in c.quoties.in 2.col.ſup. eo. qđ ſocios meus,cũ quo cõtinue uerſor,nõ
poſſit teſtificari pro me. Probatur, nam domeſticus meus, qui ſtat in domo
mea, non poteſt pro me teſtificari, ut in c.in literis.inf.eo.ſed aſſidua cõuer
ſatio extra domum æquiparatur habitationi in domo,ut dicit gl.no.ſecun-
dum unum intellectũ.Io.And.in c.ad hæc.de Iudæ.ergo &c.uide de hoc ar.
per Spe.in eo.tit.§.1.ſup.all.in 2. col.uer.nunquid ergo ſocius.& ꝑ Spe.in l.
nullus.ff de teſt.& per Io.An. in ſum. de teſt.circa prin.itẽ repellitur quis a
teſtimonio rõne ſocietatis, ubi oĩno uide. Et an fideiuſſor poſſit teſtificari
pro debitore ſuper fideiuſſione,uide per Spe.in ti.de teſt.§.1.uer.33.& uer.
quid de fideiuſſore.& per Bal.in l.nullus, in apoſt.ff.de teſt. qui dicit Cy.te-
nere,quod ſic in l.dictantib.C.de teſt. Et de hoc ẽt uide per Bar. in l.ſi cum le
getur.§.fi.ff.de leg.1.& ibi ẽt de hoc uide per Ang.& Im.qui indiſtincte con
cludunt, quod fideiuſſor non põt eſſe teſtis pro principali, ſecundũ Bal.in
l.ſi quis ita ſcripſerit,ff.de reb.dub. ubi ẽt dicit, quod correus poſſit teſtifi-
cari pro correo.quod tenet Cy.& Bal.in præd.l.dictãtib. Item creditor teſti
ficatur in cã creditoris,ut l.non ſolum.§.quæritur.& ibi per Ia.Bu.ff.de ꝓc.
Et circa id, quod dixi de correo,adde, qđ Bal.in 5.q.in terminis,in c.1.cir-
ca prin.ſup.eo.tenet quod non, ſed poſtea ſubiicit,quod in contrariũ facit.
l.creditor.in prin.ff.man.de quo dic dicendũ,ut per Cy.in l.omnib.C.de te
ſta.& de fideiuſſore ẽt uide Flo. in d. l.dictantib. Adde an ſocius poſſit eſſe
teſtis pro ſocio, fideiuſſor pro principali, Ang conſi.195. Et quid de uendẽ
te,& ceſſionario,per eundem conſi.173. licet Ro.contrarium teneat repro
bato.Spec.loco hic alleg.eius conſi.382.
Adde pro primo quæſito, quod ego teneo, quod ſocius omnium bonorum,
aut maioris partis, non poſſit eſſe teſtis pro ſocio, maxime ſi ſua interſit,ut
no. Lanf.in ſupra allegat.c. quoniam contra.§. teſtium depoſitiones.nu.88.
uer.an ſocius,& ibi in apoſt. Bened. Va.in eo.uer. ſup.de prob. Zach.

d Accedens. Et ibi uide do. Ab.& Flo.in d.l.idonei.ff.eo.,& per Bal.in c. ego N.
in vlt.col.de iureiu. Adde Bal.conſi.289.3.lib.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, cuius pater adminiſtrauit beneficiũ, vel qui detinet concubinam, iu
ſte priuatur beneficio.*

2 *Laicus admittitur in teſtes, quando contra clericos agitur ciuiliter vel de cri
mine ciuiliter.*

3 *Conuictus de periurio in vna cauſa probatur periurus in qualibet cauſa.*
4 *Confirmatio Papæ, alicuius ſententiæ corruit, caſſata illa ſententia.*
5 *Clericus an, & quando poſſit accuſari per laicum patronum parochianũ, vel ſimpliciter laicum*
6 *Exceptio, Tua non intereſt eſt dilatoria.*
7 *Procurator in cauſa criminali, non poteſt interuenire, ſed ad certum articulum bene poteſt*
8 *In arbitrio iudicis eſt, an primo admittat teſtem, an exceptionem teſtium, exceptis quatuor caſibus*
9 *An iuſtificetur appellatio ob reiectam probationem, uel exceptionem, adeo ut non requiratur amplius probatio exceptionis.*
10 *Iuſtificata appellatione, uel non, per quos iudices uenit examinanda.*

CAP. VII.

EX parte. Hæc Decre. reputatur fortis: & eſt, ſecũdum Io. And. & dicit, ꝙ quædam gl. cã tranſiuerunt, quaſi eius dubia non viderent. Aliqui nil gloſſauerunt in ea vt Bonaguida, Aretinus. D. Anto. dicit, ꝙ nec ipſe Io. And. intellectum Dec. penitus dilucidauit, quicquid ſit, Decretalis hæc habet aliquos notabiles articulos, vt inf. patebit: & ſtatim, Deo duce, videbimus, quis melius attingat dubia Decr. Et primo ſcias, ꝙ Abb. ſummat ſic Decre. Exceptio contra teſtes, eſt poſt publicationem dictorum teſtiũ proponenda. Io. And. dicit hanc ſummationem falſam. Nam licet probatio poſſit differri in illud tempus, propoſitio tamẽ exceptionis contra perſonas non, ſed debet fieri ante publicationem, vt in c. præſentium, inf. eo. Ipſe autem Io. An. ſummat ſic. Probatio exceptionis propoſitæ cõtra teſtes differri poteſt poſt publicationem atteſtationum. Ego multum miror de hac ſummatione Io. An. quæ, licet ſit vera in ſe, in nullo ſummat literã: cum in ſummario de contentis in tex. nulla fiat mentio & admirari non ſufficio, cum ipſe Io. And. longe & melius alijs ſolitus ſit compendioſe, & eleganter ſummare tex. adeo, vt cõiter Doct. ſequentes ſoleant cum ſuis ſummarijs tranſire. Sed nemo põt eſſe Iob, vt non erret in dictis ſuis, vt ipſemet Io. And. dicit in procœ. nouellæ, ſuper 6 D. Ant. ſecundum intellectum, qui ſibi videtur verus, ſummat ſic. Appellatio quò ad finẽ exceptionis conſequendæ, non iuſtificatur ſolo exceptionis obiectu, vel probationis oblatione, quò ad finem autẽ deuoluendi, ſic. Hæc ſummatio vera eſt in ſe; & melius probaꝛ ex his, quæ leg & no. in c. interpoſita, inf. de app. cui melius congruit, quam hic. Nam nil attingit de materia huius ti. nec diſcutitur hic principaliter virtus appellationis, ſed exceptionis ꝯtra teſtes propoſitæ, ideo ſummo ſic breuiter. Si exceptio legitima oppoſita ꝯ perſonas teſtium, non admittiꝛ, licite appellatur. h. d. ſm lect. Io. An. quæ hodie communiter approbatur. Vel aliter ſm lec. quam pono. Si probatio exceptionis oppoſitę contra teſtem productũ, non admittitur anteꝗ̃ dictum teſtis recipiatur, in caſu, in quo admitti debuit, appellatur. h. d. Diuiditur Decre. principaliter in duas partes In 1. ponit querela. In ſecunda mandatũ, ibi Mandamus. Prima facit quinque. Prima nanq. cãm iuſtificat. Secunda ibi: Miles, ponit formã impetrati reſcripti, vitia notanter exprimẽdo. Tertia ibi, Tãdem, ponit proceſſum poſtea ex eo ſecutum. Quarta ibi: Nihilominus, narrat ſñiam. Quinta ibi: Quam nũc, ponit euentum poſt ſñiam. Secũda principalis ſubdiuiditur in tres. Primo inſtruit iudices, ſi narrata per presbyterum ſunt vera. Secundo, ſi non ſunt vera, ibi, Si vero Tertio ponit cãm conſuetam ꝯ perſonas teſtium, ibi, Teſtes. Caſus in terminis. Quidam nomine A. quãdam eccleſiam canonicè adeptus eſt, vt dicebat, & eam 30. annis & amplius poſſedit in pace. Tandem quidam miles, tacito ꝙ eſſet laicus, impetrauit literas ꝯ ipſum ad quoſdam iudices, ſi conſtaret, ꝙ dictus presbyter filius fuiſſet illius, qui proxime in eadẽ eccleſia miniſtrauit, vel ꝙ publice haberet focariam, ipſum a prædicta eccleſia remouerẽt. coram quibus presbyter per procuratorem militis tractus fuit in cauſam, qui quoſdam teſtes infames, & notabiles in teſtimonium produxit: ſacerdos, aſſerebat illos non eſſe recipiendos pro eo, ꝙ quidam eorum erant latrones, & raptores manifeſti, dicens ſe hoc probaturũ. Iudices nihilominus, talib. teſtib. receptis, poſt appellationem a dicto presbytero interpoſitam, priuauerũt ipſum prę́ſcripta eccleſia, quam quidam filius Dapiferi ipſius militis detinebat occupatam, quo facto presbyter cõquæſtus fuit dño Papę. Vnde mandat quibuſdam iudicib. quatenus ſi conſtiterit eis, ꝙ dictus presbyter non fuerit per teſtes idoneos ſpoliatus dicta eccleſia, caſſata ſententia prædictorum iudicũ, non obſtantib. etiam literis confirmationis, ſi quæ ſuper ipſa eccleſia impetratæ fuerant, reſtituant eccleſiam presbytero præfato, nec eum permittant exinde moleſtari. Si vero non ſunt vera, quæ ſacerdos narrauit, ſ. ꝙ iudices non proceſſerint taliter contra ipſum, cauſam audiant, & debito fine decidãt, & teſtes, quos ille A. nominauerit ad teſtimonium producendos, moneant, vt coram eis teſtimonium perhibeant veritatis. Bern. No. ibi. Canonice fuiſſet adeptus &c. quòd ſicut libellus in poſſeſſorio non alteratur propter narrationem proprietatis, vt in c. ex parte B. de ſo. compe. & quod ibi dixi. ita libellus ſuper reuocatione attentati poſt appellationem. Nam iſte narrabat ſe eccleſiam fuiſſe canonice adeptum, ac eam 30. anno. pacifice poſſediſſe, nec per hoc grauatur onere probandi. No. 2. & tene menti, ꝙ literæ impetratæ per laicum contra clericum, vt priuetur beneficio ratione defectus, vel delicti, non ſunt ipſo iure nullæ, ac etiam valebit iudicium inter eos ſuper hoc agitatum. Nunquid autem, a principio potuiſſent elidi exceptionis conflictu,
1 dicam, cum gl. 1.† No. duas cauſas ſufficientes etiam diſtributiue, vt clericus priuetur beneficio ſuo. Prima ſi pater clerici immediate adminiſtrauit in illo beneficio quantumcunque legitime, ne videatur notari ſucceſſio in eccleſia Dei: ſecus ſi alia perſona fuit intermedia, & hic caſus eſt clarus. De quo dicendum, vt in cap. tranſmiſſa, de fi. presbyt. Secundus caſus notabilis eſt, cum publice detinet concubinam, facit optime. 32. diſt. c. nullus, & c. præter. & inf. de coha. cle. c. veſtra. Quid autem ſi occulte detinet, vel committit ſimplicem fornicationem? Vide glo. in cap. Maximianus. 81. diſt in. quæ dicit communiter teneri cle
a ricum non deponendum pro ſimplici fornicatione. a Sed in cõtrarium vide tex. apertum in c. à multis, de æta. & qual. & plene
2 dixi in c. at ſi clerici, de iud. dic, vt ibi.† No. 3. bo. tex. a contrario,
b ꝙ licet laici non teſtificentur contra clericum, b cum agitur criminaliter, vt in cap de cætero, inf. eod. ſecus tamen eſt, cum agitur de crimine ciuiliter, etiam ſi agatur ad priuationem bene
c ficii. c Facit optime c. tam literis, infra eo. & quod leg. & no. in c. quoniam, ſupra eo. hic enim non repelluntur iſti, quia laici, ſed quia infames, & notabiles. i. habẽtes notam criminis. Et ex hoc & ex tex. no. quod infames etiam infamia facti repelluntur a teſtimonio. Quod an procedat indiſtincte, aliquid tetigi in c. licet de probat. Dicam latius in c. teſtimonium, infra eo. tit. No. ꝙ la
d trones, & raptores differunt a furibus nam fures, d propriè dicuntur, qui furantur in occulto, & ſine violẽtia, auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. Latrones, qui in publico ſtantes, in ſtratis publicis graſſantur. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pę. Raptores dicuntur qui rem rapiunt violenter, ſiue in publico, ſiue in occulto. ff. vi bo. rap. p tot. vnde omnis raptor eſt fur, ſed grauius peccat ratione violentiæ. vide bo. tex. cum gl. 14. q. 5. cap. pœnale. &
3 Inſti. de vi bo. rap. in prin.† Not. ibi: In cã alia e fuiſſent conuicti de periurio, &c. quod conuictus de periurio in vna cauſa, probatur periurus in qualibet alia, nec admitti debet amplius ad teſtimoniũ, vide bo. tex. in c. paruuli. 22. q. 5. facit c. teſtimoniũ, ꝯ. eod. Et pro primo dicto vide Fed. conſ. 23. vbi hoc aperte ſentit. Innocen. in cap. qualiter, & quando. 2. de accuſa. in vlti. colum. Ex hoc habes, caſum, in quo acta in vno iudicio faciunt fidem in alio, etiam inter alias perſonas. & hoc ideo contingit, qa hęc
f ſententia f eſt corporis afflictiua, vnde ſequitur ipſum corpus, ſicut lepra leproſum. 1. quæſtio. 1. cap. cito turpem: vide in ſi. l. ingenuum. ff. de ſtat. homi. & plene per Innocen. in cap. cauſam, qui fil. ſint legi No. de verbo, Abiudico, nam cũ ſcribitur, cũ b. idem importat quod priuo, vel auſero, ſi vero ſcribitur cum d, vt adiudico importat contrarium intellectum, de relig. do. cap. cum venerabilis. Not. ibi: Caſſata ſententia &c. quod verbum, Caſſata, quandoque refertur ad actum nullum, & verificatur tunc in caſſatione facti, vide bon. text. cum gl. in cap. accedens, vt lit. non conteſt. Hic enim ſententia erat nulla, data legitimitate appellationis, vt in c. non ſolum, de ap. lib. 6. No. vlt. ꝙ caſſata ſententia, corruit etiam confirmatio Papæ, ratione illius ſententię, emanas. Quod intellige de cõfirmatione facta in forma communi, de qua in c. quia diuerſitatem. & ibi gl. de conceſ. ꝓben. Alia concernentia effectum appſonis non colligo, qa ſunt
4 dubia, & infra patebunt in diſcuſſione materiæ.† Nunc venio ad examinationem materiæ. Et primo quæro, nunquid iſtæ literæ impetratæ per militem ꝯ clericum valuerint, ita vt ẽt exceptione elidi non potuiſſent. Quod eſt q̃rere, an clericus poſſit
g accuſari per laicum g de crimine, ſaltem ciuiliter, ad priuationẽ beneficij, ex quo ſuam, vel ſuorum iniuriam non proſequitur, & ſic ſumus extra caſum c. de cætero, inf. eo. Gl. 1. ponit in hoc

tres

ADDITIONES.

b in d. c. interpoſita aut ꝙ dixerit ſe velle b probare incontinenti intra modicum, tempus ſecundum opin. ipſius do. Ant. quam ſentit hic, & in d. c. interpoſita & videtur probari per c. literas, de reſtit. ſpol. & facit c. frequens, de reſtit. ſpoliat. lib. 6. quorum neutrum intereeſſit hic. Sed iſte iactauit ſe tantum, ꝙ volebat probare, & idem tacite facit quilibet excipiens l. 1. ff. de except. vnde non obtulit probationem realiter, nec obtulit ſe probaturum incontinenti, & ſic non poteſt dici, ꝙ ex hoc iudex eum grauauit, cum forte ex iuſta cauſa noluit ſuam exceptionẽ admittere. Et quod ex tali iactatione non releuetur quis ab onere probandi veritatem exceptionis, probatur in cap. exhibita, de iudic. & etiam hic, ſi litera iſta bene ponderetur, cum nullibi Papa fundet ſe ſuper oblatione probationis, vt infra dicam. Secundo non placet hæc lect. quia hic ver. Si vero, non aduerſatur omnibus præcedentibus, quod facit contra impugnationem ſuam ad lect. Io. And. cum enim in verſi. Mandamus, nullam faciat mentionem de oblatione probationis, nec affirmatiue, nec negatiue non debemus hoc intelligere in ver. Si vero, qui venit aduerſatiue ad præcedentia Nam ſecundum lect. ſuã hic mutaret caſum, quia loqueretur quando fundat ſe ſuper ꝓbatione oblata, & tamen de hoc nulla fit in tex. mentio; Præterea, & fortius, ſi procederet iſte verſi. in probatione oblata. Papa mãdaſſet de hoc inquiri, vtrum probationem obtulerit, nõ enim eſt ſtandum ſimplici aſſertioni partis: & tamen Papa ſimpliciter mandat cauſam audiendam, ſi res aliter ſe haberet Vlterius contra hanc lect. facit. quod ipſe ponit poſt lect. Goffred. in præcedenti arti. vbi dicit ꝙ reiectio probationis oblata iuſtificat appellationem, niſi offerẽs voluntarie aſſumat in ſe onus, probandi veritatem exceptionis, & deficiat in ea probanda, ꝗa tunc apparet iudicem eum non grauaſſe in non admittendo ꝓbationem concludentem. & ſic dicit ſe obtinuiſſe in facto qđ eſt valde notandum & valde rationabile, quia iſta iuſtificatio ꝓcedit ex ſola præſumptione, quę ceſſat, apparente veritate in ꝯtrarium, vt in c. veritate manifeſta. 8. diſt. Et licet hæc in iuſtificatione lect. ſuæ dicat Do. Ant. ꝙ forte poterat probare tempore oblatæ probationis, & non nunc, & ſic non conſtat clare, iudicem eum nõ grauaſſe, dico ꝙ ex quo de hoc fuit proteſtatus, ſed voluit nunc probare, ſicut ex nunc, & defecit, ſatis præſumitur, quod etiam tunc defeciſſet arg. cap. præſentium. infra eo. & quia ex pręſenti pręſumitur circa pręterita. 14. q. 2. cap. cum per bellicam. prope fi. no gloſſ in c. ſcribam, de pręſumpt. Idem ſic poſſet dici in qualibet exceptione, etiam ſine probationis oblatione, vt ꝙ forte tunc, tempore exceptionis prępoſitæ poterat probari veritas, ſed non nunc, quod eſt falſum. d. c. interpoſita. Imputet ergo ſibi, ꝙ voluerit in ſe aſſumere onus probãdi, vbi non tenebatur facit quod leg. & no. in c. 1. de teſt. ſpol. Quid ergo dicendum? D. co primo, ꝙ ſatis probabiliter poteſt teneri ꝑmiſſa opin. Io. And. vt totaliter intelligatur iuſtificata appellatio, probando veritatem exceptionis. & verſi. Si vero, aduerſetur tantum pręcedẽtibus reſpectu ſententię. Satis enim, poteſt dici rem aliter ſe habere, ſi non eſt per omnia, vt narrabatur ꝑ iſtum appellantem. Ego pono alium intellectum magis clarũ, & literę conſentaneum, vt ver. Mãdamus intelligatur, vt iacet, quando iuſtificatur appellatio, probando veritatem exceptionis, quia ſic erat neceſſe, ex quo interuenit oblatio probationis aliquo modorum prędictorum. d. c. interpoſita. & tunc debẽt omnia attenta reuocari, ac iſte presbyter dimitti in pace. intellige reſpectu motum teſtium crioſorum. Poſtea ſeqnĩ ver. Si vero. in quo Papa mandauit, ꝙ ſi res aliter ſe hẽet, deberẽt iſte cauſam audire, & fine debito terminare, quem verſi. intelligo qualitercunque res ſe habeat aliter. Sed cauſam audient, & terminabunt fine debito, ideſt, ſecundum diſpoſitionem aliorum iurium. Verba enim generalia reſcripti debẽt reduci ad terminos iuris, in c. cauſam, de reſcrip. & quod ibi no. Innoc. Facit c. cum dilectus, de conſue. Et ſic ſi res aliter ſe habeat, quam fuerit narrata, iuſtificata tamen appellatione, cauſam principalem audient, & decident. Si vero aliter ſe haberet, quia etiam appellatio non iuſtificatur, cauſam audient. ſ. appellationis. Et ſi eſt lata ſententia, non eam confirmabunt; ſi ferenda, remittent partes ad priores, iudices ſecundum diſpoſitionem iuris, infra de ap. c. vt debitus: & ſic nullum reſultat contrarium. Cum enim hic Papa loquatur ad querelam appellantis, non eſt veriſimile, ꝙ voluerit ius nouum condere, ſed quod fuerit locutus ſecundum iura iam condita, ſeu poſita, & ſic generaliter locutus, ꝗa noluit diſcurrere per ſingulos caſus, in quibus hęc cauſa poterat eſſe ſita, ſed dedit mandatum generale, quod poterat adaptari omni caſui occurrenti, ne haberet materiam iterum ſcribendi. & vide in ſimilibo. tex. in cap. ex inſinuatione, in fin. iuncta gl. in verſi. Audacis, infra de appel. Et hunc puto verum intellectum huius cap. & ſilet omne contrarium, ſecundum quẽ hoc ca. redditur facillimũ, quod ſolet difficile reputari & in veritate eſt potius propter varietatem lecturarum, quam propter ſeipſum, & ſic habes duos vlti. artic. huius cap. clare expeditos. Nunc venio ad gl. in verſi. Moleſtari, quam ſerioſe omiſi, vt cõtexeretur melius tota materia præcedẽs, quę gl. quęrit quia Papa mandat iſtum mitti in poſſeſſionem, & miſſum defendi, nũ quid quilibet delegatus poſſit non ſolum in poſſeſſionem mittere, ſed etiam miſſum tueri? Soluit ponendo duas opi. Lanfrã. dixit, quod non poſſit defendere miſſum, niſi ei ſpecifice mandetur, vt hic. Tancr. dicit, quod ante ſententiam ſemper poteſt ſed poſt ſententiam durat ſua poteſtas vſque ad annum. Rationes ſunt in gl. vide gl. in c. 2. vt lit. non conteſ. in glo. 4. ar. in cap. 1. de do. & contum. in gl. 2. plenius per Doct. & glo. in cap. quęrenti, de offic. deleg. quorum nonnulla ponit dom. Anto. hic, ſed ego remitto te ad ibi no. tum quia materia, melius conuenit d. cap. quærenti, tum quia hoc cap. ſatis eſt oneratum in materia ſua. & hic ſit finis.

ADDITIONES.

a Appellationem. Verum ad iuſtificandum appellationem requiratur oblatio probationis realis, uel ſufficiat verbalis, de hoc vide per do. Ant. in c. interpoſita, in prin. in vlt. col. de app.

b Velle. Et vide, quod no. d. Ant. in c. cum I. & A. in 7. col. de re iu. ver. quærit gl. an ſufficiat, & Arch. 2. q. 6. c. ei qui, §. appellatore.

SVMMARIVM.

1 *Articulus receptionis teſtium, an ſit delegabilis in criminali, vel ciuili cauſa.*

2 *Pars aduerſa debet citari ad videndum iurare teſtes in caſibus, in quib. mittitur ad domum teſtium.*

3 *Teſtis. ſi commode ad pręſentiam iudicis venire poteſt, compellitur venire, ſecus ſi incommode.*

4 *Iudex, an teneatur mittere ad examinandas egregias perſonas.*

5 *Doctor, & presbyter, eſt egregia perſona.*

6 *Clericus productus in teſtem coram laico, debet iurare coram clerico, & deponere.*

7 *Senes, an compellantur ferre teſtimonium, & qui dicantur ſenes.*

8 *Pauper propter paupertatem non repellitur a teſtimonio, & ad eum debet mitti, ſi propter paupertatem uerecundatur exire domum.*

CAP. VIII.

a SI quis teſtium. a Iudex mittere debet examinatorẽ diſcretum ad teſtes recipiendos, qui ad eum commode venire nõ poſſunt, & non diuiditur. Nota. 1. argumen. per locum a ſpeciali, quod teſtes regulariter poſſunt compelli, vt accedant ad pręſentiam iudicis, vide quod dicam plene infra eo. cap. cum cauſam. Nota. 2. quatuor qualitates perſonarum a communi regula exceptas, videlicet valetudinarios, ſcilicet infirmos, ſenes, debiles, & pauperes. Et no. bene, quod iſti nõ ſimpliciter excipiuntur, ſed demum ſi tales ſint, ꝙ ad pręſentiam
1 iudicis commode accedere non poſſint. † Not. vlt. ꝙ articulus receptionis teſtium eſt delegabilis, vide tex. cum gl. in cle. vna, de offi. deleg. Sed quęro, nunquid hoc procedat in cauſa criali.
Doct.

ADDITIO.

a Si quis teſtium. Vide Dom. de Rot. deciſio. 207. ſecundum ordinem meum nouiſſ. Et pro intellectu huius decret. vide Ro. in ſuis not. in litera P. in dicto, quod incipit, Priuilegium 1. ad perſonas egregias. & in litera, C. in dicto, qđ incipit, nõ compellitur perſona egregia. Et adde, quod priuilegio d. leg ad perſonas egregias, non poteſt renunciari, ſecundum Cy. in l. nec honorem, C. de epiſc. & cler.

1 *Teſtis corruptus, vel falſum dicens, tenetur de periurio, & de omni malo, quod ſequitur ex dicto ſuo.*
3 *Adulterium toties committitur, quoties reiteratur copula.*
4 *Pœnitentia, quæ imponatur pro periurio, & peccato mortali.*
5 *Ebrius delinquens, qualiter puniatur.*
6 *Vtrum ſententia lata retractetur, probata corruptione teſtium.*
7 *Sententia lata ad dicta eorum, qui ſunt periuri, poteſt retractari, licet conſtet ex poſtfacto eſſe periuros.*
8 *Diſpoſitio huius c. habet locum, ſiue ſententia ſit talis, quæ tranſeat in rem iudicatam, ſiue non.*

C A P. IX.

SIcut nobis. Corrupti & periuri ad teſtimonium non debent admitti. ita
communiter ſummant do. Sed hæc ſummario nil
noui affert, cum totum corpus iuris de hoc plenū
ſit, & maxime in c. teſtimonium, infra eo. & 22. q.
5. cap. paruuli. vbi probatur, quod ſemel periurus non debet
amplius ad iuramentum admitti, niſi veniat in ſuum præiudi-
cium, vt in c. cū in eccleſijs, de ma. & obed. Ego vero ſummo
tex. vt ponat caſum ſing. ſecundum lect. quam infra teneo, &
ſic: Retractanda eſt ſententia, ſi conſtat eam fuiſſe latam ad di-
ctum corruptorum. Primo ponitur conſultatio. Secundo di-
ſtinguens reſponſio. & ſecundum membrum diſtinctionis, ibi.
Si vero. primum ibi Super duo. Caſus literalis. Quidam pro pe-
cunia falſum tulerunt teſtimonium in cauſa matrimoniali, &
propter illorum teſtimonium ſententia diuortij lata fuit; po-
ſtea vero priuatim acceſſerunt ad iudicem, aſſerentes nullam
conſanguinitatem eſſe inter eos; & dicebant ſe corruptos per-
hibuiſſe teſtimonium falſitatis. Quæritur vtrum ad dictū iſto-
rum debeat ſententia reuocari? Reſpondetur, ꝙ ſi vir & vxor,
aut alter eorum ad ſecunda vota tranſiuerit, pęnitentia debet
imponi teſtibus de periurio, & adulterio vno, vel pluribus, qui
bus cauſam dederunt, & diligenter inquirendum eſt, corā qui-
bus talis corruptio interceſſerit. Et ſi tales exhibeātur, per quos
veritas dictæ corruptionis poſſit probari, recipiendum eſt eo-
rum teſtimonium, & ſententia eſt reuocanda: dictum vero pr̨e-
dictorum teſtium, cum periuri ſint, non eſt aliquatenus admit
1 tendum. Bern. No. primo, quod ſi teſtis dixit vnum in iudicio,
a & cōtrarium eius extra iudicium, ſtatur primo dicto, a nec in-
ficitur primum per ſecundum contrarium; maxime ſi per pri-
mum ſententia lata ſit, vt hic aperte probatur, facit l. generali-
ter, C. de non nu. pecu. & c. per tuas, de proba. no. Bart. in l. eos,
2 ff. de fal. vbi ad hoc alleg. iſtum tex. †Not. ꝙ teſtis corruptus, ſeu
falſum deponens, non ſolum puniendus eſt de periurio, ſeu fal
ſitate, ſed etiam de omni eo, ꝙ ex depoſitione ſua iniqua pro-
ceſſit, quia qui occaſionē damni dat, &c. vt in gloſ. Et vide bo.
tex. huic concordantem in c. 1. de cuſto. Euchari. & glo. in reg.
imputari, de re. iur. lib. 6. & diſtingue, vt ibi, & hoc ꝓbatur ibi.
Adulterio vno, pluribuſue. No. 3. ibi, Diligenter inqrendi ſunt
& c. ꝙ non creditur teſti, qui poſt depoſitionem dicit, ſe corru-
ptum fuiſſe. Allegat enim turpitudinem ſuam, & ideo merito
3 non eſt ſibi credendum, vt in c. 1. de conſ. cum ſi. †No. ibi, Adul
b terio vno, pluribusve, &c. ꝙ toties b committitur adulterium,
quoties copula iteratur; licet inter eaſdem perſonas. de quibus
vide bo. glo. in c. imitare. 6. q. 1. quæ diſputat. nūquid toties age-
re penitentiam debeo de fornicatione, quoties committo for-
nicationem cum eadem muliere? & cōcludit ꝙ ſic. Et bene fa-
cit iſte tex. ad idē vide bo. tex. in c. ad apoſtolicæ, de re iud. lib. 6.
ver. deierauit. vbi probatur, ꝙ toties committit quis periuriū,
quoties venit contra ſuum iuramentū, ad idē vide ibi Arch. &
idem Io. An. & vide Spec. de ſen. prola. §. ſpecies autem, ver. ſed
4 pone. †Glo. 1. quærit quantam pœnitentiam debet quis agere
de periurio? Reſpondet, ꝙ ſeptem annis, per c. quicunque. 6. q.
1. Sed dices tu: Hæc eadem pęnitentia imponitur pro quolibet
peccato mortali, vt c. hoc ipſum 33. q. 2. Sed dic, ꝙ ſacerdos du
riorem pœnitentiam arbitrabitur intra iſtud ſeptēnium, quod
iniungitur pro periurio, quam in alio delicto. Nam pro periu-
rio poterit iniungere ei, vt ieiunet bis in ſeptimana, & tot pau-
peres recipiat, non autem ſic aſpere arbitrabitur in alijs mino-
ribus delictis. Et an neceſſe ſit vt pro quolibet peccato mortali
agatur pœnitentia ſeptennalis? Dic ꝙ ſic, niſi presbyter aliter
arctet tempus, quod poteſt, cum pœnitentiæ ſint in arbitrio ſa-
cerdotis, vide glo. vt in c. ſunt plures, de pęn. diſt. 3. facit c. Deus,
qui. de pę & re. & de pœ. diſt. 1. c. menſuram. Et multum poteſt
ſacerdos indulgere, etiam de iuſta pœnitentia, vt in c. quem pę
nuet, de pœn. diſt. 1. Et quid ſi iniuſte arbitretur? Vide bo. glo. in
c. menſuram. Glo. 2. colligit, quod ſi aliquid imputatur alicui,
5 omnia ſibi imputantur, quæ ex illo ſequuntur. † Opp. de capit.
inebriauerunt. 15. q. 1. vbi dicitur, ꝙ filiæ Loth inebriauerunt cū,
& ſe poſtea immiſcuerunt ei ignoranti quid ageret, qua pro-
pter culpandus fuit Loth, nō quantum ille inceſtuoſus fuerit,
ſed quantum illa ebrietas mereretur. Et ſic videtur probare il-
le tex. quod malum inceſtus nō imputatur ei, licet prouenerit
ex malo ebrietatis. Glo. hic ſol. ꝙ primum malum nō aggraua-
tur per ſequēs, ſed de vtroque punitur. No. ex hac gl. vnum in-
c tellectum ad illud c. vt committens delictum in ebrietate, c li-
d cet non crederet delictum, punitur de ebrietate, d & de alio de
licto commiſſo, hunc intellectum ponit etiam glo. in d. c. ine-
briauerunt; & addit duos alios. Secundus eſt, ut puniatur ibi de
inceſtu, ſed non tantum quantum mereretur, ſi ex deliberatio
ne proceſſiſſet. Tertius intellectus eſt, quod nullo modo pu-
niatur de inceſtu: ſed tantum de ebrietate, quod eſt veniale pec
catum, vt videtur tex. no. in c. vnum. §. alias. ea demum. 23. diſt.
Sed de hoc vltimo dic melius, vt no. in c. clerici, de vi. & hone.
cler. & per Arch. 35. diſt. cap. ſexta die. Et pro ſecundo intelle-
ctu vide bo. tex. in l. omne delictum. §. qui ſe vulnerauerit. ff. de
re milit. & l. reſpiciendum, in fin. ff. de pœn. vbi patet quod pu
nitur de delicto commiſſo in ebrietate, ſed pęna minuitur. vn-
de pro homicidio non punitur pęna mortis, quod bene nota-
bis. Et ſatis hoc poteſt procedere in omni delicto, in quo vere
requiritur dolus, qui excluditur per ebrietatem, facit l. 1. ff. de
ſic. Et diſtingue ad materiam, put no. Bar. in ſimili. l. quod Ner-
ua. ff. depoſi. & per do. An. in c. cognoſcentes. de conſt. Vlterius
opp. contra tex. in eo, quod videtur facere differentiam, vtrum
iſti diuiſi per ſententiam tranſiuerint ad ſecunda vota, vel ne:
nam indiſtincte debet ſententia retractari, ex quo conſtare po-
teſt, eccleſiam fuiſſe deceptam, j. de re iud. c. tenor. & c. conſan-
6 guinei. †Gl. pen. fatetur contrarium, & ſupplet ad tex. Maxime.
Ioan. And. dicit hoc dictum gl. procedere, ſi probaretur falſitas
priorum teſtium, ſed iſte tex. loquitur de corruptione tantum,
ideo facit differentiam, vtrum tranſiuerint ad ſecunda vota,
vel non. Et ſequendo & limitando opi. ſuam in c. licet, ī de pro
bat. dicit quod regulariter non ſufficit probare corruptionem
poſt ſententiam, ad effectum retractandi ſententiam, quaſi per
hoc non probetur falſitas. de quo tamen dic, vt plene dixi in c.
licet. Sed in cauſa matrimoniali, quia ſententia non tranſit in
rem iud. eſt diſtinguendum, vt colligitur ex tex. vt ſi non tranſi-
uerint ad alia vota, reuocetur ſententia, alias ſecus. Et ita putat
in qualibet ſententia, quæ non habet vigorem rei iudicatę, vt
puta, ſi ab ea fuerit appellatum. cum hac opin. tranſit hic dom.
Ant. Sed gl. iſtam ſequitur do. Card. quia ſententia non tranſit
in rem iudicatam; & ſic nubendo alijs, commiſſerunt adulte-
rium. Hæc non eſt ſufficiens ratio ad impugnandum dictū Ioā.
And. Sed procederet vbi clare conſtaret de errore ſentētiæ, ſed
per ſolam corruptionem non probatur falſitas, ſecūdum opi.
Io. And. in d. c. licet. Ego pono tres intellectus ad hoc c. Primus,
vt ſufficiat probare ſolam corruptionem, etiam ad effectum re
tractandi ſentētiam: quia præſumptio eſt, ꝙ corruptus falſum
dixerit iuxta opi. Bar. in l. diuus. ff. de re iud. dixi in c. licet, præal.
Et hoc videtur probare hæc litera, vbi papa ſolum mandat inq
ri de corruptione, vt patet in ver. ſi vero. Si autem ex corruptio-
ne non præſumeretur falſitas, non retractaretur ſentētia; etiam
ſi ad ſecunda vota non tranſiſſent. Eadem ergo ratio militat in
illis tranſeuntibus ad ſecunda vota. Et quod præſumatur falſi-
tas, etiam quando tranſeunt ad ſecunda vota, patet quia teſtib.
imponitur pœnitentia de periurio, & de adulterio, vno vel plu
ribus, quibus cauſam dederunt: & ſic pręſumitur, ꝙ dixerint fal
ſum, alias non dicerentur adulterium commiſiſſe, tranſeundo
ad ſecunda vota. Secundus intellectus eſt, vt diſtinguatur, vtrū
pecunia fuerit data, vt diceretur falſum, vel vt ſimpliciter dice-
retur teſtimonium. Primo caſu ſufficit probare ſolā corruptio-
nem, prædicto modo interueniente, ſecundo non. Et pro hoc
facit iſte tex. vbi ponderatur, ꝙ iſti teſtes dicebant ſe corruptos
falſum

ADDITIONES.

a Primo dicto. Vide dom. Pet. in clemen. 2. de teſti. vbi loquitur aliter. Andreas Barba.

b Toties. Vide Bal. in l. quicunque. colum. 2. C. de ſer. fug. Card. in clem. 1. verſi. ſi qui. in 2. opp. de priui. Ioan. de Ana. in c. in tantum. 6. colum. infra de col. Seb. Sap.

c In ebrietate. Vide Ang. de Are. in trac. malef. in verſi. ſcienter, & doloſe. col. 3. vbi late Ang. Arim. & late per Car. Alex. in c. denique. col. 24. diſt. & in c. venter. 35. diſt. Seb. Sap.

d Circa hoc quod dicitur de ebrio delinquente, dicas quod ebrietas nimia, attenuat delictum, non autem in totum excuſat, ſed ſi eſt parua ebrietas, illa non excuſat a pœna, etiam capitali, ſecundum Bal. in l. data opera, ff. qui accu. non poſſ. & hoc modo puto intelligendum Bar. & Alex. in d. l. reſpiciēdum, in §. delinquunt. & Sal. in l. 1. ff. de ſica. qui hoc c. all. & vide gl. in l. ſi. in §. ſi. C. de repud. quæ dicit quod ebrietas eſt leuis culpa. Quod intellige de parua & non continuata, ſed quæ eſt rara, alias eſt, peccatum mortale, vt in c. vnum orarium. §. ea demum. 25. diſt. & no. do. Abb. in c. ſi conſtite. de accu. licet Car. in clem. 1. in prin. de hom. dicat eſſe veniale peccatum, per §. cri minis. 25. diſt. ſed intelligo quando eſt parua & rara. Et adde, quod ebrietas in clerico facit eum ſuſpendi, & deponi, vt in c. epiſcopus. 35. diſt. niſi forſan ſit vnica & parua, quia tunc non ſuſpenditur, neque deponitur, vt tenet Spec. in tit. de accu. in §. 3. in ver. & no. Eo enim caſu debet a communione ſummoueri triginta diebus, aut aliter arbitrio Epiſcopi puniri. c. ſi. & c. ante omnia. 35. qō. 1. Et adde, quod magna et frequentata ebrietas faceret clericum priuari beneficio, quo etiam deberet priuari, ſi celebraret non facta digeſtione, vt plene per dom. Abba. in capitu. ſi conſtiterit, de accuſat. Ant. Franc.

Digitized by Google

falſum teſtimonium perhibuiſſe, & ſic poſſet intelligi præcedens lect. & dictum Bar. Plus tamen mihi placet dictum præcedens. Tertius intellectus eſt, vt reuocetur ſententia probando ſolam corruptionem, qualitercunque ſit illa ſententia, per rationem poſitam in fine literæ, dum dicit ſententiam reuocādam, quia teſtimonium illorum, cum ſint periuri, non eſt aliquatenus admittendum. Pondera ergo, ꝙ tex in fi. dum ponit rationem non fundat ſe ſuper falſitate vera, vel præſumpta, ſed tantum ſuper periurio, quod ex corruptela proceſſit, cum iurauerint, ꝙ non prætio, & c. ꝫ. eo. c. quoties, & no. ꝫ. c. fraternitatis.
7 Et no. verbum in fi. poſitum. ſ. Aliquatenus, per quod videtur inferri, ꝙ dictum periurorum, non debet habere effectum ſuū, ſi conſtat eos eſſe periuros ante ſententiam, ſiue poſtea. Hic. n. retractatur ſententia, quia conſtat illos, ad quorum dicta lata fuit ſententia, fuiſſe periuros, quaſi ſententia lata fuerit per probationes reprobatas. facit quod legi. & no. in c. 2. de pur. vul. Et
8 cum hæc ratio in fine poſita ſit generalis, † dicam diſpoſitionē huius c. procedere, ſiue ſententia ſit talis, quæ tranſeat in rem iudicatam, ſiue non, attendenda enim eſt ratio, quæ extendit, & ſtringit dictum ad limites ipſius rationis. l. cum pater. §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. & c intelligentia, de verb. ſign. no. Dy. in re. fi. de reg. iur. lib. 6. & Cy. in l. non dubium. C. de le. Et hæc lectu. multum mihi placet, ex qua generaliter poſſet inferri, ꝙ ſententia lata ad dictum eorum, qui ſunt periuri, veniit retractanda, licet ex poſt facto conſtet, eos periuros eſſe, ſaltem quū periurium fuit commiſſum in eadem cā, vt hic fuit. Ex dictis Inno. colligitur alius intellectus, ꝙ ex ſola corruptione poſſit agi contra ſeparatos, vt integretur matrimonium per beneficium reſtitu. in integrum, vel per condictionem ex canone, quod dicit procedere etiam ſi tranſiuerint ad ſecūda vota. Et ad tex. ſupplet, Maxime. dicit tamen, ꝙ eo caſu ageretur cum maiori maturitate, ſeu cum maiori diſcuſſione procederetur, quàm quando res eſt integra No. hunc intellectum, quia iudicio meo non cōgruit rationi huius c. ſicut præcedens.

S V M M A R I V M.

1 *Simonia committitur in iure patronatus.*
2 *Donatio alicuius rei multo tempore facta, inducit in eccleſia obligationem in futurum.*
3 *Parochiani, an, & quando debeant dare quid loco beneficij, pro adminiſtratione diuinorum eccleſiæ.*
4 *Plena probatio requiritur in crimine ſimoniæ, etiam quando agitur ciuiliter.*
5 *Clericus poteſt remittere debitum eccleſiæ, quando illud concernit vtilitatem remittentis.*
6 *Remittere, an ſit dare.*
7 *Socius criminis, an & quando admittatur in teſtem contra ſocium.*
8 *Fama, an, & quando faciat plenam, vel ſemiplenam probationem, & quando nil probet.*
9 *Statutum, ꝙ fama probet, intelligitur de fama, quæ traxit originem a quibuſdam indicijs, quæ mouerunt populum.*

C A P. X.

VEniens ad nos. Socius criminis, & muneris nō teſtificatur, etiam in crimine ſimoniæ, & vnius teſtimonium non ſufficit ad condemnationem. Primo ponit petitionem presbyteri. Secundo illam exaudit ibi: Et nos. Caſus literalis, Obiectū fuit cuidam presbytero L. nomine, ꝙ in eccleſiam Oxen. canonice non fuit ingreſſus, quia promiſit vnicuique parochianorū ſuorum remittere quinque barilos vini, qui pro beneficio dari conſueuerunt ſacerdoti in ipſa eccleſia deſeruienti, & ad hoc probandum duo fuerunt teſtes inducti, qui iurati depoſuerunt prædictum præsbyterum talem feciſſe promiſſionem, quorū alterum dicto presbytero fecit dictam promiſſionem. Iudex, qui de cauſa cognoſcebat, dictum presbyterum abſoluit, quo facto presbyter ad Dom. Papam accedens, prædicta omnia ei expoſuit cum ipſa ſententia. Papa reſcribit eidem iudici confirmans ſententiam ipſius ex eo, ꝙ ille qui eodem erat infectus crimine contra illum teſtificari non potuit, & nulli de ſe cōfeſſo aduerſus alium eſt credendum. Et dictum vnius teſtis non ſufficit ad condemnationem alicuius. B. No. 1. bo. ar. ex litera, ꝙ parochiani admittuntur ad accuſandum, & teſtificandum contra rectorem, cum agitur de crimine ciuiliter. & facit ad no. ꝫ.
1 eo. c. ex parte Adæ. † No. 1. ſimoniam committi, nō ſolum cum pro temporali obtinetur ius mere ſpirituale, vt eſt inſtitutio, vel electio, ſed etiam cum obtinetur ius connexum ſpiritualibus, vt eſt præſentatio, quam facit parochianis patronus. Iſti enim parochiani habebant ius præſentandi, & receperunt illam promiſſionem pro præſentatione fienda. aliud enim ius laici non poſſunt habere, ꝫ. de ele. c. Meſſana. & c. ſacros. Et ꝙ in iure pa-
a tronatus committatur ſimonia, a vide bo. tex. in c. præterea, ꝫ. de tranſa. No. 3. ꝙ ſimonia committitur, non ſolum dādo temporale pro ſpirituali, ſed etiam in remittendo debitum temporale. Ex quo infertur ad id, de quo in glo. ꝙ remittere idem eſt,
2 quod dare. l. quū etiam, ff. de calum. † No. ibi, Conſueuerat pro beneficio dari, &c. ꝙ parochiani poſſunt compelli ad ſoluēdū quod dare conſueuerunt presbytero eorum. Ex quo notabiliter infertur, ꝙ donatio
b b alicuius rei multo tempore continuata, inducit in eccleſia oblationem in futurum, vt ſingulis annis ſic donetur more ſolito, facit optime c. ad Apoſtolicam, de ſimon. & vide omnino quod no. in c. peruenit, de cen. vbi plene dico, maxime examinando dicta Bar. in l. cum de in rem verſo.
3 ff. de vſu. † Et no. ibi. Pro beneficio, &c. ꝙ vbi eccleſia non habet ſufficientem dotem ad ſuſtentationem presbyteri, licite dant parochiani loco bñficij aliqua tpalia pro adminiſtratio diuinorum. quinimo ad hoc poſſunt compelli, iuxta no. io. c. oīs Chriſtianus, de conſe. diſt. 1. quod intelligo, quando ſacerdos neſcit aliter vitam ducere, alias ſecus. ar. c. clerici victum. 91. diſt. ca. 1.
4 de celeb. miſ. † No. vlt. ꝙ in crimine ſimoniæ, etiam cum agitur ciuiliter, requirit plena probatio: vnde non ſufficit vnus teſtis, etiam cum præſumptione, quæ oritur ex dicto alterius, qui fuit delicti particeps, nec datur iuramentum in ſupplemētum probationis, cum cā ſit non leuis. Ad hoc quod no. gl. in c. tam literis, infra eo. vbi aliquid tangam in c. fi. de iureiur. Et ꝙ ex dicto de ſe confeſſi, oriatur aliqua præſumptio, tenet expreſſe hic In-
5 noc. quod no. pro his, quæ plene dixi in c. 1. ſup. de confeſ. † Sed quæro, quid ſi presbyter feciſſet remiſſionem poſt præſentationem, ſeu electionem? Sol. dicit Io. And. ꝙ tunc fuiſſet ſimonia, non tamen valuiſſet, niſi ad vitam remittentis, allegat de tranſact. cap. de cætero. & de donat. c. 2. Hoc dico verum, niſi prius conueniſſet, vt reciperetur & eligeretur promittens, ꝙ poſtea faceret remiſſionem, de quo vide tex. in c. Artaldus. 8. qō. 3. Et no. dictum Io. And. ꝙ ſacerdos poteſt aliquod debitum eccleſiæ remittere in vita ſua Et hoc intelligo, quando illud concernit vtilitatem ipſius remittentis, vt quia inde viuere debet, ſecus ſi alias vtilitatem ipſius eccleſiæ concerneret: arg. in c. 1. de
6 in integ. reſti. & c. cum veniſſent, de inſti. † Gl. 1. colligit, quod re
c mittere, eſt dare. c In contrarium facit l. fin. ff. quæ in fraud. credit. & l. 1. §. cum creditor. ff. quibus mod. pig. vel hyp. ſol. Sol. gl. quandoque ex eo, quod remittitur, nullum commodum parti applicatur, & tunc non dicitur dare, vt puta, ſi remittitur exceptio declinatoria fori, vel ſimilis, facit l. ſi fideiuſſor. § quædam. ff. man. Nam dare, eſt rem accipientis facere. Inſtit. de actio. §. ſi itaque,

A D D I T I O N E S.

a Committitur ſimonia, ſi datur, vel remittitur aliquid temporale pro iure præſentandi in eccleſia. & idem tex. in c. præterea. il 2. hic alleg. Adde Ro. conſi. 38. Seb. Sap.

b Donatio. Vide Io. Fab. & Aug. Are. in §. patronum, Inſt. de rer. diuiſ. vbi ponit de eo, qui ſolebat quotannis offerre cæreum capellano, an poſſit cogi à capellano. Et ibi etiam ponunt de colono, qui erat ſolitus dare par caponum. de quo multa per Mod. in l. ſi certis annis. C. de pactis. Ad idem eſt tex. in l. fundum. §. Titio, ff. de leg. 1. interdum tamen licitum eſt remittere, & non dare, vt no. gl. in c. ſtatutum, §. notarium, in ver. remiſſione, de reſc. in 6. Sed cum hoc tex. & gl. concor. tex. in l. ſi quis delegauerit, ff. de don. & uide do. An. in c. ꝫ quorundam, in fi. 1. col. de ſol. Sed de hoc dic per Bar. & maxime ibi Bal. in l. ſi mulier. & in l. ſi quis accepto, ff. de cond. ob cau. vbi Bal. in hac materia plura bona dicit. & vide Bal. in l. pactum quod dotali. ver. 8. quæro, C. de colla. & quod no. Doct. in c. mediatores, de teſt. lib. 6. in fi. 1. col. ubi uide. Et hoc intellige, ut per Bar. in l. tranſactio. C. de tranſ. Et pro concordia huius gl. eſt tex. in l. in ædibus, in prin. ff. de dona. Et ideo, ſicut in donatione ultra quingentos aureos requiritur inſinuatio, ſic in remiſſione, ut dicit gl. in l. ſi quis oblationem, ff. de re iud. quæ etiam reſpōdet ad l. Modeſtinus. ff. de don. quæ videtur dicere cōtrarium, de quo latius ſcripſi in §. & retro. Inſt. eo. de don. de Bellen. Seb. Sap.

c Adde, quod aliud eſt remittere, quam dare. Nam nos habemus, quod in conuentionibus liberatorijs non requiritur cauſa, ſed in conuentionib. dandi, ſecus. Ita concludunt Alex. Ful. & Sal. in l. creditori tuo, C. de pac. Et ob hoc dicit Io. And. in add. ad Spec in §. porro, in pen. col. ꝙ ſi liberatoria conuentio excedat quingentos aureos, non requiratur inſinuatio, & ita tenet Saly. in d. l. creditori tuo. Contrarium tenet Bal. & An. in l. contra iuris. §. fi. in l. tale pactum. in l. ſi vnus, §. pactus. ff. de pac. & per Bart. in l. Modeſtinus. ff. de don. Ber. Forc.

An in remiſſione liberatoria excedente ſummam quingentorū aure. requiratur inſinuatio, iuxta formam l. ſancimus. & l. ſi quis argentum. C. de don. exiſtimo verius, eſſe quod requiratur, quia remittere nihil aliud eſt, niſi dare, vel donare, l. peculium, in prin. & ibi Barto. in ver. item no. ff. de priui. Et illud intelligerem verum, quando debitum quod remittitur, eſt liquidum, alias ſecus, ſecundum Bal. in l. actione, in 3. col. C. de tranſa. & in l. trāſactio. eo. tit. Et videtur eſſe ex mente gl. & d. Pau. de Caſ. in l. contra iuris, in prin. & in l. tale pactum, in prin. ff. de pac. & habetur per Ale. vbi multa alle. in l. ſi mulier. ff. de cond. ob cau. Et dicit, quod iſto caſu, quando remittitur debitum liquidum, abſque dubio requiritur inſinuatio, quod etiā videtur ſentire Ale. in l. Modeſtinus, ff. de don. Et pro hoc facit, quia hoc caſu remittitur debitum liquidum, & videntur habere locum rationes inducentes inſinuationem, ſcilicet vt ceſſent fraudes, & ſuſpiciones euitentur, & ut iudicatur, an ea proceſſerit ex mera liberalitate remittentis propter authoritatem iudiciariam interuenientem, iuxta no. in d. l. ſi quis argentum. quia in tanta ſumma videtur ceſſare præſumptio donationis, iuxta ea quæ traduntur in d. l. ſi quis argentum. & Pau. de Ca. in conſi. 102. & per Old. in conſi. 173. vbi ponunt cauſas, quare fuit introducta a lege inſinuatio, quæ cauſæ, vt dixi, ita videntur habere locum in remiſſione debiti liquidi, ſicut in donatione. vide tamen Bal. in l. 1. C. ſi rec. pro. & in c. 1. in titu. quid iuris ſi poſt ale. feu. uaſ. il. rec. in uſi. feu. vbi dicit, ꝙ vbi remitteretur pœna, in tali remiſſione non requiritur inſinuatio. ad quod uide Alex. in d. l. Modeſtinus, de don. Ant. Franciſ.

Digitized by Google

itaque,& hoc caſu nil fit accipientis. Quandoque ex remiſſio-
ne aliquod commodum applicatur parti, & tunc ſi illud eſt liq
dum, idem eſt quod donare,vt hic, & in iuribus hic alle.in gl.
& 8.q.3.c.talia. Si vero illud non eſt liquidum,ſed dubium,po-
tius dicitur facere, quam dare, vel donare, vt ſi remittitur du-
bius euentus litis, ſicut dicitur in tranſactione, vt not. in l.ſiue
7 apud acta.C.de tranſac.† Opp.contra tex.& videtur, ꝙ cum cri
men ſimoniæ ſit exceptum,debeant admitti in teſtes,etiam vi
les & participes criminis,vt in c.ſi quis Papa.79.diſt. Reſpōdet
glo.2.ꝙ licet contra laicum admittantur criminoſi in crimini-
bus exceptis,contra clericum tamen non admittuntur,niſi cle
ricus ſit vilis,vt pura infamatus,vt 2.q.1.c.in primis. De hoc,dic
vt pleneno.in c.cum P.de acc.Illud tamen c.ſi quis papa, non
ex toto ſoluitur,cum ibi admittantur ſocij, & de ſe confeſſi in-
diſtincte.nec ponderatur,an illi ſint infamati,vel non. Goſ.hic
dicit,ꝙ ibi concurrebant duo crimina.ſ.ſimoniæ,& læſæ maie-
ſtatis.Loquitur enim de illo,qui, papa viuente, conuenticulas
fecit de papatu. Alias licet tales admittantur in crimine læſæ
maieſtatis,non tamen in crimine ſimoniæ. Vel ſecundum cū,
admittitur ſocius accuſans,ſed non teſtis teſtificans. Vel ſecun
dum Phi.iſte non erat de crimine emendatus, & ideo etiam in
excep.repellendus erat a teſtimonio,vt in crimine ſimonię.An
& quando princeps admittatur in teſtem,dic,vt habetur hodie
in c.1.eo.tit.lib.6.Et in crimine hæreſis, dic,vt habetur in c.in fi
dei fauorem,de hære. lib. 6. & vide generaliter de teſtib.crimi-
noſis,in c.per tuas.Iſte enim de quo in litera, erat ſocius crimi-
nis & muneris,ideo fuit repulſus,etiam dum ciuiliter ageretur,
8 vt habetur in d. c. 1. † Quæro nunquid per vnum teſtem & fa-
mam,potuiſſet iudex iſtum condemnare de hoc crimine?Glo.
prædicta alle.pro,& contra;& tandem concludit, ꝙ licet in ci-
uilibus ſufficiat vnus teſtis cum fama; ſecus tamen in crimina-
libus, in quibus debent eſſe probationes luce clariores. Idem
videtur vellle Spec. in tit. de no. cri.§.fama.ver. quid ſi agenti.
& vide glo.in c.1.de app.& 4.q.3.c.ſi teſtes.§.item ſæpe. quę vo
lunt famam & vnum teſtem probare in ciuilibus. do. Ant.hic
inſtat,& inter cętera ponit duo, quæ mihi indiſtincte non pla-
cent. Primo,quia in his,quæ ſunt modici præiudicij,fama ple-
ne probet.Secundo,ꝙ in factis antiquis, excedentibus memo-
riam hominum, quod eſt quando excedit ſpatium 100. anno-
a rum,fama ᵃ plene probet,ᵇ etiam in præiudicialibus,allegat ff.
b de proba.l.ſi arbiter,& l.in ſumma,§.idem Labeo, ff. de aqua
plu.arcen.& Inno.de verb.ſign.c. veniens, & c.quid per noua-
le.Primum dictum mihi non placet, quando fama non habuit
c ortum ᶜ ex probabilibus coniecturis,tunc enim potius dicūtur
vanæ voces populi,quæ non ſunt audiendæ in c.2. de elec. & l.
decurionum,C.de pœn.voluit Bar. in l.de minore, §.tormen-
ta,ff.de quæſtio.Secundum dictum,non placet indiſtincte. Nā
imputandum eſt parti,quare a principio ſibi non prouidet. Di
cemus ne bonam,& ſufficientem probationem, ſi per famam
probo,ꝙ iam ſunt mille anni, ꝙ domus tua fuit eccleſia conſe-
crata?Certe non puto hanc probationem ſufficere ad domum
tibi auferendam,quia communiter iura volunt,vt fama nō in-
ducat plenam probationem, cum ſæpe fallax ſit, de præſum.c.
cum in iuuentute. Et probationes debent concludere neceſſa-
rio,de prob.c.in præſentia, & facit quod dixi in c. cū ad ſedem,
de reſt.ſpol.Nec obſtant iura allegata per do. Ant.quia loquun
tur,quando eſt probanda præſcriptio tanti temporis, cuius ini-
tij memoria non exiſtit.Vnde dicit no.Inn.in c. quid per noua-
lem,ꝙ illa probatio,quę fit,quod memoria non exiſtat &c. ſo-
lum habet locum,quando in iure exprimitur vt probetur præ-
ſcriptio tanti temporis, cuius initij non eſt memoria. Procedit
ergo dictum do.Ant.in iſtis caſibus, non autem generaliter in
omni facto antiquo.Et concludo hanc materiam huius gl.poſt
Bar.in d.§ tormenta. Aduerte,variæ enim reperiūtur opi. Qui-
dam enim volebant famam facere plenam fidem,vt no.glo.in
l.at qui natura,§.cum me,ff.de negoc.geſt.& C.de prob. l.4. &
l.vbi,C.de iu.do.& in c.cum cauſa.ē.de prob. Alibi gl.videtur
velle,ꝙ faciat ſemiplenam probationem, vt no.in l.3. ff.de te-
ſti.& hic,& d.§ item ſæpe,& c.1.de appel.& l.admonendi,ff.de
iureiur.& l.in bonæfidei,C.eo.Alij vidētur dicere,ꝙ fama nul-
lo modo probat,ſed probationes iam factas confirmat.Vnde ſi
vtraque pars plene probaret, obtineret illa, quæ haberet vltra
aliam partem,famam.d.l.4.& d.§.item ſæpe.4. quæſt.3.dum di
cunt,Confirmat &c. Idem dicunt, ꝙ fama non probat cū vno
teſte,cum ſolum confirmet probationem iam factam. Sed di-
ctum vnius teſtis,non eſt probatio, ideo non poteſt confirma-
ri.Et hanc opi.tenet Iac.de Are.& An.de Piſ.Et Ia.de Bel.idem
tenuit præterquam in cauſis breuioribus,ar. Auth.niſi breuio-
res,C.de ſen.ex breui.reci.Dy.autem in l.excuſantur, in prin.ff.
de excu.tut.& Cy.in l.fi.C.de teſt.& in l.4.de probat. tenent,ꝙ
gl.hic,vt in ciuilibus probet cum vno teſte, non autem in cri-
minalibus. Cum autem requirantur probationes luce clario-
res, vt in iuribus hic alleg.in glo. Bart.dicit in d. §.tormenta,ꝙ
quædam ſunt in quibus ſufficit famam eſſe,licet ſic in veritate
non ſit,& tunc ſufficit probatio famæ, vt l.Barbarius,ff.de offi.
præſec.& l.1. C. de teſtam. & l.ſi arbiter.C.de ſenten.Adde 3.
q. 6.

ADDITIONES.

a Vtrum fama plene probet.Et vide quod no.do.Ant.in c.cum cauſam,in fi.de
proba.& in c.1.de app. Et an valeat ſtatutum epiſcopi, vt per ſolam famam
quis probetur vſurarius,vide Pet.de Anch.in repe.c.canonū ſtatuta. de cō-
ſti.in 3.prin.quæſito.in 14.col illius quæſiti.ver. accedat. Et adde quod de
iure ſola fama non eſt ſufficiens indicium ad torturam, ſecundum opi. Io.
And.in add.Spec.in tit.de prob.§.videndum.in ver.13.quam refert & ſequi
tur do.Ant.in c.tertio loco,in 6 col.ē.de prob. Et quid probet fama,vide p
glo.in verſi.confirmet,& ibi Bal.in l.3.§.eiuſdem.ff.de teſt. Per quot autem
teſtes probetur fama,vide per tex.& ibi do.Abb. & quod ibi poſt eum nota
ui,in c.tertio loco.de præſump.Et an fama cum vno teſte probet, uide per
dom.An.inf.eo.in c.præterea,in pen.col. Et an fama cum teſtimo.de auditu
proprio,vel auditu auditus plene probet,vide gl.1.& ibi do Ant.ſuper ea,
in c.tam literis,inf.eo.& quomodo probetur fama,ponit Bal.in l.ſi quis pa-
trem,ff.ad Maced.Qualiter autem debeant dicere teſtes deponentes ſuper
fama,ponit Bar.& Bal.in l.3.§.eiuſdem.ff.eo.Et an per famam probetur quē
eſſe notarium,ponit Spec.in tit.de probat. §.1.ver item etiam,quam refert
do.Ant.in c.1.in 3.col.de fi.inſtrum. Item in hac materia vide duas quæſtio
nes,quas ponit do.Ant.in c.cum cauſam,in 3.col. ver. quæro quid ſi teſtis.
inf.eo.Adde hic Arch.in c.ſi teſtes.§.item ſæpe 4. q.3.vbi dicit, ꝙ ſi agenti
opponitur excommunicatio, nō poterit probari per famam cum vno teſte.
all.c.ſciant cuncti.2.q.8 & Spe.in ti.de no.crimi.§.fama eſt. Ego allego pro
eo meliorem tex.in c.pia.in ver.apertiſſimis documentis.de exce.in 6.adde
hic Bal.in l.conuenticulam.C.de epiſ.& cler.& in auth.quas actiones,C.de
ſacroſ.eccl.quem refert Ro.in l.2.§.idem Labeo.in 2.col.ff.de aqua plu.arc.
vbi dicit ꝙ papa poteſt communi fama probare ſe eſſe dominum ciuitatum
eccle.licet illud non probet alijs inſtrumentis,quia fama in factis,quæ exce
dunt hominis memoriam,facit plenam probationem. Et adde, quod fama
non facit ſemiplenam probationem in iudicio in criminalibus, ſecundum
Bal.in apo.in d.l.3.ff.eo.qui dicit,ita no.Cy.in fi.C.de quæ.Item adde,quod
no.do.de Ro.deci.219.ſecundum ordinem meum nouiſſimum. Itero quod
fama cum vno teſte probet,tenet gl.in c.1.de app.& glo.in ver. poſſeſſionis
in c.plaroſt.§ præſcriptionum,16.q.3.Item vide Pet. de Anch. in c. media-
tores.circa fi.pen.col.de teſt.in 6.vbi dicit, quod per famam cum vno teſte
non probatur crimen. Item adde,ꝙ iudex ſe informat de fama ſine ordine
iudiciario & ſine teſtibus,vt dicit Inn.in d.c.cum in tua, in glo. ſua,quæ eſt
ſuper verbo,de plano.de ſpon.& ſentit do.An.ē.in c.2.in vlt. col. Item,an
fama cum vno teſte æquiualeat probationi duorum teſtium, vide do. Abb.
poſt Vinc.& d.Car.in c.2.de clande.deſpon.Item,quam probationem indu
cat fama,vide Arch.in c.ſi duo.35.q.5.vbi inter cætera dicit, quod licet fa-
ma cum vno teſte probet in ciuili,tamen ſecus eſt in crimi.& ita dicit tene
re Spec.in tit.de no.cri.§.fama.Cui adde,ꝙ idem dicit Arch.in d.c.ſciant cū
cti.2.q.8.& ita dicit tenere Ho. hic idem quod in cauſa vſurarum, exiſtente
fama,defertur iuramentum in ſupplementum probationis, caſus eſt ſin.ſe-
cundum vnam lec.in c.ex literis. de iureiur. Item quod fama cum vno teſte
non probet in criminalibus,tenet Old.conſi.ſuo 182. vltra mediū.Item ad
id,quod tetigi ſup. qualiter debeant deponere teſtes deponentes ſuper fa-
ma, vide Bar.in l.de minore.§.tormēta.ff.de q.in pe.col.ver.quæro qualiter
probabitur fama.in quo.§.melius, quàm alibi reaſſumpſit materiam famæ,
cuius omnia dicta per ordinem ſequitur Sal.in l.ea quidem, in vlt. par.rep.
C.de acc.item vide do.An.in c.cum cauſam.circa fi.de prob. Et Bal.in c.ſu-
borta.ultra me.de re iud.Item gl.hic poſitam ſingulariter limita,vt per Do.
in c.1.§.2.in prin.vlt.col. de vſu.in 6. Item de prædicta quæſtione qualiter
debeant deponere teſtes ſuper fama, & quam rationem debeant reddere,
vide latius per do.Maria.in repe.c.qualiter & quando,in 29.q. cum 11. ſeq.
51.q.prin.de accuſ.Et ibi etiam vide per eum 45.q. prin. quid probet fama
& quantum,& de eius effectu.Adde an fama probet,Rom.conſi.7.Alex.cōſi.
66.& 83.3.li.Et an ſit indicium ad torturam,per eundem conſ.5.Et an cum
vno teſte ſit ſufficiens ad condemnandum, per Bar.conſi.incip.an fama cū
dicto ſyndici.Et an,& quando admittatur probatio per famam,vide Card.
conſi.103.Et an in ciuilibus probet plene cum vno teſte, uide per eum con
ſi.61.& qualiter probetur fama,vide Alex.conſi.73.lib. 1. Franc.Are.conſi.
73.& vide Cal.conſi.1.de prob.

b Plene probet.Vide Matt.in no.2.inci.no.quod in iudicijs poſſeſſorijs.vbi di-
cit,ꝙ ex quo in iudicio poſſeſſorio tractatur de leui præiudicio, probatio
per famam habet uim plenæ probationis.De quo etiam per do. Iaſ. in repe.
l.admonendi.col.73.dictum eſt,ff.de iureiur.& ibi d.Bap. de S. Seuerino.in
char. 18.ver.nona concluſio,dicit quod etiam illud procedit,quando nego
tium principale eſt magnum. ſed illud, ſuper quo principaliter agitur, eſt
parui præiudicij,vt in iudicio ſuper reſtitutione dotis,quando maritus ver
git ad inopiam. Nam licet cauſa dotis ſit magna, non tamen cognitio,an
vergat ad inopiam,vt ibi per eum,& ideo fama plene probat, quod vergat
ad inopiam. Seb.Sap.

c Et iſta opi.do.An.videtur optime confundi per tex.ſingu.in c.ſi duo.35. q.6.
vbi eſt caſus, ꝙ etiam in gradibus antiquis excedentibus memoriam homi
num ſufficit probatio per famam.Sed reſpōdeas ſubtiliſſime, vt per D.Frā.
de Are.hic in ſuis recollectis.Et de hoc, an in factis antiquis ſufficiat proba
tio per famam,vide tex.in c.cū cauſam,ē.tit.1.Bal.in auth.quas actiones.cir
ca fi.C.de ſacroſ.eccl.& poſt Inno.in d.c.veniens.de verb.ſig.& Bal.in l.non
ignorat.in 6.col.C.qui accu.& Bal.in l.comparationes, C.de fi.inſtr.& in l.
conuenticulam.in vlt.char.poſt Bar.ibi,C.de epiſ.& cler.& Bal.in l.2.C.de
prob.& opi.do.An.quæ eſt communis, tenet etiam Ang. in l.at qui natura,
§.cum me abſente,ff.de neg geſt.& do.Ant.in c.quid per nouale, de verb.
ſig.de quo vide per Spec.in tit.de prob.§.1.uer.& no.& per Io.An. in tit.de
notorio cri.§.fama,in prima add.ad Specu. iuxta fi. Et dicitur factum anti-
quum,quod excludit ſpatium centum,uel quadraginta annorum.ſed uide
quæ no.do.Bar.de Bel.in cle.1.de reb.eccl.non alie. Et idem in his terminis
proprie dicit Inno.in c.ueniens.in 2.col.de uer.ſign.uer.quidam dicunt.Et
quando dicatur quid conſuetum ab antiquo,uide Ang.in l.in totum, C.de
edi.priu.Item adde,quod illud dicitur factum in proximis diebus,quod eſt
factum poſt multos annos,ut eſt in l.qui fundum,in prin.ff.de contrahen.
emptio. Seb.Sap.

Digitized by Google

q.6.ca.inſamis,§.tla,ver.verum tamē.In his enim iuribus non requiritur veritas,ſed ſufficit famam ſubeſſe. Quandoque requiritur veritas,quòd ita ſit,& quædam tunc ſunt,in quibus ipſa fama,ſeu communis opin.veritatem faciunt,& inducunt,& tunc ſufficit probatio famæ,vt l.Labeo,ff.de ſupel.leg & l.cum de laninnis,§.aſinam,ff.de fun.inſtruc.cum ſimi.Nam ibi ſufficit probare per famam,quòd aliqua verba habeant certum intellectum ad inferendum,quod diſponēs intellexit. Quędam, in quibus communis opini.ſeu fama non inducit, ſed inducitur ad aliquid probandum, & tunc ſi quidem probatur fama ſimpliciter ex voce populi,non probata aliqua pręſumptione, ex qua dicta opi.ſeu fama originem traxerit,& non probat, quia tunc magis dicitur vana vox populi, quæ non eſt exaudienda. d.l.decutionum. Licet autem non probet ſecundum eum, tamen adiuuat probationem iam factam.d l. 3.§. eiuſdem quoque.Si vero probatur fama,& cum hoc,ꝙ traxerit originem ex probabilibus coniecturis,& tunc dicit Bar.ꝙ in quibuſdam caſibus facit plenam probationem,ut puta in his, quæ ſunt modici præiudicij.& ſic intelligatur gloſ. in d.l.vbi, in qua ſufficit probare per famam,ꝙ maritus male utitur ſubſtantia ſua ad effectum,vt reſtituat dotem.Item quandoque habet effectum ſecundum eum, vt transferat onus probandi in aduerſarium, ut quando quis communi opin.habetur pro libero, ut l.ſi mater, C.ne de ſta.deſunct.& vide quod no.in cap uno.vt eccle bene. ſine dim.confer. aliter iſta fama non facit plenam probationē, ſecundum eum.An autem ſemiplenā,ita ꝙ plene probet cum vno teſte,dicit,ꝙ debemus conſiderare indicia,& præſumptiones,ex quibus fama ipſa traxerit originem, an multum vrgeāt, an non. Et ſecundum hoc arbitrabitur,an fama faciat ſemiplenam probationem,vel non;& ſic dicit debere intelligi gl. in d.

9 l.excuſantur,ff de ex. tu. & in d.l.3 § eiuſdem.† Et ex his infert ad quæſtionem, ſtatutum diſponit, ꝙ in aliquib.caſibus ſufficiat probare maleficium per publicam famam.Dicit enim debere intelligi de fama, quæ traxit originem ex pluribus cauſis, quæ inducunt populum ad ſic dicendum vel credēdum, alias

a non eſſet fama,ſed magis vana vox a populi, de qua non eſt curandum,vt ſup.dixi.Debet enim intelligi ſtatutum de fama legitima,ſecundum eum.quæ verba ſunt multum notanda.Et faciunt pro hoc vlt.not.per Inn. in c. cum oporteat, de accu.vbi dicit, ꝙ teſtes deponentes ſuper inſamia, debent reddere cauſam ſufficientem ſui teſtimonij.Non enim ſufficit dicere,ꝙ populus habet illum ſuſpectum. Ad materiam uide, quod ponit Io And.in addi.Spec.ſuper §.fama,de no.crim. vbi ponit duas opi.contrarias antiquorum. Sed ne captiuem intellectum proprium,ſimpliciter referendo aliorum ingenia,ſubijciam in effectu,quod mihi videtur in hac materia ſatis difficili.Aut enim fama proceſſit ex inimicis, & de ea non eſt curandum, ut in c. cum in iuuentute,de pręſump. & c. licet ex quadam,de teſtib. & c.qualiter,& quando,il 2.de accuſ. Aut non conſtat, ꝙ proceſſerit ex inimicis;& tunc,aut verſatur in his,quæ ſunt in aſſiduo & publico vſu,& proficit in duob.Primo ad declarandum uocabulum dubium,vt in d.l.Labeo & l.cum de lanionis,§.aſinam.præall.cum ſi.Secundo proficit, vt vtilitate publica ſuadēte,ex quo non agitur ſpecifice de pręiudicio alterius,teneamus communem opin.pro veritate,vt d.l.Barbarius, & in d.§. tria. Aut verſatur in alijs,& tunc,aut non redditur cauſa rationabilis,vnde proceſſerit fama, & non facit aliquem gradum probationis,vt ſup.dixi poſt Bar.ſed coadiuuat probationem perfectam. Aut redditur cauſa probabilis & probatur; & tunc poſſent eſſe ita ſtricta indicia & coniecturæ, vt etiam plene probaret in ciuilibus; ſed tunc probatio ſolum fingitur ex indicijs, & nō ex fama,iuxta ea,quæ plene dixi in c.tertio loco, de probat. Aut non probantur ita indicia ſtricta, & tunc puto, ꝙ ſi agitur ex contractu,vel rei vendicatione,vel quaſi,ſeu alia actione,fama nō facit gradum probationis,ſed tantum coadiuuat, ita loquitur tex in d.l. 3. & d.§ item ſæpe. Et eſt ratio, quia probationes debent concludere neceſſario,vt in c. in præſentia, de proba.l.non epiſtolis,C.eo.& l.cum res,eo.tit.Fama enim ſæpe fallax eſt,vt experientia docet,& de iure etiam diuino requiruntur ad minus duo teſtes,vt ſit plena & cōcludens probatio, vbi agitur de præiudicio alterius,ut legi.& not.in c.licet vniuerſis, de teſt.& hoc voluerunt quidam antiqui,vt recitat Ioan.And. in loco præal.Idem puto,vbi non agitur ex cōtractu, ſi eſt præiudicij non modici,vt probatur in c.tam literis,inf.eod. vbi fama, & aliqui teſtes ſingulares non ſufficerent ad effectum caſ-

b ſandi electionem electi.Si vero agitur ad alium effectum,b tūc probat in his,quæ ſunt modici præiudicij,& quæ de facili plene probari non poſſunt,vt in probando mortem alterius lōge abſentis,vel ꝙ maritus male vtitur ſubſtantia ſua,uel in probandis finib.diœceſium,ut in c.cum cauſam,infra eo.& in ſimilib. Hoc uerum,niſi in caſibus,in quibus iura exigunt præſcriptionem tanti temporis,de cuius initio non eſt memoria. Tunc.n. neceſſe eſt probare per famam, ſeu communem opi. quia aliter impoſſibilis eſſet probatio, ut ſup.dixi. Et an ſit differentia inter famam,& communem opi.uide per Io.An. in d.§.fama.

c In criminalibus c uero quandoque præſtat materiam inducendi purgationem.2.q.5.ca.presbyter.& c. ſi a plebe, & inf.de accuſ.c.accedens,cum ſi.Quandoque dat materiam inquirendi, ut de accuſ.c.qualiter & quando,il 2.Quandoque ſuſpendit ab officio,& beneficio,diſtinguendo tamē prout leg.& no.in cap. inter.de purg.can.& per Io.An.in c.1.de accu.lib.6.Quandoq; coadiuuat probationes iam factas,ſeu alia adminicula, ut in c. præterea,inf.eo.Sed gradum probationis non facit,quia probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores,C. de proba.l.ſciant cuncti,cannonizata.2.q.8.c. ſciant.& in c. Epiphanium 5. q. 6. Et probatur in d.c.tam literis,ubi non facit ſemiplenam probationem, etiam ſi agitur de crimine ciuiliter. fortius ergo ſi agatur criminaliter, & hoc no. Et hic cadit quęſtio,an probationes diuerſæ ſpeciei debeant miſceri ad faciendam plenam probationem, de qua plene dixi in ca. cum cauſam,de probat.

ADDITIONES.

a Vana vox.Vide Bal.in conſi.241.incipien.fama viciniæ, ante fin.in 3.parte. Seb.Sap.

b Alium effectum. Et in his,quæ ſunt difficilis probationis, quod fama plene probet,tenet Bal.conſi.37.inci.caſus talis,in vlt.col.in 1.parte.Rom.in cōſi.75.inci.in cauſa nobilis viri,col.3.Pet.de Anch.in conſi.318.incip.tres domini.col.2. Seb.Sap.

c In criminalibus.In criminalibus,an fama faciat probationem, vide Alex.in conſil.143. inci.quoniam abunde.in 1.vol.Io.de Ana.in conſil.50.inc.viſa inquiſitione.col.pe.Old.conſi.132.inci.viſo diligenter. Et plene de materia vide Ang.Are.in tract.maleſ. in verbo,fama publica. Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Acta ordinatoria cauſa,non perempta inſtantia,coram ſurrogato iudice,vel iudice appellationis, faciunt fidem, ſecus coram alio iudice alterius tribunalis.*

2 *Teſtes recepti in vno iudicio,faciunt fidem in alio, quamuis non publicati.*

3 *Acta in cauſa proſunt omnibus,quibus profuiſſet res iudicata illius cauſæ, ſi acta facta ſunt contra præſentem,ſecus contra contumacem.*

4 *Acta in vna cauſa contra extraneas perſonas, faciunt aliqualem præſumptionem.*

5 *Confeſſio facta in uno iudicio, ratione publicæ utilitatis, faciunt fidem in alio.*

6 *Acta facta in una cauſa, an faciant fidem inter eaſdem perſonas in alia cauſa,quando ſuper eodem agitur, uel ſuper dependentia a prima cauſa.*

7 *Acta facta in una cauſa,faciunt fidem in alia prorſus ſeparata inter eaſdem perſonas.*

8 *Acta litis ordinatoria,perempta inſtantia,pereunt,ſecus acta reſpicientia litis ueritatem.*

accuſatur, fuit commiſſum in loco, in quo eſt clericorum co-
pia. Quid enim ſi in villa, vbi eſſet vnus clericus? Certe impoſſi
bile eſt hoc caſu probare delictum, & ſic intelligendo hunc tex.
indiſtincte remanebit impunitum, & dabitur clerico materia
delinquendi, quare intellige, quod tunc admittantur laici in de
fectum ad teſtimonium. Nam ex hac cauſa admittuntur alias
a inhabiles, a vt probatur in c. fi. ĩ. tit. proxi. facit c. ueniens, in fi. ĩ.
eo. vide bo. tex. iuncta glo. in ver. & ſi tres, ſ. de elec. c. cum dile-
ctus. ſaltem, quando ex numero & qualitate teſtiũ non ſit præ-
ſumptio, quod velint dicere falſum, vt in ſimili dicit tex. in c. in fi-
dei fauorem, de hær. lib. 6. Et vbi non poteſt haberi vera proba
tio, admittitur præſumptiua, vt in c. præterea, ĩ. eo. & in c. tertio
loco, & c. literis, ĩ. de præſump. cum ſim. Multum tamen facit
in contrarium. l. proſpexit. ff. qui, & a quibus. Sufficit enim ita
ſcriptum eſſe. 6. q. 3. c. ſcitote. ſed reſpondeo cum materia teſtiũ
reperiatur a iure limitata modo prædicto, debemus & nos in
caſu noſtro ſic limitare, argum. l. non poſſunt. ff. de le. & c. cum
dilecta. de confir. vti. vel inut. Et ineptum eſt regulam non falle
re, vbi ratio naturalis ſuadet, vt eſt tex. iuncta glo. in Auth. vt ſi.
prohi. ma. debi. & facit l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſa. tut.
4 vbi tex. arguit ex naturali iuſtitia. † Secundo limito hoc cap. vt
non procedat, quando delictum clerici dicitur notoriũ, & tũc
etiam laicos admitterem ad teſtimonium. tex. adduco. no. in c.
5 cum dilectis. b de purg. can. † Tertio limito, vt laici nõ nõ admit
b tãtur. ſ. ad plenam pbõnem faciendam, ſed ad indicium facien
c dũ ſic, c ſaltẽ vt ſubijciantur torturæ. ar. in l. capite 5. cũ ibi no. p
Bar. ff. de adul. & ibi gl. & in l. quæro. ĩ fi. ff. de ædi. ædic. & quod
6 no. in c. 1. ſ. de pba & ſentit Inno. in c. qm̃, ſup. eo. † Quartam li-
mitationem ſentit hic Hoſt. vt pcedat, quando agitur de crimi
ne criminaliter, vt dixi: ſecus ſi ciuiliter, per c. 3. ſuper eo. & hoc
dic pcedere etiam ſi agatur ad priuationem beneficij: nam &
tunc dicitur agi ciuiliter, per c. 3. ſ. eod. & in c. per tuas. ĩ. de ſi-
mo. & quia proprie accuſatio tendit ad depoſitionem ab ordi-
ne, vt in c. qualiter, & quando. 2. de accu. Et pro hac limitatio-
ne, eſt bon. tex. ĩ. eo c. tam ex literis. Item ſi agatur per viam in-
quiſitionis, vel denunciationis, argu. in d. c. tam literis, & c. qm̃,
ſup. eod. & ſentit hoc Fed. conſi. 23. & facit, quia his caſibus nõ
agitur ad pœnam naturalem delicti, vt d. c. qualiter & quãdo.
d Nunquid autem his caſibus admittantur laici ad accuſandũ, d
ſicut ad teſtificandum? vide quod dixi in c. ex parte Adæ. ſ. eo.
Quintam limitationem ſentit gl. 2. hic vt admittantur laici in
exceptis criminib. ſed tu reſpectu accuſationis clericorũ, dic,
vt plene no. in c. cum P. de accuſa. & 2. q. 1. c. in primis. & 2. q. 7.
in ſum. reſpectu uero teſtimonij, an admittantur laici cõtra cle
ricos in exceptis criminibus, dic, vt ple. le. & no. in cap. per tuas,
6 il 1. ĩ. de ſimo. uide in cap. in fidei fauorem. de hære. lib. 6. † Vlt.
hic quæritur, quia tex. admittit hic laicos ad accuſationem cle-
ricorum, cum proſequuntur ſuam, vel ſuorum iniuriam, qui
comprehendantur hic, appellatione ſuorum. Sol. vario modo
exponitur per Do. in caſu noſtro non reperitur hoc a iure de-
terminatum, & ad alios effectus multifarie exponitur. Nam ſe-
cundum Acc. illi dicuntur ſui, qui de eo teſtificari non poſſunt,
vt no. C. ad Tur. l. pen. in fi. & vide per Spec. in tit. de accu. §. 3. in
prin. Hoſtien. dixit illos ſuos, de quibus habetur. ff. de accu. l. 1.
& 2. Goffre. intelligit ſuos omnes illos, pro quibus agere poteſt
quis actione iniuriarum, quaſi iniuria videatur ſibi illata, ut ſer
ui, filij, vxor, inſt. de iniur. §. patitur. ff. de iniur. l. item apud La-
beonem, §. ſponſum. Item ſi quis defendit mortem propinquo
rum, l. hi tamen. ff. de accu. & ſic intelligitur. 3. q. 11. cap. negan
da. Abb. vero dicit hoc poſſe intelligi de omnibus conſtitutis
in poteſtate, vel non, dũmodo ſint in j. gradu, alle. de ſen. excõ.
c. ſi vero. Pet. dicit, quod in illis caſibus poterit accuſare, quibus ſi-
ne pœna poterit verberare, q hñr in d. c. ſi vero. Io. And. in addi.
c Spec. in d. §. 3. dicit, quod oẽs ſunt ſui, e pro quibus põt poſtulari, q
ſunt de tertio ordine nõ poſtulant, & ꝯnumerantur. ff. de poſt.
l. 1. in fi. cum l. ſeq. Quod putat verũ, exceptis vltimis duobus
ibi enumerans, & enumerantur ibi hæ perſonæ, patroni, vel pa
tronæ, & eorum liberi, frater, ſoror, ſocer, vxor, ſocrus, gener,
nurus

ADDITIONES.

a Alias inhabiles. Adde, quod imo infames admittũtur, vbi aliter ueritas habe
ri nõ põt. Exemplũ ponit Sal. in l. ea quidẽ. in 1. col. ver. ad quintam quæſt.
C. de accu. qm̃ quis ludebat in poſtribulo, & fuit deceptus ob taxillos falſos
hoc ẽt poterit probari per lenones, & infames pſonas, qđ dictum ſequitur
Alex. in conſi. 64. inci. Viſo themate in 1. vol. & Ang. Aret. in tract. malefi. in
verbo, metitore di mal dadi. col. 1. Seb. Sap.
b Ibi, cuius uniuerſæ uicinæ populus, & hoc ẽt tenet ibi do. Abb. & idem dicit
do. An. in c. cum non ab homine, in 7. col. & ibi ẽt do. Abb. de iu. Item ſcias,
quod laici ſunt idonei teſtes ad probandum infamiam contra clericum. h.
d. D. Ant. poſt Io. And. in c. tam literis, in vlt. col. inf. eo. Adde de hoc Spec. in
tit. de teſte. §. 1. in 30. col. uer. item quod eſt laicus, cum ſeq.
c Optime facit quod no. Bar. in l. fi. ff. de in lit. iur. ubi uult, quod quotieſcũque
priuilegiata probatio plene pbat in ciuilibus, in criminalib. faciat indiciũ
ſufficiens ad torturam. ſed clarum eſt, quod in ciuilib. teſtimonium laici cõ
tra clericum plene probaret, ergo &c. In contrarium facit quod teſtis, qui
prohibetur examinari pp eius reuerentiam, contra quem producitur, exa-
minatus nullum facit indicium, vt l. 2. & ibi Bar. ff. de quæſt. & tenet Bart. in
l. maritus. eo. ti. & gl. in tit. C. de quæſt. ſed una ex rõnibus, quare laicus pro-
hibeaẽ in crimine teſtificari cõtra clericũ, eſt propter reuerentiam, vt quia
non eſt paris conuerſationis, uel gradus, ut in d. c. laicos. 2. q. 7. ergo &c.
Adde qualiter intelligatur, quod teſtes minus idonei admittantur pro-
pter defectum probationis Alex. conſi. 64.
d Et generaliter an prohibitus accuſare ſit prohibitus teſtificari, uel ecõtra, vi
de plene per gl. 4. q. 3. in ſumma, quæ eſt magiſtra. Nã vr dicendum, quod ſic
per tex. in c. fi. inf. eo. & in c. ipſi Apoſto. &c. teſtes. 2. q. 7. Sed tu ad hoc uide
tex. & gl. in c. licet, cir. fi. de ſimo. facilius tamẽ pp crimẽ repellitur teſtis a
teſtificando, quam accuſator ab accuſando, vt no. gl. fi. & ibi Bar. in l. qui iu-
dicio, ff. de accu. cuius uerba ſcripſi ſup. c. proxi. Et adde, quod ſicut minor
20. an repellitur a teſtimonio in cauſa criminali, ut eſt tex. 4. q. 3. c. ſi teſtes.
§. item in teſtimonium, ita & minor 20. an. repellitur ab accuſando, ut dicit
gl. in l. libellorum, in uer. pupilli, ff. de accu. & Bar. in l. qui accuſare, eo. tit.
Sed nunquid, ſicut laicus, qui prohibetur accuſare clericum, admittitur, ſi
proſequatur ſuam iniuriam, vt eſt tex. hic, ita clericus, qui prohibetur accu-
ſare laicos, vt in c. ſicut ſacerdotes, 2. q. 7. admittatur ſi ſuam, uel ſuorum in
iuriam proſequatur? Dic quod non, glo. eſt ſing. in c. laicos. 2. q. 7. quod eſt
uerum, niſi proteſtetur, quod non intendit ad uindictam ſanguinis, ita di-
cit Io. An. in nouel. in c. prelatis, ſuper ver. querelam, de ho. in 6.
An clericus poſſit accuſare laicum de crimine ẽt cum proteſtatione, quod
non procedatur ad pœnam ſanguinis, uide quæ plene habentur in c. ſentẽ
tiam ſanguinis, ne cler. vel mo. & in c. repellantur. & ibi per Ioã. de Ana. de
acc. & vi, quod magna ſit ſuſpicio, quia inter eos vr eſſe inimicitia, & vt plu
rimum ſolent eſſe adinuicem infeſti, vt ſentit text. in uer. infeſtationes, in
præalle. c. repellantur. Dic, ut ibi plene tradi ſolet.
e Qui ueniant appellatione ſuorum, in caſu huius decret. Ad hoc uide glo. 2.
in l. ſi fœmina, quæ eſt l. pen. C. ad Turp. hic alle. p do. Abb. qui, dicit, quod
illi intelliguntur, de quibus in d. c. ſi teſtes, §. item, leg. Iul. q. 3. Et idem dicit
Bar. in l. 1. C. qui accu. non poſſ. & Pet. de Anch. in repe. c. canonis, in 6. prin.
q. 1. 46. col. illius. q. ner. ſolet dubitari, ſup. de confeſſ. pro quibus ego allo-
go caſum neque ab eis, neq; ab aliquo canoniſta põderatũ, in c. de crimine,
iunct. c. de certis. 15. q. 3. ſed Bald. in l. neganda in fi. C. qui accu. non poſſ. di-
cit, quod qñ fit mẽtio de ſuis, intelligit de ſuis cõiunctis uſque ad quartum
gradũ. Pro quo facit l. ad petitionem. C. de aduo. diuer. iud. & auth. ſenten-
tiam. C. de epiſ. & cle. & glo. in c. requiſiuiſti. de teſta. & gl. in c. 2. 12. q. 3. Sed
Flo. in l. lege iu. ff. de teſt. ubi refert Bu. dicere quod appellatione ſuorũ, cõ-
tinentur illi, qui nõ coguntur teſtificari vſque ad quartum gradum, &c. Et
qui veniant appellatione ſuorum, uide tex. in c. fi. de verb. ſign. lib. 6. & Do.
poſt gl. in c. ſtudeat, cir. fi. 50. diſt. item adde hic quod no. Bar. in l. fin. in ver.
ſed qui dicuntur extranei, ff. de priua. deli. Quæ aũt dicantur ſuæ eccleſiæ,
uide gl. & do. An. in c. pro illorum, & quod ibi no. de præb. Qui aũt ueniat
appellatione proximorũ, uide opt. tex. in c. quiuis, de adulterij. C. de adul.
ita ad literã do. Bar. de Bel. hic. Ego addo circa prædicta unam notabilẽ re-
gulam, quod ubicũque in aliqua l. vel diſpoſitione fit mentio de ſe, vel de
ſua perſona, uel ſimilibus uerbis, quod talia uerba cõprehendũt, nedũ p-
ſonam propriam, ſed ẽt alios, quos circa ſe neceſſario habet, puta uxorẽ, &
filios, & ſimiles, tex. eſt de hoc no. & forte quem nunquam audiuiſti alias in
l. 3. §. ſed qđ diximus. ff. de pe. le. & illam regulam didici a do. Iaſ. de Mayno
Mediol. præceptore meo, dum Papiæ legeret, l. vt vim, ff. de iuſt. & iur.
Adde q ueniã appellatione ſuorum, do. de Ro. deciſ. 460. de renun. in nou.
Qui ueniat appellatione ſuorũ. Dicas, quod in hac materia accuſationis,
de qua hic tractatur, ſui dicuntur, parentes, patroni, patronæ, & eorũ liber
ti, frater, ſoror, ſocer, uxor, ſocrus, gener, nurus, uitricus, nouerca, & priui-
gnus, qui oẽs dñr ſui in materia accuſandi, uel pſequẽdi iniuriã ſuã, uel ſuo
rũ. Itẽ amicus intimus, uenit appellatione ſuorũ, ut ſin. dicit Bal. ĩ l. 1. in 22.
col. C. qui accu. non poſ. de quo uide p Alex. in l. 1. in fi. ff. de pub. iu. & in l.
2. ff. de accu. In alia aũt materia, qui dicatur ſui, puta in materia ſucceſſio-
nis, & tranſmiſſionis hæreditatis, illa non adita, uel non agnita, dicas, quod
ſui dñr, qui ſunt in poteſtate teſtatoris, ſiue eius, de cuius ſucceſſione tra-
ctatur, ut Inſti. de hære. qua. & diffe. §. ſui autem hæredes. & §. ſed his pmit
tit prætor. & in l. unica. C. de his, qui ante aper. tab. Et generaliter q ueniat
appellatione ſuorũ, uide per Bar. in l. cu ſuæ. ff. de leg. 3. & in l. ſi ita, in §. ea.
1. in ult. col. ff. de uerb. obli. ubi ponit quid de eccleſia, & uide per Spec. in ti.
de accu. in §. 3. in prin. an & quando deſunt filij appellatione ſuorũ ueniãt
fratres, uel agnati, uide Pau. de Caſt. in conſi. 355. & uide tex. in cle. cauſam
iunct. gl. in uer. ſuorum, & ibi per do. Card. in 1. q. de ele. ubi dicit, quod ue
niunt etiam procuratores & factores ad effectum, ut dicatur locus non eſſe
tutus propter metum talium perſonarum.

Digitized by Google

nurus, vitricus, noncrca, priuignus, popillus, furioſus, & fatuus. Mihi placent omnia, præter iſtas tres perſonas vltimas, quia iſti non poſſunt dici ſui, ex quo ſibi non attinent. licet alias illis ſit
8 miſerendum, & fauendum. † Et no. ex hoc, & ex tex. ꝙ licite & de iure cano. quis proſequitur etiam criminaliter iniuriam ꝓpriam, & ſuorum. facit c. & qui emendat. 45. diſt. & vide quod no. in c. ſi is qui prælatus. 23. quæſt. 4. & per Doct. in c. olim, de iureiur. & in c. grauis, de reſt. ſpol.

S V M M A R I V M.

1 *An iſtud capitulum debeat intelligi, quod vltra tertiam productionem non poſſunt quarto produci teſtes, niſi cum ſolemnitate, an vero poſt tertiam dilationem?*

2 *In conceſſione ſecundæ & tertiæ & quartæ dilationis, ſeruatur ſolemnitas capituli, vltra tertiam, & debet probare ſe fuiſſe impeditum in alia dilatione.*

3 *Teſtes producti in quarta productione, conceſſa ſine ſolemnitate, probant, ſi non fuit contradictum. uel appellatum.*

4 *Teſtium receptio facta poſt concluſionem, ualet, ſi pars non opponit.*

C A P. XV.

a IN cauſis. a Legitur principaliter duobus modis ſecundum lectu. communem, & verbis congruentem. h. d. In cauſis eccleſiaſticis & ciuilibus poſſunt fieri tres productiones teſtiũ, quarta autem non admittitur abſque ſolemnitate legali. hoc primo. Super dictis teſtium pōt poſt ipſorum publicationem publice diſputari, hoc ſecundo. & duo ſunt dicta, ſecundum ibi. Et ſuper. Not. 1. ꝙ cauſarum quædã ſunt eccleſiaſticæ, quædam ciuiles. Eccleſiaſticæ poſſunt dici dupliciter, vel quia ſpectant ad eccleſiaſticum forum, vel ſecundo dicuntur eccleſiaſticæ ſpirituales & criminales. Ciuiles autem dicuntur illę, quæ aguntur in foro ſeculari. Item quæ aguntur de rebus temporalibus. & vide bon glo. & plenam. 11 q. 1. in ſumma. No. 2. ꝙ regulariter cauſæ eccleſiaſticæ regulantur in iudicio ad inſtar ciuilium, facit per locum a ſpeciali, clem diſpendioſam, de iu. & c.
b 1. de iura. calum. lib. 6 No. 3. ibi: In legibus, & c. quod cauſę b etiã eccleſiaſticę regulantur in iudicio ſecundum leges ciuiles, ex quo non contradicunt canonibus, & c tam in ordinãdo, quam in decidendo, attenditur ius ciuile, iuri canonico non contrarium. Et pro hoc dicto eſt tex. in c. 1. & 2. de no. ope. nunc adeo, ꝙ vbi ius ciuile expreſſe non diſponit, poteſt tamen adduci per ſimile, vt notanter probatur in c. authoritate Martini, de ꝯceſ. præben. li. 6. & loquitur de illa ſolemnitate legali, quæ habetur in c. vltra tertiam, ĩ. eo. & originaliter in auth. eod. tit. §. quia vero. Vlt. no. quod licet teſtes recipiantur in ſecreto, in c. venerabili, ĩ. eo. de dictis tamen eorum poſtea poteſt publice diſputari, vt hic. Simile in electionis ſcrutinio, quod fit in ſecreto, poſtmodum tamen publicatur, & ſuper eo publice diſputatur, vt in c. quia propter, cum ibi no. ſ. de elec. & hæc potuit eſſe ratio dubitandi. Nam videbatur, quod deberet ſecrete diſputari de dictis, ſicut recipiuntur in ſecreto. Sed alia ratio imminet in receptione, quia primo caſu dubitatur de falſitate, ſ. eod. c. 2. ſecun-
1 do vero non. † Oppo. & videtur, ꝙ plures productiones poſſint fieri in cauſa; cum dilatio data ad productionem teſtium, cedat commodo debentis producere. Nam dilatione pendente, iudicis officium quieſcit, ĩ. de app. c. ſignificante. & l. ſiue pars, C. de dilatio. Glo. metu contrarii, vt arbitror, exponit tex. ibi. Productionem, i. dilationem. Et ſic intelligendo de quarta dilatione, vnde intra primam, ſecundam, & tertiam dilationem, poteſt quis toties teſtes producere, quoties voluerit, ſed quartam dilationem nõ habebit, niſi cum omni ſolemnitate, de qua ĩ. eo. c. vltra tertiam. Et hoc verum ſecundum glo. niſi obſtet renun-
c ciatio c productionis teſtium, vel ſi multitudo teſtium eſt producta, tunc enim nedum quartam non habebit, ſed nec etiam tertiam, nec ſecundam, ĩ. eo. c. ſignificauerunt, & c. cum veniſſent, cum ſi. Deinde ponit gl. ſecundum intellectum, vt intelligatur in productione, ſecundum ꝙ verbum ſonat, videlicet vt in cã non poſſint fieri vltra tres productiones teſtium, niſi cum ſolemnitate legali: dicit tamen primum ſeruari de facto. & illud dicit Ioan. And. tenendum. Hoſt. plus placet iſte ſecundus intellectus, vt tres productiones fiant in vna dilatione, ar. ff. de verb. ſig. l. ter enixa. vnde ibi litera non dicit dilationem, ſed ꝓ-
d ductionem, d quæ ſunt diuerſa. Tres ergo fiẽt productiones intra vnam dilationem, quarta fiet cũ ſolẽnitate. Et dr̃ prima, cũ quis colligit teſtes, quos pt̃ habere, & præſentat iudici eos, cum vero colligit alios, & eos præſentat, dicitur ſecunda, & ſic de tertia. Solent etiam a principio teſtes producendi nominari, ſecundum eum, quia forſan ei non eſt poſſibile ſic ſimpliciter præſentare, ſed productiones poſtmodum debent fieri de nominatis. & videtur ſentire Hoſt. ꝙ intra quamlibet dilationem, poterunt fieri tres productiones teſtium. do. Ant. aperte, non eligit, ſed videtur ſentire cum primo intellectu gl. ille tamen intellectus, ſi bene iura ponderantur. non videtur procedere. Primo, quia non in omni caſu procederet. Finge enim, quod pars fuit impedita intra primam, ſecundam, & tertiam dilationem, ita quod nullos teſtes produxit, dicemus ne, quod non habet quartam dilationem, niſi cum ſolemnitate legali? Certe falſum eſt, quia fruſtra tunc iuraretur, quod nõ didicerit teſtificata & c. patet ex forma c. vltra tertiam. præalleg. Tamen iſta vltima litera ſimpliciter denegat quartam ſine ſolemnitate legali, ergo non debet intelligi in dilatione. Item intelligendo tex. in dilatione, ſequeretur quod tres dilationes ſimpliciter, & ſine difficultate poſſent dari, tam in cauſis eccleſiaſticis, quã in ciuilibus, quod etiam eſt falſum, vt patet ex l. oratione. & l. fi. ff. de fer. & ex notatis in c. 2. de dila. vbi vide per glo. & ideo credo tex. intelligẽdum, prout iacet, & nedum intra vnam dilationem, ſicut ſentit Hoſtien. ſed etiam in tota cauſa, non poſſunt fieri vltra tres ꝓductiones teſtiũ, niſi cũ illa ſolẽnitate legali. Et ita proprie loquitur iſte tex. nullã faciẽs mẽtionẽ de dilatione: habens ergo vnã dilationẽ, vel plures ex cã, nunquã admitteretur ad quartã ꝓductionẽ, niſi cũ illa ſolemnitate legali. Et eſt ratio, qa ex iterata toties, productione eſt pręſumptio, ꝙ fuerit percunctatus dicta teſtium, & qa forte illi non probabant, eſt inductus ad productionẽ aliorum, illos prius ſubornando, iõ exigitur iuramẽtum huius p̃ſumptionis purgatiuum. Et ex hac rationẽ infertur, qd̃ ſi fecit plures ꝓductiones teſtiũ, ſi adhuc non fuerũt examinati, non hẽbit locũ diſpõ huius c. quia ceſſat rõ ſubornationis, & dictorũ ꝑcunctationis. Idẽ ſi fuerunt examinati, ſed fecit iſtas ꝓductiones in actu ꝯtinuo, ita qd̃ non potuit ſcire dicta illorũ ante ꝓductionem, quã nũc vult facere. arg. in l. ꝯtinuus actus. ff. de verb. obl. intelligatur ergo tex. de trib. ꝓductionib. cum effectu factis. & ita ꝓprie loqtur tex. in auth. eo. §. quia vero. vnde ſumpta ſunt hæc decr. & qñ interuallo facto poſt tres productiones, & receptionẽ ꝓductorũ, vult facere quartã. Quid aũt ſi noĩauit multos teſtes, nõ tñ ꝓduxit oẽs ſil, ſed fecit tres ꝓductiones, nũc vult facere quartam? Dic, qd non admittetur ſine vlla ſolẽnitate, qa eadẽ eſt rõ, licet in veritate non oĩno, & hoc iõ, qa potuit malitioſe plures noĩare, & figmẽtis dandus non eſt locus, de diuor. c. quãto. Et ꝓ prædicto intellectu facit auth. at qui ſemel. licet non moueatur p̃dictis rõnib. Ex his hẽs clare intellectũ huius c. & eius rõnem. Et inſero, qd̃ ſi habuit tres dilationes, & impeditus, nõ potuit facere niſi vnã, vel duas ꝓductiones teſtiũ, & nũc ꝓbãdo ĩpedimẽtũ petit quartã dilationẽ, qd̃ illa dabiẽ abſque illa ſolẽnitate legali, ex quo non fecit tres ꝓductiones teſtiũ. Nã, vt dixi, iure cauẽr de iſta ſolẽnitate adhibẽda ſolum in
2 quarta ꝓductione, & non dilatione, & rõnem p̃dixi. † Sed q̃ro, nũqd dabiẽ iſta quarta ꝓductio, ſeruata dũtaxat ſolẽnitate illius c. vltra tertiã? Inn. dt, qd̃ nõ, ſed oportet, qd̃ ꝓbet ſe impeditum
e fuiſſe, e & idẽ dt ĩ ꝯceſſione ſcdæ, & tertiæ, qa licet prima det ſine grãdi cognitione cãæ, tñ ſecus in ſcda, & tertia. Aduerte hoc dictũ Inn. ꝓcedere capiẽdo ꝓductionẽ ꝓ dilatione, ſed capiẽdo ꝓut verbũ ſonat, ceſſat hęc ſuppletio Inno. Ex quo. n. eſt adhuc intra dilationẽ ſibi ꝯceſſã, pt̃ facere quartã, iurãdo ſolũmodo, ꝓut ibi dr̃, & ex hoc apparet, ꝙ iſte ſcd̃s intellectus probabilior eſt, cũ iura canonica, & ciuilia, nõ requirant in hac quarta productiõe, niſi illã ſolẽnitatẽ, vt patet hic, & in c. ſignificauerũt, & c. vltra tertiã, ĩ. eo. & auth. at qui ſemel. præalle. & tamen in ꝯceſſione

A D D I T I O N E S.

a Materiam huius decret. vide examinatam per Legiſtas in auth. qui ſemel. in 3. col. C. de prob. & ſi eſt commiſſa alicui examinatio teſtium nominatorũ, & ipſe ſemel examinauit nominatos, nõ poterit iterum eos examinare. Ita dicit do. Ant. in c. licet vndique. in fi. de off. delega. & ita dicit determinari per gl. & Do. in c. in cauſis. de offi. deleg. Item de intellectu huius c. & vltra in tertiam vide multum latiſſime per Hoſt. in ſumma. de dila. §. & quibus. circa prin. ver. vſ. ſi ꝙ in ciuilib. & ſequentib. Item vide, quod late ſcribit Lap. all. 82. ſm quotam meam, vbi ponit latiſſime, an diſpoſitio huius decr. habeat locum in cauſa matrimoniali.

b Quod cauſæ. Vide Alber. de Roſ. in 1. par. ſtatutorum. q. 9. & Gem. in c. 1. 10. diſt. Pet. de Anch. in c. 1. de char. verſi. his itaque præmiſſis, ſupra de conſtit. Seb. Sap.

c Vtrum ſola renunciatio in cã impediat quartam productionem cum ſolemnitate, do. Ant. hic concludit ꝙ ſic, licet Innoc. contra. Sed vide Spec. in tit. de teſte. §. qualiter, in 3. colu. ver. quarta autem productio. Et de hoc vide Bar. in auth. qui ſemel. in 4. col. ver. circa ſecundum. C. de proba. vbi diſtinguit, an ante renunciationem, vel concluſionem potuit teſtes producere, tunc non admittatur: aut non potuit, vel ignorabat ſe poſſe produ cere, tunc admittetur ad producendum cum hac ſolemnitate.

d Quomodo ſumatur hoc verbum, productio, vide plene per do. Anto. in c. vltra tertiam. inf. hoc tit. in 4. col. ver. venio ad ſecundum, qui concludit cum gl. & Bar. in auth. at qui ſemel. C. de prob. & intelligitur, pro vt verbum ſonat, quod tamẽ intellige, vt ibi. Et vide gl. 1. in c. induciæ. §. ſpacium, in ver. iudicantes, & ver. qui ſemel. 3. q. 3. vide Io. And. in ſua ſum. de teſt. in ver. intra quot dilationes ſunt teſtes producendi. & de hoc uide multum late Archid. in d. §. ſpacium, in 2. col. vbi videtur tenere, ꝙ in caſu huius decr. tantum debeat dari vna dilatio, ſub qua multæ fiant productiones, ſequendo Phil. Gof & Hoſt. in hoc c. Sed poſtea refert, ꝙ Tho. in ſuo libello in tit. de dila. tenet ꝙ dabuntur plures dilationes. & de hoc vide per Bal. in l. 1. in 2. co. C de dila. vbi dicit, qd̃ ſecundum canones intelliguntur tot dilationes, ſed ſecundum leges intelliguntur multæ productiones ſub vna dilatione. & vide gl. mag. uerſus fi. in l. in pecuniarijs. ff. de ferijs.

e Fuiſſe. Vide Lap. alle. 82. incip. in cã matrimoniali, vbi dicit, ꝙ quando teſtes non ſunt examinati, nõ impedit quarta productio. uide de hac materia do. Georgium Natã. in rep. cle. ſæpe, de verb. ſign. Seb. Sap.

ſione ſecundæ dilationis requirant aliam cauſæ cognitionem, vt in d. l. oratione, & l. fina. & no. in d. c. 2. de dila. ergo debent intelligi hæc iura de quarta productione, & non de dilatione, cum ſuper dilationibus ſit ſpecifice prouiſum, argumen. in l. ſanctio legum. ff. de pœ. Dictum tamen Innocen. eſt verum in
3 ſe, ſi capiatur productio pro dilatione.† Quæro, qd ſi detur quarta productio ſine ſolemnitate, nunquid valent atteſtationes? Innocen. refert opin. Quidam dicunt quod non, argumen. c. 2. ſupra eod. in fi. Secundi dicunt contra, niſi fuerit appellatum, inf. eod. c. ſignificauerunt. Tertij dicunt, quod licet contradicatur, & appelletur, iudex tamen ſine ſolemnitate iſta, vel cum cauſa, poteſt concedere quartam, & quintam, niſi ſit concluſum & renunciatum teſtibus, & dicta ipſorum alteri parti ſint edita. nec aliter ſeruari debet hæc ſolemnitas, per d. §. quia vero, vnde fuit aſſumpta hæc decre. Dicit tamen Innocen. quod licet hoc videatur verum, tamen ſecurius eſt iudici nunquam dare quartam ſine ſolemnitate, & dicunt iſti vltimi, quod concurrentibus prædictis. ſ. concluſione, renunciatione, & editione, atteſtationum, non dabitur etiam ſecunda ſine hac ſolemnitate: nam eadem eſt ratio, ergo & c. de conſt. c. tranſlato. Dicit tamen Innocen. quod prædictus §. quia vero, non videtur facere vim in concluſione, vel renunciatione, ſed ſolum in editione facta alteri parti, vt tunc ſi ſeruanda illa ſolēnitas. Aduerte, quia Innocen. & alij, quos refert, ſolum conſiderauerunt illum §. quia vero, ad corticem, & non aduerterunt ad iura canonica, quæ magis ſpecifice prouident ſuper hac materia, & declarant intrinſecam materiam illius §. quia vero. Vnde conſiderandum eſt, quod in iure, maxime noſtro, habemus aliquos terminos in dubio excluſiuos productionis teſtium, vt eſt concluſio in cauſa: nam poſt concluſionem in cauſa, etiam inſtrumenta produci non poſſunt; fortius nec teſtes, vt probatur in c. cum dilectus. de fid. inſtrumentor. nihil enim amplius poteſt produci, quod conſiſtat in iure, vel facto, vt ibi no. & in c. paſtoralis, de cauſa poſſ. & propr. Ex quo infero, quod etiam ſi pars vnam, vel nullam teſtium productionem feciſſet, ex quo tamen permiſit in cauſa concludi, non eſt amplius locus productioni teſtium, etiam cum ſolemnitate legali, & ſic male dixerunt prædicti doctores quos refert Innocen. vt ſupra dixi. Idem dico de publicatione atteſtationum facta de conſenſu partium, vel renunciatione, vt amplius non ſit locus productioni teſtium ſuper eiſdem capitulis, vt no. plene in c. fraternitatis, inf. eod. & c. cum veniſſet. Quandoque vero iſti termini non interuenerunt in cauſa, ſed data fuit dilatio pro teſtibus producendis, & tunc ſi tenes primam lect. dic, quod non debet dari quarta dilatio ſine illa ſolemnitate legali, quia eſt præſumptio, ex quo habuit tot dilationes, & intra eas aliquos produxit teſtes, quod fuerunt eorum dicta percunctata, vt colligitur ex c. vltra tertiam. infra eod. & idem dic, ſi tenes ſecundam lect. vt hæc præſumptio oriatur ex ſæpe iterata productione teſtium, interuallo poſtmodum interueniente, ante petitionem quartæ productionis, vt ſic non admittatur quarta productio ſine illa ſolemnitate legali: nec curandum eſt, an editio actorum fuerit facta alteri parti, vel non. de hoc enim non curat ille tex. nec ſuper hoc ſe fundat c. ſignificauerunt. & c. vltra tertiam. inf. eo. ſed ſolum ex ſæpe iterata productione. Et ad §. quia vero, dic, vt ibi factum narratur, ſic enim acciderat, vbi vltra tres productiones factas per alteram partem, altera pars habuerat copiam dictorum teſtium, ſed idē eſt, ſi copiam altera pars non habuiſſet, dummodo petens tres productiones prius feciſſet, vt patet ex ratione illius §. qui hoc ponderat, in prin. & ex iſto c. & c. ſignificauerunt, & capitu. vltra tertiam. inf. eod. titu. Nunc veniendo ad quæſtionem princi-
a palem. ſupra poſitam, an valeant atteſtationes a receptæ in quarta productione data ſine ſolēnitate legali. Breuiter concludo, quod ſi non fuit contradictum, & appellatum, valent. videtur enim receſſum ab illo termino excluſiuo, ſicut in ſimili, & fortiori caſu dicimus quod valet teſtium receptio facta poſt concluſionem, ſi non fuerit contradictum, vt no. domi. de Ro. deci. 5. dicam in dicto c. cum dilectus. Item de communi conſenſu partium poſſunt acta incidi, & de nouo omnia pduci, vt l. acta. ff. de re iud. Facit c. cum cauſam, inf. eo. & quod no. inf. eo. c. præſentata. Et hæc ſunt etiam de mente do. Anto. hic: ſi autem fuit contradictum, & appellatum, non tenebunt atteſtationes, quia ſicut eſt legitima cauſa appellandi, ſi denegatur quarta productio cum ſolemnitate d. c. ſignificauerunt, ita & fortius videtur legitima cauſa appellandi, ſi concedatur ſine ſolemnitate, cum ius hoc dicat, &c.

A D D I T I O.

a Atteſtationes. Vide hic do. An. in ver. 3. quod valeat productio teſtium facta publicatis atteſtationib. ſi pars non opponit. & idem dicit do. Ant. inf. eo. c. vltra tertiam, in 3. col. ver. ſi autem, vbi limitat hoc dictum. & ad idē eſt glo. in ver. producere, in cle. 3. de teſt. & vide do. Ant. inf. e. c. fraternitatis. in 14. col. ver. 3. fallit quarto. An autem valeat productio teſtium facta poſt terminum aſſignatum, parte non opponente, vide per Bart. in l. ante ſententiam, circa fi. ff. de app. & per Bal. in l. 2. C. de epiſ. aud. vide ad hoc Imo. in c. fraternitatis, inf. e. ti. qui idem dicit ꝙ do. An. hic, & eſt ratio, quia taciturnitas in iudicialibus, pro conſenſu hr, vt eſt tex. in l. cum oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſ. tut. & in c. 1. de acc. in 6. Sed tu contra iſtam opi. inſtare potes vrgentib. rationibus, prout tradit hic dn. Fran. de Are. in ſuis recol. ſed tandē poſt longiſſimam diſputationem, tenet opin. commonem pro qua adducit tex. in clemen. conſtitutus. io fi. de ele. iuncto c. vt cir. eo. tit. in 6. Adde Alexan. conſi. 72. 3. lib.

S V M M A R I V M.

1 *Vniuerſitas non debet excommunicari, ſed omnes de uniuerſitate bene poſſunt.*

2 *Teſtes deponentes contraria circa actum iterabilem & per multiplicationē actus, ſi poſſunt reduci ad concordiam ſunt reducendi, niſi per confeſſionē partis, uel teſtium apparet de unitate actus.*

3 *Concordia circa teſtes eſt facienda, etiam ubi pars produxit plures & meliores teſtes.*

4 *Teſtes producti ab una parte, & inſtrumenta, uel priuilegia, & unus teſtis tantum, ſemper reducendus eſt ad concordiam.*

5 *Teſtes, an reducendi ſint ad concordiam, ut probent, an ut euitent pœnam periurij.*

6 *Iudicandum eſt pro reo in dubijs.*

C A P. XVI.

a Cum tu. a Si fieri poteſt, ꝯcordanda ſunt dicta teſtium, quæ videntur ꝯtraria. Vel ſumma ſpecialib. ſic Si

A D D I T I O.

a Cum tu. Pro intellectu huius decr. vide omnino, quæ notauit dom. Bar. de Bel. poſt do. Ant. in c. in noſtra, in 3. colum. inf. eo. vbi ponit an teſtes reducantur ad concordiam, quando ſunt in numero impari. Item vide ſing. cautelā ad ſaluandos teſtes à periurio, quam tradit glo. fi. in c. Artaldus, in verſi. me ſciente. 8. q. 3. & vide quod ibi notaui. & quod no. do. Anto. in c. cum eccleſia. §. nos igitur, in 5. col. de cauſa poſ. & propr. & vide in materia huius decre. notabilia verba, quæ ſcribit Imn. poſt do. Ant. in cle. 1. ſuper gl. in ver. ſimul. de app. & vide gl. fi. quæ eſt in verbo pariter. & quod no. do. An. in c. bonæ, il 1. de ele. Item vide tex. & gl. in c. nihil obſtat, de verb. ſign. & gl. in verbo veritas. in c. dudum, de cōuer. coniu. & tex. in c. quotidie, de conſec. diſt. 2. Adde hic in materia quod no. Bal. in l. item videndū, ff. de peti. hære. Ang. in l. antiqui. ff. ſi pars hæredi. peta. gl. in l. in operis, ff. loca. Bar. in l. ſi plures, ff. de iniu. Cy. in l. teſtium, in 5. col. de teſti. ubi etiam Bal. dicit, quod ſi unus teſtis dicat aliquem fuiſſe præſentem, & alter neget, reducuntur ad concordiam, ut unus intelligatur de præſentia corporali, & alius de præſentia intellectuali, & ibi etiam uide Bal. in 3. col. uer. modo hic inſurgit dubium. Et idem dicunt Bal. Ang. Imo. in l. hæredes palam, in princi. ff. de teſt. Imo. in c. cum oportet, de accu. Item ſcias, ꝙ ſi teſtes deponunt, & unus per uerbum adfuit cum d. & alius abfuit cum b. gratia contrarietatis euitandæ, ſiat concordia, ut ille qui depoſuit per uerbum Adfuit, intelligatur depoſuiſſe per b. ſ. abfuit, ita dicit Bar. in l. quoties. C. de dign. li. 12. Item ſcias, ꝙ ſi unus teſtis dicat homicidium fuiſſe tali die commiſſum, alius alia die, reducuntur ad concordiam, ut unus intelligatur de die, in quo fuit manualiter commiſſum, alius de die, quo fuit habitus tractatus homicidij. tex. eſt ſing. in c. periculoſe, de pœni. diſt. 3. & ibi gl. quem tex. etiam alleg. gl. hic. Item ſi unus dicat, quod Titius erat frater Sempronij, alius dicit, ꝙ erat filius fratris, propter euitandam falſitatem, reducentur ad concordiam, quia propter euitādam falſitatem filius fratris poterit dici frater, ſecundum Bar. in l. Lucius, §. quæſitum, de leg. 3. Et pro hoc dicto facit quod late ſumendo, filia fratris mei, dicitur ſoror mea. tex. eſt in c. quæritur. 12. q. 3. Item ſi inſtrumentum dicit, ꝙ fuit actum die 11. Ianuarij. & teſtes probant quod eadem die partes aberant, an ſaluetur, ut dicatur actum fuiſſe die 11. Ianuarij. ſ. exeūte Ianuario, non intrante, uide pulchre p Bal. tactum in extrauag. de pac. Conſtan. ſuper uer. die Lunæ exeunte Ianua. & uide eundem in eadem extrauag. ſuper uerſi. opzoni in fi. ubi omnino uide. Et adde, ꝙ ſi teſtes deponunt filiū inſtitutum in maiori, filiam in minori, & alij tres dicant eos æqualiter inſtitutos, reducuntur ad concordiam, ut illud uerbum æqualiter, intelligatur de tempore, quo fuerunt inſtituti, & ſic referatur ad tempus, non ad quantitatem portionis, ita dicit Bar. in l. ſi ſtatua. §. Iulianus, ff. de dam. infec. & uide omnino in hac materia concordiæ teſtium. Bal. in l. conſtitu. C. §. quibus, & Bar. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipu. & uide Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de uerb. oblig. Facit ad hanc materiam tex. cum glo. in uerb. uiri communi. in c. cum dilectus. de conſuetu. Item adde quod no. dn. An. in c. tranſlato, in fi. 2. col. uer. no. pro concordia, de conſtitu. & in eo. c. in 3. col. uer. no. ut ſalues teſtes, & qualiter concordentur teſtes, quorum unus dicit, quod fuit infra annum, alius intra annum, uide do. An. in c. plerunque, in pe. col. uer. no. pro concordia, de reſcrip. Et de illa geminatione actus propter concordiam teſtium, uide quod no. do. An. in c. eam te, in 3. col. in uerſi. expediam, de reſcri. Item adde hic Bar. in l. ſi ſtatuta, ff. de min. ubi dicit, ꝙ ſi unus ex teſtibus productis dicit, quod fuit factū in oſtio, alius dicit, quod fuit factū iuxta oſtium, reducuntur ad concordiam exponendo uerbum, in, p uerbo, iuxta, & ille qui dicit factū in oſtio, intelligatur, id eſt iuxta oſtium. Item adde hic quod no. Imo. in l. diuortio, in princ. ff. ſol. mat. dum loquitur de teſtibus deponentibus factum fuiſſe tempore guerræ. Itē ſi teſtis deponit, quod Sempronius poſſedit agrum Titij tali tempore, non propterea uitiatur eius dictum, licet alij teſtes dicant, quod illo tēpore ager non erat Titij, quia ſaluatur dictum illius teſtis, dum dicit agrum Titij, ſ. qui modo eſt Titij, licet tunc temporis non eſſet. Ita determinat do. Anto. in c. omnes. in ult. col. 1. diſt. Item adde in hac materia concordiæ teſtium, quod no. Bar. in l. 1. in prin. 3. col. ver. & pro hoc poteſt ſuſtineri, ff. de oper. no. nūc. & Do. an. diſt. in ſum. in fi. & ipſe idem Do. in c. quamuis ultra medium. 21. diſt. & quod no. idem in c. lator, in fi. 23. diſt. Item uide qd no. do. An. in c. dilecti, in prin. ult. col. de excep. & in c. cum Vintonienſis, in prin. pen. col. de elec. ubi ponit de concordia teſtium, quando unus dicit, quod fuit primus, alter dicit, quod fuit tertius. Item adde, quod teſtes probant, licet in modico inuicem diſcordent, ita determinat do. An. in c. 2. circa fi. de reg. Item adde, quod ſi unus teſtis dicit, quod percuſſit cum petra, alter dicit, quod cū ſaxo, illi teſtes ſunt concordes, ut no. Do. in c. ſi quis uiduam. 3. u. diſt.

Digitized by Google

Si quis probat actum geſtum poſt appellationem, & aduerſarius probat, ꝙ ante, præfertur prima probatio, & actus iudicatur non tenere, niſi ſecundus probet, ꝙ ante omnem appellationem Primo deciſè narrat factum. Secūdo diſſinit ibi: Cum conſtet. Caſus litera. Quidam præpoſiti, & canonici ſui ex vna parte, & Archiepiſcopus ipſorum ex altera, ſuper quadam ſententia excommunicationis cauſam habebant adinuicem: ex vtraque parte teſtes producti fuerunt, tandem cauſa delata eſt ad dom. papam, vnde ipſe, teſtibus examinatis, dicit, ꝙ teſtes capituli iurati dixerunt, quòd ſententia excommunicationis lata fuit poſt appellationem. Et teſtes Archiepiſcopi ſimpliciter iurati dixerunt, ꝙ ſententia excommunicationis lata fuit ante appellationem. Papa vero dicta teſtium volens interpretari benigne, ne periurij notentur reatu, decreuit ſententiam illam non tenere, quia vtrunque eſſe potuit, ſ quod & ante ſententiam extitit appellatum, & ſuper illa deponant teſtes Capituli. Et poſt eandem ſententiam iterum fuit appellatum, & ſuper illa deponunt teſtes Archiepiſcopi, & ſic diuerſum tempus impedit cō-
1 tradictionem teſtium. B †No. ꝙ licet vniuerſitas non debeat excommunicari. c. Romana § in vniuerſitatem, de ſentē. excom. lib. 6. in ſingulos tamen de vniuerſitate ferri poteſt, licet nemo excipiatur, vt puta. Excommunicamus omnes canonicos talis eccleſiæ. Ratio diuerſitatis colligitur ex c. ſi ſententia, de ſentē. excom. lib. 6. intellige m̄ ꝙ omnes, & ſinguli ſint capaces. hoc
2 dico propter no. in d. § in vniuerſitatem. † No. 2. vnam bonā & notabilem regulam, ꝙ vbi teſtes actoris & rei videntur deponere contraria circa actum iterabilem, & per præſumptionem multiplicatis actibus, poſſunt reduci ad concordiam, reduci debent, & tunc præſumitur actus multiplicatus. & ſic intelligendi ſunt teſtes deponere ſuper diuerſis actibus, vt hic. quod intellige, niſi conſtaret de actus vnitate per confeſſionem partium, vel ex dictis ipſorum teſtium. Primum probatur in c. cum Ioānes, de fide inſtr. vbi eſt bo. tex. Secundum probatur ex dictis illorum teſtium, qui depoſuerunt contra Suſanam. Nam ex eo,
a ꝙ deponebant a de eadem hora, colligebatur vnitas actus, ideo diuerſitas in loco commiſſi adulterij induxit contra eos præſumptionem falſitatis, nec facta fuit præſumptio multiplicatis actibus. De hoc vide glo. no. 1. quæſtio. 11. c. nihilominus. Et ex illa glo. colligitur, quod ſimilis concordia ſit fienda, aliorum obſtante, in teſtibus eiuſdem partis, quod aperte ſentit Io. An. in addit. Spec. eod. ti. §. iam de interrogatorijs. ver. quid ſi vnus teſtis. quod no. Item no. ꝙ ſi teſtes vtriuſque partis reducuntur ad concordiam, intelligendo ꝙ deponant ſuper diuerſis actib. non ſolum euitant periurium, ſed etiam probant illos diuerſos actus, ſuper quibus præſumptiue deponunt, ex quo ſuper quolibet actu datur plena probatio, vt hic aperte probatur, dum denunciatur excommunicationem nō tenuiſſe propter appellationem præcedentem. Ex quo infertur, quod ſi per duos teſtes probem, ꝙ commiſiſti adulteriū in tali loco, per alios duos probem, quod commiſiſti in alio loco, probatum eſt adulterium bis fuiſſe commiſſum, quod aperte ſentit Ioann. Andr. in loco præallega. in Specul. Not. quod in dubijs ſemper fienda eſt benigna interpretatio. & illa dicitur benignior, per quam quis euitat pœnam, ſeu delictum. Hoc intellige, niſi immineat periculum animæ; quia tunc illa eſt benignior, quæ eſt tutior animæ, vide bonam gloſ. & not. in capit. vno, de ſeru. facit cap. tu. iuuenis, de ſponſa. & de hoc aliquid. infra. Venio ad gl. quæ primo colligit argumen. pro teſtibus concordandis, ſaltem quoad ſenſum, ſi non poſſunt concordari quoad literam, vt hic optime probatur. Non enim reducuntur ad concordiam reſpectu diuerſorum, & vide in hoc bonam glo. in c. dudum de conuer. coniuga. ſuper ver. ſubſtantia, & ff. de verb.
3 oblig. l. ſtipulatio iſta. § hi quoque. † Sed contra hoc opp. videtur. n. ꝙ data contrarietate teſtium non debet præſumi actus ge-
b minatus, cum facta non præſumantur. b de off. deleg. c. cum in iure. cum ſit potius ſtandum melioribus, ſeu plurib. teſtibus, vt in c. in noſtra, 7. eo. Sol. gloſ. 1. in c. t. cum contingat, 3̄. de offic. deleg. & notabiliter limitat, & reſtringit iſtum tex. quando pro-
c bationes ſunt omnino pares. c Si autē alia pars haberet plures, vel meliores teſtes, tunc procederent contraria. Idem ibi ſentit Innocen. licet nō multum firmet. Sed Bar. ſequitur in l. 2. §. creditum, ff. ſi certum peta. & dom. Card. hic. Sed glo. in dicto cap. in noſtra, ſentit contrarium, vt indiſtincte fiat concordia, ſi fieri poteſt, ſed in defectum recurrendum eſt ad qualitatem teſtium, idem tenet glo. no. 4. q. 3. c. ſi teſtes, & ſequitur dom. Anto. hic. Et hoc plus mihi placet, tum quia litera iſta loquitur indiſtincte, tum quia ratio literæ, ne teſtes periurij reatu notētur, ſemper militat, ſiue teſtes alterius partis ſint plures, ſiue meliores. Non obſt. ſi dicatur. quod actus pluralitas non præſumitur, vt in contrario Fateor enim. quod non præſumitur, vt in contrario Fateor enim, quod non præſumitur ſimpliciter, alio nō apparente, ſed hic oritur præſumptio ex probationibus factis. Et pro hoc text. ibi. Quia vtrunque eſſe potuit, &c. & ad hoc
d ego d allego tex. no. in c. cum Ioannes, de fide inſtrumen. Ibi enim probationes erant inæquales, & nihilominus facta fuiſſet concordia per geminationem actus, niſi per cōfeſſionem partis conſtitiſſet de ipſius vnitate, vt ibi patet expreſſe. Ex his habes modum reducendi teſtes ad concordiam. Sunt & alij modi non ita difficiles, puta intelligendo vnum teſtem proprie, alium improprie, vt quia vnus deponit de poſſeſſione alius de detentione, intellr enim qd ille deponat ſuper poſſeſſione improprie dicta, i. ſuper detentione, vt no. in d. §. hi quoque. & facit optime c. cum dilectus, de conſuetu. Quandoque fit concordia, eximendo partem a toto. Exemplum in l. 1. §. ſed & quod. ff. de his, qui deie. vel effu. Quandoque per repetitionem. Exemplum. Titius depoſuit Sempronium eſſe debitorem Martini in centū, interrogatus quō ſcit, rn̄det, ꝙ tali die promiſit quinquaginta, & tali die centū. intellr enim, ne ſit ſibi contrarius, quod promiſit ſibi centum repetitis illis quinquaginta, & ſic de ſimib. & vide Barr in l. 2. §. creditum, ff. ſi cert. peta. & aliquid in l. La-
4 beo. ff. de ſuppel. leg. † Sed nunc quæro vtrum hæc concordia, maxime per geminationem actus, ſit fienda circa teſtes vnius partis tantum, ſi adinuicem diſcordant? Dic, quod ſic, vt aperte ſentit glo in d. c. in noſtra, & 4. q. 3. c. ſi teſtes, & apertius in d. c. nihilominus. 1. quæſtio. 11. quæ notabiliter dicit, quod illi duo teſtes, qui depoſuerunt contra Suſannam, & diſcrepauerunt in loco, fuiſſent reducti ad concordiam, præſumendo geminationem actus, niſi depoſuiſſent de eadem hora, ita quod non potuiſſet fieri in diuerſis locis. Idem vult aperte Ioann. And. in additio. præalleg. vbi dicit, quòd ſi volens probare matrimonium contractum, induxi duos teſtes, & vnus dixit, quod fuit contractum in vno loco, alius dicit, quod in alio, eſt præſumptio, qđ deponant de diuerſo contractu, ne periurij reatu notentur. Facit quod ſupra dixi, vt intelligatur dictum vnius proprie, & dictum alterius improprie. & notatur in d. § hi quoque. Item ſemper ſubeſt ratio huius literæ. Et idem credo in priuilegijs, & inſtrumentis ab eadem parte productis, licet Ioann. Andr. aliud
e hic dicat per l. ſcripturæ, C. de fide inſtrumen. Sed certe e primum eſt verius, ex quo poſſunt ad concordiam reduci, vt eſt tex. apertus in c. inter dilectos, de fide inſtrumen. & tenet dom. Ant. hic, & ad l. ſcripturæ. & ad c. imputari, inf. de fide inſtrum. dicit, quòd loquuntur in aperta repugnantia. Facit c. nihil obſt.
f infra de verborum ſignif. Idem dic f de dicto vnius teſtis, vt reducatur ad concordiam, ſi fieri, poteſt per rationem huius literę,

ADDITIONES.

a Deponebant. Aduerte, quod Are. in conſi. 71. incip. diligenter, in pen. colu. dicit, quod Docto. hic volunt, quod quando vnus teſtis alteri contradicit, non ſolum vnus eneruat dictum alterius, ſed etiam vterque punitur de falſo, & iſtam opin. dicit eſſe communem, tamen dubitat, ut ibi per eum. In contrarium tamen vide Bal. & Alex. in l. duobus, §. ſi. ff. de iureiur. & Alex. in conſi. 180. in vlt. col. in 2. vol.

b Non præſumantur. Quod non præſumatur pluralitas actuum, uide do. Iaſ. in l. 1. col. 3. C. de bon. poſſ. ſecun. tabul. Seb. Sap.

c Omnino pares. Vtrum a diuerſa parte producti reducantur ad cōcordiam, ſi inter eos eſt diſpar numerus. Adde, quòd opi. glo. in d. c. cum contingat. ſequitur Innoc. ibi & Car. ibi, & Bal. in 1. conſti. C. §. quibus. & Bart. in l. in inſulam. §. fructus, ff. ſolu. matri. & eam reprobat hic ſequēdo do. And. ſed Imo. in l. inter ſtipulantem. §. 1. de verbo. obliga. dicit, quòd in practica ſeruaretur opin. Inno. in d. c. cum contingat. ſed de iure contraria eſt uerior. Et idem dicit ipſemet hic ſubiungens vnum verbum, quod mihi plus placet, quam omne, quod ab alijs dicitur. Dicit. n. quòd etiam, quando eſt diſparitas in teſtibus fiet concordia non ſolum quo ad euitandum periculū falſi, ſed ad probationem faciendam, pro parte tamen, quæ producit pauciores, non fiet talis concordia, & ita intelligatur gl. in d. c. cum contingat. Et ita qui plures produxerit teſtes, obtinebit, & omnes hincinde producti excuſabuntur a periurio, & hanc opi. crede veriſſimam. & adde hic Bal. in l. inſulam, in prin. ff. ſolu. mat. vbi ſequitur dictum Inno. in c. cum contingat. & uide etiam Imo. in d. l. inſulam. & illam opi. Inn. in d. c. cum contingat. ſequitur Pau. de Caſt. in l. 2. § creditum, ff. ſi cer. peta.

d Adde, quando teſtes reducantur ad concordiam Ro. cōſ. 301. Pet. de Anch. conſi. 207. Ro. conſi. 157. vbi quando non ſunt reducendi ad concordiam, nec vt probent, nec vt falſum euitent.
De huiuſmodi concordia teſtium, dicas videnda eſſe, quæ Barto. poſuit, & poſt eum Alex. in l. 2. § creditum, ff ſi cer. pet. in illa q. de teſtib. deponentibus aliquid eſſe factum ante guerram, & aliqui etiam deponunt, quòd fuit factum poſt guerram, & nihilominus teſtes concordantur, ſed non ad finē, ut probent, ſed ad finem, vt euitent falſum, pro quo etiam uide Bal. in l. teſtium. C. de teſtib. in illa q. quando teſtis dicit actui, de quo teſtificatur, fuiſſe præſentem Titium, & Titius examinatus negat ſe fuiſſe præſentem, an teſtes dicantur contrarij, ita ut non poſſint concordari, & concludit, quòd poſſunt & debent concordari, non ad finem, vt probent, ſed vt euitent falſum. probare autem non poſſunt, quia ex eorum dictis primo aſpectu contrarijs, redditur probatio dubia, quæ non releuat probantem. c. in præſentia, de proba. l. neque natales. C. eo. titu. Et hoc tenet expreſſe Bald. in l. in exercendis, in 1. col. C. de fide inſtru. & pro iſta q. adducebat ſubtiliter do. Franc. de Are. tex. ſing. in c. licet cauſam, in verſic. per quod, &c. cum gl. ſup. lit. 1. Ant. Franc.

e Verum diuerſæ ſcripturæ contrariæ reducantur ad concordiam. & quòd ſic, tenet Bar. in l. ſi. §. Lucius, ff. de cond. indeb.

f Et adde hoc tex. in §. qui falſo, vel varie. 4. q. 3.

Digitized by Google

a teræ, [a] vt fiat benigna interpretatio, & vt periurij reatu non no
tetur, & ſentit glo. præalleg. & Bar. in d. l. Labeo. facit glo in d. §.
hi quoque. Aduerte tamen ad vnum notabile, quod licet fiat
concordia inter teſtes vnius partis, & alterius, non tamen fit in
ter dictum teſtium, & confeſſionem producentis, vnde ſi di-
cta teſtium ſunt nimis generalia, neceſſario non concludentia
intentum partis producentis; tamen non fit reductio ad confeſ
b ſionem partis, [b] quia pars non potuit in ſuum fauorem confi-
teri. 13. quæſt. 2. in princ. Ita dicit Innocen. in cap. cum contin-
gat, de offic. dele. & ſequitur Bar. d. l. 2. § creditum. Ad hoc ego
allego tex. no in cap. in præſentia, de proba. Dico tamen, quod
cum confeſſione partis aduerſæ in his, in quibus potuit ſibi præ
iudicare, bene fit, concordia, vt aperte probatur in c. cum Ioan-
5 nes, præalleg. † Sed eſt notabile dubium, nunquid teſtes per ge-
minationem actus reducantur ad cõcordiam, etiam vt probent,
an vt euitent tantum periurium. Glo. hic in ver. item eſt hic ar-
gum. videtur ſentire quod non. collegit enim argum. ex tex. ſcili-
cet quod dubia probatio non prodeſt ei, qui eam induxit. Cer-
te hoc dictum procedit, non reſpectu Archiepiſcopi, ſed reſpe-
ctu canonicorum. Hæc glo. eſt contra tex. cum per ſuam proba
tionem & interpretationem, quæ fit, pronuncientur non excõ
municati, & ſic obtinent intentionem ſuam. Sed forte habuit
reſpectum ad eum, qui ſtat pro actu, cui incumbit neceſſitas
probandi. Nam glo. intelligit iſtum tex. vt patet ex ſequẽtibus,
quod Archiepiſcopus erat actor, vnde ſua probatio tanquam
dubia non ſibi profuit. Sed aduerte quicquid ſenſerit gl. in hoc
ſunt dubitationes, maxime propter dicta legiſtarum in d. capit.
creditum, & dom. Anton. multum hic inſtat, ſed breuiter puto
ſic dicendum, quod per reductionem teſtium ad diuerſitatem
actuum, non remanet integra probatio ſuper quolibet actu, &
tunc fit reductio, non vt probent, ſed vt euitent periurium, vt
c no. Ioan. And. in addit. Spec. [c] præalleg. & Fed. conſi. 162. Exem-
plum, quando teſtes remanent ſingulares, ad hoc cap. licet, de
proba. & c. cum dilectus, de elect. vt ſup. dixi. Aut remanet inte
gra probatio ſuper quolibet actu, & tunc ſi eſt certa, & clara pro-
batio ſuper quolibet actu, fit reductio etiam, vt probent, tex. eſt
d hic, & ſentit Ioan. Andr. in prædicta addit. Si vero probatio [d] eſt
æquiuoca, ſeu neceſſario non concludens intentum producen
tis, & tunc non probat, ad hoc c. in præſentia. ſupra de prob. &
optime probatur in c. inter dilectos, præall. §. cæterum, vbi pri-
uilegium, quod videbatur contrarium, fuit reductum ad con-
cordiam, non tamen in aliquo profuit producenti, ratione præ
dicta, idem dic in teſtibus eadem ratione, & per hoc habes hãc
6 materiam clare expeditam. † Vlterius ex gloſ. iſta colligitur ar-
gum. quod in dubijs pro reo iudicari conſueuit. Et ex hoc ſen-
tit, vt prædixi, Archiepiſcopum hic fuiſſe actorem, quaſi pro-
uocauerit ad iudicium, petendo ſuam ſententiam confirmari,
vel aliquid ſimile. Et hoc placet Goff. Sed Hoſtien. contradicit,
dicens ſe habere notitiam facti, ſcilicet quod canonici procura
uerunt ſuper iniuſta excommunicatione. Sed ego quoad intel-
lectum huius c. nullam vim in hoc facerem: nam, vt patet per
prædicta, in quolibet intellectu procederet diſpoſitio huius c.
nec papa fundat ſe ſuper fauore rei, ſed ne teſtes reatu periurij
notentur, & canonici obtinuerunt hic, non quia eſſent rei, vel
actores, ſed quia patuit excommunicationem latã poſt appel-
lationem. Sed oppo. nunc contra prædicta, & contra tex. & vi-
detur, quod in dubio papa potius debuit interpretari hos excõ-
municatos, quia illa pars erat tutior propter periculum animæ
euitandum. Glo. hic in vltima ſui parte inſtat multum, & con-
cludit hoc fuiſſe factum, ne teſtes reatu periurij notarentur. Ex
communicatis enim poteſt prouideri, impendẽdo eis poſtmo-
dum abſolutionem ad cautelam. Hæc ſolutio glo impugnatur
per Docto. quia eodem modo euaſiſſent periuriũ, ſi pronuncia
tũ fuiſſet bis iniatũ & ſemel appellatũ, & quare ergo præſumpſit
bis appellatũ, ſemel iniatum, quã eõ. glo. An. ſoluit duob. modis,
qđ forte cõſtitit bis appellatum, & ſic papa arbitratus eſt vnam
præceſſiſſe ſententiam, aliam fuiſſe ſecutam. Vel ſecũdo, com-
munius ſolent partes iterare appellationem, quàm iudices ſen-
tentiam, ideo, &c. vt eſt reg. inſpicimus in obſcuris quod eſt ve-
riſimilius, vel quod plerunque fieri conſueuit, de reg. iur. lib. 6.
Vel ſecundum Hoſt. & Tan. fuit hoc in odium irregularitatis,
quia canonici poſtea celebrauerant, & licet forte excommuni
catio ſit fauorabilis, irregularitas tamen odioſa. Vel ſecundum
Innocen. & Abb. hæc benigna interpretatio, vt excommunica-
tio potius non teneat, eſt fienda in foro iudiciali, contrarium
procedit in foro animæ. Ex prædictis habes varios modos inter
pretandi in facto dubio. Primo, vt quamuis factum ſit odio-
ſum & pœnale, recurramus ad id, quod eſt veriſimile, facit c. li
teras, de præſump. Secundo, vt euitetur delictum, facit c. abſit.
11. q. 3. Item no. quod in dubio debemus interpretari, vt quis
non inciderit in irregularitatem, eſt enim pœna iuris poſitiui,
facit c. is qui, de ſenten. excom. lib. 6. plene per Innocen. & Ho-
ſtien. in c. audientiam, de homicid. ſed reſpectu excommuni-
e cationis [e] eſt dubium. Nam ex verbis Hoſt. & Tan. infertur, vt
in dubio potius interpretemur eam tenere. Innocen. videtur
hoc velle in foro animæ, ſed non in iudicio. Ego crederẽ, quod
quatenus agitur de pœna excommunicationis, vt puta, an va-
leat collatio beneficij medio tempore facta, vel an ſit dignus
pœna, quia non eam ſeruauerit, vel quid ſimile, ſit vera opin.
Innocen. quia in pœnis mitior interpretatio, & c. regu. in pœnis,
& regu. odia, de regu. iur. lib. 6. facit cap. dilectis, in fi. de appell.
Sed quatenus agitur ſolum de ipſius vinculo, an tenuerit vel
non, dico quod interpretamur eam tenere, quia hoc caſu nullum
periculum eſt in hac parte, cum poſſit petere abſolutionem ſi-
ne difficultate, & in alio poſſet periculum imminere, quia for-
te in hac interpretatione tutus, nunquam peteret abſolutionẽ,
ergo accipienda eſt hæc pars tutior, vt videtur de hoc, caſus in
c. illud, de cler. excomm. mi. facit cle. exiui, de verb. ſignif. & c. il
lud, de præſum. 11. q. 3. c. ſententia paſtoris, & c. vnicũ, de ſcru.
& hoc ſentit glo. dum dixit, quod eſt medicinalis. Secus ergo
vbi eſſet pœnalis, vt præcedenti membro, vel vbi aliter immi-
neret delictum, ſeu pœna, vt hic ſecundum intellectum gloſ.
dom. Anton. ponit aliam ſolutionem ad principale contrariũ.
dicit enim quod ex quo canonici probauerunt excommunica
tionem latam poſt appellationem, fundata fuit eorum intẽtio,
& licet per reprobationem Archiepiſcopi, qui erat reus, pro-
batio vtriuſque partis redderetur dubia, nihilominus pronun-
ciatum fuit pro actore, cum probatio ſua non ſit eliſa, iuxta no.
per glo. in clemen. fi. de reſcr. & Bart. in l. non ſolum, ff. de noui
oper. nunc. vide circa hoc, quod plene dixi in cap. in præſentia,
de probatio.

ADDITIONES.

a Huius literæ. Idem ſentit Bar. in l. 1. in prin. col. 1. ff. de ope. no. nuncia. vbi re-
ducit ad concordiam dictum vnius teſtis, qui primo dixerat in palatio epi
ſcopi, poſtea dixit in hoc palatio. vide ibi Alexan. & Mod. Seb. Sap.

b Ad confeſſionem partis. Vide Abb. in c. cum Ioannes. infra de fi. inſtrum. late
Fel. in c. cum contingat. I. de offic. deleg. Alexan. in l. inter ſtipulantem, ff. de
uerb. oblig.

c Ibi Spec. dat vnam cautelam, vt volens quod teſtes non poſſint reduci ad cõ-
cordiam, faciat, quod iudex interroget partem, vtrum actus, de quo quæri-
tur, fuerit tantum ſemel geſtus, & ſi confiteatur de unitate actus, non pote
rit poſtea concordia fieri per iterationem actus, per tex. in c. cum Ioã. de fi-
de inſtrumen.

d Si uero probatio. Alia doctrina per Bal. in l. de quibus. colum. pen. ff. de legi.
& in l. 2. C. de bono. poſſeſſ. ſecundum tabu. & per Abb. in cap. cum Io. infra
de fide inſtrumen. uidelicet, quod quando dicta teſtium poſſunt reduci ad
concordiam congrua interpretatione uerborum, non ſolum euitant periu-
rium, ſed etiam probant. Si uero reducitur incongrua interpretatione, ſo-
lum euitant periurium. Alia doctrina colligitur ex no. per Bald. in rubr. C. ſi
ex fal. inſtrum. videlicet, quod ſi uerba teſtium reducuntur ad concordiam
capiendo uerba improprie, non ſolum excuſant a periurio, ſed etiam pro-
bant, ſi uero impropriiſſime, ſolum euitant periuria. Et quæ ſit impropriiſſi
ma interpretatio, declarat Ang. in l. item uidendum, ff. de pet. hære. uideli-
cet illa, quæ tamen inepta, non ſeruaretur, allegata ratione recti ſermonis.
Seb. Sap.

e Excommunicationis. In foro conſcientiæ, in caſu dubio, facienda eſt inter-
pretatio, ut quis ſit excommunicatus; ſed ſecus eſt in foro contentioſo. ad
hoc optime facit quod not. dom. Abb. poſt Innocen. in cap. ad audientiam,
de homic. & de hoc uide glo. fin. in capi. conſulti, de reg. & unde quod no.
domi. Abb. in cap. nauiganti. in 2. colum. de uſu. & pro hoc uide Archid. 2.
quæſt. 4. in ſumma. cuius dictum retuli poſt dom. Abb. in c. latores, de cler.
excom. mini.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis qui in eadem cauſa iterum producitur, iterum debet iurare, niſi ſuper tota cauſa iuraſſet a principio.*
2 *Teſtis non præſumitur ſuſpectus, aut inimicus ex iterata depoſitione.*
3 *Teſtes poſt publicationem, & in cauſa principali, & appellationis ſuper eiſdem articulis, vel contrarijs non poſſunt recipi.*
4 *Caſus, in quibus recipiuntur teſtes poſt publicationem ſuper eiſdem articulis.*
5 *An ſola publicatio ſufficiat ad impediendam productionem teſtium.*
6 *Actus factus, qui fieri ſolet poſt litis conteſtationem, excludit dilatorias exceptiones.*
7 *Ratio quare timeatur magis de ſubornatione poſt publicationem, quam prius.*
8 *Articuli noui, dependentes, antiqui, contrarij, directe & indirecte, & quid ſit articulus.*
9 *Excipiens de excommunicatione, ſi ſuccubuit, poteſt poſtea probare de publica excommunicatione.*
10 *Qualitates, quæ de neceſſitate facti non includuntur in articulis, licet poſſent includi, non uidentur deducta.*
11 *Teſtes ſuper articulis contrarijs poſſunt recipi, vbi eſt timor ſubornationis.*
12 *Teſtes examinati ſuper tota cauſa, non poſſunt amplius examinari, quia examinarentur ſuper antiquis capitulis.*
13 *Teſtis debet iurare, quod in ſecreto tenebit dictum ſuum, & qualiter debet iurare, & an præſumatur iuraſſe tactis ſcripturis.*

C A P. XVII.

a FRaternitatis.[a] In cauſa appellationis ſuper
nouis capitulis tãtum, teſtes
noui & veteres producuntur, iuramento ſecundũ
morem prius recepto. In prima parte ponitur con-
ſultatio. in ſecunda reſponſio, ibi: Diximus, &c. conſultatio eſt
bimembris. Secundum membrum ibi, Et an Caſus literal. Sen
tentia lata eſt in cauſa, in qua renunciatum fuit teſtibus vtrin-
que, & concluſum in cauſa, appellatum fuit ab illa ſententia,
quæritur vtrũ in cauſa appellationis noui teſtes recipi poſſint
ſuper quæſtione iudicata. & vtrum teſtibus in prima cauſa re-
ceptis, liceat aliquid de nouo proponere ſuper ipſa quæſtione?
Reſpondet papa, quod ſi in cauſa appellationis noua capitula
oriuntur, ſuper quibus partes voluerint teſtes de nouo produ-
cere, vel p iam receptos aliquid probare, bene ſunt recipiẽdi ſo
lummodo ſuper nouis capitulis, delato eis primo iuramento,
ſm formã recipiendorum teſtium. B. Not. 1. quod vbi duplici
quæſtioni poteſt ſatisfieri per vnicam reſponſionem, non eſt ſe
paratim reſpondendum, ſimile in cap. prudentiam, de offi. de-
leg. No ſecundo, quod renũciatio productionis teſtium facta
in prima inſtantia, non ſe extendit ad cauſam appellationis,
quando ſuper nouis capitulis poſſunt teſtes produci. Idem ta-
men videtur reſpectu eiuſdem inſtantiæ, vt in ca. cum veniſſet.
§. j. infra eod. & dic plenius vt ibi no. No. quod ſecundum latã
ſignificationem omnia, quæ in iudicio proponuntur, dicuntur
emergere in cauſa; & ſic comprehendit hic tam incidens, quã
emergens, non autem hæc differunt, ſicut in cap. primo, de or.
cog. No. eundem teſtem poſſe etiam in eadem cauſa cõtra me
pluries produci, nec ꝓpter hoc præſumitur inimicus, maxime
cum venit neceſſitatus ex iudicis officio, ſeu præcepto de hoc
1 infra cum glo. † No. quod ſi idem teſtis iterum[b] in eadem cau-
b ſa contra me producitur, debet iterum iurare.[c] Quod intellige
c quando producitur ſuper articulis nouis, ad quæ ſe non exten-
debat iuramentum, vnde ſi prius iuraſſet ſuper cauſa tota dice-
re veritatem, & tãtum fuit interrogatus de aliquibus, ſi iterum
producitur, vt ſuper alijs ſpectantibus ad cauſam interrogetur,
non videtur quod debeat de nouo iurare, argumen. in capitu.
cum dilecti, infra de accuſ. & infra eod. capi. de teſti. Iuramen-
tum enim debet eſſe neceſſarium, vt in cap. & ſi Chriſtus. infra
de iureiuran. No. quod in cauſa appellationis poſſum non op-
poſitum opponere, & non probatum probare, dummodo fa-
ciat ad cauſam. infra de fide inſtrumen. capitu. cum Ioann. & l.
per hanc. C. de tempor. appel. Not. ibi. Super nouis duntaxat,
&c. quod ſuper antiquis capitulis, in quibus fuit facta produ-
ctio & publicatio teſtium, non poſſunt teſtes, nec antiqui, nec
noui produci, neque in cauſa appellationis. Timetur enim ne
videns ſe ſuccumbere, fuerit inductus ad teſtes ſubornandos,
vt in clemen. 2. eod. titu. vbi tex. no. & magis clarius, quam iſte.
Hoc videtur fallere, cum ſit articulus ſuper notorio, licet conti-
neat antiquum capitulum, vt notabiliter probari videtur, in ca
pitu. dudum, il 1. de elect. Ceſſat enim tunc præſumptio ſubor-
nationis, arg. in capi. cum dilectis, de purg. can. Not. ibi. Prius,
&c. quod teſtis debet prius iurare, quam deponat. Quid autem
ſi iuret poſtmodum, dic, vt dicam in c. de teſti. infra eod. Ante-
quam attingam intrinſecam materiam huius cap. cum gl quæ
ro pro intellectu literæ, cum hic fuerint formatæ duæ quæſtio-
nẽs, in quo differat prima a ſecunda, & quare papa diſiunctim
non reſpondit ad vtranque quæſtionem. Sol. multis modis va-
riatur, in hoc, intellectus c. ſed tene hunc intellectum, qui com
muniter approbatur, & eſt verus in ſe, & ſatis literæ conſenta-
neus. Primo quærebatur, an teſtes noui, qui alias producti non
fuerunt in cauſa prima, poſſint produci in cauſa appellationis,
nec diſtinguebat quærens, an capitula eſſent noua, vel antiqua.
videbatur enim quod cum inſtantia appellationis eſſet alia ab
inſtantia iudicij, quod indifferenter teſtes noui poſſent produ-
ci. Secunda quæſtio fuit ſuper teſtibus iam productis in priori
inſtantia, nunquid poſſent reproduci in cauſa appellationis, vt
aliquid noui adderent, & videbatur quod ſic, quia in cauſa ap-
pellationis habet locum illud vulgatum, Non oppoſitum, op-
ponam, & non probatum probabo, &c. vt in iuribus præallega.
nec diſtinguitur inter nouos teſtes, & antiquos. Et quia vtra-
que quæſtio vnica ſolutione ſoluebatur, ideo papa non diſiun-
ctim reſpondit, ſed vnicam regulã poſuit, ex qua vtraque quæ-
ſtio remanet ſoluta, videlicet quod ſi in cauſa appellationis ali-
qua capitula fiant de nouo, dependentia tamen ex antiquis, vt
infra differetur; produci poſſunt ſuper eis duntaxat teſtes noui
& antiqui, & per iſtam dictionem reſtrictiuam, Duntaxat, in-
nuit quod ſuper antiquis non poſſunt produci, nec antiqui, nec
noui. Quod clarius hodie probatur in d. clemen. 2. & ſic clare
patet reſpõſio ad bimembrem conſultationem factam. & iſte
intellectus ſufficiat. Venio nunc ad gloſ. per ordinem recitan-
das, annectendo eis materiam intrinſecam c. Et primo oppo-
no, & videtur, quod non ſolum ſit conſideranda renunciatio
productionis teſtium, ſed etiam publicatio atteſtationum. Illa
enim per ſe ſufficere videtur abſque renunciatione ad excludẽ
dam facultatem iterum producendi teſtes, vt in c. proxi. & ſeq.
cum multis ſimil. Glo. 1. ſoluit ſupplendo ad text. maxime. q. d.
quod etiam ſi nunquam interceſſiſſet renunciatio, ſola publi-
catio atteſtationum ſuffeciſſet. Vel dic melius, euitando hanc
impropriationem, quam fecit gloſ. ad tex. ſupplendo Maxime.
nam bene ſciuiſſet quęrens hoc dicere, ſi voluiſſet. Videbatur
enim quærenti, quod publicatio atteſtationum non haberet
impedire in cauſa appellationis, cum ſit alia inſtantia. Nec ob-
ſtant iura alleg. in glo. quia loquuntur in inſtantia principali. &
pro hoc faciunt opin. de quibus in glo. 2. Sed de renunciatione
magis dubitatur. Sed tu aduerte ad reſponſionem papæ, in qua
non fundat ſe ſuper renunciatione, ſed generaliter loquitur. Et
quid iuris ſit in hac publicatione, quoad vtranque inſtantiam,
2 dicam plene in glo. 3. † Glo. 2. opp. contra tex. in eo, quod per-
mittat eundem teſtem poſſe repeti in eadem cauſa contra eun
dem. vnde obſtat 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. item in criminali. videtur
enim ſuſpectus & inimicus, ex iterata depoſitione contra eum.
Solu. gloſ. quod contrarium procedit in criminali. Sed certe
hæc ſolutio non eſt bona, quia ex quo teſtis ſe ſponte non obtu
lit, non poteſt præſumi in eo inimicitiæ cauſa. argum. in l. quæ
omnia. ff. de procu. & in c. cum non debeat, de elect. lib. 6. Nam
& iu-

ADDITIONES.

a Ad materiam huius Decr. fraternitatis. Adde Ang. in l. per hanc, in vlt. col. C. de temp app. vbi refert Innocen. tenerẽ hoc c. quod ſi teſtes producti iurauerunt plene dicere veritatem, nec in cauſa principali, nec in cauſa appellationis poſſunt examinari teſtes ſuper nouis capitulis, ſed illud dictum Innocen. intelligit ibi verum Ang. quando vellet probare per eoſdem teſtes, ſecus ſi per alias probationes, & idem dicit ibi in vlt. colum. ſi ad probandum eſſet aſſignatus terminus peremptorius, quia tunc publicatis atteſtationibus, non poſſunt produci teſtes ſuper nouis articulis, non vigore publicationis, ſed termini peremptorij. Item adde hic do. Anto. in c. atteſtationes 10 4. col. de deſpon. impub. vbi dicit, quod publicatis atteſtationibus, vbi non variatur in ſubſtantia, & ſeruaretur modus facti, ad idem concludendum poſſunt ſuper eiſdem articulis teſtes produci, & ita intelligit illum tex. & dicit, quod ſcholares non audiuerunt tale verbum in tit. de teſt. vbi tantum clamatur de illa publicatione. Item, an publicatis atteſtationibus admittatur tertius comparens pro ſuo intereſſe, volens producere teſtes ſuper eiſdem capitulis, vide late Dom. Anton. poſt Innocen. in cap. ſuper in 23. colum. & ibi notatu. infra eod. titu. Item adde hic tres pulcherrimas limitationes ad iſtam materiam, quas tradidit Dom. Anto. in c. at ſi clerici, in princi. 8. colum de iu. Item adde hic Imo. in clem. ſæpe in 27. colum. de ver. ſig. vbi dicit, quod etiam in cauſis ſummarijs non poſſunt recipi teſtes poſt iudicita teſtificata. Et idem dicit Bar. in extrauag. ad reprime. ver. figura, in vlt col.

b Vtrum teſtis iterato productus, debeat iterato iurare, vide per Do. Ant. in c. præterea. auſ. ti. j. & quod ibi late ſcripſi. Et adde, quod teſtis qui iurauit plenam, & meram dicere veritatem, ſecũdum formam c. cum dilecti, de accuſ. ſi deponat per famam, eius dictum non probat, ſecundum glo. magnam in l. bonę fidei, in ver. ſed ſi interſum, C. de rebus cred. quoad hoc alleg. Bal. in ſua marga. ad Innoc. in ver. teſti. in 58. q. Item adde hic circa materiam huius c. & ad id, quod dicit do. Anto. in 4. quæſt vnum caſum, in quo teſtimonium valet pro vna parte tantum, quem ponit gloſ ſing. in c. quoniam frequenter, in princ. in ver. valent, vt li. non conteſt. Et alium. de iuris fictione ponit glo. in ver. compellas, in c. cum cauſam. inf. eod. Et adde, ſi teſtis primo depoſuit pro vna parte, poſtea interrogatus pro alia dicit, Nolo reſpondere, ei nulla adhibetur fides, quia præſumitur dolo ſupprimere veritatem & præſumitur doloſus & criminoſus, ideo ei non adhibebitur fides. Ita eleganter dicit Bal. in l. ij apud quem, C. de eden. in 1. colum. quod perpetuo tene menti. Item adde inquantum iſta glo. hic loquitur quod debet iurare, quod nec prece, nec pretio, &c. quod licet non valeat dictum teſtis corrupti, tamen ſi ille, contra quem fuit corruptus, petat eum examinari, valebit eius dictum. Ita no inquit Bal. in c. j. in fi. primæ colum. in ti. ſi de inueſt. inter dom. & vaſ. lis ori. ſed in contrarium videtur eſſe elegans doctrina, quã tradit Bal. ſuper hoc in l. ſi quis teſtibus, C. eod. Item circa hoc de teſte, qui corruptus pecunia dixit meram veritatem, vide quæ ple. no. in capitu. cum cauſam. 1. in penul. col. infra eod. Item alium caſum, in quo dictum teſtis valet pro vna parte tantum. vide in capitu. ſi hær. 2. q. 7. ſed glo. ibi videtur deſtruere illum tex.

De corrumpente teſtes, & de teſte corrupto dicas, ꝙ corrumpens teſtes perdit cauſam, quia dicitur ſubtrahere probationes parti, ſecundum Cy. in l. ꝓuidendum, C. de apoſt. & Ang. in l. ſatis aperte, C. de fal. & tenet do. Ant. in c. cum cauſam, hic alleg. de quo per Bar. in l. ſi falſa, in fi. C. ſi ex fal. inſtrum. & in l. in fraudem, §. quoties, ff. de iu. fi. Adde, quod talis corruptus punitur pari pœna cum ipſo teſte deponente falſum. vt per Spec. in ti. de teſte in §. j. in ver. quid ſi is qui tulit teſtimonium. & adde, quod ille dicitur corruptus quomodocunque commodum aliquod burſale conſequatur. l. j. §. j. & in §. pecuniam, & ibi per Bar. ff. de cal. & tene menti, quod attentans corrumpere, punitur ſicut corruptor l. Imperator Seuerus, ff. de iu. fiſ. & no. Bal. in l. j. in § 4. in prin. ff. de cal. & adde, quod corruptio facit, vt non ſit confidendũ de eo, qui conſueuit corrumpi, vel corrumpere, vt per Spec. in titu. de pro. la. ſen verſi. item no. Ant. Franc.

Adde dictis Abb. videndum Franc. Are. conſi. 110. & 140. & inquantum in fin. additionis præſcriptæ ponitur de teſte corrupto, vide Rom. ſing. ſuis, folio 9.

c Iterum iurare. Hoc intellige non procedere, quando produceretur ad declarandum primum dictum, vt no. Bar. in l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de teſt. Bal. & Sal. in l. ſi. de teſt. Alexan. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulaturus, in fi. ff. de dam. infec. imo tunc non requiritur, ꝙ pars citetur ſecundum Rom. in conſi. 421. inci. in caſu præmiſſo. cir. fi. & Aud. Sicu. in conſi. 7. inci. viſis dubijs. in 1. column. 3. volum.

Digitized by Google

& index plories iudicando non præſumitur inimicus, ita vt re-
pelli poſſit tanquam ſuſpectus, niſi aliter probetur grauamen.
iuxta no.in c.ad hæc,& c.propoſuit, ĩ. de app.fortius nec teſtis.
qui tantum deponit ſuper facto. facit c. inter dilectos. & quod
ibi no.de fide inſtrum. vnde intellige contrarium in eo,qui ma
lum teſtimonium dixit, vt no.gl.in d.§. item in criminali. & vi-
de de hoc in Spe.eod.tit.§.1.ver.item ꝙ in alia. Vel intellige illũ
tex.quando vult deponere ſuper eodem articulo, ſuper quo de-
poſuit:non enim poteſt,niſi incontinenti faciat, iuxta no. in c.
præterea, ĩ.tit.prox.vt ſentiunt Hoſt.hic,& Io.And.vide tamen
bo.tex.ad corroborationem prædictorum, ĩ. tit. prox.in c præ-
3 terea.†Opp.vlterius,capiendo gl.3.nam videtur, ꝙ ſuper nouis
capitulis nõ poſſint teſtes produci in cauſa appellationis, quia
iudex ad quem,non habet ſe impedire de nouis quæſtionibus,
cum officium ſuum ſit pronunciare prouocationem dũtaxat
eſſe iuſtam vel iniuſtam.2.q.6.in fi.Gl.vt arbitror, metu contra
rij intelligit tex.de nouis capitulis non omnino, ſed de depen-
dentibus ex antiquis,& q̃ ea his oriuntur.Exemplum,in c.cum
Ioannes,de fide inſtr.Dicit tamen gl.hoc non eſſe ſpeciale in cã
appellationis. Nam idem eſt in inſtantia principalis cauſæ, vt
non obſtante publicatione, poſſint teſtes produci ſuper capitu
lis nouis.ĩ.eo.c.cauſam,& c.cum veniſſet. Sed immediate glo.
op.contra hoc,& contra tex.videtur enim ꝙ ſuper antiquis ca-
pitulis etiam poſſint teſtes produci in cauſa appellationis, qa
in ea licitum eſt probari non probatum, vt l.eos, §.1. & 2. C.de
app.& d.l.per hanc Reſpondet gl. ꝙ quidam doct.legum ſtant
pro contrario,& ſic obſeruatur in iudicio ſeculari, per Anthẽ.
de teſti.§.quia vero.quæ vult,ꝙ poſtquam partes didicerint te-
ſtificata,nequeant teſtes ſuper eiſdem articulis producere. Re-
ſpondetur, ꝙ loquitur in cauſa principali ante diffinitiuam ſeo
a tentiam;& leges contrarias intelligunt in cauſa appellationis.a
Sed hoc non placet glo.noſtræ, quia anth.illa loquitur indiſtin
cte,& eadem ratio,ſ.timor ſubornationis, q̃ eſt in cauſa princi-
pali, militat in cauſa appellationis,pro hoc tex.ille. Et aduerte
extra gl.licet Ioan.And.& do.An.qui commentauerunt hoc c.
varias opiniones antiquorum referant circa hoc, ego tamẽ nõ
curaui referre,quia eſſet inuoluere & occupare intellectus, ma
xime iuuenum,nam hodie maxime habemus tex.apertiſſimũ
corrigentem illas opiniones antiquorum,in cle.2.eo.tit. vbi vi
de tex.& glo.ibi enim clare diſponitur,ꝙ teſtibus publicatis, ſi-
cut non licet in cauſa principali ſuper eiſdem capitulis,vel dire
cte contrarijs,eoſdem,vel alios teſtes inducere, ita in cauſa ap-
pell.reddens rationem, quia non minus in cauſa appell.quam
in principali ſubornatio ſit timenda. Et ita rejectis alijs opinio-
nib.concludit Bar.in l.per hanc.C.de tempo.app.dicens illum
4 tex.procedere in articulis nouis,prout hic dicitur.† Sed pro de
claratione tex. & gl.quæro nunquid indiſtincte atteſtationũ pu
blicatio impediat teſtium productionem ſuper eiſdem capitu-
lis,vel directe contrarijs, tam in cauſa principali, quam in cau-
ſa appellationis, cum in hoc iſtæ inſtantiæ a pari iudicentur, vt
d.cle. a. Sol.Io.And.hic in 9.qõ.& dicit ꝙ non, & ponit multos
caſus ab hac regula ꝓhibitiua exceptos. Et primo in cauſa ma-
trimoniali,de quo tamen no.in c.ſeries.ĩ.eod.dic,vt plene dixi
in c.iurauit,de proba.Secundo,ſecundũ quoſdam, vbicunque
non obſtat exceptio rei iud.l.cum quæritur,ff. de excep. rei iud.
de fi.inſtrum.c.inter dilectos.Tertio ſecundum Legiſtas in cau
ſa appellationis,ſed de hoc dic melius, vt ſup.dixi. Quarto, vbi
perit inſtantia, qua quis abſoluitur propter petitionem ineptã,
vel ſecundum leges,per lapſum triennij.ſ.de ind.c.examinata.
C.de iud.l.properandum.§.1.& §.cum autem.Quinto,quando
ſunt perdita teſtium dicta,ſ.ti.prox.c.fi.Et de iſto caſu, vide ple
ne in Spec.eo.tit.c.ſatis vtiliter. ad fi. Sexto cum inter alias per-
ſonas agit.ĩ.eo.c.ꝯſtitutus.Septimo,cum variatur modus agen
di.ĩ.eo.c.veniens. Octauo, cum reſtituitur minor,vel eccleſia,
vt poſt publicationem ſuper eiſdem probare poſſit. Et de hoc
plene per Doc.in c.auditis.ſ.de in integ.reſt.Et idem interdum
in reſtitutione maioris ex clauſula generali, Si qua iuſta cau-
ſa,&c.vt no in c.proxi.inf.facit c.ex literis,de in integrum reſt.
Nono,in inquiſitione,quæ procedit ex officio.inf. eod.c. cum
clamor,vbi de hoc.Quid ſi alius inquiſitionem promouit, dic,
vt ibi no.Decimo,cum quis vult probare directe falſitatem te-
ſtium cum corruptione, de quo dictum fuit in c. licet, de pro-
ba.& vide gl.in cle.2.eo.ti.Vndecimo ſi inſcia, vel inuita parte
& indiſcrete facta fuit publicatio. Idem, ſecundum quoſdam,
ſi facta fuit diſcrete probatio, ſeu publicatio,ſed pars adhuc te-
ſtificata non didicit,de quo no.inf.eo.c.conſtitutus, in antepẽ.
gl.Duodecimo in caſu c.præſentata,inf.eod. Terriodecimo in
caſu cap.cum cauſam,in fi.inf. eod.in vlt. glo. Decimoquarto,
b cum aliqui teſtes b fuerunt interrogati non plene,prout habe-
tur in c.per tuas,inf.eo.Decimoquinto,ſecundum Ioan. And.
in c.de teſtibus.inf.eod.in cauſa criminali, in qua, ſecundum
eum,idem teſtis interrogari poterit ſuper eodem articu. ff. de
cuſto.reo.l.diuus.& de quæſtioni.l.1.§.vlt.& l.repeti. Decimo-
ſexto,ſi de partium voluntate proceſſerit, ſecundum Io. And.
cum fauore partium hæc probatio ſit inducta. & ex ipſarum
facto hæc prohibitio proceſſerit, quare publicationi ceſſerunt.
& ſic videtur ꝙ huic fauori renunciare potuerunt, argum.c.ad
apoſtolicam, de reg. maxime cum hoc nõ habeat infallibilem
prohibitionem, vt patet ex prædictis.Et tenet Hoſt.inf.eod.ca.
præſentia,pro & contra,faciunt not. in c.cui, ĩ. eo. Decimoſe-
ptimo etiam ſm Ioan. And.fallit, cum teſtes fuerunt prius re-
cepti ad æternam rei memoriam, vt in caſu c.ſignificauit. & c.
Albericus, inf. eo.nam tunc recipiuntur ad alium finem,& vi-
de Spec.in d.§.ſatis vtiliter.verſ.17.Decimooctauo,quando te
ſtes non fuerunt producti,licet articuli eſſent dati.inf.eo. c.cau
c ſam,& authen.eo.§.illud, vbi ponderatur teſtium productio.c
† Sed

ADDITIONES.

a An in cauſa appellationis liceat producere teſtes publicatis atteſtationib. in
prima inſtantia,de hoc vide late per Bal.poſt gl.in l.eos, §.ſi quid autem.C.
de app.vide de hoc per Spe.in d.§.ſatis vtiliter,in 3.col.ver.4.dr nouus,&c.
Et an renunciatio in cã principali præiudicet in cã appellationis, uide per
D.Ant.poſt Inno.& quod ibi notaui in c.cum veniſſet,inf.eo & de articu-
lo hic poſito,in uer.uenio ad ſm articulum principalem.& uide Ang.in cõ
ſi. ſuo 155.ubi dicit, ꝙ de iure ciuili poſſunt produci teſtes ſuper eiſdem ca
pitulis in cã appellationis, ſecus vero eſt de iure cannnico. & dicit, quod
qualibet opinio ſeruatur in foro ſuo,uide Bal.in c.1.§.ſi enim domino. cir.
ſi.in tit.quid ſit inueſtitura.in uſi.feu.ubi dicit, quod regula iſta hẽt locum,
qñ teſtes in principali ſubtraxerunt ſe a teſtimonio prece, pretio, timore,
uel odio,uel ubi in principali fuerunt male examinati.Item adde quod no.
D.Ant.poſt gl.in c.ad audientiam,il 2.de reſcr.ubi dat nn. limitationem ad
l. per hanc, C.de tempo.appel.Item adde hic Ang.in d.l.per hanc,in 8.col.
ubi dicit,quod licet in cã appellationis poſſint produci teſtes ſuper nouis
articulis dependentib. ex antiquis, tñ hoc non põt fieri pendente appella-
tione ab interlocutoria, quia illa non iuſtificatur ex alijs cauſis,ut in clem.
appellanti,de app. uel ẽt a diffinitiua,& ſit cã electionis Epi, in ele.quam-
uis,de elec.in 6.& dicit,quod ſi iudex in prima inſtantia interrogaſſet de ti
tulo,in cã appellationis non poſſet fieri nouus articulus de titulo. & alle-
gat Inn.in hoc c.fraternitatis,& ſimiliter dicit, quod non poterit fieri no-
uus articulus,ſi teſtes producti iurarunt plenam dicere veritatem. Et adde
hic Bal.in c.1.in prin.ſi de inueſt.inter do.& vaſ.lis nti. Item adde hic Arch.
in c.Oſius.6.q.4.vbi dicit,quod in cã appellationis non licet producere te-
ſtes,vel ꝓbationem ſuper capitulo omnino nouo, nec ſuper ueteri. Et reſpõ
det ad c.cum olim,de priuil.il 1.quod ibi oĩno in cã appellationis admiſſus
fuit per uiam reſt.in int.quia ibi capitulum erat omnino nouum. Et de hoc
articulo hic poſito, vide ſolemniter,& melius quam alibi, per Bart.in addit.
Spec.in tit.de app.vltra medium,in uer.anci.caſus talis eſt,&c.
Adde, an in cauſa appellationis liceat producere teſtes publicatis atteſta-
tionibus. Alex.conſi.60.2.lib.
b Aliqui teſtes.Quod publicatio teſtium nõ impediat teſtium productionem,
quando non fuerunt plene interrogati,& rite examinati, tenet do. And.
Sicu.in ca.ſi quando.char.3.ſup.de reſcrip.& in conſi. 3. incipien.illud re-
feram.colu.penult.in 3.volum. Specul. in titu. de teſte. §. iam de interro-
gatorijs. verſ.item caute. late Marian. Soci.hic in ſua repe.col.10.Seb.Sap.
c Adde hic, quod publicatis atteſtationibus, poſtquam pars didicit teſtificata,
admittitur probatio per aſpectum rei, ita dicit not.Bal. in l.ſi quis teſtib. in
ſi.C.eo.Et dicit,quod cũ occurriſſet quæſtio,fuit exhumatum corpus, vt vi
deretur an haberet vulnus.& idem dicit Pet.de Anchar.in c.cauſam.ſup.e.
& facit quod no.do.Ant.in c.cauſam,in ſi.ſup.de proba. vbi dicit,quod pu
blicatis atteſtationibus admittitur probatio per aſpectum cõſinium, vel in
ſtrumentorum.Item ſcias, quod publicatis atteſtationibus poſſunt produ-
ci teſtes, qui inducuntur ad ſolam præſumptionem,prout eſſet in cauſa cri
minali.ita dicit no. Inno.in c.cum dilecti.de accuſ.& ſequitur Ang. in l.ſi.
C.de teſti. quia teſtis examinatus poſt publicatas atteſtationes facit indi-
cium, ſm Bar.in l.2.cir.ſi.ff.de appel.reci. Item adde, ꝙ publicatis atteſta-
tionibus,poſſunt produci teſtes ſuper articulo partim antiquo, & partim
nouo.h.d.no.do.Ant.in c.licet cauſam,in 14.col. ſup. tit.1. quod eſt contra
illum tex.in ver.nobis duntaxat. Item vbicũque aliquid habet probari per
probationem non ordinariam, vt per matronas deponentes ſuper virgini-
tate,vel prout eſſent Medici,qui deponerent ſuper vulnere, tunc publica-
tis atteſtationibus admittuntur teſtes.Illud dicit no.do.Ab.poſt gl.in c.cau
ſam,cir.ſi.de proba. & illam credo eſſe rationem, quia cur.c cum probatio-
nib.non obſtaret ſententia,ut no.do An.in c. propoſuiſti,ſup. de proba.&
in c.ſi.cir.ſi.de iureiur.multominus obſtare debet publicatio. Item quando
agitur de probatione monachatus, publicatis atteſtationibus poſſunt pro-
duci teſtes.h.d.no.in ver.patrem.in c.præſens clericus.20.q.3.Item publica
tis atteſtationibus poſſunt produci teſtes ſuper habilitate impetrantis.maxi
me ad informationem iudicis.Hoc dicunt dom.de Ro.deci.6. ſecundum or
dinem meum nouiſſimum,de quo vide in terminis, ſecundum do. Anto.in
c.auditis,in 4.col. de proba. Et iam publicatis atteſtationibus poſſunt pro-
duci teſtes miſtim cum inſtrumento.Caſus eſt ſing. ſecundum lect. do.Ant.
in c.ſeries.inf.eod.& ſequitur Ro.in rub. ff.de arb.& notaui etiam in c.ſe-
ries.Item publicatis atteſtationibus poſſunt produci teſtes in cauſa crimi-
nali.h.d.Bar.in d.l.dum fratres.ff.de pœnis.& in l.ſi non defendantur,c.ti.&
in l.1.§. ſi quis ultro.ff de qõ.& in l.2.§.ſi publico. vltra mediũ, vel ſicariũ.
ff.de adulte.Sed in veritate Bar.in dictis locis non dicit, qđ poſſint ꝓduci,
ſed qđ põt recipi.& ſic vł dicere, qđ iudex ex offõ poſſit recipere, de quo
nullus dubitat,per c.cũ clamor.inf.e.Ad quod uide in terris Bar.in l.4.§.hoc
ãt iudiciũ,in pe.col.ff.de dam.infe.Sed ipſemet Bar.in auth. at qui ſemel,in
3.col.ver.hoc eſt verũ.C.de prob.hoc apertius dicit dicẽdo,qđ renũciatio,
uel cõcluſio nõ obſtat ꝓductioni in cã criminali,per tex.in l.transigentiũ.§.
ſi paciſcar.ff.de pac.Sed ipſemet Bar. in ea.auth.in ult col.uer. quæro nũqd
in cã criminali reſtringit quod ſuperius dixerat,dicens, qđ didicita teſtifi
cata in cã criminali nõ obſtat ꝓductioni partis,ſed non receptioni, quã fecit
ipſe iudex ex offõ, & uide Spec.in ti.de teſte.§.ſatis vtiliter. ver. hoc ẽt no.
vbi enumerat 35.caſus,in q̃b.publicatis atteſtationib.poſſunt ꝓduci teſtes.
Itẽ publicatis atteſtationib. põt ꝓduci tabellio,ut una uoce deponat ad cor

rob orationem ſui inſtrumẽti Ita dicit Bar.in l.ampl orem, cir.li.prin. C.de app vbi idem dicit de teſtibus productis ad corroborationem inſtrumẽti. Item publicatis atteſtationibus poſſunt produci teſtes, ſi cõſuetudo hoc dictet. Ita dicit no.do.Ant.in c.ferses,in fi. 1.col.inf.eo.dicens hoc tenere Spe. in tit.de excep § dicto.ver.ſed nunquid publicatis.Sed glo mag.10 fi.c. per tuas.inf.eo.dicit,ꝙ illa conſuetudo eſt contra ius, vt etiam notauit in d.c.feries.Item publicatis atteſtationib poſſunt produci teſtes ſuper directo contraria probatione,quãdo ante publicationem articulis fuit ita generaliter, confuſe,& non clare poſitos,ꝙ pars ſuper directo contraria probãne non potuit inſtrui.Ita no.dicit Io. And.in add.Spe.in tit.de teſte.§.ſæpè,in 1.colum.ver.de falſitate directe, quod refert & ſequitur do.Ant.in c.ex tenore, vlt.col.ver.plus dicit.inf.eo.Item quando dati fuerũt articuli iudici per partem ſuper examinatione teſtium per vtrãque approbati,& iudex omiſit ſuper aliquo ex illis articulis interrogare,pars,quæ dedit interrogatoria,etiã poſt publicatas atteſtationes poterit petere, vt iterum interrogentur ſuper articulis illi datis, ſuper quibus non fuerunt interrogati, qui forte articuli non erant circunſtantes ad illos antiquos.h.d.Spec.in tit.de teſte. §. iam de interrogatorijs.cir.fi.in ver.item caute.facit & ſequitur dn.Ant.in c.p tuas, in fi.2.col.& in c.cum cauſam.al 2.in 7.col.ver.ſed iudex.inf.eo. Item adde, ꝙ pupillus & ruſticus publicatis atteſtationibus poſſunt producere teſtes ſuper eiſdem capitulis,vt dicit Gul.de Cu.in l.vbi exigitur.ff de eden.& ibi ẽt Bal.in apoſt.Sed illud dictum improbat ibi Ang. Vide etiã multos caſus, in quibus licitum eſt ſuper antiquis capitulis producere teſtes publicatis atteſtationib.enumeratos per Imo.& Zenze.in clem.2.ſuper gl in ver.producere.de teſtib.Item ſcias cautelam, quam tradidit Bal.in l.fi.in fi.prin. C. de appel.dicit ſe dare nouum modum, per quem ſemper poterunt produci teſtes publicatis atteſtationibus, videlicet, vt ille,qui vult producere teſtes ad deponendum de cauſa in iudicio, tradat eorum nomina iudici,& ſe abſentet,& poſtea iudex eos examinabit ex officio ſuo. Sed illam cautelam per rationes & iura reprobat Ro.in l.4.§.hoc autem iudicium.in 2.col.ff.de dam.infe.Et adde Flo.in l.cum de indebito,prope fi.prin.ff.de prob.vbi dicit,qd ille,qui produxit teſtes ad probandum præſcriptionem, poteſt poſt publicatas atteſtationes eos repetere,vt interrogentur de tit. vel de continuata bona fide, quia eos prius de hoc interrogare ſpectabat ad iudicem, & allegat Inn.in c.per tuas,inf.eo.Itẽ adde hic duos alios no.caſus, in quibus publicatis atteſtationib. vel poſt didicita teſtificata poſſunt produci teſtes ſuper eiſdẽ articulis,quos ponit Bal.in c.1.§.item ſi vaſallos, circa prin. in tit.de contro.inueſt.adde hic Ang.in l.per hanc,in 8 col.C.de temp.appel.vbi dicitur,quod in cauſa hæreſis, non obſtante publicatione ꝓceſſus, poſſunt produci teſtes,& alle.c.fin.de hære.lib.6.& idem dicit Dom.in c.vt officium,§.verum,de hær.in 6.Adde an publicatis teſtibus, alij poſſint produci, Alex.conſi.20.2.lib.& an valeat conſuetudo,quod teſtes recipiantur publicatis atteſtationibus.vide Rom.fol.4. Et an publicatis teſtibus poſſint alij produci cum inſtrumento,per eund.ſing.ſuis,fol.22.Et ibi an teſtes examinati didicitis teſtificatis faciant præſumptionem de eo,quod hic in fi. no.poſuit hic addens allegando reprobationem Rom.in l.4.§.hoc autem iudicium,ff de dam.infe.dic tu,quod Roma.conſi.479.in fi. ſequitur dictum Bal.& dicit illud mirabile. Ber.

5 †Sed circa prædicta dubitatur, nunquid ſola publicatio impediat productionem,an autem requiratur cum hoc,ꝙ pars viderit,ſeu didicerit teſtificata. Gl.in d.c.conſtitutus, ī.eo. tenet ſolam publicationem non ſufficere.alle.tex.in auth.co.§.quia vero.Idem Spec.eo.tit.§.ſatis vtiliter.ver. quid ſi publicatæ. Dicit tamen,ꝙ Clemens defendebat contrarium. ad hoc c.cauſam. & c.de teſtibus.& c.cum veniſſet.ī.eo.tit.& contra hanc glo.tenuit Hoſt.in ſum. eod. tit. § & vtrum.ver.dicas igitur,ꝙ placet Io.And.in d.c.conſtitutus,dicit dictum gl.procedere poſſe,quãdo iudex parte inſcia,vel inuita publicationem faceret.Itẽ Bar. in auth.at qui ſemel.C.de prob.dixit idem,ſi publicatio nõ valuit,puta,quia facta die feriata, vt tunc admittatur, cum publicatio atteſtationum non valuerit. & dicit ibi,ꝙ publicatio atteſtationum poteſt ſumi dupliciter. Primo,quãdo publicatur ſcriptura de dictis teſtium,vt faciat fidem.l.geſta. C.de re iud.Secũdo,quando fit publicatio partibus, & tunc publicatio idem eſt quod partibus manifeſtatio,& ſic ſumitur in d.auth.cod.Iſti tamen duo actus fiunt ſimul & ſemel, quia iudex pronũciauit atteſtationes eſſe publicatas & apertas,& vt pro publicatis & aptis hẽantur,& verbũ,publicatio, refert ad primũ,& verbũ, Aptura, refertur ad ſm, quod bene no.do.Ant. multum inſtat,dilatando materiam, & trahendo materias alibi diſcutiẽdas more repetentium. Ego vero ponam in locis ſuis, ſed quantum ad hunc articulum attinet, concludit ipſe, ꝙ ſi certum ſit partem non didiciſſe teſtificata,& hoc probari poſſit, non impedietur pars ex ſola publicatione teſtium, per tex.in d.auth.eo.tit. Fatetur tamen, quod præſumptio eſt contra partem, ꝙ teſtificata didicerit,ex quo facta fuit publicatio.Et ita reſpondet ad iura,q̃ ponderant publicationem. ſ.quod hoc ponderant propter præſumptionem, quæ inſurgit ex ipſa publicatione, ꝙ teſtificata, partes didicerint. Mihi placet dictum Ioã.And.Bar.& Hoſtien. & aliorum, ex quo enim pars acquieuit publicationi teſtium, videtur tacite renunciare productioni ſuper illis articulis;& ſic licet non ſit ſubornationis timor, cum certum ſit partem teſti-
6 ficata non didiciſſe,ſubeſt tamen tacita renunciatio. † argu.eorum,quæ no.in c.1.§.1.de elect.lib.6.de eo,qui actum geſſit,qui ſolet fieri poſt conteſtatam litem, vt habeatur pro conteſtatione litis,quoad excludendas dilatorias, facit glo. in c. cum cauſam. de appell. Videmus enim quod ſola renunciatio expreſſa ſine ſcïa teſtificatorum, inducit hanc prohibitionem, vt in c.de teſt.in fi.ī.eo.ergo & tacita renũciatio, quæ inducitur ex publicatione. facit pro hoc, quia iura canonica communiter ponunt publicationẽ ſolã pro termino excluſiuo productionis teſtiũ, vt in multis c.huius tit.Item,vt hic dicit Io.And.publicatio nõ præcludit viam productioni teſtiũ, ex ſolo timore ſubornationis, ſed vt aliquis ſit productionum finis, & quanquam multi alij ſint termini excluſiui, iſte tamen vnus eſt ex illis. Et multũ moueor ego ex tacito conſenſu. Ad qd enim publicationi con-
a ſenſit,ſi intendebat teſtes producere? Fateor a tamen,ꝙ vbi ſuperueniſſet cauſa, veriſimiliter non cognita tempore conſenſus præſtiti,ꝙ petẽdo nonam dilationem poterit admitti,ſicut admitteretur ex cã poſt dilationem potent admitti,ſicut admitteretur ex cã poſt dilationem.l.oratione,& l.fi. ff.de ferijs, & arg. in c.licet,de prob. Nec erit timẽdum de ſubornatione, ex quo
7 certum eſt, teſtificata non didiciſſe. † Sed circa hoc dubitatur, quare timetur magis de ſubornatione poſt publicationẽ, quã primo,cum ſemper a principio potuerint partes ſubornare.argum.in c.ſicut.ī.eo.& c.licet, de prob. Sol. dic poſt Io. And.ꝙ ante publicationem non eſt tantus timor, cum pars veriſimiliter ſperet poſſe probare intẽtionem ſuam, vel aduerſarium defecturum in probando contra eum,ſed poſt publicationem depoſitionum, cum videat ſe ſuccubiturum, quia non probauit, vel qa aduerſarius plene ꝓbauit intẽtionẽ ſuã, facilius inducitur ad teſtium corruptionem,cum videat ſe deſtitutum omni ſpe. Item ante depoſitionem non poterat aliter prouideri,cum neceſſario teſtes eſſent producẽdi ad inſtructionem cauſæ, & practicam publicandi depoſitiones,vide per Spec.& Io.And.in additio.eo.tit.§ ſatis vtiliter,in prin.ver.eſt practica. Satis tamẽ eſt ſeruari,quod ſup.dixi,ſecundum Bar. Sed nunc quæro,quæ dicantur noua capitula, ſuper quibus teſtes produci poſſunt, publicatione non obſtante; Aduerte,quia ex iſto tex.& ex prin.huius glo.pen.colliguntur tres ſpecies capitulorum,ſeu articulorum. Quidam ſunt articuli omnino noui, quidam noui dependentes tamẽ ex veteribus,quidam antiqui. Adde alias duas ſpecies,quæ colliguntur ex tex.& gl.cle.2.eo.ti.Nam quidam ſunt articuli directe prioribus contrarij, quidam indirecte contrarij.Et vt tu iuuenis intelligas,ſcias,ꝙ capitulum & articulus capiuntur in materia noſtra, vt ſynonima,ideſt idẽ ſignificãtia.Et dr̃ articulus pars intentionis,continens aliquid, quod pars ꝓbare intendit. Hoc probatur in c.2.eo.tit.lib.6.iuncta gl.in verbo, articulis,& ſuper huiuſmodi articulis producuntur teſtes. Exẽplum,volo probare, ꝙ beneficium S. Petri pertinet ad me, faciã ſic articulos,vt teſtes ſciant explicite & directe reſpondere, ac ꝯcludere intentionem meam.Primo pono,ꝙ ptãs conferendi beneficium S.Petri ſpectat de iure ad talẽ prælatum. Itẽ ꝙ talis prælatus erat in poſſeſſione ꝯferẽdi tali tpe. Item,ꝙ eodem tempore vacabat illud beneficium ꝑ mortẽ talis.Itẽ ꝙ ille p̄latus mihi tunc contulit.His articulis,ſeu capitulis ꝓbatis, fundata eſt intẽtio mea.Et idẽ dic in reo,quoad fundandam ſeu ꝓbãdam exceptionem ſuam,vt puta, reus vult probare in caſu præſcriptionis tibi non cõpetere ius in illo beneficio. Articulabit enim ſic.Primo,ꝙ collatio bñficij S. Petri pertinet ad epm. Itẽ ꝙ ille p̄latus,qui aduerſario meo contulit, non erat tunc in poſſeſſione conferendi.Item ꝙ erat excõicatus,&c. Iſti ſunt articu-
8 li,ſeu capitula,de quib.fit mentio in text. noſtro. † Venio ergo
b ad primum ſcilicet,qui dicantur articuli b omnino noui,& breuiter dic, ꝙ illi, q̃ ſunt oĩno impertinentes in cauſa, ita ꝙ non concludunt,nec coadiuuãt intentum articulantis, & ſuper his non

ADDITIONES.

a Fateor. Quod ex cauſa de nouo ſuperueniente poſſint teſtes produci poſt publicatas atteſtationes,tenet Ang.& Mod.in l.admonendi,ff.de iureiur.quæ licet loquatur in inſtrumentis nouiter repertis,habet etiam locum in teſti. & alijs probationibus.Idem tenet Pau.de Caſt.in l.oratione,ff.de fer.Bal.in conſi.335.inci.ſuper eo,quod quæritur,in 5.parte,& in l.1.col.3.ver.4.quæro,C.de cond.indeb.& in l.mancipiorum,ff.de optio.leg. & hanc opin.firmat per infinita Mar.Bon.in l.1.§.ſi quis vltro.col.2.ver.item alio caſu, ff.de quæſt. Seb.Sap.

b Quis dicatur omnino nouus articulus,vide per Spec. in titu. de teſte, §. ſatis vtiliter,ver.an autem,& adde, quod licet ſit renunciatũ productioni in cã, ſi reus facit capitulum quomodo actor eſt filiusfam. & dicit iudicium nullum,quia litigauit ſine conſenſu patris,ſuper hoc producere poterit teſtes, quia hic eſt nouus articulus,ita dicit Spec.in tit.de actore,§.1.in 2.colum. uer.quid ſi poſtquam.Item quis dicatur nouus articulus, vide per Bal.in l. per hanc,C.de temp.ap.

Qui dicantur articuli noui,ultra ea quæ habentur per Bar.in l.per hanc hic alle.vide per Bal.in add.Spec.in tit.de app.in ver.nouum,& in ver.egi contra colonum,& in marga.eiuſdem Bal.ad Inno.in ver. articulus, & quando dicantur plura capitula,ſeu plures articuli, vide Bar.in l. Aurelius,in §.idẽ quæſiuit.ad fi.ff.de lib.leg.& Bal.in l.1.in 2.col.C.de re iudic. & adde,quod ſemper capitulorum copia eſt danda parti,ut poſſit opponere de impertinentib.& non admittendis,tamen etiam ſi non detur, non irritatur proceſſus propter hoc,vt per Bal.in dicta margarita ad Inno.in uer.1. & in ver.interrogatoria,& in l.2.in 2.col.C.ut li.pen.& hi per Inno.in c.inter, de pur. can.& quæ differentia ſit inter poſitiones,articulos, & capitula,vide p Bal. in l.generaliter,in § ſed iuramẽto, C.de reb.cre.& vide no.in c.præſentiũ, de teſti.lib.6.& per Alex.in l.inter ſtipulantem,in prin.ff.de verb.obl. & vide per do.Ant.in c.fi.de confeſ.et per Ioan. And.in c.cum in poſitionibus, de iureiur.lib.6. Ant.Fran.

Digitized by Google

non admittuntur teſtes, ſiue aliorum ſint publicatæ depoſitio-
nes, ſiue non, quia non debet quis admitti ad probãdum, quod
probatum non releuat, de offic. dele. c. cum contingat, & l. ad
probationem, C. de proba. ideo iudex à principio debet corri-
gere, & etiam delere poſitiones & articulos impertinentes, vt
no. glo. in c. 1. de confeſſ. lib. 6. Secunda eſt ſpecies articulorum
nouorum, dependentium tamen ex antiquis, & qui ſunt iſti, Io
an. And. proſequitur per exempla: Domi. Anto. hic late, & gloſ.
& Barto. in l. per hanc, præal. Sed breuiter concludo, quod ſunt
illi, qui fundant, ſeu coadiuuant intentionem articulantis in ea
dem cauſa de nouo formati. Exemplum in c. cum Ioannes, de
fide inſtrume. oporteret tamen, quod ſaltem tacite non com-
prehenderentur in articulis antiquis, quoad neceſſitatem facti
& probationis. Debes enim ſcire, vt fuit de mente Innocen. &
Ioan. And. hic, & magis explicite per Barto. in d. authen. at qui
ſemel, de probatio. quod quædam tacite includuntur ſub prio-
ribus capitulis ſeu articulis, quoad neceſſitatem facti & proba-
tionis. Exemplum quando articulatur ſuper tali præſcriptione,
quæ de neceſſitate requirit titulum, vt puta, ſi dico, quod præ-
ſcripſerem contra ius commune, vt in c. j. de præſcrip. lib. 6. vel
dixi contra priuatum me præſcripſiſſe 10. annis, licet enim ex-
plicite non fuerit in articulo mentio facta de titulo, intelligitur
tamen tacito quoad factum, & quoad onus probandi, quia ali-
ter non eſſet præſcriptio, nec obtinuiſſet articulans; & hoc caſu
non poteſt ſuper titulo de nouo, articulari, quia in effectu po-
teſt dici antiquum capitulum. Et hoc in effectu voluerunt hic
Inno. & Ioan. And. per multa verba, & pro hoc Authent. de te-
ſti. §. quia vero, in verbo, additamento. Quædam comprehen-
duntur ſub priori articulo de neceſſitate facti, ſed non de neceſ
ſitate probationis. Exemplum: articulaui, ꝙ mutuaui tibi cen-
tum, de neceſſitate facti ineſt tempus, quia oportet, quod mu-
tuum ſit factum in tempore, ſed non ineſt de neceſſitate proba
tionis. Poteſt enim probari mutuum, abſque tempore. L. teſtiũ,
C. eod. iſto caſu admittetur, publicatione depoſitionum nõ ob
ſtante, articulus ſuper tempore, & noua probatio ſuper eod. fa-
cit optime c. ex tenore, inf. eo. ſecundum vnum intellectum, &
tacite hæc ſenſerunt Inno. & Ioan. And. hic. Quædam ſunt, quę
non comprehenduntur de neceſſitate ſub prioribus, poſſunt ta
men comprehendi, & non comprehendi, vt aliquæ qualitates,
quæ poſſunt adeſſe, vel abeſſe circa contractum. Et iſto caſu po
teſt fieri ſuper illis comprehenſibilibus noua articulatio, & no
9 ua productio, argum. in c. veniens, inf. eod. † Et ex hoc deciditur
quæſtio, quam ponit hic Io. And. & dicit eam fuiſſe D. Boati. de
Mantua. Contra ſententiam, vel collationem opponebatur ex-
communicatio iudicis vel executoris, qui præbendam contu-
lerat, vel ſententiam tulerat: ſuccubuit excipiens, quia non pro
bauit illam excommunicationem publicam, iuxta ea, quæ leg.
& no. in c. ad probandum, de re iu. appellauit, & in cauſa appel-
lationis formauit capitulum ſuper publicitate excommunica-
tionis, quæritur nunquid debeat admitti. Dicit Boat. in q. facti
fuiſſe obtentum, quod non, quia non eſt nouum capitulum,
ſed idem cum priori primo inſufficienter, & indiſcrete propo-
ſito. Hoc non placuit Ioan. And. ex quo qualitas publicationis
nõ fuit deducta in priori articulo, ſicut videmus in ſimili, quod
admittitur ad probãdum ſe fuiſſe canonice electum, qui prius
probauit ſe electum, inf. eo. c. veniens. Poſſet tamen ad illud c.
reſponderi, quod prima probatio fuit ibi facta in ſummario. &
ad aliud agebatur poſtmodum, vt ibi dicitur in text. Dat tamen
Io. And. hic aliud exemplum. Nam qui probauit rem valere vl
tra 10. admittitur poſtea ad probandum quantum valuit vltra.
infra eo. c. cum cauſam, & qui probauit iniuriam, probat eam
notoriam. inf. de of. deleg. c. 1. lib. 6. Fatetur tamen Ioan. And. ꝙ
male fecit iudex recipiendo probationem exceptionis, quę nõ
releuabat, per illam decr. ad probãdum, allegare melius potuiſ
ſet c. pia, de excep. lib. 6. iuncta gl. vbi patet, quod iudex non de
bet admittere exceptionem in genere, quando quælibet gene-
ris ſpecies non includit intentum excipientis, ne vagetur cum
iactura alterius, vt c. vt quis duas, de ele. lib. 6. & l. prætor, ff. de
iniu. Hanc determinationem ſequitur do. Anto. dicens, quod
licet, articulus ſecundum ſubiectam, materiam vt obſtet, de-
buerit intelligi de excommunicatione publicata; tamen articu
lus non declaratur à natura ſubiectæ materiæ; ſed intelligitur
ruditer, vt iudici proponitur, ideo ſi pono de excommunicatio
ne, non intelligitur de qualificata, licet hoc velit ſubiecta mate
ria. Ad hoc c. in pręſentia, de proba. vbi articulus, ꝙ erat minor
annis, non intelligitur de minori 14. licet hoc ſpectet ſubiecta
10 materia. † Idem dic, vt elicitur ex theorica Bar. ſup. ꝙ dictæ qua-
litates, quę nõ includuntur ex neceſſitate facti, licet poſſint in-
cludi, non videntur deductę: vnde appellatione excommuni-
cationis neceſſario non includitur qualitas publicationis, licet
poſſit includi. Et per hoc aperit intellectus ad multa in hac ma
teria. Et ſatis per prędicta declaratur tertia ſpecies articulorum;
ſcilicet, qui dicũtur articuli antiqui, cum enim noui, & antiqui
ſint contraria, declarato vno ex contrariis, remanet declaratũ
aliud. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iuris. Dic ergo breuiter
antiquos articulos eſſe, qui explicite compræhendebantur in
prioribus, ſuper quibus teſtes fuerunt producti, & publicati. Idẽ
ſi comprehendebantur, implicite quoad neceſſitatem facti &
11 probationis, vt patet ex prædictis. † Quarta ſpecies articulorũ,
quando ſunt directe contrarij, vt ſi primo fuit capitulatum de
legitimitate nũc publicatis atteſtationibus, volo capitulare de
illegitimitate, vel primo de minori ætate, nunc de maiori, pri-
mo de ſana mente & nunc de inſana, & ſimilibus. Et in iſtis dic,
quod non admittuntur regulariter tales articuli publicatis at-
teſtationibus, vt ſup. dixi etiam in cauſa appellationis, quia ſub
eſt timor ſubornationis, vt in d. clemen. 2. & hic, & no. Bart. in
l. per hanc. Hoc limita, niſi aliquid de nouo addatur, per quod
tollatur timor ſubornationis, ſaltem prǽſumptiue, vt puta, quia
corrupti falſa dixerunt, vel quod doloſe, puta odio, vel amore,
vt in cap. licet, de probat. no. glo. in clemen 2. infra eod. tit. facit
lex, nec exemplum, C. de falſ. Nam non poſſum probare, quod
falſa dixerint, niſi probem directe contrarium eorum, quæ di-
xerunt. Sed quia addo qualitatem corruptionis, vel odij, tolli-
tur illa præſumptio ſubornationis, cum hoc ſit nouum capitu-
lum, & idem dic in ſimilibus. Et per hoc poteſt ſaluari vnus in-
tellectus, qui datur ad cap. ſeries, infra eod. vt publicatis atteſta
tionibus admittantur teſtes ſuper directo contrarijs, quando
cum teſtibus producitur inſtrumentum publicũ. Ex quo enim
concordat inſtrumentum, tollitur præſumptio ſubornationis
teſtium. Sic etiam ſalua dictum notabile Innocen. in cap. cum
clamor, infra eod. & ſentit glo. in cap. ex tenore, eo. tit. vt publi-
a catis, a atteſtationibus, admittantur teſtes ſuper eiſdem, quãdo
veniunt ad coadiuuandum priores teſtes meos, vt ſi probaui p
duos teſtes intentionem meam, tu probaſti contrarium, pote-
ro poſtea plures teſtes producedere, quia non eſt, quid impute-
tur, ſi plures non produxi, cum eſſem confiſus de duobus. Vn-
de non eſt prǽſumptio, quod alios velim ſubornare, cum con-
cordent cum prioribus productis ante publicationẽ, quod no.
Vltima ſpecies articulorum eſt, quando ſunt indirecte contra-
trarij prioribus, & tunc in dubio admittitur probatio indirecte
contraria, vt in capitu. ex tenore, infra eodem. & notatur in d.
clemen. 1. Sed oportet intelligere, ſecũdum quod plene nota.
in d. capit. ex tenore, ſcilicet quando ante publicationem pars
aduerſa non potuit inſtrui ſuper probatione directe contraria,
quia articulus fuit generaliter productus, ſed teſtes ſpecifice de
12 poſuerunt. Quod declara, vt plenius ibi dicetur. † Omnia præ-
dicta limita, vt ſuper nouis articulis liceat teſtes producere, qñ
teſtes fuerunt primo producti ſuper certis capitulis. Si autẽ nõ
fuerunt edin certi articuli, ſed ſimpliciter ſuper tota cauſa fue-
runt producti, & ita iurauerunt, non poſſunt poſtea iterum pro
duci, quia non poſſunt dici noua capitula, ex quo comprehen-
duntur in petitione, ſuper qua teſtes generaliter fuerunt exami
nati, vt patet ex rationibus prædictis, & ita voluerunt hic com-
muniter Doct. & Bar. in d. auth. at qui ſemel, C. de probat. & per
hoc ſatis declarata eſt materia huius c. Alia, quæ tanguntur hic
13 per aliquos, dicentur in locis ſuis. † venio nunc ad glo. fin. quę
ponit quinque capitula iuranda per teſtes. Dicit Ioan. And. ꝙ
additur ſextum capitulũ de facto, ſcilicet, quod ſecrete teneant
dictum ſuum, vſque ad publicationem, & per hoc vide bo. tex.
4. quæſtio. 3. cap. ſi teſtes, §. qui falſo, vbi dicitur iudicem debere
punire eos, qui partibus prodiderunt ſua teſtimonia, ſcilicet an
te publicationem, & vide hoc in Spec. eod. tit. §. ſequitur. Et ad-
uerte qualiter debent iurare b teſtes, debent enim iurare teſtes,
h tactis euangelijs, vt eſt tex. in cap. hortamur, 3. quæſtio. 9. Et idẽ
ſere

ADDITIONES.

a Publicatis. Adde generaliter, ꝙ poſt publicatas atteſtationes, non impeditur productio aliorum teſtium, quando non producuntur teſtes ad nouam probationem, ſed ad declarationem retro agitatorum, vt tradit Bal. in l. bonæ fidei, C. de reb. cre. & in c. 1. §. ſi enim domino, col. 3. quid ſit inueſtitura, in vſib. feud. Alex. in apoſt. ad Bar. in d. auth. at qui ſemel, do. Ant. in c. ex tenore, in fi. inf. eo. Seb. Sap.

b Iurare. Qualiter habeat iurare ille, qui vult teſtificari, uide per glo. in l. iuſiurandi, ff. teſtib. & adde hic vnum ſingulare verbum Arch. in c. nullus laicus, 2. q. 7. quod refert do. Ant. in c. conſtitutus, vlt. circa prin. de appel. Et adde hic do Ant. in c. tuis, in pen. col. uer. quæro an aliter, inf. eo. vbi ponit cõplures ignotos modos, quib. teſtis adſtringitur ad veritatem dicendam, aliter, quaper iuim. Sed eius dicta ibi improbat Ab. per tex. in c. hortamur. 3. q. 9. qui requirit tacturam Euangeliorum, niſi aliter dictet conſuetudo. Et qualiter dẽat iurare iſte teſtis, ponit Io. And. in ſua ſummula de teſt. in uer. quomodo teſtes debeant iurare, & uide Arch. in d. c. nullus, in fi. 2. q. 7. ubi dicit quod vltra ea, quæ connectur in hac gl. teſtis iurabit aliud capitulum, videlicet quod neutri parti manifeſtabit dictum ſuum, antequam fuerit publicatum, & alle. c. vltra tertiam. inf. eod. & l. qui falſo, vel varie ff. de teſt. & ita dicit tenere Hoſt. hic, & uide Bal. in l. presbyteri, C. de epiſ. & cle. cir. pri. ubi ponit formam iuramenti teſtium. in uer. quarto no. &c.

Circa hoc, quod teſtis dẽat iurare, & qualiter. Dicas, quod teſtis dẽt iurare in iudicio, alias non probat l. 3. in §. Sabino, & ibi gl. voica, ff de teſt. dẽt iurare in manu iudicis, non autẽ notarii, niſi de commiſſione iudicis, ita Bart. in l. ex lnia, ff. de teſt. tut. & Bal. in l. iudices, C. de fi. inſtru. in no. cum non dica-
tur

Digitized by Google

tur teſtis iuraſſe, niſi iudex intelligat & approbet eius iuſm, ſaltem tacite, ſm Bal.in d.l ſi.in 1.col C. de compen. & debet iurare dicere puram & meram veritatem, ita Bal.in c.1.in 3.col.in uerſi. no. formam iuramenti, in tit. ſi inter do.& val.lisori.in uſi.feud. & nihil poteſt addere vel immutare, qđ ſit, ut in c.cum dilectus, & 2. ſi Innoc ad fin. de accu. Et debet iurare dicere veritatem ſuper tota cauſa, non ſolum ſuper articulis productis, vt no. Inn. in c.per tuas, hoc eo.tit.& no.Bar.& Bal.in l.ſi duo patroni, in §. idem Iulianus, ff.de iureiur & ideo dixit gl. quam ibi etiam Bar. ſequitur.& Bal.in authen.ſed iudex, C.de epiſ. & cle. quod teſtis debet deponere, & interrogari per iudicem ſuper tota cã, in qua debet teſtificari pro vtraq; parte, quod etiam uoluit Bal.in l.2.in 1.colum. C.de eden.& in addi.Spe.in tit.de teſte, in §.ſi uer.teſtis productus, & uide per Alex.in l.2.in pe.col.ff.de iur.om.iu. Ant.Fran.

fere dicendum in iuramentis omnibus quæ deferuntur a iure, de quo vide gl.no.in clemen.1.§.porro, de hęret.quę etiam no. dicit, quod hodie apud Italicos de conſuetudine receptum eſt, vt ſufficiat tangere quamliber ſcripturam, quod bene no. Ceſ-
a ſante a autem conſuetudine, non videtur valere actus, vbi ius pro ſolemnitate exigit tacturam Euangeliorum, ſi prętermittitur. vide de hoc glo.no.in c.vt circa, de elec.lib. 6. Iuramentum tamen de ſe eſt validum ſine tactura, vt in c.& ſi Chriſtus, de iureiuran. vide glo. 22. quęſtio. 1.in ſum.ſed tactura, maxime Euãgeliorum, exigitur ad maiorem terrorem & quia magis peccat tranſgrediẽs, quoniam tanto magis peccat quis, quanto ſuper ſanctiori rebi iuramentum. 22.quęſtio. 1. cap.mouet.& no.Innocen.in cap.& ſi Chriſtus, de iureiur. An autem in dubio prę-
b ſumatur teſtem attigiſſe ſcripturam: b eum in actis dicatur ſolum quod iurauit. Ioan. And. remittit ad no. per ſe in Spec.eod. tit.§.ſequitur, ſuper ver.& not.& ibi in effectu concludit, quod ſic propter authoritatem notarij, & iudicis, & taciturnitatem partis non opponentis. quod ſatis placet ar.eorum quæ no.Innocen. in cap.1. de cleri.pere.& c.innotuit. de eo, qui fur.or.ſu. & per Barro.in l.Theopompus, ff.de do. præ.& l. ſciendum.ff. de verborum obligatio.

ADDITIONES.

a Ceſſante. Vide Alex.in l.3.§.iuraſſi, ff.de iureiu. Abb. in c.laudabilem, de frig. & maleſi. Bal.in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.ven. & Corſ.in repe. rub.de iureiu. Seb.Sap.

b Scripturam. Si apparet de iuſo teſtis, utrum præſumatur de tactura. Et adde Bal.in c.conſtitutus, inf. eo. in 2.col.uerſi. ſed depone, quod in actis, ubi dicit, quod ſi notarius ſcripſit, Talis iuratus depoſuit, non ſolum præſumitur iuim, ſed qualitas iuramenti. Et uide Bal.in l.ſi.C.ſi ex fal.inſtr.ubi dicit, qđ præſumitur qđ teſtis iurauerit corporaliter, tactis ſcripturis per locũ a conſuetudine generali. ſuper hoc tamen remittit ſe ad no.in c.ut circa, de ele. in 6.& idem quod dicit hic do.Ant.in 45.colũ. repetit in c.tuis, in 2.col.inf. eo.Item ad hoc facit, quod not Ro.in l.ſciendum, in 7.q.ff.de uer.ob.ubi dicit quod ſi reperitur partem iuraſſe, non pręſumitur ex hoc delationem aduerſarij præceſſiſſe, & ita dicit tenere Bal.in l.ait prætor, in prin.ff.de iureiu pec. doctrinam Innocen.in cap.innotuit, de eo, qui fur.or.ſu. Item ad hoc facit quod no.do.Ant.in c.ſicut, in 5.col.uer.ex his deciditur, quod ſi inſtrumenta, ſi f eo.de re iud.

Adde an ſi ſcriptum reperiatur, Titius iuratus depoſuit, præſumantur omnia ſolemnitera cta, Old.conſi.143.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis iurans de non teſtificando contra aliquem, non ligatur iuramento.*

2 *Teſtes an poſſint produci poſt publicationem, per reſtitutionem in integrum.*

3 *Iurans alicui non reuelare ſecretum, ſi producitur in teſtem, debet reuelare, & non peccat.*

4 *Subtrahens probationes aduerſario, an debeat perdere cauſam.*

CAP. XVIII.

ENtimauit. Qui iurauit teſtimonium non dicere, teſtificari compellitur, ſi atteſtationes publicatæ non ſunt. hoc dicit. In prima parte conqueſtio. In ſecunda prouiſio, ibi, ideoque. Caſus literal. Quidam R.nomine habebat cauſam cum V. clerico. idem V.ſuum capellanum, & alios quamplures iuramento aſtrinxit, ꝙ contra ipſum V. prædicto R. non ferrent teſtimonium, nec conſilium, vel auxilium præberent eidem, vnde dictus R. conqueſtus fuit dom. Papę. Mandat Papa, ꝙ ſi teſtimonium illorum teſtium productorum non eſt publicatum, nec abrenunciatum teſtibus, iudex recipere non poſtponat illos, ꝙ
1 ſunt iuramento aſtricti, & alios, ſi neceſſe fuerit. Ber.† Not. 1. ꝙ
a iuramentum a præſtitum de non præbendo teſtimonium, conſilium, vel auxilium contra aliquem, non ligat iurantem, quominus productus in teſtem teneatur cõtra illum ferre teſtimonium. Ratio eſt, quia ferre teſtimonium eſt munus publicum, ad quod compellitur quis etiam inuitus. l. ſi quando. C.eod.& inf.tit.prox.per to.11.q.3.c. quiſquis de cri. fal.c.1. nõ potuit ergo iſte ſuo, capitaneo iuramento ab hoc onere ſe abſoluere, argumen.c.ſi diligenti, ſupra de foro compet.& de hoc inf.larius. & idem dic reſpectu auxilij non præſtandi, debet enim intelligi in dubio de auxilio iniuſto, ſecundum Ioan. And.alleg c.petitio, de iureiur.de his quæ fi.a mai. par.cap.c.1. & inf.de exceſſ. præl.c.graue. Secus dicit de auxilio iuſto, puta fauore patrię, nõ enim potuit iſte ſe obligare contra diſpoſitionem iuris, cũ iuramentum non liget ad illicita, & contra ius, in c.quanto, de iureiur. No.2.ꝙ etiam teſtes, quos aduerſarius nixus eſt ſubtrahere, recipi non debent poſt publicationem aliorum teſtium, vel renunciationem. Et no. ꝙ ſola publicatio ponderatur, & nõ diſcere teſtificata. facit ad ea, quæ dixi ſup.c.prox. Opp. contra literam de contrarietate, in eo quod primo dicit, ꝙ iſti teſtes erant iuramento conſtricti &c. & poſtea præſupponit, ꝙ iam depoſuerant, vt patet ibi, Si teſtimonium eorum. Gl.j.metu cõtrarij exponit & bene, intelligendo ver. ideoque &c. de dictis aliorũ teſtium, non iſtorum, qui iurauerant non teſtificari. Ex quo infert, ꝙ ſi dictum aliorum teſtium fuiſſet publicatum, non reciperentur, nec iſti qui iurauerãt, nec alij, vt ſatis colligitur ex tex.
2 † Sed aduerte ad mirabilem limitationem, quam ponunt hic Inn. Hoſt. & Io. And. dicunt enim iſtos, qui iurauerant, non recipiendos, poſt publicationem ſeu renunciationem, de iure cõmuni, ſeu per viam iuris communis, ſed beneficio reſtitutionis
b ex clauſula b generali, c Si qua mihi iuſta cã &c. ff. ex quib. cau.
c ma.l.1. bene recipientur, publicatione, vel renunciatione non obſtante, maxime præſtito a petente iuramẽto, ꝙ hoc malitioſe non

ADDITIONES.

a Iuſm. Vtrum ille, qui iurauit non teſtificari, poſſit propria authoritate venire contra illud iuſm. Vide Spe.in ti.de teſte, §.de teſtium compulſione, ver.qđ ſi quis iniuſto, vbi vi cõcludere, ꝙ ſit petenda abſolutio a iuſo ad cautelã. Sed Pet.de Anch. hic dicit, ꝙ iuſm ipſo actu hoc caſu apparet temerarium, nec expedit implorare abſolutionem. & iſtam partem teneo per tex.in c.conſtitutus, il grande, inf.eo.vbi dr. ꝙ tale iuſm non tenet. Nec obſtat tex in verſ. neceſſe &c. qui contrarium vr ſentire, quia rñdeo, ꝙ verba illa nõ referunt ad illos teſtes, quib.delatum fuerat iuſm, ſed ad alios, quod innuunt ꝓpria verba tex.dum dñt, & alios ſi neceſſe fuerit, &c. vult dicere, ꝙ ante ſunt examinãdi illi, quib. delatũ fuerit iuſm, q̃a præſumitur, qđ detulerit iuſm illis, qui melius ſciebãt veritatẽ, ne veritas occultaret, merito illi prius ſunt examinãdi, vt in c.vl.qui mat.accu poſſ. quib.examinatis, ſi poſtea viſum fuerit neceſſe, etiam alij poſſunt examinari. & iſta proprie mihi videtur mens huius decre.

Adde, an ille, qui iurauit non teſtificari, poſſit propria authoritate venire ꝯ iuramentum, quod voluit Old. de iurante non reuocare teſtamentum eius, conſi.160.& 127.& quod voluit de iurante non iurante fideiubere. cõſi.90. & quod voluit de Abbate iurante non creare monachos, conſi.97. Et an teſtis, qui iurauit aliquem tenere ſecretum, poſſit probare abſque labe periurij. uide do.Car.conſi.31.

An propria authoritate poſſit quis contrauenire iuſo temerario, quo iurauit nõ teſtificari, uel deponere in ca. Dicas primo qđ iuſm temerariũ non repellit teſtẽ a teſtificando, uel ab accuſando, neque ex tali iuſo inducitur infamia. ita Spec.in tit.de teſte, §.1.uer.item excipitur, qđ eſt infamis. Et hr per Inn.in c.intimauit, & in c.cõſtitutis, hoc eo.tit. Et adde, qđ huic iuſo de nõ teſtificãdo in cã, uel contra aliquem, non põt contrauenire propria authoritate, ut per Spe.in ti.de teſt, §.1.an uer.quid ſi quis.& in ti de excep.& repli.in §.3.in ver.ſed quid ſi gratia. Et an qui iurauit non reuelare ſecreta, & an ſi ſit clericus, vel laicus, dicas, qđ reuelãs credẽtias iuratas, non eſt periurus, ſi reuelat cũ licentia eius, cui promiſit nõ reuelare, neque tenet ad pœnam. Ita Bal no.in c.1.in fi.de no.for.fi.in vſi.feu.ſed ſi reuelat ſine licentia, dẽt priuari ſuo offõ, tex.eſt no.& ibi Bald.in §.credentia, in fi.de pa.Con. Et adde qđ reuelans ſecreta alicuius, tenetr, ẽt ſi ei damnũ nõ inferat. Ita Bald. in c.1.in ver.nota reuelationẽ, quib. mod.feu.amit. & tenetr ei, cuius ſecreta reuelat, actione in factũ ad intereſſe, & actione iniuriarũ, ſi iniuria eã illud fiat l.7.§.ſed & ſi quis. ff.ad leg.Aquil & ibi per Flo. Et adde, qđ quis põt reuelare ſecreta ex iuſta cã, ẽt ſi iurauerit non reuelare, puta ſi producat in teſtem, ut uoluit Inn.& do Abb.in c.qualiter, il 2.de acc.& idẽ do.Abb.in c.ſi ſacerdos, de off.ord. ubi dicit hoc eſſe uerum, ẽt ſi ſit ſacerdos, cui ſit dictũ in pnia.& non in confeſſione, quia ſi eſſet dictum in confeſſione, nõ poſſet illud deponere, ut teſtis, ſed ut Deus, & ideo non dẽt reuelare, ẽt ſi Eps vel Papa mandet, alias reuelans punitur per do.Ab.in c.dilectus, de excei.præla.& no.in c.oĩs, de pœ.& re.& per Spec.in tit.de prob. in §. probatio, cir.fi. Et adde ẽt, qđ reuelans factũ iuratum in conſilio, eſt periurus, vt per Bald. in l.nullam.in 1.col.C.de teſt.ubi ponit quõ probetr factum eſſe in conſilio, ſi eſt iurata credentia, de quo uide per Inn.in c.literis, il 2. de præſump. dicas tñ, qđ reuelans crimẽ læſæ maieſtatis, ẽt qđ iurauerit nõ reuelare, tenetr illud reuelare, ſi põt probare, alias non, ſcđm Bal.in conſi.ſuo, qđ ime quãquam allegata ſint multa. & hr per Ang. Are. in tract.maleſi. in uer.traditor della ſua patria, in 2.col. & ſi põt probare, & non reuelat, ipſe tenetr eodẽ cie læſæ maieſtatis l.quiſquis.C. ad legẽ Iuliam ma. ſed ſi reuelat, eſt venia dignus, ut per Bar.in l.1.in § occiſorum, ff.ad Syl.ubi dicit Ro. ſe cõſuluiſſe contra Bar pro opin. Bal.in ciuit.Florentiæ. Ang.aũt in l.fr, ff.ad l.Pomp.de par. dicit ſe vidiſſe decapitari plures ciues, qui non reuelauerunt tractatũ ciuitatis ſuæ, & non fuerũt participes illius, & male, quia debuerũt relegari, ſicut filius ſciens, & non reuelans patris mortẽ. Item dicit ibi Ang forẽſem ſcientẽ tractatum in ciuitate fieri non teneri reuelare, nec puniẽdum eſſe, ſi non reuelet ex ſola ſciẽtia, per tex. in d.l.utrum, §.occiſorum, iun.gl. in uer.conſci.dum ibi ſubaudu, & participes, dubito tamen quod in practica ſeruaretur opin.Bar.propter criminis atrocitatem, & Bar. authoritatem. Ant.Franc.

b Ex clauſula. An indiſtincte admittatur pars ad producendos teſtes poſt publicationem per viam reſtitutionis, ex clauſula generalis, Si qua mihi iuſta cauſa, &c. uide dom. Ant. ſupra eod.cap.fraternitatis, in 32.colum.ubi ſentit nõ debere admitti ex clauſula generali, ſed ſolum ex ſpeciali. de hoc vide Bald.hic.

c Clauſula generali. Idem tenet Car.in conſi.23. incip. in cã Amareti. ubi alle. Spec.idem tenentem.in tit.de renun.& concl.uer.& ſcias. Idem uoluit Lud. Rom.in rep.rub.de arb.char.8 col.vlt. Faciunt no.per Alex.in l.admonendi, col 5.ff.de iureiur ubi dicit, quod ex clauſula, Si qua mihi iuſta cã &c.q̃s reſtituitur ad producendum inſtrumenta poſt ſententiam, quando non cõmiſit negligentiam. Seb.Sap.

Digitized by Google

ſe non petit,ar.opt.in anth.eo.titu.§. quia vero multi. vbi dici-
tur,ſecundum eos, ꝙ etiam poſt concluſionem admittuntur.
& concluſio plus deberer impedire,quam ſola renunciatio, ar
gu.ad idem.ff.de eden.l.ſi quis ex argentarijs.§.fin. & l.ſeq. Alij
tamen dicunt hoc poſſe fieri ſolum per beneficium reſtit.in in-
teg.ſpeciale.de quo ſup.de in integ.reſtit.per to.primum ramē
dictum plus eis placet. Vel tertio, qđ hic dicitur de publicatis
vel renūciatis,refertur ad illos teſtes, de quibus hic fit mentio,
nor. autem ad iſtos iuramento doloſe aſtrictos.Sed hoc vltimū
mihi non placet,quia eſt deſtruere hanc literam.Secunda vero
ſolutio ſeu limitatio, eſt vera in ſe; ſed procedit iure ſpeciali in
eccleſijs minoribus,& ſimilib. priuilegiatis. Nec reſtringo hoc
beneficium in his teſtibus dolo ſubtractis, ſed idē dico in alijs,
argum.c.auditis,& c.a.de in integ. reſt. per quod dico hanc li-
mitationem nō cadere hic.Prima limitatio, ꝙ audiatur aduer-
ſarius bñficio generali ex clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa, & c.
non placet mihi indiſtincte,ſed diſtinguerem ſic,ꝙ aut ex ſub-
tractione aduerſarij fuit impeditus hos teſtes producere, ante
renunciationem ſeu publicationem aliorum, puta quia inter-
rogauit illos teſtes,an ſciuiſſent aliquid in illa cauſa, & illi mali
tioſe,vt non producerentur,dixerunt ꝙ non,quib.iſte credens,
conſenſit publicationi aliorum, vel productioni renunciauit;
& tunc audietur per beneficium reſtitutionis,ex clauſula gene
rali, ex quo fuit certioratus de iuramento per eos præſtito poſt
conſenſum renunciationi,vel publicationi præſtitū.hæc enim
eſt iuſtiſſima cauſa admittendi,tum maxime in odium aduer-
ſarij ſui,alias reportaret ex dolo ſuo malitiam,contra c.& ſi ne-
ceſſe.de do.inter vir.& vxo.poſt diuor. reſti.aut ante cōſenſum
publicationi ſeu renunciationi præſtitum ſciuit de hoc iuramē
to, & nihil dixit,vel non curauit eos producere;& tunc non au
dietur, quia non ſubeſt aliqua iuſta cauſa audiendi eum; & ſic
procedit iſte tex. ſimpliciter productionem poſt publicationē
vel renunciationem prohibens;& ſic limito hunc tex. & dicta
doct.hic.Opp.2.& videtur,quod iſti qui iurauerant non depo-
nere,non debent compelli, nec admittendi ſunt ad deponen-
dum, quia contra iuramentum proprium nemo debet com-
pelli,vt c.debitores,& in cap.& ſi Chriſtus,& c.quanto, de iure
iuran.Item ſi diceres iuramentum non valuiſſe, ergo iſti iuran
do peccauerūt:& ſic peccatum debet eos repellere à teſtimo
nio,inf.eo.c.teſtimonium.Sol.glo.2. ponendo duas lec. ad tex.
Prima,quod iſti,teſtes compelluntur deponere ſuper principa
li.Ad contraria reſpondet, ꝙ erat hoc iuramentum illicitum,
& non poterat obſeruari ſine peccato, quia cælaret veritatem
&c.& præſumptio erat contra iſtum,ꝙ iniquam cauſam foue-
ret, ex quo voluit ſubtrahere aduerſario copiam probationis.
Nec obſt.temeritas iurantis, quia ſicut temerarium iuramen-
tum,non repellit à promotione,inf.de iureiur.c.ſicut, ita nec à
teſtimonio.Secunda lect.eſt,ꝙ iſti teſtes non deponerent ſuper
principali:ſed ſolum ad detegēdum illam fraudem aduerſarij,
& hoc innuit tex.in c.peruenit,inf.tit.proxi.Hanc vltimam lec.
tenuerunt hic Lau.Tan.& Vin. qui dicebant iuramentum ſer-
uandum,ex quo ſine interitu ſalutis ęternę poteſt ſeruari,quia.
ſ.poterat aliter ſubueniri,illi cuius teſtes fuerunt corrupti. alle-
gant 22.q.4.c.ſi §.vlt.Sed Innocen.& Ioan.Andr. communiter
ſequentes,tenent primam lect.nam ſecundum vltimam lect.
fruſtra ponderaſſet Papa publicationem aliorum teſtium;quia
cum hæc fraus eſſet nouum capitulum,potuiſſent induci iſti &
alij teſtes,vt in c.ſup.prox.& inf.eo.c.cum veniſſet. Item dico,
quod de hoc eſt caſus in cap.quia plerique,de offi.or.lib.6.& c.
olim,inf.de accu.& in c.conſtitutus,inf.eod.vbi denunciantur
3 tales,iuramento non teneri.& facit qđ ſup.dixi in no.1.†Et pro
hoc facit quod no.dicit Innocen.in c.qualiter & quādo, illi.de
accu.vbi dicit, quod ſi quis iuramento promiſit alicui non re-
a uelare ſecretum a ſibi dictum; ſi tamen producitur in teſtem,
tenetur illud reuelare,quia,aut cogitauit iſtum caſum,quando
iurauit, & eſt illicitum iuramentum, ideo non ſeruandum. de
iureiur.ca.quanto.aut non cogitauit iſtum caſum, & non extē-
ditur ad iſtum caſum.22.q.5.c.humanæ aures.ſi tamen dixiſſet
ſibi in pœnitentia.non tenetur illud reuelare,de excel.prel.c.di
lectus.Aduerte tamen,quia tunc dicitur in pęnitentia dictum,
quando quærebat ſalutem animæ;ſecus ſi cauſa laſciuiæ:ſic no.
dicit Innocen.in c omnis.de pœni.& re. tunc enim non tenet
locum Dei.Et ex hoc intellectu ſic defenſato, collige duo. pri-
mo,quod iuramentum temerarium non repellit à promotio-
ne.ſecundo,quod licet quis ſubtrahat teſtes aduerſario, non ta
men per hoc debet perdere cauſam;alias fruſtra fuiſſent hic re-
cepti teſtes ſuper principali.Sed circa primum dic latius, quod
aut iſti temere iurantes non pœnituerunt,vt quia compulſi ve
nerunt ad teſtimonium,& admittuntur contra talem, qui eos
ad iurandum induxit,quoniam ipſe non poteſt contra hos reci
pere de hoc delicto,cum fuerit actor, & ſic facile repellitur re-
plicatione doli,de adult.c.pe.& vlt.& c. diſcretionem, de eo q
cog.conſang.vxo.nec iudex debet hunc repellere ex officio, in
odium illius,qui hunc inducit ad iurandum, & vt dolus illius
b non noceat alteri parti, licet alias iudex b ex officio repellat te-
ſtes indignos.ff.de poſt.l.quos prohibet.1.q.7.c.ſi qui ſunt, &
cap.quærendum,& quod ibi no.fortius admittitur iſte, ſi pœ-
nituit;& ſic intellige doctor.hic.Aut producuntur iſti teſtes cō
tra alium,& tunc repelli poterunt, ſi ipſos non pœnituit.argu.
c.teſtimonium,inf.eo.Aut egerunt pœnitentiam, & admittun
tur tūc,tum quia modicum fuit delictum,tum etiam quia ege-
runt pœnitentiam.Et eandem diſtinctionem adhibes, cum q̄-
ritur, an temere iurans repellatur à promotione. ad hoc addu-
co bon.glo.81.diſt.c.1.& tex.in c.teſtimonium.inf.eo.& ibi per
4 Hoſtien.& Io.And.†Circa iſta quæritur, an debeant perdere
cauſam illi,qui aduerſarijs ſubtrahunt copiam probandi? Hic
videtur tex.in argum. quod non. In contrarium facit c. perue-
nit,inf.titu.proxi.& ſentit hic Innocen.in prima ſolutione.Sed
circa hoc vide quod no.inf.eod.capitu.cum cauſam. in gloſ.in
verbo,Compellas.& tex.in capitu.conſtitutis,il 1. infra eod. &
quod in eis not.

ADDITIONES.

a Reuelare ſecretum.Vide quæ no.Ang.de Are.in tract.maleſi. in ver. Che hā
tradito la patria tua.vbi ponit de ſacerdote,cui fuit ſibi aperta proditio pa
triæ,an teneatur reuelare.

b Iudex.Iudex poteſt ex officio repellere teſtes indignos,& criminoſos, licet
pars non opponat.vide gl.& do.Ab.& quod ibi notaui in c.nulli, de accu.
Sed tu dicas quod illud dictum nō eſt omnino verum.Et ideo vide do. An.
in hoc paſſu eleganter diſtinguentem in ca.bonæ,il 1.in 6.col.de poſt.præ-
la.& plenius per eundem in c.cum dilectus, in 10.col.de conſue. & per do.
Abb.in c.cum cauſam,il 1.ſuper gl.in ver.de cauſis, inf.eo.dum tractat de
illo articulo,an teſtis teneatur reſpondere iudici de proprio crimine. & vi
de gl.in c.alieni,2.q.7.& de iſta quæſtione vide per Ro.in l.4.§. hoc autem
iudicium,ff.de dam.inf.Sed quod iudex ex officio poſſit repellere teſtem in
habilem,tenet Bal.in d.l.quos prohibet.ff.de poſtul.& ad hoc alleg. gl.in l.
j.§.ſi præſes,ff.de magiſt.conuen.

An iudex poſſit teſtem non idoneum ex officio repellere, etiam parte non
petente,vltra Inno.hic videas Lanfr.in c.quoniam contra,in ver.teſtes, de
proba.& eſt concluſio,quod ſic.Quod tamen intellige verum,ſi conſtat ex
actis de inhabilitate teſtis.Ita Ang.notabiliter in Auth.de teſti.in prin.& in
l.ſi parēs,de inoſ.teſta.& habetur per Bal.in l.j.in §.ſi curatores, ff.de mag.
conuen.& vide gl.in l.3.ff.de teſti.& per Bar.& Ang.in l.4. §.hoc autem,ff.
de dam.infe.& habetur per Bal.in l.cum mulier,col.24.ff.ſol.ma. & per Io-
an.An.in addi.Spec.in ti.de teſte,in §.j.in verſi. quid de domeſtico, & vide
Alex.in d.l.3.de teſtib.& habetur per do.Ant.in c.cum dilectus,de conſue.
quod adeo verum eſt,vt iudex ex officio poſſit repellere teſtem infamen ꝓ
ductum contra aliquem infamen,quamuis ille, contra quem producitur,
non poſſit opponere contra teſtem de infamia,cum etiam ipſe ſit infamis,
vt per Bar.in l.arenam.C.de inoſ.teſta.& per Alex.in d.l. 4.§.hoc autem.ff.
de dam.infec. Seba.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium,vel reſcriptum contra ſolitum morem priuilegiorum, vel reſcri
ptorum,eſt de falſitate ſuſpectum.*

2 *Publicatio,vel renunciatio atteſtationum, non excludit probationem teſtiū
circa noua capitula dependentia,vel circa antiqua, ſuper quibus teſtes non
fuerunt examinati.*

3 *Princeps concedendo motu proprio priuilegium,inſcius de iure tertij, non vi
detur tertio præiudicare.*

4 *Motus proprius Principis excludit omnem ſurreptionem, & non aliud.*

5 *An ſola commiſſio cauſa,uel notificatio,uel citatio faciat rem litigioſam,ut
priuilegium lite pendente ualeat,uel non ualeat.*

CAP. XIX.

CAuſam. Publicatio, vel renunciatio teſtium
in certis capitulis,non præiudicat vo
lenti teſtes producere in alijs, h. d. quoad titulum.
Habet enim alia dicta,quæ non faciunt ad titulum
ideo illa non ſumantur,ſed inf.declarabuntur.Communis diui
ſio.ſecunda ibi.Iudicibus.Caſus liter. Inter monachos de Mar
tura ex vna parte,& Plebanum & clericos eiuſdem loci ex alte
ra,quæſtio vertebatur, quæ fuit commiſſa quibuſdam iudici-
bus,coram quibus teſtes fuerunt hincinde recepti,& renuncia
tum productioni teſtium,& atteſtationes etiam publicatæ. Tā
dem monachi quoddam priuilegium impetratum lite pendē
te produxerunt in medium,per quod iuri alterius partis, gene-
rari præiudicium videbatur.Iudices ſuper hoc dubitantes,con
ſuluerunt d. Papam ſuper hoc ſcribit papa ipſis monachis, di-
cens,quod ipſe mandauit iudicibus,vt recipiāt teſtes idoneos,
qui producti fuerunt ſuper alijs capitulis,ſi qua fuerunt alia ab
his,ſuper quibus teſtes recepti fuerunt,& eorum atteſtationes
publicatæ, non obſtantibus aliquibus capitulis nouiter impe-
tratis per nuncios monachorum, quæ continentur in priuile-
gio,vel alijs literis ſibi conceſſis,poſtquam cauſa ipſa eiſdem iu
dicibus commiſſa fuit,quæ videbantur præſtare impedimentū
alteri parti,& cauſam ipſam concordia, vel iuſtitia mediante
decidant.In fi.mandat monachis,ꝙ priuilegium illud per nun
cium ſuum, ad præſentiam ſuam tranſmittant. quia Florenti-
nus epiſcopus ſignificauit D.Papa,ꝙ quædam capitula contra
rationem erant ibi inſerta.B.No.ꝙ non ſolum in cā appellatio
nis,poſſunt teſtes ꝓduci ſuper nouis articulis,ſeu capitulis, pu-
blicatione vel renunciatione nō obſtante, ſed etiam in cā prin
cipali.De primo patet in c.fraternitatis,ſup.eo.de ſecūdo,patet
hic,

Digitized by Google

hic,& in c.cum veniſſent. infra eo.Intellige prout dicetur in d.
c.cum veniſſent.Secundo no. ibi:In hac cauſa &c.ꝙ priuilegiũ
impetratum,lite pendente, non videturomnino nullum,licet
de lite pendente non faciat mentionem, ſed illi liti non præiu-
dicat. Valebit ergo reſpectu alterius inſtantiæ,tamen iſte text.
poteſt induci in contrarium, quia non dixit de inſtantia, ſed in
hac cauſa: vnde licet inſtantia pereat per ſententiam, cauſa ta-
men eſt eadem,iuxta no.in c.1.de proc.lib.6. Sed vide quod la-
tius circa hoc dixi in cap.fin.vt lite penden.& infra aliquid tan-
2 gam. † Vltimo tene ſemper menti hunc text. ꝙ priuilegium [a]
a obuium,ſeu contrarium rationi, & cõtra ſolitum [b] curſum pri
b uilegiorũ,eſt de falſitate ſuſpectum, propter quod debet remit
ti vnà cum præſentãte ad Papam.& idem dic in reſcripto,vt in
c.2. de reſcrip. Non debet ergo ordinarius eſſe facilis in execu-
tione horum priuilegiorum, ſed conſulere Principem,& expe
ctare ſecundã iuſſionem. Vide tex. op. in c.ad noſtram,& in c.
porrecta,de confir.vti.vel inuti.facit c. cum adeo, cum ibi not.
a ſup.de reſcrip.& c. in memoria.19.diſt.† Quæro, de quibus capi
tulis intelligitur iſte tex.gl.1. ponit duos intellectus. Primus,vt
intelligatur de capitulis nouis, dependentibus tamen ex anti-
quis,iuxta ea,quæ dixi ſup. eo.c. fraternitatis.& ſecundum hũc
intellectum colligit,quod etiam in cauſa cõſultationis,poſſunt
teſtes produci ſuper nouis capitulis.Et dicit in cauſa cõſultatio
nis, quia iudices hic conſuluerunt Papam ſuper iſtis dubijs,de
quibus hic in text.dicit. Dic tamen, quod hoc non eſt multum
ponderandum, quia de hoc fuit facta conſultatio, & ſic perin-
de eſt,ac ſi cauſa non fuiſſet remiſſa conſulẽda. Si enim viſis iu-
ribus partium, iudices remiſiſſent deciſionem cauſæ conſulen
dam per Papam;tunc non poſſent amplius produci ante ſentẽ-
tiam,quia talis relatio haberet vim concluſionis in cauſa,iuxta
no.in c.intimaſti,inf.de appel.& in l.1.& 2.C.de rela. Secundus
intellectus,ſecundum gl.eſt, vt intelligatur de capitulis antiqs,
ſuper quib. teſtes non fuerunt producti, & publicati. & hic in-
tellectus plus placet gl. & eũdem intellectum ſequitur hic Ho-
ſtien Sed Lau.& Tan.ſequuntur primum. Dic vtrunque intel-
lectum verum in ſe. Neutro enim, caſu obſtat renunciatio,vel
publicatio ad certa capitula reſtricta,vt ſupra dixi,& dicetur la
3 tius,infra eod. c. cum veniſſet.† Secundo,quæritur quare Papa
mandat hanc cauſam decidi, priuilegio alterius partis non ad-
miſſo, cum inſtrumenta poſſint produci vſque ad concluſio-
nem in cauſa infra de fide inſtrumen.c.cum dilectus.Gl.2.taci
te reſpondet quia fuit impetratum non facta mentione de lite,
ex quo colligit non valere priuilegium lit. pend. impetratum.
c Idem [c] tenet Hoſt. ſi proprio motu Principis priuilegium eſſet
conceſſum, vt non præiudicet parti aduerſę. Si autem priuile-
gium nil noui concederet in præiudicium aduerſarij, tunc be-
ne valeret,ſecundum Tan.& Goffred.Et no.bene ex hoc dicto
Hoſti.ꝙ princeps, concedendo motu proprio priuilegium,in-
ſcius alterius iuris,non videtur velle illi præiudicare,facit capit.
ſuper eo.de offic. delega.& l.2 § ſi quis a principe.ff. ne quid in
4 loco publico † Ad idem vide bonam gl. in cle. ſi Romanus.de
d præben. quæ dicit,ꝙ motus proprius [d] excludit duntaxat ſurre-
ptionem,nec aliud operatur vltra intentionem ſcribentis,& ſic
non validat gratiam contra intentionem ſcribentis, & vide p
Ioan.And.in c ſi motu proprio,de præben lib.6.& per dom de
Ro.dec.45.& aliquid dico in c. cum dilectus, de iure patro.De
intentione autem principis in dubio non eſt velle alteri præiu-
dicare, non certificatus de iure illius: vide tamen quod dicam
5 in ſeq.gl.† Gl.in verbo,commiſimus,colligit ꝙ poſtquam cau-
e ſa eſt commiſſa,[e] iudicibus,res videtur eſſe litigioſa, ita vt non
valeat priuilegium poſtea impetratum. & hoc tenuit Lau.Ho-
ſtiẽ.vero dicit hoc poſſe procedere præſentatis literis commiſ-
ſionis.infra de app.cap. ſuper eo.il a & citatione ſecuta. arg.de
offic.deleg.c gratum. vel ſaltem poſt notiam aduerſarij. de ap.
c.meminimus.& de ali.iud.mu.cauſa fac. c.1. Ioan.Cald.vide-
tur ſimpliciter ſequi gl.vt ſufficiat ſola commiſſio ſine notitia
literarum,& ſine citatione,per cap.cum olim,de re iud.D. An-
to. diſtinguit, ꝙ ſi agitur prorſus de nullitate reſcripti ex vitio
ſurreptionis,ſufficiat ſola commiſſio cum notitia abſque cita-
tione: ſi vero agitur de nullitate reſcripti ex vitio pendentis li-
tis,tunc exigitur citatio,vt in clemen.2.vt lit.pendẽ.de quo per
Ioan And. in c.1.de priuileg.lib.6. Ego diſtinguerem ſic, ꝙ aut
priuilegium præiudicaret ei, cui Papa ſciebat veriſimiliter præ
iudicaturum,& tunc non corruit aliquo caſu ex vitio ſurreptio
nis,non obſtante ꝙ proceſſerit commiſſio in forma iuris, quia
ſi Papa

ADDITIONES.

a Priuilegium.Vide multa cumulata per Fel.in c.2.col.ſi. 6.ver.ſtylus curiæ.ſup. de reſc.& Ro.in conſi.316.incip.quæſtio eſt. Et quod inſolita arguant fraudis ſuſpicionem,no.Alex in conſi.46.col.1.cir.fi.in 3.vol.Barth.Vero.in tractat.ſimulatio. in 7.& 9.præſumptione.Ro.in conſi. 423.incip.pro pleniori. in fi.& conſi 540.incip.cir.propoſitam,col.3.And.Sic.in rep.rub de ſi.inſtr. char.17.col.4. Seb.Sap.

b Solitum.Iſtam gl. allegat notantes do. Ab.in c.ex parte il 2. cir.fi. de of.dele. eo. modo, quo ipſe appellat.Et hic eam appellat ſingularem do.Ab.dicens eam probare, ꝙ de eo quod priuilegiũ continet aliquid contra curſum priuilegiorum præſumitur falſum.Ad idem ego alle. tex.in c. ex parte de cap. mona.Imo dico,ꝙ ex iſta præſumptione, ꝙ in priuilegio ſit clauſula inconſueta,poterit puniri, de falſo. caſus eſt ſin.in d.c.porrecta.de cõfir.vtil. vel inu.Et vide do.Ab.in c.ex parte.il 2.cir.ſi.de of. dele.Itẽ ſi priuilegiũ,vel reſcriptum in modo narrandi, habet ſtylum inconſuetum,præſumitur falſũ, tex.eſt in c.quam graui, de cri.fal. Et ſi inſtrumentum habet clauſulas incõſuetas.præſumitur de falſo contra notarium,gl.eſt no.ſecundum Bal.ibi in l.ſi ſub conditione.ff.de cond.inſt.ad quod do.Pet. de Ancha.hic ponderat hanc gl.Et ſcias,ꝙ in dubio quando aliquid obtinetur contra ius cõmune, illud in dubio intelligitur ambitioſe obtentum, gl.eſt no.in c.ſi.de tranſlat. epi.quod eſt verum, quando obtinetur ad poſtulationem,ſecus ſi motu ꝓprio,vt dicit Bal.in l.cum de conſuetudine.ff.de leg.vbi dicit,qđ ſi notarius rogatus eſt,vt conficiat inſtrumentum intelligitur licito & cõſueto modo, quia inſolita ſunt ſuſpecta,ut no.in l.6.de cond.inſti.
An ex clauſulis inconſuetis reddatur inſtrũm ſuſpectũ de falſo, & dicas, qđ inſtrũm,uel priuilegium eſt ſuſpectum de falſo, ſi in eo deficiunt ſolemnitates requiſitæ,ſecundum Bar.in l. nulli.C.de non nume.lib.12.vel ſi eſt litera noua in charta raſa,vel antiqua, vt per Inn. in c.cum Ioannes.de ſi.inſtr. & per Bal.in l.ſi veritas.C.de fideicom. Reſultat etiam inſtrumẽti ſuſpicio, ſeu priuilegij ex interlineari ſubſcriptione,& raſura.l. ſi vnus. & ibi Bal.C. de teſta.& per Spec.in ti.de inſtr.edi.§.poſtremo. ver.item excipitur,quod eſt vituperatum.& per Alex. in l.ſi. C.de edicto diui Adr. tollen.Et adde ẽt quod inſtrũm, ſeu priuilegium redditur ſuſpectum ex perſona ſcribentis, vt ſi ſcribens eſt perſona vilis,quod adeo verum eſt, quod ſi ſcribens eſt condemnatus & priuatus officio, non poteſt fideiuſſione iuuari,etiam viua teſtium depoſitione,ſecundum Bal.no. in l.iubemus. in ſi.C.de prob. Et quibus modis reddatur inſtrũm ſuſpectum, & quib. caſib. teſtis contra illud nõ admittatur, & quot teſtes contra illud admittantur, uide per Spec. in tit.de inſtru.edi.in §.8.Et an ex clauſulis inconſuetis inducatur ſuſpicio falſitatis inſtrumenti, vel priuilegij. dicas quod quemadmodum conſuetudo poteſt derogare ſolemnitatibus inſtrumenti,ita clauſulæ in conſuetæ appoſitæ reddunt inſtrumentum ſuſpectum, vt per Inn.in c. 1.in vlt.col.in ver.item no. quid ſi priuata ſcriptura, de ſi.inſtr. & per Bal.in marg.ad Inn.in ver.conſuetudo.in verſic.2. & vide etiam,quæ habentur, & no.in l.Barbarius.ff.de offi prætor. Ant.Fran.
Adde quod operetur motus proprius Ro.in cõſ.337. Et an notarius debeat apponere clauſulas conſuetas, vide Alex.conſi. 27.& 88.1. lib.
De clauſula motus proprij,dicas, quod illa nõ tollit effectũ perſonæ,gl.eſt no.in cle. ſi Romanus,in ver.quantuncunque, de præb.nec impetratur cõtra mentem concedentis prius declaratam.no.Io.And. in c.cum dilectus,de iure pat.& vide do.Ab.de effectu huius clauſulæ, in c.cum olim, in 6.col.de re iud.Car.in d.cle.ſi Romanus, & in cle.2. de præb.vbi dicit,qđ tollit ſurreptionem,ſed non ampliat gratiam, nec operatur in his, quæ non ſunt expreſſa.vide do.de Ro.in dec.335.in no.vbi dicunt,quod motus proprius non poteſt probari per teſtes.de quo per Alex.in l.3. in prin.ff. quod quiſq; iur. & vide Card.in cle.2.in 4.q.õ.de offi.ord.vbi dicit,quod facit præſumi omnia rite facta per partem,& uide de materia in c. ſi motu proprio.de reſcri. in 6. Ant.Fran.

c Idem.Aduerte:nam ſi uellet aliqñ princeps præiudicare,non poſſet,vt puta, ſi princeps uellet compellere aliquem ad vendendũ rem ſuam, uel ipſemet Princeps,non poſſet res alienas uendere, uel obligare,gl. eſt ſin.in l.2.C.§ ſi t lon.conſue.etr.med gl magnæ.Hinc eſt, qđ qñ princeps,uel ciuitas facit legem,quæ ſolũ concernit ſingulares perſonas,non ualet, obſtante exceptione doli,quæ põt opponi.l. 1. in ſi.ff. de excep.do.& ita tenent Canoniſtæ in c.cum oẽs.de conſti.& Abb.in rub Bar.in l.oẽs populi.in 5. q. prin.ff. de iuſt.& iu.& ẽt Bar.in l.ſi.ff.de ap.reci.do.Alex.& Ang.in l.2.ff qđ quiſq; iu.Bal.in l.quiſquis.C.quorum ap.non reci. ubi notabiliter determinat,qđ ſi ſtatutum, uel cõſtitutio eſſet generalis quoad uerba, ſed quoad effectum ſpecialis, non ualeret. Facit ad hoc id,quod uult Pet.de Anch.in c.canonũ ſtatuta.de conſtit. ubi concludit, quod ſtatutum ciuitatis Spoleti,quamuis generale quoad uerba, quia tantum reſpiciebat molendina, quæ habebat ibi Archiepiſcopus,non ualet,& illud ſequitur Alex. in conſ.209.in 2.uol. Ber.Lore.
An ualeat lex facta a principe,uel ciuitate,quæ concernit ſingulares perſonas,dicas qđ leges dẽnt eſſe gñales,iuſtæ,honeſtæ,& poſſibiles,ut in c.erit aũt lex 4.diſtin.& dicit Aulus Gellius lib.9.c.20.qđ lex eſt generalis iuſſus principis,ſiue gñalis iuſſus populi,rogãte magiſtratu factus. & uide no.max.per Ang.Are.in §.ſed & quod prin. Inſt. de iure natu.ideo dicebat Bal.in l.tam mandatori.in 3.col.C.de non nu.pe.quod lex edita de certa perſona, dicitur potius reſcriptum,quam lex. Ant.Fran.

d Motus proprius.Vide plura,quid operẽt motus proprius,ꝑ Lud.Ro.in conſi. 327.incip.iſtæ ſunt.& infinita per Fel.in c.ad aures.col.4.ver.quinta cõcluſio,ſup.de reſcr.& Car.in conſi.88.incip.Papa uniuit quãdam Abbatiam.& Pet.de Anch.in conſi.184.inci.uiſis conſilijs. Seb.Sap.

e Cã eſt commiſſa. Quoad impetrationem priuilegij, dr̃ lis, pendere per delegationem cãæ,ut hic per do.Ant.Sed Do. in c.ſi.in antep.col.ut lit.pend.dicit,qđ hoc caſu ꝑ citationem dr̃ lis pendere.& Ang.in conſil.ſuo 190.quod incipit.In Dei noĩe, eiuſq; matris Virginis Mariæ. ordinamentum factũ.& uide D.Ant.in c.1.in ult.col.ut li.pen.& melius ꝑ do. Abb. & ui de D.de Ro. dec.212.ubi dñt,quod non hẽt locum in curia Ro. Itẽ uide D.de Ro.in nouis dec.20.Item adde hic quod no.in c. quoniam.cir.prĩnc.uer.no.quod ſolus,de immu.eccl.lib.6.& uide D.Ant.in c.tenor.in ſi.de re iud. Adde qñ dicatur lis pendere,Ro.conſi.338.
Dicas, quod lis dicitur pendere plurib. mod. primo per oblationem libelli factam iudici.l.1.C.ut lit.pend.Secundo per appellationem, ut in tit.nil no app.pend.Tertio per relationem, uel conſultationem factam ſuperiori per iudicem l.ea illo.C. de appell. Quarto per iudicis recuſationem.c.ſecundo requiris.& c.cum ſpeciali.de appella.l. apertiſſimi.C.de iud. Quinto per in integ.reſtitu.intentatam,ut in l.2.C.de in integ.reſti.poſtu.nil no.fie.Sexto per libelli porrectionem factam principi.l.1.& 2.quando li.prin.da.Item ꝑ interpretationem iudicis.c.ſuggeſtum.de app.& per Car. in cle. 2.ut li.pen. in 3. op.ubi etiam dicit, quod per commiſſionem cauſæ poteſt dici lis pen. Et an per ſolam citationem,ſeu citationis commiſſionem,dicatur lis pendere,uide in c.relatum.& in c.gratum.de off. deleg.& in l.& quia.ff. de iuriſd. om.iudic. Ant.Fran.

t

Digitized by Google

ſi Papa tollit ius,fortius videtur tollere reſcriptum conceſſum
duntaxat ad illius iuris executionem. Exemplum,contentio
erat inter rectorem parochiæ & monaſterium ſuper quibuſdã
decimis prædialibus, facta commiſſione ad petitionem recto-
ris, vt fieret ius, monaſterium impetrauit exemptionem illarũ
decimarum, certe non apparet hoc caſu quare eſſet fienda mẽ
tio de miſſione, vel de iure rectoris, cum eximendo monaſte-
rium ſatis iacit mẽtionem de iure rectoris,nec præiudicatur ex
hoc liti,cum nulla adhuc ſubeſſet.d clemen. 2.vt li.penden.nec
de iure communi erat fienda mentio,cum aliter non eſſet pri-
uilegium.& quod Papa bene ſciuit decimas prædiales pertine-
re ad rectorem parochiæ. & ſic videtur, quod de hoc iure non
erat fienda mentio. & ad hoc quod not.in cap. 1. de conſtit.lib.
6. Si autem præiudicaret ei, de quo Papa veriſimiliter ignora-
bat,& tunc fateor,quod corruit ex ſurreptione, niſi faciat men
tionem de iure alterius.ad hoc quod no.in cap. dudum,de pri-
uileg.& cap. 2. de dec.lib. 6.vide per glo. & ſic intellige illud c.
cum olim.de re iudic.alleg. per Ioan.Calde.ibi enim Papa præ-
ſumebatur circũuentus, cum veniſſet contra ſententiam ſuam
interlocutoriam, & dic vt ibi. Sed ſi quæritur,nunquid corruat
priuilegium reſpectu lit.penden. dic, quod ſi ante citationem
factam, prout dicitur in d. clemen. 2. fuit impetratum,non ob-
ſtat pendentia luis, vt ibi; ſi vero poſt citationem, tunc impe-
diũtur vires priuilegij ſolum ad tempus, ſcilicet reſpectu illius
inſtantię, quia non fuit de intentione Principis, præiudicare li-
ti,quam ignorabat,Authen.in me litis.fac.iui.non fie.& d cap.
fin.vt lit.penden.ſed in alia lite valebit,quia,vt dixi, non peccat
in ſurreptione reſpectu iuris indulti, ex quo Papa ſciebat,quod
iuri alterius præiudicaret, ſed ſolum reſpectu ſuius inſtantiæ li-
tis.& vide quod dixi in d.cap.fin. Vltimo nota bene glo.fina.&
adde quod dixi in vltimo notabili.& vide vltra prædicta tex.in
cap.quod ſuper his.infra de fide inſtrumen.vbi plenius de hoc
videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Laborans eodem vel ſimili aut diſſimili delicto, repellitur a teſtimo-
nio.*
2 *Teſtis an poſſit teſtificari, ſi habet conſimilem cauſam illi, in qua teſtifica-
tur.*

CAP. XX.

PErſonas. A teſtimonio repellitur ſimili mor-
bo laborens. hoc dicit. Sic pone ca-
ſum, ſecundum, quod loquitur hæc decre. Vacat
aliqua eccleſia, filius prælatus decedentis, vel vica
rij,vel etiam alius cum prælatus, ad quem ſpectat inſtitutio ec-
cleſię,dicat ſe ius habere in eccleſia,appellat,ne prælatus ordi-
net eccleſiam. Dicit Papa, quod ſi etiam coram iſto epiſcopo,
vel etiam alio huiuſmodi negotia ventilentur,non vult, vt ali-
qui morbo conſimili laborantes(& hoc certum ſit, aut proba-
ri poſſit) in teſtimonium admittantur, ſi ab alterutra parte ad-
ducti fuerint. Per illud verbum, Huiuſmodi,q̃d erat in antiqua
Dec.videbat hæc dec.locũ hic in ſimilib.cauſis.Sed in iſta Dec.
nõ eſt illud verbum, Huiuſmodi, ſed ſimpliciter dixit negotia.
Vnde videtur intelligenda Decret. in omnibus cauſis, vt qui-
cunque habet ſimile negocium, non admittatur in teſtimo-
nium ſimilis cauſæ. Bernar.Not. quod per verbum,Nolumus,
reſpondetur de iure.vide gloſſ.in elemen.2.de offic. ordin.No.
2 quod non omne probabile, eſt certum: hic enim ponuntur
iſta,vt diuerſa Et exponit Ioan And.certum.i.notorium, quod
non egeat probatione, de fil.presbyr capit. quoniam.Probabi-
le vero, quod probari poteſt difficulter,quod not.pro ſtatutis.
omne tamen probabile eſt certum naturæ, licet nobis incer-
a tum ſit.l.ſi pater.ff de ſolu.†Sed quæro dicitur hic. Quod ſimi
li morbo laborans.&c.Qualiter ſumitur hic morbus?Glo.vide
tur hic intelligere de peccato,vt ſic ſit ſenſus.quod laborãs eo-
dem delicto, repellitur a teſtimonio. & iſte intellectus eſt ve-
rus in ſe. nec oportet tunc neceſſario ponderare conſimilitudi
nem, ſeu conformitatem delicti, quia etiam diſſimile repellit,
vt in capit. teſtimonium, infra eodem. Sed nec etiam oportet
indagare de delicto,cuius,ſcilicet impugnantis,vel producen-
tis, debet eſſe conſimile, prout quidam voluerunt hic ex anti-
quis: ſatis enim eſt eum eſſe criminoſum. Nam & criminoſus
poteſt excipere contra criminoſum, quia criminoſo non eſt de
neganda defenſio,vt legitur & not. in capit.a nobis, de except.
& capit.cum inter. eodem titu. & pro hoc facit tex ibi ab alte-
rutra. Et ad text. hic, qui ponderat conformitatem delicti, dic
quod ita accidit hic in facto,quia producebantur complices &
ſocij,non tamen ſequitur, quin aliter & criminoſi debeant re-
pelli,vt capit. teſtimonium. infra eodem. Ad prędicta faciunt
2 capit.1.de confeſſ.& 15. quæſtio. 3. capitu. nemini.† Sed quæri-
tur, nunquid poſſit verificari deciſio huius caſus in identitate
a cauſę,aut ſic aſſumatur ſimilitudo morbi,pro ſimilitudine cau
ſæ. Gloſſ. iſta aperte non aperit, ſed videtur tacite hoc ſentire
in eo,quod deduxit ſimilitudinem in iudice, quia repellitur,vt
ſuſpectus,ſi habet vt priuatus cauſam conſimilem ſibi,vt iudi-
ci commiſſam,vt in capit. cauſam quæ. de iu. Sed apertius hoc
tenet Specu.eodem titu.§. 1. ver.item quod habet.Hoſtien.con
tra. Dicit enim eſſe abſurdum, quod vnus emptor non poſſit
eſſe teſtis in cauſa alterius emptoris, & dicit Decre. intellegen-
dam de ſocio,& participe,ſecundum quod loquitur l.qui libe-
b ri.C.eod. Ioan.And.b dicit idem dicendum in teſte,prout dixit
in iudice. dict. capitu.cauſam quæ.de iudic. & ſic videtur velle,
quod ſi ex deciſione cauſæ ſuæ, in qua teſtificatur, concluditur ad
deciſionem cauſæ ſuæ,repellendus eſt & ſic poterit ſecũdo mo
do iſte text. intelligi,non autem quælibet ſimilitudo cauſæ,ſal-
tem in genere repellet, & ſic poteſt ſaluari dictum Hoſtienſ.
Hoc dictum Ioan. And. non placet domi. Anton. ſed plus ſibi
placet dictum Hoſtien.indiſtincte,quia teſtis non habet atteſta
ri ſuper iure,ſed ſuper facto,& nunquam ſecundum eum,ex di
cto teſtium ſolo poteſt concludi ad deciſionem cauſæ priuatę:
ſecus in iudice, qui habet decidere ſecundum ius. Non credo
eam bene dicere,quia etiam ex dicto,ſeu ſententia iudicis,non
infertur ad deciſionem cauſæ neceſſario, quam habet vt priua-
tus, quia alius iudex non habet ſequi ſuam iniuſtam ſenten-
tiam,cum legibus,non exemplis ſit iudicandum.l.nemo.C.de
ſent. & not.in capit. de quibus. 20.diſtinct.ſed repellitur,ne du-
ctus affectione cauſę ſuę, quam iuſtam putat, ſic iudicet in
cauſa alterius.Idem proprie ſæpe poteſt cõtingere in teſte. Po-
ne enim quod ſit quæſtio,vtrum certa conſuetudo ſit in loco,
producitur in teſtem ille, qui habet cauſam, in qua allegat il-
lam conſuetudinem,certe de facili deponet de conſuetudine,
cum eam aſſerat in alio iudicio in cauſa propria. Aliud exem-
plum, producitur quis ad teſtificandum, quod Titius fuit pu-
c blicus vſurarius:c & ille idẽ q producitur in cauſa alterius,præ-
tendit in cauſa ſua illum fuiſſe publicum vſurarium. Certe iſte
non debet admitti,quia nõ eſt liber teſtis,propter affectionem,
quam habet ad cauſam. ar.capit.repellantur, infra de accuſa.&
quod no.in l.quoniam liber.C.eod. tit.hoc idem videtur ſenti-
re Federic.conſil. 62.in fin. Intelligo ergo ſimilitudinem modo
prædicto,& non in qualibet ſimilitudine, in qua non concludi
tur affectio, & ſic poteſt ſaluari dictum Ioan.And.Ad idem fa-
cit quod not. gloſſ. in d. l. quoniam liberi.quæ quærit nunquid
ciuilibus repellatur,ſocius partis.Et reſpondet, quod non,ſi ius
ſuũ nullo modo læditur,alias ſecus,ſi eſſet ſocius omnium bo-
norum. In caſu, autem noſtro infertur pręiudicium ſaltem re-
ſpectu præſumptionis, quę oritur contra eum, propter quod
euitandum licitum eſt tertio, appellare a ſententia lata contra
eum vt in l.a ſententia.ff. de appella.Obſtare videtur prædictis,
quod habetur de legatariis teſtificantibus in cauſa teſtamenti.
Inſtit.de teſtib.§.legatariis.Sed dic,vt plene dixi in capitu.inſu-
per.ſupra eodem.Et per hoc habes duos intellectus ad tex.Poſ-
ſet tamen non abſurde dici, quod admitti poſſunt; ſed quanta
fides ſit eis adhibenda, ex varijs circunſtantijs arbitrabitur bo-
nus iudex. argumen. eorum,quæ leguntur,& notantur in dict.
capitu. inſuper.& gloſſ.in ſimili, capitu. in literis. infra eodem.
Nec obſtat capitu.cauſam quę,de iudic.quia facilius repellitur
iudex, quàm teſtis, vt not.gloſſ. in dict.capitu.cum R.de offic.
delegat. erunt ergo teſtes non omnino integri. & tunc dic ad
text. quod non admittuntur in effectu, ſcilicet quoad plenam
probationem.Et pro hoc facit quod not. per Hoſtienſ. & alios
Docto.in dict.capitu.inſuper.

ADDITIONES.

a In identitate cauſæ. Adde tu de hac quæſt.per Celſ.in apoſt ad Lanf.in c.quo
niam contra.§.teſtium depoſitiones,nu. 55.uer. pro declaratione in apoſt.
in uer.& ſimilib.ſupra de prob. Zach.
An ſimilitudo cauſę repellat teſtem,uide quę hñr in c.cum R.canonicus de
off.dele ubi etiam habetur,ao ſi non repellantur teſtes ex cauſæ ſimilitudi
ne, ſaltem reddantur ſuſpecti,ita ut iis minuatur fides, quod tamen puto ar
bitrarium,conſiderata qualitate cauſę,& perſonarum, iuxta ea quæ haben
tur in l.3.ff.de teſt. Ant.Fran.
b Io.And.Hanc opinionem tenent hic.do.Ant.& Imo.
c Vſurarius. Vide Bald.in l. dictantibus.C. de teſtam.Roma. in ſingu. 355. in-
cipien.uolo probare. Lau.de Rodul. in tracta. uſurarum.quæſt. 117.allega.
Felyn.in capit.ueniens.inf.eod.colum pen.& gloſſ.in uer.confeſſio,ſup.eo.
Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Papa in concernentibus decorem Chriſtianæ religioſis habet in laicos iuriſ-
dictionem.*
2 *Iudæi ratione humanitatis a Chriſtianis ſunt fouendi.*
3 *Iudæus an poſſit excipere contra Chriſtianos,eos repellendo a teſtimonio,et
ab accuſatione.*
4 *Iudæus non poteſt eſſe Doctor.*

CAP.

CAP. XXI.

a **Iudei.** [a]Chriſtianis contra Iudæum in teſtem admittitur. Primo ponit dictum. Secundo addit pœnam. ibi, Et anathemate. Tertio addit cauſam, ibi: Cum eos chriſtianis. Caſus literalis. Dicitur quod teſtimonium recipiendum eſt in qualibet cauſa, cum ipſi iudæi aduerſus chriſtianos, ſuis teſtibus vti præſumant. Et qui iudęos volũt Chriſtianis in hac parte præferre, ſunt excommunicandi, quia iudæi debent ſubiacere chriſtianis. B. Not. primo chriſtianum admittendum in teſtem contra iudæos, & contra infideles impetrantes priuilegia, vt non poſſint conuinci per chriſtianos. & eſt hodie prouiſum in cle. 1. eod. titu. & ibi vide.
1 † No. ſecundo, quod in concernentibus decorem chriſtianæ religionis, Papa habet iuriſdictionem, etiam ſuper laicos: vnde excommunicat præferentes chriſtianis infideles. pro hoc vide bonum tex. in c. ..de homi. lib 6. No tertio, quod iudæi debent eſſe ſubiecti chriſtianis. vnde alibi dixit tex. quod iudęi debent ſaltem pectum operis, ſe illorum ſeruos cognoſcere, quos Chriſti mors, liberos, & illos ſeruos effecit, no. in c. & ſi iudæos. de iud. vnde dicunt hic Docto. quod debent chriſtianis ſubiacere, tanquam ſerui, & ſic inducitur ſeruitus de iure canonico, ſicut alias inducitur. 25. q. vl. c. cum multæ. & de iudæis. cap. ita quorundam.
2 † No. vltimo, quod ratione humanitatis, ſunt Iudæi à nobis fouendi, ſunt enim proximi noſtri, cum ſint naturæ participes. & idem dic de alijs infidelibus. vide tex. cum gloſ. de pœnit. diſtin. 2. c. charitas eſt. § item proximos.
3 † Oppo. & videtur innuere iſte tex. quod iudæi poſſint teſtificari contra Chriſtianos, ſicut econtra, quod videtur contra c. non poteſt. & capitu. ſi hæreticus. 2. q. 7. Gloſ. 1. reſpondet quod contraria procedunt
b de iure: [b]quod hic dicitur, procedit de facto & bene loquitur. vnde pondera verbum textus, dum dicit præſumunt. ſonant enim in malam partem. vt no. in capitu. 1. de vita & hone. cleri. Vltimo hic quæritur an iudæus poſſit excipere contra chriſtianum de crimine, vt ſic repellat eum à teſtimonio vel accuſatione. Hoſtienſ. primo arguit, quod ſic c. cum inter. de exce. & de viu. c. quia fruſtra. dicit demum poſſe diſtingui. an id, de quo excipitur, ſit peccatum vtraque lege veteris & noui teſtamenti. & tunc admittitur, aut lege veteris teſtamenti tantum, & tunc non admittitur, aut noui tantum, & tunc repellitur etiam in pęnam ſui erroris. Vel ſecundum eum, poteſt dici hoc caſu eum admittendum, cum ſecundum legem romanam illos iudicare debeamus, & ſic ſecundum illam excipere poſſunt. C. de iudæ. Item videmus, quod etiam excommunicatus excipit, de exce. c. cum inter. nec debet claudicare iudicium, vt ibi. Et ex omnibus prædictis no quod iudæi non poſſunt vti munere teſtificandi inter chriſtianos.
4 † Idem dic de alijs muneribus publici, vt in c. cum ſit inf. de Iudæ. ſed inter ſe poſſunt habere, vt l. generaliter. § fina. ff. de decur. & ibi no. per quod arguit ibi Barto. & in l. fina. C. de iud. quod iudæus non poteſt eſſe doctor, cum ſit pręeminentia magna, infra de magiſ. c. quanto. & qđ ibi dico.

ADDITIONES.

a ¶ Iudæi. Adde ad materiam ꝙ Iudæus regulariter non admittitur ad teſtificandum, tex in c. 1. ſup. eo. & in c. placuit. 4. q. 8. & de hoc uide late per Spe. in ti. de teſte, § j. in 24. col. uer. item, quod eſt Iudæus. Sed dicas hoc eſſe verum non ſolum ſi eſt nunc Iudæus, ſed etiam ſi nouiter a iudaiſmo vel hæreſi ad catholicam fidem eſt conuerſus, ut eſt tex. ſing. ad hoc in c. non poteſt. 2. q. 7. & facit tex. in ſimili. in c. 1. & 2. 49. diſtin. & idem forte poſſet dici ſi non de nouo, ſed iam longo tempore elapſo fuiſſet conuerſus, dummodo habet à filios vel uxorem Iudæos, quos neglexit ad fidem Chriſti conuertere caſus eſt ſing. cum gl. in c. qui crimen. 6. q. 1. Item ſcias, ꝙ Iudæus eſt idoneus teſtis in teſtamento. tex. eſt nota. in l. quoniam, C. de hær. vbi tex. dicit, quod iudæus vel hæreticus in quocunque contractu inter uiuos eſt idoneus teſtis. Et pro hoc videtur tex. in ca. ſi hæreticus. 2. q. 7. Item Iudęus eſt idoneus teſtis ad probandum interruptionem præſcriptionis, ſecundũ Rom. in l. pactum quod dotali. de colla. dicens de hoc eſſe caſum ſing. in gl. d. l. quoniam. Item an iudæi admittantur ad teſtificandum in exceptis criminibus. gl. valde dubitat, & uidetur dicere, quod non, in c. paganis. 2. q. 7. & & idem dicit domi Ant. in c. c. ſup. eo. & facit c. in fidei fauorem. de hær. in 6. Item ſcias, quod quando Iudæus admittitur ad teſtificandum, non debet ſuper Euangelijs, ſed ſuper ſuam legem iurare, vt dicit Imo. in clem. 1. circa. prin. de teſt. & etiam D. Ant. in prox. Grego. in 3. col. Adde, quod quando catholicus litigat cum hæretico, poteſt adducere hæreticum in teſtem contra hæreticum in teſtimonium, ſed ſi adducatur hæreticus contra Catholicum non valet eius dictũ, niſi quatenus deponat pro catholico, tex. eſt no. in cap. ſi hæreticus, 2. q. 7. gl. tamen ibi videtur deſtruere illum text. Et uide omnino ad eandem materiam quæ ſingulariter ſcripſit dom. Bar. de Bellẽ. poſt do. Ant. in c. veniens. l. 2. in 8. col. inf. c. in apoſt. magna. & intellectũ d. l. quoniam, de hær. vide bene declaratum per Bal. in d. l. cunctos populos. in lec. ſi. 5. op. C. de ſum. Tri. Adde ad id, quod Iudæus, qui eſt factus Chriſtianus non poteſt eſſe teſtis, Ro. in ſing. 150. Sed contrariam opinionem ſemper tenui, & tenuit idem Abb. in c. cũ re. inf. de reſcr. in ult. no. & idẽ Abb. in c. at ſi clerici, §. de adul in pe. col ſup. de iu. facit tex. in c. fidelior. & in ca. ſanctitas tua. 50. di. Et uide omnino gl. in c. obeuntibus. in fi. in glo. magna, ad ſi. 95. diſt. quæ uult, quod emendatus præferatur alijs, qui fuit ſemper bonus. Quod iudæus non poſſit eſſe Doctor, adde Bar. in l. oẽs. C. de defen. ciuita. li. 11. & in l. generaliter. §. fi. ff. de decurion. & in l. fi. C. de poſt. & Bal. in L. 2. C. ne rei dom. vel templo. Item Iudæus poſſit eſſe tutor Chriſtiani, uide pulchre & plene examinatum per do Ia. May. in rubric. ff. de iuſti. & iur. Ber. Forc.

¶ Circa ea, quę hic dicuntur de Iudęo, dicas, ꝙ Iudæus contra Chriſtianum non admittitur in teſtẽ, ſed inter ſe indiſtincte admittuntur, ut per Alex. in prima conſt. Digeſt. & per Spe. in ti. de teſte, §. in ver. item ꝙ eſt Iudæus. & & per Card. in cle. 1. in 3. quæſtio. de teſt. Factus autem Chriſtianus abſq; dubio credo, quod poſſit eſſe teſtis, quia per baptiſmum liberatur a ſeruitute Iudaica. 28. q. 1. c. Iudæorum & ibi per gl. & c. Iudæi, de Iudæ. Verum autem Iudæus poſſit Doctorari, aut aliam dignitatem conſequi, uide Bal. in l. 1. C. ne rei dn. uel templo. ubi dixit, ꝙ non. & uide no. per Car. in cle. 1. de teſt. in 3. notabili & do. Abb. in c. cum ſit. de iud. & habetur per Bar. & Alex. in l. generaliter. in §. fi ff. de decur. & uide gl. fi. & Bar. in l. fi. C. de Iudæis, & Ang. in authen. iuſiurandum, quod præſtatur ab his, §. 1. & vide glo. in l. ſpadonem, §. iam autem, ff. de excuſ. tu. Et adde quod Iudæi non admittuntur ad publicum officium l. fi. C. de Iudæis. 54. di. c. cõſtituit, 17. q. 4. c. pe. de Iudęis quod eſt verum, etiam ſi ſit baptizatus. præal. c. conſtituit, & habetur p Ro. in ſuis ſing in ver. Iudæus. ubi dicit, ꝙ eſt ſacrilegium, eis credere publica officia. Dicas tamen, quod ſi iudęus eſt medicus, poteſt eſſe teſtis ſuper cicatrice, an manſura ſit, vel non, quia deponit de experientia artis. ita Bald. in conſ. ſuo inci. in Chriſti nomine amen, ſtante ſtatuto, quod ſuper dubio. Ant. Franc.

b ¶ De iure. Quod Iudæus non poſſit eſſe teſtis contra Chriſtianum, etiam ſi de proximo fuerit effectus Chriſtianus, voluit gl. in c. conſtituit, 17. q. 4. vide Iaſ. in rub. ff. de iuſt. & iu. col. 1. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Mater admittitur in teſtem pro filijs, vbi agitur de matrimonio contrahendo. vel vbi reuocatur in dubium matrimonium cõtractum, vbi eſſet æqualitas. & c. 8.*

2 *Duæ mulieres ſufficiunt ad perhibendum teſtimonium ſuper contrahendo, vel diſſoluendo matrimonio.*

3 *Mulieres nobilitantur ex perſonis virorum ſuorum, & talem honorem retinent etiam in viduitate.*

4 *Donatio facta ſponſo, & ſponſæ collata in tempus matrimonij, valet ſi ſponſus eſt inferior.*

5 *Quatuor qualitates ſuperioritatis, videlicet diuitiæ, nobilitas, potentia, & honor.*

6 *Vnus teſtis deponens ſuper facto, facit indicium, ſed non ſuper indicio.*

7 *Vnus teſtis probat, vbi agitur ad impediendum peccatum, & de iure tertij non minuitur.*

9 *An mater ſit idonea teſtis, vbi filia ſua excellit in vno, & vir in alio.*

10 *Teſtimonium matris, non eſt ita ſuſpectum in ſponſalibus, ſicut in matrimonio ſpirituali.*

11 *Parentes an admittantur in teſtes in matrimonio ſpirituali.*

CAP. XXII.

Super eo. Teſtimonium matris eſt ſuſpectum, vbi filia petit in virum aliquem ſe maiorem. hoc primo. Ad dictum ſolius matris, de impedimento deponentis, impeditur matrimoniũ ſed contractum non diſſoluitur. duo ſunt dicta, & quodlibet ſubdiuitur, vt per ſe patet. Caſus literalis. Aliqua mulier petit aliquem in virum; vir negat, ꝙ non contraxit cum ea, mulier vult probare intentionem ſuam per matrem, & aliam mulierẽ. Quæritur vtrum mater ſit admittenda in teſtimonium pro filia? Reſpondet Papa, Mater diligere videtur incrementum & honorem filiæ ſuæ. Et iõ vbi vir ſuperior eſt diuitijs, nobilitate, & potentia, vel honore, ſuſpectum eſt teſtimonium eius; & iõ non eſt aliquatenus admittendum. Secundo ponitur alia quæſtio. Aliqua mulier vult contrahere cum aliquo, mater alterius dicit, ꝙ ſunt conſanguinei. Quæritur an ſint coniungendi, vel non propter ſolum dictum matris. Reſpondet papa, ꝙ ſi matrimonium non eſt contractum inter eos matre aſſerente illos eſſe conſanguineos, non debent coniungi. Si vero iam contractũ eſt matrimonium, non debent ſeparari ſine iuramento pluriũ perſonarum. B. No. primo de verbo, Affidare, idem enim importat quod dare alicui fidem ſuper aliquo facto, & hic ſenſus eſt, ꝙ negabat ſibi dediſſe fidem, ſeu ſecum cõtraxiſſe matrimonium. Nota ſecundo vnum caſum, in quo mater teſtificatur ꝓ filia, ſeu filio. ſ. cum agitur de matrimonio ꝯhendo, vel contracto, & ceſſat ſuſpicio ꝯ matrem ex qualitate contrahentium. Et aduerte, quia admittitur in teſtiomonium, non ſolum ſi agatur de conſanguinitate probanda, vel improbanda, vt in c. videtur, inf. qui ma. accu. poſ. ſed vbi agitur, ſeu reuocatur in dubium de ipſo contractu matrimonij. quod alibi ita bene non probatur quod videtur admiſſum fauore matrimonij, cum alias regulariter in criminalibus cauſis, & contractib. parentes & liberi non admittantur adinuicem, vt in d. c. videtur. & ibi bonus tex. in
2 fi. & 4. q. 3. ca. ſi teſtes. §. teſtis idoneus † No. tertio. argu. opi. & quaſi expreſſum in tex. ꝙ ẽt ad matrimonium coniũgendum, vel ſeparandũ ſufficiunt duo teſtes, non ſolum maſculi, ſed ẽt fęminę. Hic enim fuit quæſitum de duabus mulieribus, & Papa remouit matrẽ dũtaxat certo caſu. Pro primo, ꝙ ſufficiant duo, facit tex. hic in 1. parte, & in 2. in fi. iuncta reg. pluralis locutio, de reg. iu. lib. 6. Itẽ regulariter duo teſtes ſufficiunt ẽt ꝯ papã, vt dicit gl. no. 2. q. 4. c. ꝑiul. & nullibi cauet ꝯtru in cã matrimoniali. imo expſſe ꝓbat, ꝙ dixi in c. licet ex quadã, ĵ. e. vbi ſufficiunt duo, ẽt qñ deponunt de auditu, ꝙ plus eſt. Scđm, ꝙ ſufficiãt mulieres, ꝓbat hic ꝑ arg. nã remouẽdo mrẽm certo caſu, vř pmiſiſſe aliã mulierẽ. de qua ẽt ꝗrebat, cũ vno ex duob. illaris negaro, alterũ ꝓceſſum videat, de ꝑſum. c. nonne. 25. diſ. c. qualis. Item mulier regulariter admittitur in teſtem, 16. quæſt. 3. c. ex eod. Et

hoc

Digitized by Google

hoc tenet expreſſe Hoſtien. niſi ex nimia familiaritate, vel ui-
ciniitate, vel aliter ſit ſuſpecta. infra eo. in cap. in literis, quod no.
No quarto bonum argumen. & limitationem ad multa iura, ꝙ
vbi ex contractu cum filia, ſeu filio, honor, vel incrementum
non accreſcit filio, mater teſtificatur in cauſa filij, ceſſat enim
3 cauſa ſuſpicionis.† Not. quod honor, & incrementum eſt mu-
lieri, ſi nubit ſe potentiori, vel nobiliori, ſeu ditiori, nobilitãtur
enim mulieres ex perſonis maritorũ. l. ſi. C. de incol. lib. 10. & l.
fœminæ. ff. de ſena. Et hunc honorem retinet mulier, etiam ſo-
luto matrimonio, dum remanet in viduitate, vt in cap. is qui. §.
4 mulier, de ſepul. li. 6.† Et hoc facit ad quæſtionẽ, quã ponit Bart.
a in pluribus locis, a ꝙ valet donatio facta ſponſę, vel ſponſo ſpe
futuri matrimonij, ſeu collata ad tempus matrimonij, quando
ille, qui donat, eſt inferior, cum non videatur donaſſe affectio-
ne libidinis, ſeu coniugalis affectus, ſed vt acquirat illum hono
rem & parentelam alterius, vnde non eſt donatio ſimplex, quę
prohibetur inter cõiuges, ſed remuneratiua, vt ipſe plenius no.
in l. ſi ita ſtipulatus. §. ſi tibi nupſero, & l. ſi diuortio, ff. de verbo.
5 oblig. & l. 1. de do. ante nup.† No. b quatuor qualitates ſuperio-
b ritatis, vt reſpectu diuitiarum, nobilitatis, potentiæ, & honoris.
Ex his verbis no. plura. Primo, ꝙ diuitię exaltant hominem, &
& ſic non ſunt reprobatæ. Intellige cum ſint quæſitæ cum bo-
nis operibus, vide pulchrum tex. in c. hęc autem ſcripſimus. 30.
diſt. & in c. habebat. 15. q. 1. & gl. in c. clericus, eadem cauſa, &
quæſtione: vnde eccleſia narrat diuitias Iob. & Pſal. dicit, Diui-
tiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Secũdo collige ex verbo no
bilitatis, ꝙ quidam ẽt ſecundum, canones ſunt nobiles, & qui-
dam ignobiles, & quidem nobiles pręhonorãtur, pro hoc c. de
multa, in ſi. & in c. pe. de præb. vide bo. tex. cum gl. in c. qui ꝫ pa-
cem. 33. q. 1. & pleniſſime per Bar. in l. 1. C. de dig. lib. 11. vide ta
men contra nobilitatem generis, & pro nobilitate reſpectu vir
tutum, pulchrum tex. in c. nunquam. 55. diſt. & in d. c. pe. & gl.
in c. quoniam vetus, 24. q. 1. Tertio no. de potentia, & dic poten
tia. ſ. amicorum, vide tex. cum gl. in c. conſtitutis, 2. de app. & qđ
ibi notat Hoſti. facit c. officij. de ele. Quarto no. de pręeminẽtia
honoris. & exponunt Doct. quando eſt iudex, baillius, Doct. cõ
ſiliarius Principis, vel magni viri. Ex quo not. ꝙ doctoratus eſt
honor, & poteſt dici dignitas, vt ſentit Bart. in l. ſi. C. de indę. &
melius in l. 1. C. de nouo Cod. comp. vide pulchrũ tex. in c. quan
to. de mag. & quod ibi dico, & in l. 1. § ff. de var. & extraor. cog. vi
de quatuor qualitates, quibus dicitur quis maior natu. 2. diſt. c.
6 lex.† No. in ver. ſuper, ꝙ dictum vnius c facit præſumptionẽ nõ
c modicam, ideo ſufficit ad torturã, vt eſt gl. in l. 2. C. ad l. Iul. ma.
& intellige, quando deponit ſuper facto, ſecus ſi ſuper iudicio.
Tunc enim non probat iudicium, vt eleganter voluerunt gl. &
Bar. in l. ſi. C. de iudæ. facit quod habetur per eundem in l. ſi. ff.
7 de quæſtio.† Vlt. not. caſum, in quo dictum vnius d facit plenã
d probationem. ſ. cum agitur ad matrimonium impediendum.
facit. c. præterea. de ſponſ. Et per rationem huius, literæ ponam
vnam regulam, ꝙ vbicunque agitur ad pactum impediendũ,
nec diminuitur ius alterius, ſufficit dictũ vnius: facit quod not.
gl. in c. nuper. inf. eo. & de conſe. di. 1. c. ſolemnitates, & 2. q. 1. c.
8 multi. & quod dixi in ca. at ſi clerici, ſup. de iud.† Glo. 1. eſt faci-
lis, & ſatis ſup. in notabilibus declarata. No. tamen eam, in quan
tum dicit, quod vbi eſſet æqualitas, inter filiam & virum, qui
impetitur, vel modica excellentia, quod tunc admitterentur
parentes ad teſtificandum ſuper contractu, & ſatis probatur in
tex. a contrario, in d. c. videtur. & licet illud c. loquatur, cum agi
tur de matrimonio, reſpectu impedimenti conſanguinitatis, ta
men in ſi. loquitur generaliter. Et gl. iſtam ſequitur Hoſt. Plus di
cunt Tancr. & Lau. ꝙ etiam in caſu huius c. admitterentur pa-
rentes, ſi eſſent valde honeſti. Hic dicit Hoſt. ꝙ quicquid ſcriba
tur, hoc eſt arbitrarium, ff. eo. l. 3. inf. eo. c. pręterea. & in c. in no
ſtra. poſſent enim eſſe circunſtantię, propter quas iudicarentur
non ſuſpecti, puta quando nobilis diligebat multum plebeiam
formoſam, quam habere non poterat niſi cum ea contraheret,
& parentes alias ſunt honeſti. ceſſantibus vero circunſtantiis,
inæqualitas facit teſtimonium parẽtum ſuſpectum, alias de fa-
cili probaret plebeia ſe deſponſatam per Regem Francię, vel
plebeius ſe deſponſaſſe Reginam. ſ. adducẽdo parentes ꝓprios.
Et vide Spec. eo. tit. §. 1. ver. 2 ad ſi. 1. colum. vbi dicit, quod etiam
data in omnibus paritate, adhuc erit arbitrarium, an admittan-
tur parentes. Sed ego intelligo, niſi iudex moueatur ad repellẽ-
dum ex aliqua probabili cauſa, alias ab eo poterit appellari, cũ
iura hoc caſu admittant parentes, vt hic, & in d. c. teſtimonium.
An autem idem ſit de alijs conſanguineis, prout hic dicitur de
matre. Hoſt. in ſum. eo. ti. §. 2. ver. vbi ante, ꝙ ſic. Puto, ꝙ nõ ſint
tantum ſuſpecti, ſed creditur plus, vel minus, ſecundum quan-
titatem affectionis, & ſecundum quod ſibi attinet, iux. not. per
e gl. in c. in literis, e inf. eo.† Sed quęro quid ſi mulier excedat in
9 vno, puta in nobilitate, vir in alio, puta, quia eſt plebeius ditiſſi-
mus. Tunc dicit Ioan. And. quod bonus iudex arbitrabitur, an
teſtimonium matris ſit ſuſpectum, & inſpiciet conſuetudinẽ
regionis, de quo in Spec. eod. tit. §. 1. in ſi. 1. colum. quod ſatis pla

10 cet.† Vlterius quæritur, quid ſi agatur de ſponſalibus proban-
dis, an teſtimonium matris ſit ſuſpectum, concurrentibus iſtis
qualitatibus? Hoſtien. dicit quod ſic. Ioan. And. dicit ſe credere,
quod non ſit ita ſuſpectum, ſicut quando dicitur matrim. con-
tractum, quod plus placet, qa multa ſunt remedia contra ſpon
ſalia de iureiuran. cap. quemadmodum. & cap. ſicut, de ſponſa.
11 † Quęro nunquid parentes admittantur in matrimonio ſpiri-
li? Vide tex. cum glo. in cap. præſens, 22. quæſtio. 3. vbi innuitur,
quod ſic, etiam vbi agitur ad matrimonium ſpirituale diſſoluẽ-
dum. & idem ſequitur hic dom. Ant. ego credo hoc arbitrariũ,
vt ſupra, dictum fuit. Quid enim ſi parentes ſunt auidi, vt in-
grediatur monaſt. vel tempore ingreſſus habebant alios filios,
qui omnes deceſſerunt, vel quoddam ſimile. Vide de materia.
3. quęſtio. 5. in ſum. & cap. conſanguinei. & 2. quęſtio. 7. cap. quę
ritur. in Spec. de fide inſtrumen. §. inſtrumentum. ver. item qđ
f domeſticum, vbi tractatur, an filius f poſſit conficere inſtrumen
tum in cauſa paterna.

ADDITIONES.

a Pluribus locis. Vide Bar. in l. ſi voluntate, C. de do. promiſ. & Bal. in l. 1. §. ſi. ff. ſi cer. pet. cum multis alle. per d. Iaſ. in l. ex hoc iure. col. 11. verſi. tertius effectus eſt. Seb. Sap.

b No. Multos modos, quibus quis dicitur ſupra alios. Et quomodo intelligatur maior, puta ſi dictum fuit, quod hæreditas debeat deuenire ad maiorem de domo, an intelligatur de maiore ætate, vel ſtatura, vel diuitiis, vel ſi aliter eſt maior reputatus, vide per Pet. de Ancha. in rep. c. canonum. in 6. principali quæſito. in 45. colum. illius quæſiti. ver. conſuluit etiam Bal. de conſt. Et adde hic gl. ſing. in c. ſedes, de reſcr. in gl. mag. quæ dicit, quod ſtatur arbitrio iudicis, quæ dicatur maior perſona. Adde, quod appellatione maiorum intelliguntur omnes aſcendentes a tritauo ſup. l. iuriſconſultus, §. parentes, ff. de grad. & eſt gl. in c. nam & ego. de verb. ſig. Interdum tamen appellatione maiorum cõtinentur pater & auus. Ita dicit Hoſt. in c. is qui cir. ſi. prin. de ſepul. lib. 6. & in c. cum quis. in prin. de ſepu. eo. lib. qui tex. dicunt debere ſepeliri in loco maiorum, coniuncto c. Ebrõ. 23. quæſtio. 1. Item de multiplici maioritate, qua dicitur maior alio, uide per do. Anto. in cap. ſtatuimus. cir. prin. de maio. & obed. latius per Archid. in c. quãquam, cir. prin. 3. q. 7. Item adde, quod dicuntur maiores illi, quorum conſilio communitas regitur. glo. in uer. maiores, in c. veniens, de ſimo. Adde quis veniat appellatione maioris, cum teſtator dixit, quod maior natu ſemper ſuccedat, Ale. conſi. 4. lib. 4.

Quis dicatur ſuperior alteri, vide per Bar. in l. cum quis, in §. Seiam, ff. de le. 3. & quomodo quis dicatur eſſe maior altero, dicas, quod quilibet qui præeſt minoribus, reputatur maior, ut eſt glo. in c. ſtatutum, de reſcr. lib. & uide Innoc. in c. ſeries. de teſti. ubi ponit multos modos, quibus quis dicitur maior altero. Et dicas, quod quando fit mentio de maiore, in dubio intelligitur de ætate, niſi ratio ſubiectæ materiæ aliud ſuadeat, per l. pater, §. ſi. cum l. ſeq. de adopt. & per l. eum qui. in princip. ff. de inter. & rele. & uide text. in cap. maior. 23. quæſtio. 1. & uide etiam tex. in l. iuriſconſul. in §. parentes, ff. de gradi. & in l. quicunque, in §. parentes, ff. de in ius voc. ubi dicitur, quod maiores dicuntur omnes aſcendentes, & uide per Alex. in conſi. 4. in 4. parte conſi. Ant. Fran.

c Vnius. Dicas, ꝙ regulariter requiruntur duo teſtes in omni negotio, l. ubi numerus, ff. eo. c. cum eſſes, & cap. relatum, de teſt. Multi autem ſunt caſus, quibus ſufficit unus teſtis, quos enumerat Berth. de Fir. in ſuo reper. in uer. teſtis. in uer. teſtes quot & quales, in uer. 73. illius uer. teſtes quot, qui poſſunt ibi uideri. Ant. Fran.

d Vnius. Vide 30. caſus, in quibus dictum unius teſtis facit plenam probationẽ enumeratos per Specu. in tit. de teſte. uerſic. hoc tamen fallit. & plures enumerat Iaſ. in repetit. l. admonendi. col. 14. & qui ſunt caſus, ff. de iureiuran. Seb. Sap.

e In literis. Vide gl. 1. q. 5. in ſumma.

f Filius. An filius notarius poſſit conficere inſtrumentum in cauſa patris. vide quod no. Bald. in l. inſtrumenta. in fin. C. de probatio. & Barto. in l. quod dicimus, §. ſi pater. ff. de auct. tut. & in conſi. incip. filiusfam. notarius. & ad hoc vide per Barto. in l. ſi pater. ff. de fal. Hoc idem dicit Flor. in l. teſtis idoneus. ff. eod. & Dyn. in l. quod dicimus. in fin. de autho. tuto. & uide quod notat poſt domi. Anto. in cap. 1. in 10. colum. de fide inſtrum. Et an econtra, pater notarius poſſit conficere inſtrumentum in cauſa filij, vide Bart. in l. ſi pater, ff. de falſ.

An filius poſſit ſcribere inſtrumentum pro patre dicas, quod ſi eſt emancipatus poteſt, alias non l. ſi pater, & ibi per Bar. ff. de pact. l. qui teſtamento, in §. 1. & ibi etiam per Barto. ff. de teſt. & in l. ſi filius emancipatus. in princip. ff. de fal. & in l. ex hoc titulo & in l. impuberem, ff. de falſ. & vide Bald. In trac. de tabel. in 10. quæſtio. & per Specu. in titu. de inſtrum. edi. in §. 9 & per Ioan And. in addi. in uer. quid ergo, & per Bald. in l. inſtrumenta domeſtica, C. de probat. & per Alexan. in l. ſciendum, in 3. colum. ff. de uerb. obl. & in d. l. ſi pater. de falſ. Et an pater ſibi, & filio ſcribere poſſit. & quid de matre, vide Bald. in addit. ad Specu. in titu. de inſtrumen. edi. in uer. notarius poteſt. & uide per Pau. de Caſt. in ſuo conſi. inci. filia in poteſtate, & vide Pau. de Ca. in l. quædam, §. nihil, & in l. ſi quis ex argentarijs, in §. cogentur, ff. de edend. Et an filius notarius poſſit publicare inſtrumentum patris mortui, vide ibi etiam per Ang. & an filius notarius rogatus de teſta. patris, poſſit ſibi aliquid adſcribere, uel rogatus de teſtamento extranei poſſit ſibi, uel matri adſcribere, uide in l. 1. in §. ex illa quoque, ff. de falſ. & in l. 1. & toto tit. de his qui in teſti. ſibi adſcri. & ibi per Saly. & adde, quod filius notarius non poteſt eſſe actuarius in cauſa, in qua pater eſt procurator, quia ſuſpicio eſt in eo. Lanfran. in c. quoniam cõtra. in uer. ſententias, in 11. col. de proba. Ant. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Lucidiores debent eſſe probationes contra clericum, quam contra laicum.*
2 *In deciſionibus cauſarum poteſt allegari ius diuinum.*
3 *Ius diuinum poteſt limitari per ius poſitiuum.*
4 *Cauſæ, quę requirant ultra duos teſtes.*
5 *Cauſa, in quibus ſufficit teſtimonium unius.*

CAP.

C A P. XXIII.

a Licet. 1 Iudæus nil poteſt, probare minus, quàm p
duos teſtes fideles, & honeſtos. Vel ſumma
ſic. Ad deciſionem cauſæ, maxime pro parte Iudæi,
non ſufficit regulanter minus teſtimonium, quàm
duorum probatæ vitæ, & laudabilis conuerſationis. h. d. Et facit
quatuor præmittit cauſam dicti, ponit dictum, ibi. Mandamus,
qd̃ ꝓbat authoritate, ibi. Iuxta. ſoluit obſtaculum, ibi. q̃a Caſus
lit. Dñ in hac decretali, ꝙ nulli Chriſtiano, & multo minus Iu-
dæo, licitum eſt cauſam ſuam probare per vnum teſtem: vnde
ſi quæſtio aliqua emerſerit inter aliquos, non minus quã duo-
rum vel trium teſtimonium admittatur, qui ſint probatæ vitæ
& fidelis conuerſationis, quia vt Dñs dicit, In ore duorum, vel
trium teſtium, ſtet omne verbum. Tñ quędam etiam ſunt, quę
plus quàm duos requirunt. Sed nulla eſt. quæ vnius teſtimonio
quantuncunque legitimo terminetur. B. No. ꝙ Iudæus non de
bet gaudere maiori prærogatiua, q̃ Chriſtianus, concor. ſup. eo.
c. Iudæi. Et no. quod prohibitum ſuperiori, cenſetur prohibitũ
minori. & ſic valet a c. a maiori. ſ. de elec. c. cum in cunctis, & in
1 auth. multo magis. C. de epi. & cle. † No ꝙ contra Chriſtianum
maxime clericum, non admittentur teſtes, niſi ſint Chriſtiani
probatę vitę Et no. ex dictione, Maxime, poſita in tex. ꝙ lucidio
res debent eſſe probationes contra clericum, quàm ꝯ laicum,
duo tamen probatę vitę, & omni exceptione maiores ſufficiũt
etiam contra Papam, vt eſt gl. not. 2. q. 4. c. præſul. Et no ꝙ teſti-
monium duorum non ſufficit, indiſtincte, ſed oportet, ꝙ ſint
omni exceptione maiores. ſ. probatæ vitę, & fidelis conuerſatio
nis. vt ſic nulla exceptione poſſint repelli. vide gl. in c. 2. de con
2 ſan. & aff. & in c. 1. ſup. eo. † No. ꝙ ad deciſionem cauſarum poſ
ſunt allegari authoritates iuris diuini. pro hoc inf. de acc. c. qua-
liter & quando. 25. q. 1. c. ſunt quidam. † No. hic expreſſum, ꝙ
3 ius diuinum etiam morale, poteſt diſtingui, & limitari per ius
poſitiuum, vt patet hic in numero teſtium: vide Inno. in c. quę
in eccleſiarum, de conſti. & in c. fi. de conſue. & per Bar. in l. fin.
C. ſi contra ius, vel vti. pub. No. opp. tex. ꝙ iura ciuilia requiren-
b tia in certis cauſis plures teſtes duobus, nõ ſunt irrationabilia, b
ſed potius approbata per ius canonicum: vide omnino quod
dixi in repeti. c. cum eſſes, de teſti. Nunquid procedat indiſtin-
cte ius ciuile requires præciſæ ſeptem teſtes in teſtamento: dic
4 vt ibi. † Quæ autem ſint cauſæ, quæ requirunt vltra duos teſtes.
Gl. magna proſequitur hic: & dicit gl. procedere de iure ciuili,
non de iure canonico, & maxime ad pias cauſas. dic, vt in d. c.
cum eſſes, & c. relatum, eo tit. & per Bar. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl.
in eo, quod gl. inter exceptos caſus ponit caſum c. præſul. 2. q. 4.
quod videtur requirere 72. teſtes ad conuincendum Epiſcopũ
Cardinalem, dic ꝙ loquitur in teſtibus non integris, alias vero
ſufficerent duo teſtes, vt dic. Grat. in cap. fi. in ead. cauſa, & q̃ſt.
c & idem Hoſt. c hic. Vel, ſecundum eum, loquitur de rigore d iu
d ris, qui ſeruandus nõ eſt. & vide de materia gl. in ſumma illius
quæſtio. & infra de reg. iu. c. pluralis locutio, lib. 6. & in Spec. eo.
5 tit. § reſtat de numero. † Opp. & videtur, quod ſufficiat teſtimo
nium vnius, vt de conſe. diſt. 4. c. cum itaque. & c. paruulos, & l.
Theopompus. ff. de do. præleg. Gl. fi. reſpondet, contrarium ꝓ-
cedere, vbi non agitur de alterius præiudicio, puta, quia dubita
e tur, an aliquis fuerit baptizatus, vel eccleſia conſecrata, e vel an
ſint conſanguinei, ad effectum impediendi matri. contrahend.
In l. Theopompus, teſtator voluit, vt ſtaretur dicto vnius ad de
clarandum voluntatem ipſius teſtatoris, & ita non tractabatur
de pręiudicio alterius, vide gl. In c. nuper, inſ. eo. & quod dixi in
c. ſicut, de prob. per Spec. in d. §. reſtat. eo. tit in ver. hoc tñ fallit:
vbi ponit 30. caſus, in quibus creditur vni &c.

A D D I T I O N E S.

a Licet. Inquantum iſte text appellat Iudæum crucis Chriſti inimicũ, adde, qd̃
alibi Iudæus appellatur blaſphemus Chriſti. tex. eſt in c. 1. & in c. cum ſit ni-
mis, de Iudæ. Dicit tamen gl. no. in c. ſicut, in uer. cæmeterium, inſ. de Iudæ.
ꝙ licet Iudæi ſint hoſtes fidei, nõ tamen ſunt hoſtes noſtri. imo a nobis de-
bent foueri, ut dicit tex. in c. Iudæ. ſup. eo. & eſt ſcriptum, ꝙ reliquiæ Iſrael
ſaluæ erunt, dicit gl. in c. Iudæorum. 24. q. 1. Adde ad Iudæi dicantur hoſtes
noſtri, uel amici, Pet. de Anch. conſi. 212.
Dicas, ꝙ Iudæi licet ſint fouendi a Chriſtianis rõne humanitatis, & natu-
ræ, ut in c. Iudæi, hic alle. & ibi plene per do. Abb. tñ dñr ſubditi Chriſtiano
rum, ſed non ſerui vendibiles, ut per Alex. in conſi. 61. in 2. par. conſi. Dicas
tñ, quod non debent cum Chriſtianis habitare. c. ad hoc, omnib. de Iudæi.
& 2. q. 81. c. ſæpe. & ſeq. Et adde quod licet Iudæi dicãt ſe eſſe maioris con-
ditionis, quàm ſint Chriſtiani, quia ipſi nunquam vexantur a dæmonibus,
ſed Chriſtiani ſic. tamen verum dicunt, ꝙ non vexantur, quia diabolus dia
bolos non uexat. ita Arch. in c. clerici, 33. diſt. multa circa materiam Iudæo
rum, uide in tit. de Iudæ. & per Spec. in tit. de Iud. ubi dicit, quod conuerſa-
tio Iudæorum eſt cauenda a Chriſtianis, in quãtum poteſt quia ſunt inimi-
ci Chriſtianorum in forma ſpecifica.
b Irrationabilia. Vide Fel. in c. quæ in eccleſiarum, col. 3. uer. prima concluſio,
ſup. de conſt. & ibi. col. 9. Seb. Sap.
c Hoſt. Et qd̃ tex. in d. c. præſul. intelligatur de Epĩs & presbyteris, uel clericis.
Eccleſiæ Ro. tenet B. Th. in 2. 2. q. 70. ar. 2. in fi. ubi ad hoc aſſignat tres rõnes.
Et illum intellectum Hoſt. & Io. An. in d. c. præſul. ſequunt Io. de San. & do.
de Sancto Ge. in d. c. præſul. & Ro. in rep. d. Auth. ſimiliter, C. ad l. Fal. in uer
34. Tu adde his Spec. in tit. de teſte. §. reſtat. in princ. ubi enumerat 27. caſus
in quibus requiruntur plures, quam duo teſtes. An aũt de hæreſi poſſit quis
conuinci per duos teſtes. uide late per Io. An. in c. ut officium. § 1. in uer. te-
ſtium. de hær. lib. 6. ubi uidetur ualde dubitare, & ibi uide omnino per Do.
de hoc. Item 8. caſus, in quibus requiruntur plures, quam duo teſtes, uide
enumeratos per Arch. 2. q. 6. in ſum. Et de hoc an ſufficiat duorum, uel triũ
teſtimonium, uide per B. Th. in 2. 2. q. 70. ar. 2. Quid in inſtrumento, uide tex.
& ibi Bar. in auth. de nouo iure. C. ſi cer. pet.
d Rigore. Sed Arc. in d. c. præſul. intelligit illum tex. de clericis ſubdiaconibus
uel presbyteris curiæ Ro. quib. datum eſt hoc priuilegium propter inſolen-
tiam aliquorum, qui nitebant Papã, & Car. accuſare, & ponere alios in eo
rum loco. & hoc dicit uerum de his, quæ committunt poſtquam ſunt priui-
legiati. Sed de his, quæ commiſerunt ante, non habent hoc priuilegium,
per l. 1. ff. de pœ. ſecundum eum.
e Conſecrata. Hęc ex aliiſ approbat D. Iaſ. in rep. l. admonendi, col. 75. ff. de iu-
reiuran. Seb. Sap.

S V M M A R I V M.

1 *Affinitas contrahitur per illicitum coitum, potens ad diſſoluendũ matrimo-*
nium poſt contractum, ſecus ſi ante.
2 *Quæ domi aguntur, poſſunt probari per ſeruos, quando agitur inter virum,*
& vxorem.
3 *Familiares repelluntur, etiam ad faciendam qualem qualem præſumptio-*
nem.
4 *Perſona addita perſonæ per carnis copulam, mutat genus, non gradum.*
5 *Qui dicuntur familiares, & domeſtici, & an indiſtincte admittantur in te-*
ſtimonium.
6 *Teſtes ſi non ſunt vlterius familiares & deponunt de eo, quod viderunt in fa*
miliaritate, admittuntur.
7 *Idem ſi tempore contractus non erant familiares, ſed tempore depoſitio-*
nis ſic.

C A P. XXIIII.

IN literis. Non ſunt idonei teſtes, quos actor
de familia ſua producit: ſecunda ibi,
Reſpondemus. Caſus lit. Quidam nobilis contra-
xit matri. cum quadam muliere, cum qua fere per
ſeptennium cohabitans, conſobrinam patris ipſius mulieris,
antequam eam duceret, ſe aſſeruit cognouiſſe, vnde petebat ſe
parari ab ipſa, ad quod probandum adduxit tres teſtes de fami-
lia ſua. Queritur an tales teſtes ſint admittendi. Reſpon. Papa, ſi
res ita ſe habet, pro illorum teſtimonio ab vxore ſeparari non
debet. Nec aliqui admittantur, niſi ſint probatæ vitæ & opinio
nis, de quibus non ſit veriſimile, quod debeant deierare. Bern.
1 †No. quod affinitas; cõtrahitur etiam per illicitum coitum in-
ter virum & conſanguineos mulieris, & illam mulierem & cõ
ſanguineos viri, potens ad impediendum & dirimendum ma-
trimonium poſt contractum, ſecus vbi affinitas ſuperuenit cõ-
tracto matrimonio, vt in c. diſcretionem, de eo, qui cog. cõſan.
2 vxo. ſuæ. † Not. 2. quod licet fornicatio occulte committatur,
non poteſt tamen probari per famulos viri, ſeu mulieris ad ef-
fectum dirimendi matrimo. legitime contractũ, quod videtur
prima fronte contra l. cõſenſu, C. de rep. vbi dicitur, quod adul-
terum, & ſimilia, quę domi agũtur, poſſunt probari per ſeruos,
& ancillas, quia per alios facile probari non poſſunt: Poteſt dici
illud ſpeciale, cum agitur inter maritum & vxorem de his, quę
domi acta dicuntur: & eſt caſus notabilis & ſpecialis, quod non
3 contingit hic. † Not. regulam quod hi, qui ſunt de familia pro-
ducentis, non admittuntur in teſtes: & credo quod capitur hic
familia pro ſeruitoribus, ſiue ſint liberi ſiue ſerui, ex quo ſtant
in domo ad ſeruiendum, l. 2. §. familiæ. ff. vi. bo. rap. & l. pronun
ciatio, §. 1. ff. de verbo. ſignifi. vbi plene habetur, quid venit ap-
pellatione familię. & vide bonum tex. 4. quęſtio. 3. cap. ſi teſtes,
§. idem, & §. teſtes. vbi dicitur. Teſtes, quos accuſator de domo
ſua producit, interrogari non placuit. Et nota quia dicit, inter-
rogari, & ſic non debent, recipi, etiam ad faciendam qualem-
cunque pręſumptionem. Not. vlti. vnam generalem doctrinã,
quales debent eſſe teſtes: debent enim eſſe probatæ vitæ, & opi
nionis, & quod nulla ſit veriſimilitudo, quod debeant deiera-
a re. a & not. hoc, vltimum. † Quæro ꝓſupoſito quod iſte cogno-
4 uiſſet conſobrinam patris vxoris ſuæ, quale erat illud impedi-
mentum? Reſpondet gl. 1. quod erat inter eos impedimentum
affinitatis in primo genere & in tertio gradu, & bene loquitur,
nam vxor iſtius attinebat conſobrinę patris in tertio gradu cõ-
ſanguinitatis: ergo iſti viro attinebat in tertio gradu affinitatis,
quia perſona, addita perſonę per carnis copulam mutat genus
ſed non gradum: & declara hoc vt plene no. in cap. non debet,
de conſang. & affinita. ſuper arbore affinitatis. Gloſſ. 1. colligit,
quod illi, quos actor, ſeu accuſator de domo ſua producit, non
ſunt in teſtes admittendi, vt hic, & in l. pen. ff. eo. idem dicit de
dome-

A D D I T I O.

a Deierare. Vide ad hoc quod no. do. Abb. in c. clericus, infra de cohab. cler. &
mul. ubi dixit, quod non eſt deferendum iuramentum his qui veriſimiliter
deierarent, & propterea ſubdit debere prouideri, quod ſcholares non iu-
rent obedire rectori, quia de facili contrauenirent ad quod faciunt, no. per
Fel. in c. Apoſtolicæ. in 2. col. inf. de excep. Seb. Sap.

Digitized by Google

5 domeſticis, vt in l. 1. C. eo.† Sed quærit gl. qui dicantur familia-
a res,[a] & qui domeſtici, & an indiſtinctè omnes iſti repellantur a teſtimonio? Et reſpondet in ver. dicuntur, omnes, & in fine concludendo dicit, q domeſtici dicuntur omnes, quibus imperari poteſt ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis, & iſti indiſtinctè repelluntur, & tales puta, iſtos, de quibus in text. fuiſſe. Fa-
b miliares vero appellat conſanguineos, colonos,[b] & adſcriptitios, mercenarios, & non tamen omnes repelluntur a teſtimonio indiſtinctè, ſed illi, quibus imperari poteſt omnino non admittuntur, alii vero admittuntur: ſed iudex ſecundum qualitatem familiaritatis arbitrabitur, quanta fides erit eis adhibenda. & ita dicit Hug. 3. q. 5. & in ſum. & in c. 1. quod ſemper no. Habes enim qui dicantur domeſtici, & qui familiares: & verbum, Familiares, eſt magis latum, quam verbum, Domeſticus. & vide q no. Cy. & alii in l. 2. C. eo. vbi hoc examinat. Et quod concluſio gl. ſit vera, probatur, 4. q. 3. capit. teſtes. § idonei, §. teſtes quos vbi probat q illi quib. pōt imperari, non dēnt examinari, quia non ſunt liberi teſtes, & tales ſunt ſerui, ſeu ſeruientes pro pretio. Conſanguinei vero, qui licet largo modo ſint nobis familiares, tum quia tunc habent nobiſcum familiaritatem, tū quia ſumus de eadem familia, iuxta l. pronunciatio, §. ſ. ff. de ver. ſig. tamen quia eis imperari non poteſt, debent in teſtimonium admitti, ſed propter affectionem non ſunt omnino integri, vt in c. conſanguinei, iuncta gl. 2. q. 5. facit c. literas, de præſum. vbi frater admiſſus fuit ad purgandum fratrem. & opti. facit Inſti. de teſt. §. pater. vbi conſanguinei hęredis admittuntur in teſtimonium in cauſa teſtamenti, niſi ſint fratres hæredis, & ſub eadem poteſtate, quia tūc videretur cauſa communis. Sed contra prædicta, & contra tex. opp. glo. de c. ſuper prudentia. 13. q. 1. & d. c. inſuper, & c. cū nuncius, ſ. e. vbi illi de vniuerſitate, q ſunt familiares vniuerſitatis, admittūt i cā vniuerſitatis. Rñ. gl. dupl̄r. Primo, q fauore eccleſiæ illi admittitur. & no. hāc ſolutionem, quia facit ad ea, quæ dixi in d. c. inſuper. Secundo reſpōdet, q illi non ferunt teſtimonium pro aliquo ſingulari, ſed ꝑ ipſo corpore vniuerſitatis. & hæc ſol. infert, vt etiam illi vniuerſitate poſſint teſtificari in cauſa vniuerſitatis. Sed hæc ſol. mihi non ſatisfacit, quia licet non teſtificentur pro aliquo ſingulari, teſtificantur tamen pro ipſa vniuerſitate, cui ſunt domeſtici & familiares. ar. in c. 2. de poen. & aperte probatur in d. cap. ſuper prudentia. Ideo dico, quod iſti poſſunt dici domeſtici, & familiares vniuerſitatis, non tamen ſubſunt ratione patriæ, vel domeſticæ poteſtatis, ideo admitti debent. & in eccleſia faciēt plenam fidem fauore eccleſię: in aliis crederetur eis ſecūdum circunſtantias, vt in d. c. inſuper. & dic vt ibi, cum quærit, an ſingularis de vniuerſitate teſtificetur ꝑ ipſa vniuerſitate. Sed ext. gl. pro declaratione materiæ quæro, quid ſi ſuper contractu nō habeo teſtes, niſi familiares meos, qui mecum ſunt in ſeruitio? Dic quod conſilium, eſt, vt eos expellam a ſeruitio meo, & poſt ea potero eos producere in teſtes: ſatis enim eſt, q tempore te-
c ſtimonii,[c] nō ſint mihi domeſtici. l. 3. §. 1. ff. eo. Ita firmat Cy. in d. l. 2. & Spec. eo. tit. §. 1. ver. quid ſi olim. vide Bart. in l. qui teſtamēto, ff. de teſt. & melius per eundem in l. 1. §. idem Mummio, ff. de q̄ō. vbi etiam, quærit, quid e conuerſo, ſi tempore contractus aliquis nō erat mihi domeſticus, ſed tpe teſtimonii eſt domeſticus? Et concludit, q admittitur, dummodo hoc contin-
7 gat ſine facto meo, dic plenius, vt ibi per eum.† Quæro quid de
d vxore,[d] an admittatur in teſtem in cā mariti, quid ecōtra vide per

ADDITIONES.

a Familiares. An ille, qui deſiit eſſe domeſticus, poſſit pro olim domeſtico teſtificari, uide late per Sal. in l. ſeruus C. de quæſt. Item quis dicatur familiaris, vel domeſticus, uide late per Dom. in cap. fi. in 5. col. de uer. ſig. in 6. Item ad de Do. in c. regulæ. 19. di. hīc a. de, quod in actione iniuriarum, indiſtinctè conſanguineus repellitur a teſtimonio in cā conſanguinei, ſecūdum Bart. in l. lex Cor. in princ. de iniu. An autem frater poſſit teſtificari in cauſa fratris, ſcripſi late poſt do. Ant. in c. literas, de præſump. ubi do. Abb. late hoc examinat. An autem diſpoſitio l. parentes, C. eo. habeat locum in filio ſpirituali, uide per do. Ant. in c. cum nuncius, in pen. col. & quod ibi late ſcripſi, ſupra eo. tit. Et in hac materia, quando domeſticus poſſit teſtificari pro domeſtico, uide Ang. in conſi. 1. & uide bonum tex. in c. conſtituimus, & in c. accuſatores, il 3. 3. q. 5. An autem uaſallus poſſit teſtificari pro domino, gl. dicit quod non, c. de forma. 22. q. 5. & de hoc vide per Spec. in tit. de teſte, §. 1. in 6. col. ver. ſed nunquid uaſallus. & per do. Abb. in c. accedens, il 2. ut li. non conte. cit. fi. & uide do. Ant. in c. inſuper, in pen. col. ſup. eo. Et adde hic Bal. in l. etiam, C. eo. ubi dicit quod familiares honeſti, & bonæ famæ, recipiuntur, ut familiares Epiſcopi, uel Abbatis, uel alicuius magni domini, q non conſueuerunt tenere inhoneſtas perſonas, ſecus dicit ſi ſint pauperes, & uiles, ut familiares ſcholarium, uel cerdonum, uel birrorarii, q ſtant cū aliquo officiali, & alle. Inn. in hoc c. in literis. & in c. inſinuante, de of. dele. Et an ſubditi alicuius Regis uel tyranni, poſſint pro Epō, Rege, uel tyranno teſtificari, uide per Bald. in l. eos, C. eod. & adde quod innocentia pōt ꝓbari per domeſticos, & cubicularios. h. d. Flo. in l. teſtis idoneus. ff. de teſt. & dicit quod de hoc eſt ſing dictum Spec. in tit. de inquiſi. §. ſed nunquid eos. Sed pro hoc allego tex. in c. cum paſtoralis. 2. q. 7. & q illi alias non ſunt idonei, admittantur ad probandum, innocentiam, ut eſt tex. in c. 3. 18. q. 2. ponit etiam Flo. in d. l. teſtis idoneus. An compater poſſit teſtificari pro cōpatre, & dicit quod ſic, cum non reperiatur prohibitus. & de hoc an familiaris admittatur ad teſtificandum pro familiari, uide plene per eundem Flo. in l. pen. ff. de teſt. ubi ponit omnia ad literam, quæ dixerat Bal. in d. l. etiam, & alle. Inn. hic, & in c. inſinuante. de off. dele. Item quis dicatur domeſtica perſona, uide per gl. in §. in teſt. in uer. in ea re, Inſti. de teſt. & 3. q. 1. in ſum. & per Io. An. in ſua ſum. de teſt. in prin. uer. item domeſtici prohibentur. Itē adde hic Bal. in apo. in l. teſtimonium, ff. eo. ubi dicit q teſtis, qui repellitur a teſtimonio, quia eſt domeſticus, ſi examinetur, non facit indicium & alle. Spec. eo. tit. §. 1. uer. item quid ſi teſtis domeſticus. Et adde pro intellectu huius dec. quod no. Ang. in conſi. 11. ſcdm ord. meum. Et addo q teſtis affinis parti repellitur a teſtimonio ꝓp affinitatem, tex. eſt in c. abſens, il 2. 3. q. 9. & facit tex. ſimiliter. 3. q. 1. & adde hic Ang. in l. 4. ff. de cōſe. ubi dicit, q ad excuſandum quem, q non commiſerit homicidiū, admittunt teſtes parentes, & conſanguinei, forte probando q̄d ille homo uiuat, ad quod facit, q̄d no. Bal. in d. l. parentes, C. eo. & in apoſt. ſuis in l. ubi numerus, ff. eo. cuius uerba retuli poſt do. Ant. in c. ueniens, ſup. eo. Et de iſta q̄ō an domeſticus ſit idoneus teſtis, vide per Do. in c. fi. de hær. in 2. col. Et quod ille, qui fuit domeſticus meus, licet deſierit eſſe domeſticus, non ſit factus idoneus in cauſa mea, tenet Bar. in l. uiuus, §. ſeruus, ff. de quæſtio. Et de illo, q expulit famulum, qui locauit ſe cum alio, an poſſit pro primo teſtificari, uide per Bart. in l. viri mulieri, per illum tex. ff. de do. inter vi. & vxo. Et q̄d domeſtici admittantur ad teſtificandum, tenet Arch. in c. regulæ. in fi. 19. diſt. Sed poſtea remittit ad no. 3. q̄ō. 5. in ſumma. & in c. 1. Qui proprie dicantur familiares, & an ſit admittatur pro fratre, vide quæ plene no. inf. de præſumpt. c. literas. Et de fratre, & generaliter de conſanguineo, uide quod pulchre ſcribit d. Ab. in c. cum oporteat. ſuper gl. 1. inf. de acc. Et adde hic elegans dictum Pet. de Anch. in c. ſuper eo. il 2. ſupra eo. ubi dicit, quod ſi nullum eſt inſeparabiliter commodum cum incommodo ipſius domeſtici, pro quo debet ferri teſtimonium, teſtificari poteſt domeſticus pro domeſtico, & hanc dicit eſſe rationem, quare etiam teſtificatur pro filia in cauſa matrimoniali, quando inter coniuges eſt paritas affectionis. Dubitatur de famulo mercenario, an admittatur ad teſtificandum pro domino, de hoc uide per Bald. & do. Abb. hic, & per Bal. Inſti. de teſt. §. pe. & per do. Ant. in c. inſinuante, de of. deleg. vbi ēt latius per Imo. & per Spec. in tit. de teſt. §. 1. uer. item excipitur, quod eſt domeſticus. Et adde unum ſing quod id, quod dicitur de famulo, q non poteſt teſtificari, habet locum in ſalariato, ſecus ſi non eſſet ſalariatus, ita ſingulariter dicit Spec. in tit. de teſte, §. 1. in fi. col. uer. ſed quid de mercenario, quod dictum refert & ſeq. Ro. in quodam ſuo conſi. quod inc. omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio. Et ad id, quod dicit hic D. Ant. quid ſi niſi ſeptennio, ibi per ſeptenniū, tu dicas, q imo iſta fuit ratio, q domeſticus non fuit admiſſus, quia matrim. durauerat ſeptem annis, propter quod præſumebatur contra teſtem, & hunc intellectum ad iſtum tex. tenet glo. 14. q̄ō. 2. in ſum. Alias ſequeretur grande contrarium, & c. quoties, & c. ſuper eo, & d. c. videtur. qui ma. accu. poſ. cum hic ageretur ad diſſoluendum matrim. Cogita ſuper hac ſolutione quia per Doct. non tangitur. Et circa, id, quod dixi de olim famulo in apoſt. magna. optime facit quod notant Dom. de Rot. in nou. deciſi. 65. Adde an conſanguineus poſſit eſſe teſtis pro conſanguineo. Alex conſi. 19. lib. 4. Et ibi quid de proxenta, & mediatore. conſ. 12. li. 2. Et An poſſit eſſe teſtis frater pro fratre quantum ad defendendum, per eundem conſi. 102. lib. 6. Et quid de domeſtico uel mercenario, & an gener pro ſocero, per eundem conſil. 78. Et an compater pro compatre, per eundem conſi. 90. Et quid de domeſtico, & olim famulo, per eundem conſi. 500. lib. 1. Et quid de familiaribus Epiſcoporum, an poſſint contra ipſos teſtificari Old. conſi. 145.

b Colonos. Quod familiares non poſſint eſſe teſtes. & domeſtici, uide Ale. in conſi. 24. col. 4. in 2. uol. & conſ. 98. in 4. uol. & in conſ. 5. in 5. col. in 1. uolu. & in conſ. 13. col. 12. & conſi. 73. in 4. col. eo. uolu. 1. Et qui dicantur familiares, & & domeſtici & adhærentes, & complices, & ſimiles, ponit late Feli. in rub. de treu. & pa. col. 6. & 7. Seb. Sap.

c Teſtimonii. An ille, qui deſiit eſſe domeſticus, poſſit pro olim domeſtico teſtificari, uide late per Sal. in l. ſeruus, C. de q̄ō. Et q̄d olim familiaris, poſſit ꝓ me teſtificari, tenet Bal. in l. ēt, cir. fin. C. eo. & Io. de Fa. in c. conſanguinei. 3. q. 5. niſi in fraudem eum a me repuliſſem, quod præſumitur, ſi ſtatim poſtquam tulit teſtimonium eum recipio, ſecundum Bar. in d. l. 1. in §. ſi ſeruus, ff. de q̄ō. & Io. de Fa. in d. c. conſanguinei. Et de illo, qui expulit famulum, qui locauit ſe cū alio, an poſſit pro primo teſtificari, uide per Bart. in l. vir mulieri. ff. de do. inter vi. & uxo. per illū tex. Et an famulus olim, quem nūc eps expulit propter ſcelera poſſit teſtificari contra epm, uide Io. An. in addi. Spec. in tit. de teſte, uer. tertio quærebatur, ubi uide. Et de olim famulo, uide quod no. Do. de Ro. in nouis, dec. 65.

Teſtimonii. De hoc art. uide Bal. in l. dictantib. C. de teſt. in l. qui teſtō. § quecunque, ff. de teſt. in l. 1. C. de epiſ. & cle. Alex. in conſi. 5. incip. in cauſa inquiſitionis. col. 9. in 1. uolu. Et de famulo, qui habet ſalarium a domino, q poſſit teſtificari, uide Ro. conſi. 420. incip. præpoſita quæſtio. Marſi. in fin. 1. incip. regula eſt. Seb. Sap.

d De uxore. An uxor poſſit teſtificari pro marito, gl. dicit q nō, in l. 1. §. ſi vir, aut uxor, ff. ad Syll. & in l. ſed & ſi quis, §. præterea, ff. ſi quis cau. in uer. domeſtico, quia uxor eſt domeſtica uiri, ut dicit glo. 3. q. 1. in ſum. & in c. ſicut §. neceſſe, in uer. domeſticis, 47 di. & gl. in l. 5. C. de teſt. & ibi Bal. in fi. ponit quid de concubina, Et q̄d uxor ſit domeſtica uiri, tenet glo. in l. præſenti, §. ſane, in uer. domeſtico, C. de his, q ad eccle. confu. Sed de hoc uide late per Spec. qui ut̄ concludere contrariū in tit. de teſte, §. 1. in uer. ſed quid de uxore. Et nunquid compellatur teſtificari contra maritum, uide Spec. in d. tit. §. pe. uerſic. ſed nunq̄d vxor. Et de primo articulo, an olim famulus poſſit ꝓ dn̄o teſtificari, uide per Bar. in l. ſeruos. C. de quæſt. per eundem Bar. in l. 3. §. ſeruum. ff. de quæſt. Adde Abb. conſ. 52. & Ang. conſ. 52.

An vxor teſtificetur pro viro, vel cōtra virum, dicas, q̄d non credo q̄d poſſit pro viro teſtificari, quia non ſolum ſunt domeſtici, & ideo eis eſt prohibitum teſtimonium, vt in l. oībus, & in l. ēt, C. de teſti. ſed dn̄t ſocii diuinæ, & humanæ, domus poſſeſſionū, C. com. veri. iu. Contra niū puto, quod non poſſit cogi teſtificari. ne mutuo amore ſe ſpolient, & detur inter eos cauſa inimicitiæ, & rancoris, iuxta ea, que plene hn̄r in tit. de don. inter vi. & vx. de concubina aūt dr̄ quod poteſt, quia amica, per l. Maſurius, ff. de ver. ſig. ſecd̄m Ang. in l. 1. in §. ſi uir. ff. ad Sylla. & per Doct. in l. parentes, & in l. ēt, C. de teſt. tamen Bal. in d. l. etiam in fi. dicit contrarium, & ibi Sal. eum ſequitur, quia æquiparatur uxori in affectu, non in honore, & ideo repellitur a teſtimonio, ſicut uxor, de quo, etiam per Laofr. in c. quoniam contra, in uer. teſtes, de prob. Ant. Fran.

per Cy.in d.l.2.per Spec.in d.§. j. vbi proſequitur multas ſimiles quæſtiones.Glo.4.q.3.d.§ idonei.dixit vxorem non admitti,quia ſibi imperare poteſt,cum ſit ſibi ſubiecta.argu.33.q.vlt. c.mulierem.Sed Spec.& clarius etiam Cy vbi ſup.vñr concludere,quod inſpiciamus qualitates viri,vel vxoris.ſi autem talis eſt vxor,vt veriſimiliter timeat maritum, non debet admitti. Et idem dicendum in marito,reſpectu vxoris; alias ſecus,cum nullibi hoc prohibeatur,nec eſt ſimpliciter verum, quod vxor ſit ſub poteſtate mariti,vt patet l.ſi vxori. C. de cond. inſer.niſi ordine naturę,& quoad quædam ſeruitia,vt dixi in c.literas,de reſt.ſpo.Sed crederetur plus, vel minus ſecundum circunſtantias,vt hic in gl. An autem compellatur vxor teſtificari contra maritum,vel maritus contra vxorem?Cy.in d.l.2.in fi. videtur velle,quod non:quia non debet compelli ad teſtificandum cõtra domeſticum,& eum,cum quo eſt vna caro,de biga. c.debitum.quod placet.argum.4.q.1.c.ſi teſtes,§.lege Iulia.vbi patet, quod etiam contra ſocerum non compellitur quis teſtificari. hoc fateor, niſi in defectum teſtium, quia tunc ceſſat priuilegium,vt dixi in cap.ſi qui,ſupra eod.& nota.in capitu.1.inf.de teſti.cogen.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans faciens actum coram iudice a quo, videtur ſuæ appellationi renunciaſſe.*

2 *Producuntur teſtes facta publicatione atteſtationum.*

3 *Morte iudicis delegantis,an extinguatur iuriſdictio.*

C A P. XXV.

Cum veniſſent. Donec atteſtationes fuerint publicatæ,& eis renunciatum,produci poſſunt teſtes, poſtea vero non ſuper eo.capitulo.ſed ſuper alio ſic h.d.quoad titul.Habet enim aliud dictum in principio, quod non facit ad materiam,& potuiſſet hoc omitti.& ſunt duæ partes.In prima parte, quæſtio. In ſecunda,dat iudices, ibi: Mandamus. quibus tria mandat. ſecunda,ibi, Quæſtiones, tertia, ibi, Si quæ vero.Caſus lite. Inter Abbatem de Sicolanem. ex vna parte, & magiſtrum Martinum ex altera,controuerſia ſup pluribus articulis vertebatur, quam Lucius Papa commiſit quibuſdam iudicibus fine debito terminandam.Iudices tulerunt ſententiam ſuper quibuſdam articulis.pro magiſtro Mar.Dicebatur,quod ſententia non valebat,cum eſſet lata poſt appellationem interpoſitam,occaſione mortis delegantis Reſpondebatur ex parte magiſtri Marti. quod appellatio non impedit, quo minus ſententia debeat confirmari, cum poſt illam appellationem egerit,& reſponderit,& teſtes produxerit. & ſic appellationi renunciauerit, & citatio iudicis mortem delegantis præuenerit. Mandat papa,quatenus ſi ſententia ſint canonice promulgata, iudices illam confirment,non obſtante appellatione prædicta, cum poſt illam appellationem egerit,reſponderit,& teſtes produxerit,citatione facta ante mortem delegantis. Alias vero q̃ſtiones,ſuper quibus teſtes producti fuerunt. & publicatæ atteſtationes,vel etiam ſi renunciatum ſit hincinde teſtibus,nullis alijs receptis ſuper eodem articulo ab alterutra parte, ſecundũ tenorem illarum atteſtationum, debeant terminare. Et ſi aliæ quæſtiones fuerint,ſuper quibus teſtes non fuerint recepti, vel renunciatum eiſdem, audiant hincinde partes, quæ propone-
1 re voluerint,finem debitum imponentes eiſdem Ber. † Not.1. quod comparens,& reſpondens,ſeu actum poſitiuum faciens ſuper eo,ſuper quo appellauerat coram iudice a quo,videt̃,ſuæ appellationi renunciare,ad hoc.ſup.de of.dele. cap. gratum. Et dic,vt legi.& no.in c.ſi à iudice.de appel.lib.6.& c.1.de eo qui mit.in poſ No.2.argum.quod morte delegantis re integra non expirat ipſo facto iuriſdictio, ſed opus eſt exceptione; vnde ſi non excipitur,valet proceſſus.ita tenuerunt quidam per hunc tex.& quaſdam alias rationes,quod puto verum vt inf. dicam. Et dic,quod ibi ponderatur tacitus conſenſus partium,ad effectum concludendi appellationem ſuper qua pars aduerſa ſe
2 fundabat ad impediendas vires ſententiæ. † No. in §. quæſtiones,quod publicatio atteſtationum, impedit vtranque partem producere teſtes ſuper eiſdem capitulis,vel directe contrarijs, quod eſt expreſſum in cle.2.e.ti. No. at. quod commiſſa cauſa, poſſunt iudices ſuper aliquibus capitulis prius teſtes recipere, publicare,& poſtmodum facere tranſitum ſuper alijs. nec publicatio in certis impedit productionem ſuper alijs. Item no. ꝙ publicatio, vel renunciatio facta ſuper certis capitulis non impedit teſtes producere ſuper nouis dependentibus à veteribus.& hoc ſecundum alium intellectum. Poteſt enim iudicio meo,iſte §.intelligi dupliciter. Primo quod iſta erant capitula antiquitus producta,ſed ſuper his nõ erat facta productio, nec renunciatio,ſed ſuper alijs.Secũdo poteſt intelligi,quòd de nouo fuerunt producta tangentia tantum cauſam,prout dixi in c. fraternitatis,ſup.eod & vterque intellectus eſt verus in ſe,& poteſt ad hanc literam applicari. Venio nunc ad materiam,& ſicut ſunt duo principalia dicta,ita duo ſunt diſcutienda, & vtrũque applicabo ad glo.Et primo videtur tex.iſte innuere, quod mortuo mandatore,re integra, iudices poſſunt procedere de conſenſu partium.Sed contra hoc facit,quia per mortem mandatoris,re integra,iuriſdictio extinguitur ipſo facto,vt in c.gratum,& c.licet,de offi.deleg.ergo partes non potuerunt dare iuriſdictionem non habenti, quia conſenſus priuatorum &c. de for. comp cap.ſignificaſti. facit capit.ſignificantibus.de offi.de
a cum fama a & alijs adminiculis faciunt plenam probationem,
maxime iunctis not. per Barto.in d. l.capite quinto, & l. 2.de q-
7 bus ſupra dixi: & iſte eſt verus intellectus totius cap.† Si autem
quæris quæ dicantur adminicula in caſu noſtro: dicit Hoſtien.
quod ſunt tactus, viſus, riſus, iocus, miſſio nunciorum, & ioca-
lium, cohabitatio, amplexus, oſculum, & ſimilia, & vide quod
habetur in cap. tertio loco, & c.literis, de de præſum.& d.l.capi
8 te quinto, & de adulte.† Adde prædictis no.dictum Iaco. Bald.
quod recitat & ſequitur hic Hoſtien. qui dixit, quod ſi eſt vnus
teſtis de viſu cum fama, & alijs adminiculis certis, & probabili
bus, ſufficiens eſt probatio in factis antiquis, de quibus non eſt
memoria, & in delictis quæ occulte fiunt, ad hoc faciunt in ar-
gumentum multa iura. 23. quæſtio. 1. cap. dixit Dominus, C.de
adulte.authen. ſi quis ei, & ff. de aqua plu. arcen. in l.in ſumma.
§.idem Labeo. & ff. eo. l.3.§.1. & 2.& c.cum in dioec. de vſu. &
cle.vna. eod.tit. Vide ad confirmationem illius dicti Iac. Bald.
quod ponit Lap. alleg. 55.& facit. l.indicia. C.de eei vend. & vi-
de omnino, quæ dixi in c.tertio loco, de prob.

ADDITIO.

a Cum fama. Quando fama cum alijs adminiculis faciat plenam probationem,
late traditur per Bar. & alios, in l.admonendi, ff. de iureiu. Et quando pro-
bationes diuerſi generis coniungantur ad faciendam plenam probationē,
tradit Alex.in conſi. 128.incip ponderatis col.fi. in 2.vol.& in conſi. 150. in
cip.in cauſa & hic, col.fi.in 5.vol. & in conſ.13.incip.viſo diligenter, col.8.
Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Vni, etiam legato Cardinali, non creditur in præiudicicium tertij Papa, vero
ſic, & an Papa, Cardinali Epiſcopo, & iudici credatur.*
2 *An ſcriptum iudicis faciat fidem, & poſſit per teſtes, & quot reprobari.*
3 *An inſtrumentum poſſit reprobari, & per quot per teſtes.*
4 *An aduocatus, vel procurator poſſit eſſe teſtis.*

CAP. XXVIII.

a CVm a nobis. a Vnius Iudicis verbo non cre-
dit, ſcripturę vero eius p teſtes
reprobari poſſunt. Fallit hoc in Papa. Ita communi-
ter ſummatur, & ſatis placet. infra tamen latius decla-
ratur: & ſecunda pars ibi, ne ſcriptum, tertia ibi, ſalua. Caſus lit.
Quærebatur vtrum dicto, ſeu verbo vnius iudicis ſit credendū
in cauſa &c. Dominus Papa reſpondendo inhibet, ne vnius iu-
dicis, quantumcunque fuerit authoritatis, verbo credatur in cau-
ſis, ſiue ſuper teſtamentis, ſiue quibuslibet alijs contractib. quæ
ſtio agatur; nec ſcriptum eorum, niſi teſtiū adminiculo fulcia-
tur, eam obtineat firmitatem, quin ei poſſint, & debeant duo-
rum vel triū teſtium bonorum teſtimonia præualere, ſalua in
omnibus ſedis Apoſtolicæ authoritate. Ber. No. ibi canonica, &
ciuilia iura &c. pro communi vſu allegandi. Nam leges ſecula-
rium appellantur ius ciuile, pontificum vero, ius canonicum.
& ſic no. quod verbum Canon late intellectum compræhēdit
in ſe omnem conſtitutionem papalem, ſeu vniuerſalis Eccle-
ſiæ. Quandoque ſumitur, vt ſpecies conſtitutionis, de quo dic,
vt leg. & not. in ſum. 3. diſtin. Quandoque ius ciuile appellatur
ius humanum, canonicum vero ius diuinum, vt in cap. 1. de iu-
ram. calum. & dic, vt ibi dixi. No. 2. ex eod. verſi. quod licite alle
gantur iura ciuilia in foro eccleſiaſtico, etiam vbi in eadem di-
ſpoſitione concurrunt canones. & ſic tempera gloſ. in cap. ſi in
a adiutorium. 10. diſtin.† No. pulchrum tex. iuncto princ. cum fi.
quod excepto Papa, non creditur in præiudicium alterius ver
bo cuiuſcunque, quantæcunque fuerit authoritatis. Ex quo. n.
tex. in fin. excipit papam ſolum, videtur includere omnes, citra
eum. Nam exceptio firmat regulam in alijs. 32. q. 7. c. dominus.
& c.2. de coniu. lepro. Ex quo infertur, ꝙ etiam Legato Cardi-
nali, non eſt credendum in præiudicium alterius· vide bonam
gl. quæ hoc ſentit in c. ſicut, de ſen. exco. No. ex hoc, & ex tex. q
in fi. generaliter excipit Papam ab omnibus ſupradictis ꝙ non
ſolum literis Papę eſt credendum, ſed etiam verbo ſuo, & ſic li-
teræ Papæ, & ipſius verbum nudum, videtur æquiparari, quod
ſentit hic Hoſt. in fi. & no. ꝙ videtur hoc ꝓcedere, ſiue quæſtio
agatur de ſpiritualib. ſiue de reb. profanis, & ſi de contractibus
ſeu inſtrumentis, quod eſt valde, no. maxime pp no. per Inn. in
c. inquiſitionis. de ſen. exc. facit c. quicunque, 11. q. 1. ſiue intelliga
mus id in ſummo Pontifice, vt intellexit hic Hoſti. ſiue intelli-
gamus in quolibet ep̄o inferiori, & tunc facit, arguendo per lo-
cum a maiori. No. in ver. nec ſcriptum, ꝙ ſcriptura iudicis facit
fidem, non tamen tantam, quin poſſit reprobari per teſtes, &
pondera. Ex eo. n. quod dicit, poſſe per teſtes reprobari infertur
ꝙ ex ſe, ſine alio adminiculo facit plenā fidem, quod profecto
non procedit in iudicialibus, per c. quoniam, de prob. vbi ſecū-
dum ibi no. in extraiudicialib. debet limitari, ſecundū not. in c.
2 poſt ceſſionem, de prob. & dic plene, vt ibi dixi.† Quæro, quia
tex. loquitur de vno iudice, quid ſi ſint plures, nunquid eis cre-
dendum ſit: Gl. 3. videtur concludere, ꝙ ſi aliquid aſſerūt in ip-
ſa inſtantia, vbi ſunt iudices, non eſt credendū, niſi quatenus cō
ſtaret legitimis documentis, per d. c. quoniam, ſed in cauſa ap-
pellationis eis credetur duabus circunſtantijs concurrentib. ſ.
ꝙ non, ſint alij teſtes, & ſic in defectū. Itē ſi deponunt ſup pro-
ceſſu, nam ſuper principali cauſa non poſſunt eſſe teſtes, per c.
ſtatuendum, alias ſtaturum. 2. q. 6. Ita concludit hæc gl. De hac
materia vide per Innoc. in c. 2. de arb. & per Do. Ant. qui late ꝑ-
ſequitur, ſed intricate & per Io. Cal. Sed clare proſequendo dic,
ꝙ aut quæritur de literis Papæ, & dic, vt plene leg. & no. in cle.
b literis. de prob. Aut de verbo b ipſius, & ſi perſeuerat in eo, ſibi
c credendum eſt, c vt hic. Nemo enim illi contradicere poteſt, ſe
cundum Hoſtien. alleg. 19. diſtin. c. in memoriam. 9. quæſtio. 3.
c. cuncta per mundum, & c. per principalem. & ſupra de offic.
delega. cap. ex parte, il 2. poteſt tamen ei dici, ſecundum eum.
Salua maieſtatis reuerentia, alqd eſt, de quo non recordamini,
quia plerunque nos fallit obliuio. 23. diſtin. cap. præterea. & ip-
ſum decet patienter audire, & quod cum humilitate proponi-
tur, exaudire. ſupra de reſcrip. c. ſi quando. de teſt. in integ cap.
tum ex literis. Ego credo hoc veriſſimum in his, in quibus Pa-
pa habet liberam poteſtatem, vt in beneficialibus, ſpiritualibus
& ſimilib. Sed dubito, quid de alijs, puta in cauſis laicorum pro
fanis, & in alijs, in quibus non poteſt vti poteſtate abſoluta, iux-
ta no. per Innocen. in d. c. inquiſitioni. nunquid ſit credendum
nudo verbo ſuo, in præiudicium aliorum? Et quod non creda-
tur. facit, quod habetur Ioan 8. c. tranſumptiue. in cap. 1. 2. q6. 4.
vbi Chriſtus noluit, quod ſibi crederetur, ſed voluit ſe confor-
mare legi diuinę dicenti, In ore duorum &c. inquit, ſi duorum
hominum teſtimonium verum eſt, quare teſtimonium meū,
& patris mei non accipitis? Ad idem facit in ſimili. 2. quæſtio. 1.
cap. Deus omnipotens: vbi dicitur, quod Deus noluit punire
peccata Sodomorum, licet ſciret tanquam Deus, niſi prius eos
conuinceret, tanquam iudex. Item in lege diuina nullus caſus
eſt exceptus, nec alibi repetitur contrarium. & ad iſtum text.
poſſet dici, quod loquitur in his, in quibus habet plenam pote-
ſtatem, poſſet tamen argui de cap. quicunque. 11. quæſtio. 1. ſed
illud eſt priuilegium Imperatoris, vt not. Innocen. in c. nuper.
infra eod. & loquitur, quando deponit in forma teſtimonij. co-
gita. Aut loquitur in Cardinali, & tunc ſi eſt legatus, creditur
d verbo ſuo in his, quæ ſunt non multi præiudicij, d iuxta ea, quæ
leg. & notan. in cap. nobiliſſimus. 97. diſtinct. & per glo. in cap.
ſicut. de ſenten. excommunica. in alijs ſecus, vt hic. Et vide per
Ioan. And. in cap. 1. de offic. deleg. lib. 6 & quod not. in cap. con
ſtitutus. in princip. de appella. vbi de hoc. Si autem eſſet non le-
gatus, regulariter non debet credi in alterius præiudicium, vt
hic, niſi aliud habeat ſtylus curiæ, de quo in d. cap. conſtitutus.
De literis vero Cardinalium, dic vt plene dicam in capit. quod
ſuper his, de fide inſtrumen. Aut quęritur de Epiſcopis, ſeu Prę
latis, vel iudicibus inferioribus: & reſpectu literarum, ſiue ha-
beant ſigillum, ſiue ſubſcriptionem: dic, vt plene dixi in capit.
poſt ceſſionem, de proba. Quo ad nudum verbum eorum ad-
uerte, quod aut voluit deponere non in forma teſtimonij, &
eis non creditur in præiudicium aliorum, etiam ſubditorum,
vt in cap. ſi tantum, & c. placuit. 6. quæſtio 2. facit, cap. ſi ſacer-
dos, de offi. ordi. & 2. quæſtio. 7. cap. plerunque, & maxime hoc
procedit in iudicibus, vt in c. quoniam. ſupra de proba. poſſent
tamē haberi dicta eorum, vt inſtructiones. de cōfir. vti. vel inu.
c. cum dilecta. in prin. vbi per Doct. facit cap. innotuit. de elect.
not. Innoc. in capit. 2. de arbit. Aut volunt deponere in forma
teſtimo-

ADDITIONES.

a Cum a nobis. Materiam huius decr. vide plene & eleganter per Dom. Anto. in
c. non ſine. in pen. & vlt. col. de arb. vbi examinat, an iudex arbiter, aſſeſſor,
vel aduocatus, poſſint teſtificari de his, quæ coram eis acta ſunt.
b Aut de verbo. Et hoc eſt verum etiam de his, quæ geſſit ante papatum. tex. eſt
in cap. querelam. in princ. de ele. vel quæ ab alijs geſta ſunt, tex. eſt in cap.
tum ex literis, de reſti. in integ. & in c. 1. de renun. lib. 6. & c. ad Apoſtolicæ.
de re iud. lib. 6. & vide ad hoc bo. tex. in cle. 1. de reli. & venera. in antep. gl.
ver. intelleximus autem. licet gl. ibi in ver. releuatur, videatur aliter loqui.
Et vide glo. in ver. promiſiſſent, in d. c. ad apoſto. Item pro limitatione eius,
quod dicit Dom. Ant. hic vide ſing. limitationem, quam ponit D. Ab. in cle.
1. de prob. circa fi. quam etiam repetit hic in lect. Adde hic, quod dicit Bal.
in l. iuſiuran. in 2. colū. C. eo. vbi dicit, ꝙ licet credatur dicto Papæ, tamen ſi
non recordatur, licitum eſt ſalua maieſtate reducere ſibi rem in memoriā,
ne perſeueret in errore. Papa enim bene poteſt errare. tex. eſt in c. tum ex li-
teris, de in inte. reſt. & in c. præterea. 23. diſt. & in c. ſententia. 36. qō. 6. & vi
de tex. & gl. in ver. emendare. in c. fin. de reſcr. lib. 6. quod patet, quia mutat
interdum ſuam ſententiam. & eſt tex. in c. alma in prin. de ſen. excom. in 6. ſi
cut etiam mutauit Aug. in c. certe. 12. q. 1. & facit c. qualiter, il 1. de accu. ad
de hic do. de Rot. in ant. deciſ. 225. Adde Ro. ſing. ſuū 10. incip. ſanctiſſimus
Eugenius Papa, vbi alle. gl. in c. 1. de ren. & in c. ad apoſt. de re iud. & dic ꝙ
ita fuit iudicatum.
c Credendum eſt. Vide Pe. de Anchar. in conſi. 238. incip. vlterius alia, quod alle.
Fely. hic. Sed ad illud conſi. vide eundem Fel. in c. cauſam. quæ in 3. col. ſup.
de reſc. Seb. Sap.
d Non multi præiudicij. Limita duob. mod. vt per Ro. in conſi. 50. inci. ad diſcu
tiendum, in 4. dubio. & uide Bar. contrarietatem in l. vnica. C. de ſuperind.
lib. 10. & do. Iaſ. in rep. l. admonendi. col. 75. ver. adde etiam pro dicto. Car.
ubi plura alleg. Seb. Sap.

a teſtimonij, a & tunc aduerte, aut volunt deponere in eadem inſtantia, in qua ſunt iudices, aut in alia. Primo caſu nõ poſſunt, b quia non debent eſſe iudices & teſtes ſimul, b cum alius debeat eſſe iudex, alius teſtis, & alius examinator, alius examinatus. 4. q. 4. capitu. 1. de verbo. ſign. c. forus. de inſti. capi. fina. probatur aperte in c. dilecto. inf. eod. vbi repellitur iudex ab officio iudicandi, vt ſit teſtis. Et ſic intellige glo. iſtam in princip. dum facit differentiam inter primam inſtantiam, & inſtantiam cauſæ appellationis. In alia verò inſtantia, in qua non eſt iudex, dic, quod aut nõ iudicauit in illa cauſa, vt quia cauſa vertitur coram alio iudice; vel fuit remotus ab officio, vt ferret teſtimonium, & poteſt teſtificari, ſicut quilibet alius teſtis, niſi aliud obſtet, vt d. c. dilecto, & ſic intellige. l. ob carmen. ff. de teſti. non tamen crederetur vni ſoli, vt in cap. licet ex quadam, infra eod. & not. Innocen. in capi quoniam contra. præal. Aut iudicauit, & ſubdiſtingue, aut vult teſtificari ſuper ipſo negocio principali, aut ſuper actis iudicialibus, puta, quia nunc contenditur coram iudice appellationis, vel agitur de nullitate coram alio iudice, vel eſt cauſa reſtitutionis in integrum, vel conſimilis. Primo caſu ſunt opiu. Gloſ. hic tenet, quod non poteſt, per ca. ſtatuendum, alias ſtatutum. 2. q. 6. Hoſtien. contra & ad tex. d. c. ſtatuendum, vbi dicitur quod in cauſa, in qua fuit iudex &c. ſupplet ipſe, & adhuc eſt: Vel, ſecundum eum, oportet dicere, quod illud capi. in hoc eſt correctum, ſicut & in alio, in quo dicit non cogendum clericum ad teſtimonium. 14. q. 2. c. ſuper prudentia. Io. Cald. ſequitur iſtam gloſ. Præſumitur enim ſecundum eum, quod habeat affectionem ad cauſam, ex quo in illa iudicauit, vt ſententia ſua effectum habeat, ſicut dicitur de aduocato. C. de aſſeſſo. l. vlt. in fin. ff. eod. l. penul. & in capitu. Romana, eod. titu. lib. 6. Nec placet ſibi dictum Hoſtien. de correctione, quia contrarium tex. non habemus: & quia d. c. ſtatuendum. iuuatur ratione prædicta. Et hoc dictum huius gloſ. communiter approbatur, & ſatis placet, & no. glo. in capitu. ſtatuendum. Et idem videtur ſentire Innocen. in d. c. 2. de arbi. vbi dicit, quod iudex, aduocatus, aſſeſſor, & executor non poſſunt eſſe teſtes, per d. c. ſtatuendum, & alia iura ſuperius alle. ſed ſunt conſulendi de facto ſuo. all. c. cum dilectus, inf. de accu. & per hoc videtur ſentire, quod loquatur in inſtantia etiam vertente coram alio. Aut quæritur, nunquid poſſit eſſe teſtis ſuper actis, & in hoc conſidera: aut in actis geſtis coram ſe, aut per ſe. Primo caſu glo. videtur hic velle, quod ſic, ſed in defectum. Io. Cal. ſimpliciter dicit ſibi credendum, tanquam teſti. Sed concorda, quod aut ex illo actu, de quo agitur, ſequitur dedecus, vel laus, vel vituperium & in alterum caſum poſſet adſcribi iudici, & non debet ſibi credi, niſi ſaltem in defectum, & ſic poſſet ſaluari hæc gloſ. & pro hoc bo. tex. cum glo. in c. cum dilectus, de ele. Aut nullum intereſſe poteſt iudex prætendere; & ſic eſt omnino integer teſtis. & ſic intellige Cald. Hoc. n. caſu non teſtificatur ſuper eo, In quo iudicauit, nec habet affectionem ad cauſam, ſicut alias ſentit Io. And in add. ad Specu §. opponitur. verſi. ſed pone, quod adminiſtrator. facit quod dixi in c. ſuper, ſup. eo. Aut de geſtis per ſe; & tunc putat Cald. ipſius teſtimonium non eſſe idoneum, niſi contra ſe deponeret, vel quantum ad præſumptionem; & ſic dicitur fore intelligendum. d. capitu. 2. de arb. Sed aduerte, quia Innocen. ibi ſenſit contrarium. dicit. n. ſe credere, quod ſi arbiter poſt laudum confiteretur coram iudice turpitudinem ſuam, non deberet per hoc reuocari arbitrium, per c. ſicut, ſup. eod. & cap. veniens. & 15. q. 3. c. memini. Satis crederem diſtinguendum, vt ſup. dixi, quod ſi nec laus nec vituperium poſſet adſcribi iudici, poſſit eſſe teſtis: alias non, niſi forte in defectum aliorum teſtium. ad hoc c. inter dilectos, de exceſ. pla. & d. capi. cum dilectus. & c. 2. præal. Et in caſu quo deponeret contra ſe, dicerem, quod aut eſt tale quid, quod reddit eũ criminoſum, & non debet credi in præiudicium alterius, niſi iuxta not. in c. 1. de confeſ. & in d. c. ſicut Aut non reddit eum criminoſum, tali crimine, quod repellat à teſtimonio ſed forte oſtendit eum fuiſſe criminoſum, aut negligentem, & tunc ſecus. & ſic concordo Innocen. & Calde. & hoc no. Quando vero iudex non teſtificatur, ſed vult interpretari ſententiam ſuam, nunquid poſſit? Aliquid tangit Innocen. in d. capitu. 2. Sed tu dic, vt plene leg. & no. per glo. & Barto. in l. ab executore. ff. de appel. & per hoc habes declaratam hanc gloſ. & primam partem. c. an, & quando ſit credendum verbo iudicis, cuiuſcunque authoritatis ſit. Nunc venio ad ſecundam partem. ſ. ad verſicu. nec ſcriptum, contra quem (expediendo omnes glo.) faciam tres oppo. Primam ſentit glo. in verſicu. ſcriptum, adducendo tria iura, videlicet c. poſt ceſſionem. & c. curæ 11. q. 3. & c. 2. non tamen ea inducit, quomodo faciant in contrarium, ſed poſſunt induci quoad contextum dupliciter. Primo in eo, quod dicit iſte tex. ſcripturam iudicis poſſe reprobari. Secundo, in eo, quod requirit adminiculum teſtium Glo. non ſol. ſed dic, quod ſi bene ponderẽtur, potius concordant. Nam c. poſt ceſſionem, dicit, quod ſtandum eſt literis Epiſcopi, donec contrarium probetur, nec contrarium dicitur hic, imo idem præſupponitur. Item hic non requiritur adminiculum teſtium ad ſubſtantiam probationis; ſed ad hoc, vt per duos teſtes reprobari non poſſit. & 3 hoc vltimum intellige, vt ſtatim dicetur in ſeq. contrario. † Oppo. 2. glo. contra eundem verſicu. nec ſcriptum, ſequendo opi. ſuam damnatam, de qua in c. tertio loco, ſup. de proba. vbi te- c nuit, quod inſtrumentum c non poſſit reprobari, niſi ad minus per quatuor teſtes, cuius contrarium innuit iſta litera in fi. Et in hoc contrario multum inuoluit ſe glo. in verſi. ſcriptum. cum ſeq. & in effectu ſentiunt ambæ duas ſolutiones. Prima, quod dictio, niſi, non ſtat hic exceptiuè, ſed potius corroboratiuè, & affirmatiuè. ſ. Quamuis, & tunc eſt ſenſus, ꝙ quàmuis ſcriptum iudicis fulciatur adminiculo teſtium, nihilominus poteſt reprobari per duos, vel tres teſtes. Et tunc ad contrarium reſpondet gloſ. quod loquitur in inſtrumento publico. Iſtud vero in ſcriptura iudicis, quæ non eſt tantæ authoritatis. Secunda ſolu. intelligendo dictionem, niſi, propriè: & tunc dicit, quod text. non negat, quin poſſit talis ſciptura reprobari, ſed nõ per duos teſtes, vel tres, ſed ad minus requiruntur quatuor, ſicut in inſtrumento confecto per manum publicam. Sed, vt dixi, fundamentum glo. communiter damnatur in d. c. tertio loco. & in c. cum Ioannes, de fid. inſtr. & tenetur communiter, quod regulariter quodlibet inſtrumentum poſſit per duos teſtes reprobari, vnde tunc fortiter obſt. hæc litera, duobus modis. Primo in eo, quod præſupponit à contrario ſenſu, quod ſcriptura iudicis teſtium adminiculo fulcita, non poſſit reprobari per duos, vel tres teſtes. Secundo in eo, quod tacitè infert, ſcripturam iudicis ſine teſtium adminiculo facere plenam fidem, licet poſſit reprobari per duos, vel tres teſtes: quod videtur eſſe contra c. quoniam. ſup. de proba. & ca. 2. de fid. inſtru. & plenè no. in d. c. poſt ceſſionem. Et circa hæc multa hic ſcribuntur, per quæ inuoluitur intellectus huius ver. Sed tu dic breuiter & clare, & primo quoad primum, vt non intelligatur tex. cum ſcriptura iudicis eſt teſtibus ſubſcripta tantum, ſed cum eſt teſtium adminiculo fulcita. ſ. deponentium viua voce, & adiuuantium illam ſcripturam. Tunc enim non reprobatur per duos, vel tres teſtes, ſed oportet, quod ſint plures reprobantes ſcripturam, cum ibi ſit authoritas iudicis, & teſtium depoſitio, iuxta no. in d. capitu. cum Ioannes. & hunc intellectum ſentit Hoſtien. in quadam apoſt. parua. Oportet enim ſic intelligere. cum enim contrariũ colligatur per ſenſum contrarium elicitum ex text. oportet quod

ADDITIONES

a Teſtimonij. Quando credatur iudici teſtificanti in cauſa, quam ipſe tractat vel tractauit, adde quod no. Innocen. in c. cum dilectus, in glo. ſuper verſi. reſponſione. de accu. & vide glo. & ibi Barto. in l. ne in arbitris, C. de arbi. & Barto. late examinat, verum arbiter poſſit eſſe teſtis de his, quæ coram eo acta ſunt, de quo per Domi. Anto. in c. cum dilecti, & in c. Quintauallis. in 16. col. de iureiuran. & vide de articulo hic examinato per Domi. Anto. in c. cum dilectus. in 8. col. de ele. vbi ſatis ſuccinctè, & pulchre expedit iſtum paſſum. Et vide hoc, videlicet an ille, qui eſt, vel fuit iudex, vel arbiter in cauſa, poſſit in eadem cauſa teſtificari, late per Flo. in l. quoties. §. fina. ff. de prob. & Do. Anto. poſt Innocen. in d. c. non ſine. de arbi. Et vide de hoc per Archi. in d. c. de conſilijs. 18. diſtin. vbi dicit, quod iudex, vel arbiter poteſt teſtificari de his, quæ coram eo acta ſunt, dummodo alijs non fiat præiudicium. Item de hoc vide per do. de Rota deci. 26. ſecundum ordinem meum nouiſſimũ. & de iſta q̃oe vide per Bar. in d. l. ne in arbitris in 2. col. ver. iuxta prædicta quæro. C. de arb. adde no. per Barto. in l. iubemus. 1. col. C. de ſacroſan. eccle. & Do. in d c. de conſilijs, in fi. 18. diſt. An autem ſolicitator poſſit eſſe teſtis in cauſa, in qua fuit ſolicitator, ad hoc vide, quod no. D. Ant. in c. inſuper, in vlt. col. ver. de adhærente. ſup eo. & vide Do. in c. Romana. de teſti. li. 6. vbi dicit, quod ſolicitator etiam datus à procuratore non eſt idoneus, & vide Ang. conſ. 31. vbi dicit, quod ſolicitator etiam ſiue inueſtigator, non poteſt eſſe teſtis idoneus in cauſa, de quo vide per D. de Rota deciſ. 118. ſecundum ordinem meum nouiſſimum, quod habetur in ſing. Lud. in litera T. incipiente, quæritur, an ſolicitator, & fuit conſ. do. Thomæ docã. de Senis, ſubſcriptum per do. Io. de Ana. & vide etiam Ro. in cõſ. in c. omnipotentis Dei. Et adde omnino, quod no. D. An. in c. bonæ, il 2. de poſtu. præl. & per eundem in ca. ex literis. in 2. no. de tranſa. vbi videtur dicere ſingulare verbum, loquendo de proxenetis. Vide etiam de proxe. vnum verbum, quod ponit in c. inſuper. in 5. col. ſup. eod. vbi dicit, quod licet teſtimonium proxenetæ admittatur, tamen non eſt integrum teſtimonium, & idem videtur dicere Barto. uno verbo. in l. omnibus C. eo. & vide Spe. in titu. de teſte. §. 1. & vide quod no. D. An. in c. cum dilectus. in 7. col. de ele. vbi dicit, quod proxeneta admittitur ad teſtificandum in negocio, cui ipſe fuit mediator, in ſubſidium, quando aliter probari non poteſt. Sed de hoc, an proxeneta ſit ſufficiens teſtis, vide pulchre per Bal. in d. l. omnibus circa fi. C. eod. & vide glo. & quod ibi no. poſt Io. An. & D. Ant. in d. c. delictorum, de teſti. cogen. Et de officio proxenetæ, vide quod no. Bal. in l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. & vide de hoc quod ſubtiliter ſcribit D. Frã. de Are. in d. c. inſuper. circa fi. e. vbi ponit D. An. quid de adminiſtratore, & vide quod habetur in l. ſi is, cui pecuniam. C. de furt. Adde, an iudex poſſit eſſe teſtis de his, quæ coram ipſo acta ſunt, Fran. Are. conſ. 13. Rapha. Cu. conſ. 137. & ibi quid de arbitro, & procuratore.

b Et teſtes ſimul. Vide copioſe per D. An. in conſ. 29. in c. quæſtio hæc dubia, & per Pet. de Anc. in conſ. 173. in c. viſis, & diligenter Bal. in l. iubemus. la 2. §. ſane, C. de ſacroſ. ecc. Seb. Sap.

c Inſtrumentum. Per quot teſt. poſſit inſtru. reprobari, latè tradit Fel. in capitu. cum Io. col. 12. verſicu. 1. concluſio. inf. de fid. inſtru. poſt Abb. & alios ibi. Seba. Sap.

Digitized by Google

quod reducatur ad terminos aliorum iuriun. Nam ſpeciale
eſt in ſcriptura Papæ, vt non poſſit reprobari, vt d. clem. literis,
de proba. Item ſi per duos vel tres teſtes reprobatur ſcriptura
tabellionis ſubſcripta teſtibus, qui habet officium ſcribendi,
fortius ſcriptura iudicis, cuius officium non verſatur in ſcriben
do. iuxta no. in d. c. poſt ceſſionem. Intelligatur ergo tex. modo
prædicto. ſ. de teſtibus deponentibus viua voce pro ſcriptura.
Et hic intellectus nullum habet ſcrupulum. Circa ſecundum
Innocen. hic multum inſtat & confuſe, tandem dicit, quod nul
lo iure cauetur, vt ſcripturæ iudicis, etiam cum ſubſcriptione
teſtium credatur. Et ad hunc tex. reſpondet, quod non loquitur
de ſcriptura iudicis, ſed tabellionis. vnde debet exponi ſecun-
dum eum, Nec ſcriptum eorum ſ. tabellionum Nam ſi intelle-
xiſſet de iudice, poſuiſſet in ſingulari. ſ. eius, propter ſingulare iu
dicis, quod præmiſerat. Item veritas eſt, ſecundum eum, quod
apud Beneuentum, quo Decretalis dirigitur, nomina iudicum,
& tabellionum ſunt promiſcua. Sed hoc eſt deſtruere literam,
nec eſt verum, quod dicit Innocen. iure non caueri, vt credatur
ſcripturæ iudicis cum ſubſcriptione, quia imo cauetur in capi.
2. de fide. inſtrum. quinimo etiam ſine ſubſcriptione in multis
caſibus creditur, vt in c. poſt ceſſionem. & c. curæ. præal. Ideo
ſine ſcrupulo dic, quod creditur ſcripturæ iudicis ſine ſubſcri-
ptione in multis caſibus: & in illis verificatur hæc litera, vt li-
cet probet, poteſt tamen reprobari, vt legitur & no. in d. ca. poſt
ceſſionem, & ibi etiam plene dixi. An, & quando probet, etiam
cum ſubſcriptione? dic, vt ibi. Nam hic non datur regula, vt ſem
per probet, ſed tamen dicit, quod non eſt tantæ authoritatis,
quin poſſit reprobari ſ. in caſibus in quibus probat. & qui ſint
illi, no. in locis ſuis, & maxime in d. capitu. poſt ceſſionem. Et
per hoc declaratur apertiſſime hoc capit. Nunc venio ad vlti-
mam oppo. facilem, quæ colligitur ex glo fina. ſonuit enim iſte
tex. quod literę papæ emanant ſine ſubſcriptione, cuius contra
rium probatur in d. capitu. cum redemptor. 12. q. 2. Glo. fin. ſol.
quod in priuilegijs papæ bene ſubſcribunt ſe Cardinales, & ſic
loquitur contrarium, ſed in alijs literis non, & ſic poteſt proce-
dere, quod inouitur hic. & vide quod no. glo. in d. capi. cum re-
demptor. Et dic, quod hodie etiam in priuilegijs non ſcribunt
ſe Cardinales. & vide quod in ſimili not. in l. ſacri affatus. C. de
4 diuer. reſcript. † Vltra gloſ. poſſet quæri, a quia, ſup. vidimus de
a iudice, an & quando poſſit eſſe teſtis, quid in aduocato, & in
b procuratore? b vide in aduocato, quod legi. & no. in capitu. fin.
inf. eod. lib. 6. & capitu. dilecto. inf. eod. & in Specu. eod. titu. §.
opponitur. verſi. quid ſi aduerſarius. & in verſi. item quod fuit.
& in ver. quid ſi aduocatus. & per Cy. in l. quoniam. C. eo. titu.
& per gl. in l. ſi. ff. e. De procuratore tam ad iudicia, quam ad ne
gocia, vide quod dixi in c. inſuper, ſup. eo.

ADDITIONES.

a Poſſet quæri. Quid autem de proxeneta, tangit Feli. hic in fin. vide Alexand. in conſi. 96. in 1. volum. & in conſi. 128. in 2. volum. & in conſ. 145. 5. volum. Seba. Sap.

b Procuratore. An ille, qui eſt, vel fuit procurator in cauſa, poſſit in illa teſtificari, vide do. Ant. hic & in c. inſuper. ſup. eo. circa prin. & in c. literis. in 4. colum. de tranſac. Et de iſto articulo, uide per Bal. in l. omnibus, C. de teſti. ubi pulchre loquitur, & per Pe. de Anc. in c. Ro. de teſti. in 6. & ibi Domini. & late per Flor. in l. ſi. ff. de teſti. & do. de Ro. deciſ. 22. ſecundum ord. meum nouiſſimum. De aduocato an poſſit eſſe teſtis in cauſa, in qua fuit aduocatus, uide tex. & D. An. in c. ex literis, in 3. col. de tranſa. & uide Bal. in d. l. omnib. C. e. ubi dicit quod aduocatus repellitur à teſtificando in illa cauſa, ſiue duret, ſiue finita ſit ſua aduocatio, quia eius intereſt ſuam ignorantiam non detegi, uide Domini in d. c. Ro.
Adde Ale conſ. 64. 2. li. Ful. conſi. 219. & 174.
Adde tu plenius eundem Alexand. conſ. 122. col. 5. uo. j. & conſ. 78. col. 5. eo. uol. Et quid de procuratore ad negotia, uide eundem conſ. 19. col. 8. uol. 4. Zacharias.

SVMMARIVM.

1 *Dictum teſtis ſine iuramento, vel etiam quando iurauit ſuper articulo certo & extra illum depoſuit, non valet.*
2 *Teſtis inductus ab aduerſario meo ad certum articulum, poteſt peti à me, vt examinetur ſuper alio, niſi contrarietas reſultet, vel iuris ordo perturbetur.*
3 *Teſtis inductus ſuper dilatoria, oppoſita ante, vel poſt litem conteſta. uel ſuper peremptoria oppo. in uim dilatoriæ, non debet audiri ſuper principali.*
4 *Producens teſtes, uel ille qui petit eos examinari ſuper toto nagotio, non poteſt teſtes reprobare.*
5 *Exceptio peremptoria, uel exceptio oppoſita contra perſonas teſtium, poteſt produci, & probari, etiam poſt publicatas atteſtationes.*
6 *Teſtis productus ſuper uno articulo, poteſt peti quod iuret ſuper illo articulo, ſed ſi ſuper cauſa, poteſt compelli, ut iuret ſuper tota cauſa, etiam quod pars non petat.*
7 *Renunciatio non impedit productionem, quando eſt facta ab utraque parte.*
8 *Dictum teſtis an ualeat, ſi prius depoſuit, & poſtea iurauit.*
9 *Dictum teſtis ſine iuramento poteſt redargui de falſo.*
10 *Teſtis ſcribens id, quod uoce poterat deponere, an probet.*

CAP. XXIX.

DE teſtibus. Teſti ſuper dilatoria inducto, nō creditur ſuper principali nec cogitur deponere, ſecus ſi ſuper peremptoria. Tunc enim cogi poteſt, vt iuret deponere ſuper toto. h. d.
In ſecunda reſponſio, ibi, Conſultationi & reſponſio eſt bimē-
bris. Secundum membrum proſequitur ibi. Si vero. Caſus li.
Aliquis traxit aduerſarium ſuum in cauſam, reus obijcit exce-
ptionem dilatoriam, induxit teſtes ad eam probandam iura-
mento præſtito, altera pars petit eos compelli, vt deponant ſu-
per negotio principali, quæritur vtrum ſint adhoc cogen-
di? Reſpondet papa, quod ſi teſtes inducti ſint, ſolummodo ad
exceptionem dilatoriam probandam, cum ſuper illa tantum
iurauerint dicere veritatem ſuper negocio principali, non de-
bent audiri, nec compelli ad teſtimonium perhibendum, quia
deponerent, non iurati. Si vero inducuntur ad exceptionem
peremptoriam probandam, & altera pars petat, vt ſuper nego-
tio principali deponant, & iurent ſuper illo dicere veritatem,
ſunt ſine dubitatione ad hoc cogendi, niſi forte ſufficiens pro-
ductio ſuper principali iam ſit facta, vel niſi ſit renunciatum
productioni teſtium, vel niſi depoſitiones teſtium ſint publica-
1 tæ. Bern. † No. 1. quod non valet dictum deponentis ſine iura-
mento, non ſolum quando nullo modo iurauit, ſed etiam quā-
a do iurauit ſuper articulo certo, & depoſuit extra. † No. 2. quod
teſtes inducti per aduerſarium meum ad certum articulum
probandum, poſſunt peti à me examinari ſuper alio articulo,
ſeu ſuper tota cauſa, dummodo non reſultet contrarietas, vel
iuris ordo perturbetur. Et vtrunque reſultaret, ſi inductus ſuper
dilatoria probanda, compelleretur deponere ſuper principali,
nam dilatoria indicat non procedendum in principali, ſi ergo
ſimul deponerent ſuper principali, reſultaret contrarietas, ſu-
pra de iudi. c. exhibita. Turbaretur enim ordo iuris, quia lite nō
conte. teſtes non ſunt recipiendi ſuper principali, ſupra vt lite
non conte. per totum. Sed ſi inducantur ſuper peremptoria,
omnia prædicta ſilent; cum dilatoria cohæreat principali, & lis
iam ſit conteſt. & teſtis debet eſſe communis vtrique parti, li-
cet per alium tantum producatur, vt in c. non ſane. 14. q. 5. no.
glo. in capitu. fraternitatis. ſup. eod. Et ex hoc habes rationes de
cidendi ad vtrunque membrum huius c. No. 3. teſtem cogen-
dum ad deponendum pro vtraque parte. Nota tres terminos
excluſiuos productionis teſtium. Primus, ſi ſufficiens produ-
ctio facta eſt in cauſa. Secundus, ſi renunciatum fuit productio
ni teſtium. Tertius, ſi atteſtationes publicatæ ſunt. Et no. quod
in his caſibus impeditur, non ſolum directa productio, ſed etiā
indirecta, vt nō examinetur ſuper principali, etiam productus
3 per aduerſarium ſuper peremptoria. † Venio nunc ad gloſ. a &
a primo quæro, quare tex. iſte dicat, quod teſtis productus ſuper
dilatoria, non debet audiri ſuper principali, quia deponeret nō
iuratus, hoc enim videtur falſum cum quilibet teſtis iuret. ſup.
eo. c. fraternitatis. & inf. eo. c. tuis. Sol. gl. a. quod licet iuret ſuper
dilatoria, non tamen ſuper tota cauſa, & ideo extra illum articu
b lum b deponeret non iuratus. c Sed quærit glo. in ſecunda par-
c te, quid ſi pars aduerſa petat vt iuret? Reſpondet, quod ſi produ
citur

ADDITIONES.

a Ad gl. An teſtes inducti ad deponendum ſuper dilatoria, uel peremptoria, poſſint deponere ſuper tota cauſa. Et materiam huius glo. uide plene examinatam, & forte melius, quam alibi per Specula. in titu. de teſte. § 3 in 24. col. uerſi. item quod depoſuit ſuper alio. & in eo. ti. §. ſequitur. uer. illud autem non eſt, ubi examinat, an ualeat dictum teſtis examinati, ſed extra articulū deponentis. De quo uide per Bar. in l. 3. §. Diuus. il 3. ff. de quæſtio. & in d. l. ſi duo patroni. §. idem Iulia. ubi plene, ff. de iureiurand. uide Bar. in l. ſi quis legatum. in ſi. prin. ff. de fal. ubi dicit quod teſtis deponens extra articulum, non dicitur peccare in forma.

b Extra illum articulum. Quando dicatur deponere extra articulum, declarat Barto. & alij in l. ſi patroni, §. idem Iulianus, ff. de iureiu. & in l. j. col. 4. ff. ſi cert. pe. Lanfr. de Oria. in rep. c. quoniam contra falſam. in uerb. teſtium. col. 10. uer. ſi quæro nunquid iſtud ſit uerum, de prob. & Iaſ. in re. l. admonē di. col. j. ff. de iureiu. Seb. Sap.

c Et uide hic do. Ant. in 4. col. ubi dicit, q. ſi teſtis inductus, ſuper poſſeſſione, deponit de proprietate, non probat. Et idē dicit gl. ſi. in l. momentanæ. C. q. leg. perſo. Sed tu contra hoc. uide no. dictum Inno. in c. paſtoralis. poſt prin. de excep. ubi dicit, q. ſi teſtes inducti ad probandum unum, deponunt ſup alio, quod contingit principale negotium, ad quod ſunt inducti, probāt. Et ideo dicit, quod ſi teſtes inducti ad probandum debitū, dicunt deberi, ſed in diem, ita dilatio proderit reo, licet actor ad id teſtes nō induxerit. Et ꝓ iſto d. Inn. opti. facit quod no. do. Ant. poſt Inn. in 6. col. & melius in eod. c. in 16. colum. incip. cum olim. de cenſib. & quod not. domi. Anto. in capitu. Quintauallis, in uer. 22. differentia de iureiu. Et contra iſtā gl. no. dictū Bal. in l. peremptorias, circa ſi. uerſi. quæro actor. C. ſent. reſcin. non poſſ. Vbi dicit, quod ſi teſtes inducti ad probandum mutuum, dicunt fuiſſe factum pactū de non petendo, quod ex hoc erit probata defenſio rei, licet ad hoc non ualent producti teſtes, tum cōtingat negocium principale. Igitur in ꝓ poſito, cum quæſtio, ſuper proprietate abſorbeat quæſtionem poſſeſſionis, & faciat cauſam momentaneam, ut in c. j. de cau. poſ. & prop. & in c. cum dile

ctus.

Digitized by Google

ctus. eo.ti.videtur quod valeat dictum teſtis ſuper proprietate deponētis, tanquam contingentis negotium principale. Contrarium huius ſentit Ioa. And.in add.Spec.in tit.de teſte.§.1.17.col.ver.hoc autem certum.10 addit. quæ incipit;nec ob.ver.&c. Quare in hoc articulo do. Ant.crederem diſtinguendum. q̄ aut quæſtio proprietatis & poſſeſſionis ſimul tractantur, & tunc ſi teſtes inducti ad probandum ſuper poſſeſſione, deponunt ſuper proprietate, valet eorum dictum, tanquam deponentium ſuper re contingēte, etiam principale negotium, ad quod ſunt inducti, & facientes illam quæſtionem eſſe momentaneam. Aut verſatur ſolum quæſtio ſuper poſſeſſione, ad quam probandam ſunt inducti teſtes, & tunc crederem, quod non valeret dictum eorum, ſi deponerent ſuper proprietate. cum tunc forte non dicatur proprietas præiudicialis poſſeſſori, & eam non videatur contingere. Cogita, quod in tantum eſt vera illa regula, quod teſtis non poſſit deponere extra articulum, ad quem probandum eſt productus, quod dicit no.Bar. in Auth at qui ſemel.in pen.col. verſi. & ex prædictis apparet, quod ſi teſtis productus ſuper vno articulo, depoſuit etiam ſuper alio, quod non continebatur in primo in neceſſitate probationis, quod non impeditur pars poſt dicta teſtificata teſtes producere ſuper illo articulo, ſuper quo prius depoſuit primus ad id non productus, quia ea quo depoſuit nō productus, dictū ſuum non nocet, vt etiam dicit Bal.in l.quoniam libert, circa princ.C.eo. Et illud idem quod Bar.in d.Auth.at qui ſemel.tenet etiam do.An. in c.fraternitatis.in 17.col. ſup.eo.dicens hoc verum.quando vnus teſtis iurauit ſuper vno articulo tantum, & depoſuit ēt ſuper alio, ſecus dicit, ſi iuraſſet ſuper tota ca. Adde hic quod no.do.An.in c.cum cauſam.il 1.inf. eo.in 2.col.verſ. inducit Io.And.vbi dicit ꝙ non valens deponere ſuper non contentis in libello poterit tamen deponere ſuper circunſtātijs ad petita in libello. Et adde hic omnino do.Ant.in c.ſuper hoc, de renunc.in 6.col.verſi.ex quo habes.vbi limitat hanc decr.de teſtib.& vide Ion.in c.inquiſitionis. in gl. ſua magna.quæ eſt ſuper ver.aliorum in fi.de accuſ.& quod pulchre ſcribit do. Ant.in c.cum cauſam.il 1.19.col.ver.tertio eſt dubium. inf.eod.Item adde hic quod no.Bal.in l.1.ff.ſi cer.pet.& ibi ēt vide Pau.de Ca.qui vltra Bar.allegat & ibi.Ang.in l.iam dubitari, circa med.ff.de hær. inſt. Item adde hic Bal.in fi.pen.col.de confeſ.vbi dicit poſt Inno.quod teſtis iurans dicere veritatem, intelligitur iurare ſuper omnibus contingentibus negotium. Item adde, quod ad dictum teſtis producti ſuper fama, qui depoſuit ſuper veritate criminis, non poteſt fieri condemnatio.tea. eſt ſecundum vnum intellectum in capi inquiſitionis, §.tertiæ.& ibi glo.in verbo, ſuper illis, de accuſ. Item quod teſtis qui iurauit dicere veritatem ſuper principali, videatur iuraſſe ſuper dependentibus & connexis, & per conſequens ſuper eis deponendo, non videatur deponere extra articulum, firmat Ang.in l.2.ff.de ſer. om.iud.de quo vide quod no.poſt Inno.in d.c.2.de cōfeſ. Bal. in l.teſtium. in 9.col.uer.circa tertiam.C.eo. Item, an teſtis deponens falſum extra articulum, ſuper quo eſt iuratū, puniri debeat de falſo. vide eleganter per Bal. in c.cum venerabilis.in pen.col de excep.vbi all.Cy.in l.1. C.de ſepul.vio. Adde tu, an teſtis deponens extra articulum pro.Ang.conſi.69.Al.2.conſi. 5.1.li. Et an ſi iurauit dicere veritatem in præſenti cauſa, intelligatur de tota, vide Are.conſi.141.& an puniatur, cum dixit falſum extra articulum, vide per eum conſi.60.

citur teſtis ſuper dilatoria, quæ proponitur an̄ li.ↄte. non debet compelli iurare ſuper principali, quia obſtat defectus li ↄt. Aduerte, ſentit.n.gl ſecus eſſe in dilatoria, quæ proponeretur poſt li.ↄte. quod tenet apertius Hoſt.licet ſit declinatoria. Exēplum eſt in c.inſinuante.de off.del. Io.An. tenet ꝯrium. & adducit.c. exhibita.de iud.Et hoc verius p rōnem, quā dixi.ſ. vt cuitet ꝯdictio, quæ ita imminet, ſi dilatoria ꝓponitur poſt li. ↄteſt. ſicut ſi ante.Et ex h.d. idem eſſe in peremptoria q̄ ꝓponitur in vim dilatoriæ, vt in exceptionib. litis finitę, qñ proponitur ad impediēdum ꝓceſſum iuxta id, qđ hr̄ in c.1.de lit.ↄte.li. 7. eadē.n.eſt rō in illis, quæ in puris dilatorijs. Quid aūt in dilatoria ſolutionis? Dñt Pe.Abb & ſequuntur communiter Doc ꝙ idē, qđ in perēptoria, qa illa hēt naturam peremptorię, cū probetur poſt li.ↄt. C.de prob.l.exceptionem. Sed tu dic melius, ꝙ aut dilatoria ſolutionis opponi tūc ad effectum differendi ꝓceſſum: & tunc, cum ſit pure dilatoria, & opponatur ante li.conteſt.idem eſt in iſta, qđ in alijs, per rōnes ſupradictas. Aut opponitur ad effectū differendi executionem ſñiæ, & ſic poſt lit.ↄt.& tunc cū habeat naturā perēptoriæ, ſaltē quo ad materiā, idē dđm quod in perēptoria, & procedit dictum Doc. Hoc.n.caſu ceſſat ꝯrietas, cum tacite velit ꝓcedere ſuper principali, licet velit differre executionē. Ita nō turbatur iuris ordo, cū ſit li.cōt.facta. Et no.ex hac gl.iuncto tex. ꝙ nō ſolū directa productio teſtiū, fieri nō poteſt ſuper principali li.nō cont.ſed ēt indirecta, vt hic.gl.in ver.Cogendi. quærit, an pars producens poſſit illos teſtes reprobare, quatenus aduerſarius petat eos examinari ſuper principali. Et dicit, qđ non, ex quo ſemel illos approbauit, 4.qō.3.ſi teſtes.§.ſi quis teſtib.& hoc clariſſimum puto. Sed dubiū eſt, qd in iſto, q petit illos examinari ſuper toto negocio, nunquid poteſt illos poſtmodū reprobare, cū nō fuerit principalis ꝓducens. Hoſt.tenet hic, ꝙ non, cū reprobatio ſit odioſa. hoc limitat verū, niſi ex vi ꝓteſtationis, ſ̄.eo.c.præſentium. Nota hoc dictum Hoſt.multū.n.extendit illud c. pn̄tium, ſed non puto hoc verum. Nā hęc proteſtatio eſt ꝯria facto, cum illos approbet, petendo eos examinari ſuper toto negotio, & ſic talis ꝓteſtatio nō adiuuat poſt factum ꝯrium, vt in c.cum M de conſt. Nec ob.c.præſentiū, qa non loqtur in eo, qui petit eos examinari, ſed in eo, quē petunt

5 examinari, & ſaus hoc colli ex fine illius lr̄æ. †Gl.vl.in prin.colligit ex tex. exceptionem peremptoriā poſſe ꝓbari poſt publicatas atteſtationes in principali, & an̄ adducit multa iura, & ſatis bn̄ ꝓbatur hic. Nam tex iſte diſtinguit, vtrū teſtis ꝓductus ſuper peremptoria, dēat examinari ſuper principali, an ſint atteſtationes publicatæ vel non, & vtroq; caſu admittit teſtes ad perēptoriam probandā. Adducit ſiſte in reprobatione teſtium qui licet ſit peremptoria, pt tamen fieri poſt publicationē, & reputat iſtud ſtultum, qñ qs vult illam peremproriā probare ante publicationē. Aduerte circa duo. Et primo circa primum dictū, an & qñ perēptoria poſſit ꝓbari poſt atteſtationū publicationē. Dic vt plene dixi de or.cog.c.1. Circa ſ̄m inquātū glo.dr̄, ꝙ exceptio ꝯ pſonas teſtiū, ē perēptoria, vt latius dixi ī c. ex par

6 te Adę, ſ̄.e.ti.in reliqs gl.ē clara. †Extra gl.opp.& vr̄, ꝙ ēt parte aduerſa non petente, teſtes ſunt interrogandi ſup tota cauſa 14. q.5.c.non ſane, & iurare debent pro vtraque parte dicere veritatē.no.gl.in c.fraternitatis, ſup.e.Sol.dic poſt Hoſt. Aut ꝓducitur teſtis ſup toto negotio, vel ſimpliciter in cā, & tunc ēt parte non petente, cogitur iurare ſup toto negocio, vt in ꝯrijs & facit inf.de priui.c.qa circa, cū ſuis ↄcor. Aut producitur teſtis ſuper certo articulo, & tunc non iurat, niſi ſuper illo, & quatenus tangitur ille articulus, dēt deponere veritatē pro vtraq; parte, vt d. c.non ſane. Sed ſi aduerſa pars petit illū examinari, ſuper toto

7 negotio, ſerua ꝙ dr̄. †Quæro pro declaratione literæ in fi.qñ renunciatio impedit productionem teſtium? Dicunt doct.quando eſt facta ab vtraque parte; nam pars quæ renunciauit, poſſet teſtes producere. Ideo cauti aduocati non patiunt̄, alteram partē renunciare, niſi aduerſarius ēt renunciet, quod plene di-

8 xi in c.cum veniſſent, ſ̄.eo. †Vlterius inducitur hæc lr̄a ad q.nū

a qd valeat dictū teſtis, ſi prius depoſuit, & poſtea iurauit, a Goff. in ſum. huius ti.ante fi.tenet, ꝙ non, qa prius debuit iurare, quā deponere. 4.q.2.c.ſi teſtes.§.item iuriſiu.& c.fraternitatis, in fi. Bar.Brix.in qō.venerea.46.tenuit ꝯrium, quia iſte non eſt ordo ſubſtantificus, ſ.vt prius iuret. dicit tñ, ꝙ Tanc.tenuit primum tutius tñ eſt ſ̄m eū, ꝙ poſt iur̄m deponat ſecūdo. Hoſt.in ſum. huius ti.§.ſuper quib.ver.ſed quid ſi teſtis, cōcor.cum Bar.Spe. tractat, & nil approbat eo tit.§ ſequit, ad fi. Arch.in d.ver.item iuriſiu.& 22.q.2.omne, tenet primū.& allegat hoc c.vbi ponderatur, ꝙ dictum iſtorum non valeret, qa deponerent non iurati.& hoc ſequitur do. An.hic quia iur̄m vr̄ de ſubſtātia teſtimonij. Gaſ.ponit hic duas opiniones, quas dicit poſuiſſe Io.Cal.patrem ſuū. Prima, ꝙ aut pars petijt, quod prius iuraret, & non valet, alias ſecus. Scda, ꝙ ſi incontinenti poſt depoſitionem iurauit, valet, qa q̄ incontinenti fiunt, videntur ineſſe, de elec.c.officij, & l.lecta, ff.ſi cer.pet. Ego puto, ꝙ aut remittitur iur̄m, ſaltē vt in principio non iuretur ab vtraq; parte, & valet, vt in c.tuas. ſ̄.eo. Aut nō interuenit remiſſio, & non valet, quia iura cōiter exigunt. vt teſtes prius iurent, vt in c.fraternitatis, in fi. ſ̄.eod.& hic, & in d.§.itē iuriſiu & 3.q.9.c.hortamur.& hic ordo vr̄ ſubſtātificus, vt timore iur̄i dicat veritatē, ſi.n.prius depoſuiſſet, poſtea nō ꝓdeſſet tñ iur̄m, qa timeret reuocare, ne puniret̄ p iudicē, arg.l.nullū.C.de teſt.& c.ſup his:de pę. & dixit falſum forte credēs nō iurare. Pro hoc vide bonā gl.in fiñ ī c.vt circa, de ele. lib.6.in ver.corporali.q̄ dt, qđ vbi diſpō exigit iur̄m cū tactura, nō ſufficit, ſi iurat ſine tactura, qa non ita adſtringit̄ ad veritatē dicendā ſine tactura, ſicut cū tactura, argum. 22.quæſtio j.c.mo

9 uet, & ꝙ no. Innocen.ī c.& Chriſtus, de iureiu. †Aduerte tñ, ꝙ licet iur̄m ſit de validitate teſtimonij ex diſpōne iuris, nō tñ eſt de ſubſtātia falſi teſtis. vnde ſi qs ex obliuione ñ iurauerit, depoſuit tñ falſū, punit̄ d falſo, ac ſi teſtimoniū valeret, ex quo depo

b ſuit i forma teſtimonij, vt plene diſputat, & ↄcludit Io.And.[b] in reg.

ADDITIONES.

a Iurauit. Vide Cy.& alios, in l.iuſiurandi, C.de teſt.vbi tenent, quod nō valet dictum teſtis, de quo latiſſime tradit Mar.Bon.in rep.l.fi. C.de prob. Seb.Sa.

b Io.An. Adde do.An.inf.eo.c.cum cauſam, in vlt.co. Et quid ſi appareat dictū teſtis receptū legaliter, ſed non apparet quod ipſe iurauerit, an valeat eius dictum, vide do.Ant.in c.fi.in 6.col.de iurein. Adde etiam, quod licet dictū teſtis non iurati non probet, facit tamen præſumptionem, glo.eſt in c. cum olim.il 1.in uer.quorundam.de priui.& de q.hic poſita per D. Ant.in 2.col. uide omnino per Bal.in l.iuſiuran.circa prin. C.eod & facit optime ad hoc quod pulchre no.Do. in c.ut circa.§.1.in ult.col. poſt gl. in uer. præſtito.de elec.in 6.& in terminis Bal.in c.fraternitatis.in 2.col.uer.no. ſup.eo.

Adde, etiam quod licet dictum teſtis non iurati non probet, facit tamen præſumptionem, gl.eſt in c.cum olim, il 1.uer.quorundam, de priuil.Et de q.hic poſita per Ant.in 2.col.uide omnino per Bal.in l.iuſiu.circa prin.C.e. ēt facit apte adhoc quod pulchre no.D.in c.ut circa.§.1.in vlt.col.poſt glo. in uerſi. præſtito.de elect.in 6.& in terminis Bal.in c. fraternitatis, in 2.col. uer.3.no.ſup.eo.

De teſte deponente extra articulum dicas, quod non probat, quia non uidetur deponere iuratus, quoniam teſtis dēt deponere cum iuramento, ut in l.iuriſiur. C.de teſt. Et dēt iurans dicere ad plenum ueritatem, ſecundū Bal.in l. 1. 2.col. ſi interdo. & uaſal.lis ori. Imo non præſumitur iuratus ex uerbis notarij dicentis, talis iurauit, uel talis iuratus, &c. ut per Fed.de Sen. in conſi.208.inci.quæritur an domina Margarita.imo teſtis depoſitio, trahitur ad tempus iuramenti, ut per gl.in cle.1.de uſu.de le.& per Bar.in l.dāna. §.Sabini, in ul.col.& ibi per Alex.all.multas concor.ff.de dam.inſe. Imo dicamus quod teſtis habilitas, inſpicitur tpe iuramenti, ut per Bar. in l.1.in 2. op.C.de teſt.ad l.teſtium.§.conditionem, de teſt.& uide Ang.cōſi.ſuo.1.ubi plene loqtur de hac materia, imo teſtis debet iurare in iudicio, & in manibus iudicis, niſi forſan de commiſſione iudicis in manibus notarij, alias non probat, eſt gl.in l.3.§.Sabino, ff.de teſti.& ideo ex quo deponit extra articulum, dr̄ deponere falſum, neque facit aliquā præſumptionem, aut iudiciū.

reg. non eſt ſine culpa, de re.iur.li.6.in Mer. & Bar. poſt Ricar-
10 Malũ. in l.ſi quis legatũ,ff.de fal.† Vltimo hic quæritur quid ſi
a teſtis ſcripſit teſtimoniũ, & tradidit ſcripturam a iudici, an va-
leat? Gof. hic,ꝙ non, quia iudex debet cõſiderare vocem,cõ-
ſtantiam,& trepidationem,ff.de q̃ö.l.de minore.§.ii. & 5. q. 2.
c.relatum,& 3.q.9.c.teſtes.Et hæc vera in illo, qui verba loqui
poteſt,ſecus in muto.de quo in Spec.eo.tit. §. nunc tractandũ.
verſi.quid de muto.Sed aduerte,quia Bart. in l. Theopompus.
ff.de dote præle.dicit,ꝙ teſtis poteſt dictum ſuum ſcribere, &
tradere iudici,& valebit, per illum tex. licet iudex poſſit com-
pellere teſtem ad referendum viua voce, vt facilius compre-
hendat veritatem. Ego puto hoc dictum Bar. eſſe de directo ꝯ
d.c.teſtes,vbi expreſſe dicitur,ꝙ teſtis non debet teſtimonium
ſuum deponere per ſcripturam, quare puto, ꝙ altera partium
poſſet contradicere,& contradicendo, annullare teſtimoniũ.
Nec ob.d.l.Theopõpus. tum quia ibi non loquitur in vero te-
ſte,ſicut hic loquitur;tũ quia pars ibi nõ cõtradicebat, nec par-
tes poſſent etiam iuramẽtum remittere,vt in c. tuis,inf. eo.tit.

A D D I T I O.

a An teſtis poſſit deponere per ſcripturam,vide omnino text. & do. Ant. in c. licet ex quadam,infra.eo.Et circa articulum hic poſitum,vide text. & do. Abb.& quod ibi late apoſt.in c.a nobis.inf.qui matrimo.accu.poſſ.

An teſtis poſſit deponere in ſcriptis,& valeat eius dictum,prout communiter ſeruatur in iſta ciuitate Venetiarum, dicas quod poteſt deponere manu propria in ſcriptis,& dare iudici, niſi iudex vellet ipſe inſpicere qualitatem & vultum teſtis, vt poſſit videre quo vultu,& quo palore loquatur. ita voluit Bar.in l.Theopompus,in vlt.col. ff.de dote præleg. de quo vide per Bal.in l.bonæfidei. in 3. col. C.de re. credi. vbi etiam per Alex.& vide Spe.& ibi per Io. And.in addi.in §. nunc tractandum. in ver. quid de muto.in titu. de teſti. & vide quæ habentur in l.a diuo Pio,ff.de re iud. & vide Bal.in l.iuriſiu.in 1.col.C.de teſti.& per Lanf.in c.quoniam contra, in ver. teſtis.in 2.col.de prob. Ant.Fran.

S V M M A R I V M.

1 *Tertius comparens pro intereſſe ſuo, admittitur ad iudicium, ſed non ad petendum, vt teſtes publicentur.*

2 *Idem teſtes non ſunt in eadem cauſa ſuper eodem articulo examinandi, niſi atteſtationes ſint deperditæ.*

3 *Depoſitio atteſtationum facta penes partem,excludit illam,quo minus poſſit alios teſtes producere, ſi atteſtationes non ſint ſigillatæ.*

4 *Agitata coram conferente, vel eligente, an noceant ei, cui facta eſt collatio, &c.*

5 *Atteſtationes minus validas poſſunt partes ratas habere.*

C A P. XXX.

COnſtitutus. Atteſtationum publicatio non
fit ad petitionem tertij, & pars,
apud quam depoſitæ ſunt atteſtationes, non poteſt
vlterius teſtes producere. Vel ſumma ſic, ſecũdum
alium intellectum. Dicta teſtium non ſunt ad petitionem ter-
tij publicanda. hoc primo. Is, qui produxit teſtes coram cer-
tis iudicibus, non poteſt ad eundem effectum coram iudicib.
alijs,illos producere,ſed illorum atteſtationibus debet eſſe cõ-
tentus.h.d. Prima pars proceſſum narrat. Secunda interloqui-
tur,& interloquẽdo commiſit.Secũda ibi. Nos autem. & quia
litera eſt multum inuoluta, pone ſic caſum in terminis. Deca-
no & Capitulo Ebora. fuit conceſſum priuilegium, vt Archi-
epiſcopus eorum perſonam inſtitutam per eum in dignitate,
vel præbenda vacante,deberet preſentare Decano & Capitu-
lo,& per Decanum deberet inſtallari, & ſi hoc modo non cõ
ferret intra ſex menſes a tempore vacationis, liceret Capitulo
alium inſtituere. Contingit, ꝙ Archidiaconatum vacantẽ con
tulit Archiepiſcopus magiſtro Honorio,& ſcripſit dũtaxat Ca
pitulo elapſis ſex mẽſib.a tempore vacationis, Decanus & Ca
pitulum prætendentes collationem eſſe deuolutam ad eos, tũ
authoritate Latera.Concilij.re. 2.de conceſ præben. tum priui
legij ratione,quia nulla in literis fuerit facta mentio de Deca-
cano,dictum archidiaconatum contulerunt magiſtro Roge.
& eum introduxerunt in poſſeſſionem. Ratione huius inſtitu
tionis,quam archiepiſcopus dicebat nõ canonicam, orta fuit
contentio, & lis inter Archiepiſcopum & illum magiſtrũ Ro
gerium prouiſum per capitulũ. Legatus, coram quo fuit mo-
ta quæſtio,commiſit cauſam epiſcopo & Decano Lincon. &
Archidiacono de Norbano; coram quibus teſtes fuerunt pro-
ducti per vtranque partem. Hac lite pendente coram eis, ille
Honorius prouiſus per Archiepiſcopum videns cauſam agita
ri ſuper inſtitutione ſui aduerſarij, timens ſibi præiudicium ir-
rogari, immiſcuit ſe liti; & ſecundum vnum intellectum pro-
duxit ibi teſtes pro ſuo intereſſe ad probandum ſuam inſtitu-
tionem canonicam, & alterius minus iuſte. Procedente lite,
iſte magiſter Honorius ſpoliauit dictum Rogerium poſt ap-
pellationem per eum interpoſitam ad Papam, ille ſic ſpoliatus
impetrauit literas ad delegatos ſuper reſtitutione ſua, a quib.
iudicib. dictus Honorius appellauit,& literas reuocatorias im-
petrauit, forte ex aliqua cauſa volebat reſtitutionem fieri non
debere,ac etiam exiſtens in curia, poſtulauit a papa vt facerẽt
aperiri & publicari illas atteſtationes receptas inter Arch. & il
lum Rogerium, vel ſaltem liceret ſibi illos teſtes producere in
hac cauſa. Procurator illius Rogerij cõtradicebat,quia cum il-
li teſtes non fuiſſent inducti in hac cauſa, ſed inter alias perſo-
ſonas, non debebant publicari ad petitionem huius, nec etiã
debebat admitti ad producendum alios teſtes,cum ipſe produ
xiſſet teſtes ſuper eodẽ capitulo coram illis iudicibus, & atte-
ſtationes fuerat percunctatus,cum fuiſſent depoſitæ apud eũ,
& hoc ſecundum vnum intellectum.Secũdum alium volebat
reproducere illos teſtes,quos ipſemet produxerat coram alijs
iudicibus;& Papa fuit interlocutus:vt patet in litera in ver.nos
& reſponſio,ſeu interlocutio papæ habet duos intellectus. Pri
mus,quod ſi iſte Honorius produxit teſtes coram illis iudici-
bus,& atteſtationes, fuerunt apud eum depoſitæ,non admit-
tãtur amplius ſuper illo articulo.Secũdus intellectus, q̃d ſi ip-
ſe produxit ibi teſtes, & atteſtationes ſunt ſaluæ, q̃a fuerũt de-
poſitę apud eũ,ſ.legatum delegantẽ, quantumcunq; non fue-
rint publicatæ,nõ debet admitti ad producẽdũ eoſdem teſtes,
ſed dẽt eſſe illis atteſtationib. contẽtus,cũ poſſit illas produce
re corã iſtis vltimis iudicib.nõ tñ negat q̃n poſſit alios teſtes ꝓ
ducere alio impedimẽto nõ obſtãte,& vterq; intellectus eſt ve
rus i ſe.Et ꝑ hoc hẽs clare intellectus huius c.ſine quib.male &
difficulter poſſet intelligi.Caſus liter.Vacãte Archid.Richimũ
diæ, Archiep Eborac.ad quẽ ꝑtinet collatio eiuſdẽ,tũc abſens,
hoc audito ꝯtulit Archidiaconatũ illũ magiſtro Honorio.Deca
nus & Capitulũ Eborac.credẽtes ꝑtãẽ cõferẽdi deuolutã ad
eos tũ authoritate Later.Cõcilij,tũ ẽt authoritate priuilegij ſui
Archidiaconatũ ipſũ ꝯtulerũt magr̃o Rogerio, & ipſũ induxe
rũt in poſſeſſionẽ ipſius. Sed magiſter Hon. poſt appellationẽ
ſpoliauit eũdẽ,ꝑꝑ ꝙ magiſter Roger. ad do.Papã accedẽs, ſuꝑ
reſtõne ſua ad iudices lr̃as ĩpetrauit.Sed magiſter Honorius ac
ceſſit ad curiã,& literas reuocatorias impetrauit. Vñ procura-
tor Rogerij ad do.Papã accedẽs,ex parte Roge.ꝓpoſuit. Inter
alia p̃dictus Hon. poſtulauit, vt do. Papa quaſdã atteſtationes
faceret aperiri,q̃ in eadẽ cã fuerũt receptæ.Procurator Roge-
rij reſpondit illas non eſſe aperiendas,cũ teſtes illi non fuiſſent
inducti in hac cauſa,ſed in illa cã, q̃ inter archiepiſ. Eboracen.
& eundem Roge.vertebatur.dom. Papa noluit eas aperiri,ſed
cauſam commiſit quibuſdam iudicibus, ita ſcilicet, ꝙ ſi cõſti-
terit eis dictũ Hon. teſtes pro ſe coram alijs iudicibus delega-
tis produxiſſe,ſit contentus atteſtationibus illis depoſitis apud
ipſum;alioquin,ſi nullos produxit,eo nõ obſtante, ꝙ teſtes illi,
quorum dicta Hon.petijt aperiri, producti fuerint coram iudi-
cibus illis,ſi pro di. Hon.producti fuerunt,ad teſtimonium ad-
1 mittantur.Ber.†No.1.vnum notabile dictum, quod colligitur
ſm vnum intellectum,quod licet tertius cõparens pro intereſ-
ſe ſuo admittatur ad iudiciũ,vt in c.veniens,ĩ.eo.& c.cũ ſuper,
de re iud.& l.ſi ſuſpecta.ff.de inoffi.teſt. non tamen poteſt pete
re, vt atteſtationes receptæ inter partes principaliter contendẽ
tes aperiantur & publicentur, vt ſatis probatur hic. Et per hoc
amplio dictum commune hic, vt ad petitionem tertij atteſta-
tiones non ſint publicandæ, ẽt ſi ille tertius non ſit omnino ex-
traneus,ſed habeat aliquam cõitatem in illa cauſa, ẽt teſtes pro
2 ducendo,quod no.†No.2.ſecũdũ vnum intellectum, ꝙ iidem
teſtes non ſunt in eadem cauſa iterum producendi ſuper eo. ar
tic.& inter eaſdẽ perſonas,licet cõtingat iudicum mutatio. Ex
quo.n.atteſtationes illorum non ſunt deperditæ, debent corã
iſtis ſecundis iudicibus produci.ſecus autem vbi eſſent deperdi
tæ.Et vtrunque probari videtur in c.fin.de proba.ſatis enim eſt,
quod ſemel fuerint producti.argum.ca. ſignificauerunt in fin.
infra eod.& per hoc euitatur ſuſpicio & periculum falſitatis,&
3 corruptionis,facit quod no.Bart.in l.eos.ff. de fal. † Secundum
aliũ intellectum not. ꝙ ex quo atteſtationes fuerunt depoſitæ
a penes partem,[a] etiam non facta publicatione ſolemni,non po-
teſt pars depoſitaria ſuper illis articulis,vel directe contrarijs te
ſtes producere,& hoc eſt,quia præſumitur teſtificata didiciſſe.
pro hoc c.vltra tertiam. inf.eod.quod eſt verum, ſm Hoſt. niſi
atteſtationes clauſæ & ſigillatæ apud eũ depoſitæ fuiſſent,& ſic
eas reſtitueret.facit c.cũ olim, de offi.dele.No.ex hoc,& ex tex.
ꝙ atteſtationes poſſunt ex cauſa deponi apud partem. Nam
& quan-

A D D I T I O.

a Penes partem.Adde tu Lanfran.de Or.in c.qm̃ contra. §. teſtium depoſitiones,nu.33.ver.viſo de uno termino.& ibi in apoſt. Bene.Vad in uer. atteſtationum.ſup.de proba.de quo per Fel.in c.ultra tertiam in prin.inf.eo.Alex. de Imo.conſi.102.uol.1.& conſi.65.uol.3.& Paul.de Caſt.conſi.10.inci.clarum eſt in iure.col.2. Zacharias.

Quando dicta teſtium ſunt depoſita penes partem, quamuis non ſint publicata an poſſint alij teſtes produci,putarem eſſe diſtinguendum, an forte talia dicta ſint depoſita clauſa & ſigillata;& tunc poſſet dici arguendo a ratione ceſſante, quod ex quo non poteſt eſſe ſuſpicio, quod pars didicerit teſtificata, quod tunc poſſent adduci alij teſtes, quia ceſſat timor ſubornationis iuxta materiam c.fraternitatis & c.ſertes,hoc eod.tit. Sed ſi dicta teſtiũ non fuiſſent depoſita ſigillata, putarem non poſſe admitti ad talem probationem faciendam propter timorem ſubornationis, vt in iuribus præalleg. & ideo puto ſuper hoc multum cogitandum. Ant.Franc.

Digitized by Google

& quandoque quælibet pars remittitur ad ſuperiorem cum
ſuis atteſtationibus & actis, vt in c.dudũ.il 1.de elect. No. quod
atteſtationum publicatio non nocet tertio, quin poſſit ſuper il
lis articulis vel directe contrariis teſtes pro ſuo iure producere,
etiam ſi non ſit omnino certus, ſed habeat aliquam communi
4 tatem in illa cauſa. † Vltimo notant quidam arg. hic, ꝙ agitata
cum conferente, vel eligente non proſunt, vel non nocent ei,
cui facta eſt collatio, licet ſit diſputatum ſuper iure eligẽdi, vel
conferẽdi. Tu vide gl. no. quæ hoc diſputat in c.denique. 6. q. 3.
Et de materia dic, vt pleniſſime no. in c.cum ſuper, de re iudi. &
ad iſtum tex. dic, ꝙ ſolum facit, quando prouiſus vel electus nõ
tacet, ſed inſtat pro ſuo iure defendendo. tunc enim non debẽt
illa agitata ſibi nocere, ex quo non patitur aliquem experiri de
iure ſuo, ſed ipſemet vult agere, vt d.c.pen. & l.ſæpe. ff de re iu.
Quid autem ſi taceret, & pateretur illũ agere? Dic, vt no. in lo-
cis præal. Glo. per prædicta ſunt claræ, præter glo. in ver. Apud
eum depoſitis, quę quærit, nunquid ſola depoſitio atteſtationũ
apud partem ſine alia publicatione excludat partem depoſita
riam à productione teſtium? Glo. ponit opi. & videtur tandem
concludere, quod non, ſed requiritur etiam publicatio, & ſic le
git literam cum ſuppletione. Sed tu tene quod dixi, aut quod
fuerunt depoſitæ, & redditæ ſigillatæ, & procedit hæc glo. Aut
apertæ, & procedit contrarium. & per hoc iſte tex. ſimpliciter
ponderat depoſitionem apud partem. Glo. in ver. Alioquin, q̃-
rit de intellectu huius verbi, Alioquin. ſ in quo aduerſetur præ-
cedentibus. & reſpõdet, vt patet in ea. Tu dic clarius & melius,
vt colligitur in poſitione caſus. Poteſt enim dupliciter aduerſa-
ri præcedentibus, ſecundum quod duo intellectus applicantur
ad præcedentia, de quibus ſupra. Vltimo hic quæritur, quid ſi
vtraque pars conſentiret, vt illæ atteſtationes inter Archiepi-
ſcopum & illum Rogerium receptæ, facerent fidem in hac cau
ſa inter eundem Rogerium, & illum? Dicit Hoſt. quod tunc fie
ret publicatio illarum, arg. C. de fideiu. l.j. C. de arbitris. l pen. &
5 C. eo. l. fi. inf. eo. c. præſentata. † Aduerte, illud clarum eſt, ꝙ atte
ſtationes minus validas poſſunt partes ratificare, vt in c.cum
cauſam, & ibi no. inf. eo. Sed nunquid debeat fieri apertura atte
ſtationum aliarum perſonarum ad petitionem tertij, contradi
cente illa perſona, ad cuius petitionem atteſtationes receptæ
ſunt? & credo, quod non, argum. capi. 1. de proba. ſed ea conſen
tiente, ſic.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio contra perſonas teſtium, non eſt nec dilatoria, nec peremptoria.*
2 *Publicatis atteſtationibus, non poteſt opponi contra perſonas teſtium.*
Et per iuramentum tollitur ſuſpicio, quod quis non fecerit malitioſe, & non ſuſpicio ſubornationis.
3 *In dependentibus a conſcientia alicuius, ſtandum eſt ſuo iuramento.*
4 *An & quando proteſtatio faciat, quod quis poſſit producere teſtes poſt publicationem, & an cum proteſtatione requiratur iuramentum.*
5 *Quod quis de nouo didicerit ea, quæ nunc poſt publicationem proponit, iuramento probatur.*
6 *Producens teſtes, an poſſit eos reprobare, vel dicta ipſorum.*
7 *Approbans vnum ad aliquod officium, non poteſt illum reprobare ad aliud, vbi requiritur eadem idoneitas perſonarum.*
8 *Approbans teſtes in vna cauſa poteſt illos in alia reprobare.*
9 *Producens inſtrumenta, non poteſt illa reprobare.*
10 *Si inſtrumentum arguitur de falſo, an poſſit producens, vt euitet pœnam falſi, dicere ſe nolle vti illo inſtrumento.*
11 *Iuramentum malitiæ, toties eſt præſtandum, quoties uiſum fuerit iudicibus.*
12 *Proteſtans ſe uelle reprobare teſtes, an poſſit uti eorum teſtimonio pro ſe, & an poſſit renunciare proteſtationi.*
13 *Iurans ſe malitioſe non proponere, ſi deficit in probationibus, an excuſetur ab expenſis.*

CAP. XXXI.

PRæſentium. [a]Publicatis atteſtationibus, nõ
opponitur in perſonas teſtiũ.
Tres caſus excipit, & ad ſecundum determinatio-
nem ſubdit. ſecundus caſus ibi: Niſi forſan. tertius,
ibi: Vel oſtendere; determinatio ibi: Cæterum. Caſus liter. Quia
poſt publicatas atteſtationes, frequenter obiiciebatur in perſo-
nas teſtium malitioſe, cauſa differendi negocium, ſtatuit pap.
vt ſi aliquis poſt publicatas atteſtationes in perſonas teſtium
aliquid obijcere voluerit, tunc demum id ei liceat, ſi iuramen
to firmauerit, quod ad hoc ex malitia non procedat, niſi ante
publicationem illud fuerit proteſtatus, vel niſi oſtẽdere potue
rit, quod poſt publicationem didicerit, quod obijcit in perſo-
nas. Sed ſi aliquis fuerit proteſtatus ſe velle repellere perſonas
teſtium poſt publicationes ipſorum, ſi quid pro ipſo dixerint,
2 de facili non credetur Ber. † Nota primo, quod exceptio [a] con-
a tra perſonas teſtium non eſt proprie dilatoria, nec perempto-
ria, nec mere ſapit naturam alterius. Nam dilatoria non eſt, qa
nõ differt proceſſum ſuper principali, ſicut facit dilatoria, ſimi
le de iud. c. exhibita. nec ſapit naturam eius, quia non eſt neceſ
ſe eam proponere ante li. conteſta. ſicut debet proponi dilato-
ria, inf. de re iudi. c. inter monaſterium. & l. fi. C. de exceptio. Pe
remptoria non eſt directe, quia exceptio peremptoria eſt actio
nis excluſio: concernit enim directe actionem in iudicio dedu
ctam. l. 1. & 2. ff. de exceptio. & Inſt. eod. poſt prin. no. in c. exce-
ptionem. inf. de excep. hoc autem non facit exceptio contra p-
ſonas teſtium. Nec etiam ſapit ex toto naturam peremptoria-
rum, cum non poſſit opponi poſt lit. conteſta. ſecundo, quia &
ſi non directe, ſaltẽ tamen indirecte perimit intentionem acto-
ris. quia reprobatis teſtibus, ius ſuum perdit in effectu. ſup. de re
ſtitu. ſpo. c. ſæpe. & argu. in l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tut. vide gl.
no. in c. ex parte Adæ, ſup. eo. quæ dixit, quod eſt peremptoria
2 per obliquum. & vide quod ibi dixi. † Not. a. regulam, & eius ra
tionem. Regula enim eſt, quod poſt publicationem atteſtatio-
num non poteſt obijci in perſonas teſtium, ſ. eorum qui depo-
ſuerunt. Ratio huius colligitur tacite ex tex. quia eſt præſum-
ptio, quod malitioſe velit eos nunc reprobare, poſtquam vidit,
quod depoſuerunt contra eũ, quaſi veniat nunc ad falſum obij
ciendum prouocatus, ſicut dicimus in ſimili, quod timetur ſub
ornatio in productione teſtium ſuper eodem articulo, vel dire
cte contrario, publicatis atteſtationibus, vt plene dictum fuit in
c. fraternitatis, ſupra eodem. hoc colligitur ex eo, quia hæc præ
ſumptio tollitur per iuramẽtum de malitia, vt hic in tex. Et no.
quod facilius tollitur iſta præſumptio, quam illa de ſubornatio
ne, ad illam enim tollendam non ſufficit iuramentum, ſicut ad
iſtam; & forte hoc ideo, quia non eſt tantum periculum hic, cũ
poterunt iſti probari boni teſtimonij & famæ, iuxta ea quæ dixi
in c. quoniam contra falſam, ſupra de proba. & in c. 2. ſupra de
ord. cog. Non ſic poſſet de facili ſuſtineri contractus, ſi proba-
retur per falſos teſtes contrarium. Nota tertio tres caſus exce-
ptos a regula ſupraſcripta. Primus, ſi poſt publicationem iurat,
quod malitioſe ad hoc non procedit. Secundus, ſi ante publica
tionem fuit proteſtatus, quod volebat teſtes poſt publicationẽ
b reprobare. Tertius ſi [b] proteſtatione non facta vult nunc proba
3 re, quod de nouo didicit, quæ nunc obijcere vult. † Et primo [c] ca
c ſu no. quod in dependentibus [d] a conſcientia alicuius, ſtandum
d eſt ſuo iuramẽto. facit c. ſi vero. inf. de iureiu. & c. nulli. de elect.
lib. 6. Hoc tamen non procedit indiſtincte, ſed limita, vt habes
bonam gl. in cle. ſi quis ſuadente. de pę. in gl. in ver. commode.
de

ADDITIONES.

a Quod exceptio. Vide Iap alleg. 72. col. 2. Ioan. de Imo. in cle. conſtitutionẽ. col. 5. de ele. cum alleg. per Fel. in c. j. col. 1. verſi. dum dicit glo. inf. de excep. vbi dicit, quod exceptio in perſonas teſtium regulatur, vt peremptoria. Seba. Sap.

b Adde tu xlium caſum, in quo obijcitur exceptio in perſonas teſtium poſt publicatas atteſtationes, imo poſt ſententiam. ſ. quando per iudicem fuit impeditus opponere. tex. eſt ſecundum intellectum gl. in ver. iuramenta. in fin. c. cum I. & A. de re iu. Nec eſt mirum, quia etiam exceptio dilatoria, quę alias opponi debet ante lit. conte. eo caſu admittitur poſt lit. conte. vt dicit gl. in c. ex conqueſtione. de reſti. ſpol. Et adde hic duas limitationes ad iſtũ textũ, quas ponit Bal. in l. ſi quis teſt. C. eo. & inquantum dicit debere præcedere proteſtationes, intelligitur quando ille, contra quem producuntur teſtes, eſt præſens, ſecus ſi eſſet abſens, qa tunc non eſt neceſſaria, eo quia abſens nõ intelligitur conſentire. l. 5. in fi. ff. ſol. mat. licet Nic. de Neap. dicat, vt intelligatur quando exceptio poterat opponi contra teſtẽ mero fauore partis, vt quia erat inimicus, vel quia erat conſanguineus aduerſario. ſecus ſi poterat opponi fauore publico, puta, quia erat criminoſus, quia tunc non erit neceſſaria proteſtatio. Verum autem exceptio in perſonas teſtium, quæ non fuit oppoſita in cauſa principali, poſſit opponi in cauſa appellationis, vide gl. magn. in c. j. de excep. & elegantiſſime per d. Franc. de Are. in c. ex parte Adæ in vlt. char. ſup. eo. & formam huius proteſtationis ponit Spec. in ti. de teſte. §. ſæpe. in prin.

c Et primo in dependentibus à conſcientia, ſtatur iuramento alicuius, vide c. paſtoralis. inf. de exce & gl. pulchram. in c. propoſuiſti. 82. diſt. in gl. mag. q̃ vult ꝙ ignorantia probetur per iuramentum, & ſcientia etiam, vt vult glo. multu no. in l. atqui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt. vide gl. in l. 1. C. ad leg. Corn. de ſicar. quæ vult, ꝙ ad probandum, ꝙ quis dolo non fecit, vt aliquem caſu vulnerauerit, probatur iuramento. Sed multum contra illã gl. ſtringit doctrina Bar. & communis in l. inter omnes. §. recte. ff. de fur. vbi dat iſtam regulam, ꝙ quoties contra aliquem eſt aliqua præſumptio, nõ ſtatur ſuo ſimplici iuramento, quod eſt in caſu dictæ gl. per illam l. j. cogita. Et per iſtam limitationem Bar. reprehẽditur dictum no. Bal. in l. 2. §. pecul. ff. ſi q. cautio. vbi voluit, ꝙ ſtetur ſimplici iuramento meo dicentis, ꝙ citatio facta ad domũ meã, ad meã notitiam non peruenerit, quia quilibet præſumitur ſcire denunciatum. gl. eſt multum notabilis in l. ſi tutor. C. de peri. tuto. Aduerte etiam, ꝙ tantum iuramentum illud defertur, quãdo perſona eſt fide digna. Secus ſi eſt pſona vilis, vel infamis. vt voluit gl. obliuioni nõ tradenda, in c. ſignificaſti, de ho. & Bal. in l. falſus. in 4. col. ff. de furtis. Pro quo facit quod vult notater Ang. in l. qui in iudicio. ff. de accuſ. vbi determinat, ꝙ tunc ſtatur iuramento damnũ paſſi per formam ſtatuti, quãdo eſt paſſus danum in perſona fide digna. Item in eo, quod dicitur, ꝙ in parua ſumma ſtatur iuramento mercatoris. per id quod vult Bal. in l. j. C. de confeſ. eſt verum ſi perſona mercatoris eſt perſona honeſta, & non vilis. ita vult Bal. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. & fide cathol. Bern. Force.

d In dependentibus. Vide Iaſ. poſt gl. ibi. in §. ſed iſte, col. 20. Inſti. de actio. & Iaſ. in repeti. l. admouendi. char. 30. col. 2. ff. de iureiur. Io. de Ana. in conſi. 44. Fel. in c. ſi diligenti. col. 3. inf. de præſcrip. vbi limitat illud, quod dicit Ab. hic non procedere, vbi præſumptio iuris eſt in contrarium. Quam limitationem etiam ponit Are. hic. Seb. Sap.

de cenſi.cle.præſenti.in verſ. non negotiandi. & vide tex. in c.
4 tua.infr.de ſponſa.†Circa ſecundum caſum quęritur, qualis de
bet eſſe proteſtatio iſta ad hoc, vt admittatur poſt publicatio-
nem. Dicit Innocen. quod hęc proteſtatio, ꝙ liceat dicere in
perſonas teſtium, non eſt admittenda; niſi iudex in hoc cũ ad-
uerſario conſentiat, quod fiat probatio poſt publicationem te-
ſtium, quia cum hæc proteſtatio ſit contra ius commune, non
valet, niſi ex iuſta cauſa fiat, vel interueniat conſenſus iudicis
vel aduerſarij. iuxta no. in ca. cum M. de conſtit. & in c. Cuma-
na. de elect. Aduerte, quia hoc videtur prima fronte cõtra tex.
qui permittit proteſtationem non facta mentione de cõſenſu
iudicis, vel aduerſarij. Nec eſt hæc proteſtatio contra ius, imo
ſecundum ius, cum permittatur hic. Sed dic, colligendo men-
tem Innocen. & huius c. quod aut quis proteſtatur, vt licitum
ſit dicere in perſonas teſtium poſt publicationem, ſpecificatio-
ne aliter nõ facta, & procedit dictum Innocen. Non enim per
hoc debet admitti poſt publicationem, quia eſt nuda proteſta-
tio, & contra ius commune; cum ſimpliciter velit admitti poſt
publicationem. Per hoc enim non ſatisfacit præſumptioni iu-
ris. Aut proteſtatur, quod vult teſtes repellere tanquam non
idoneos, & procedit iſte tex. & hæc proteſtatio ſufficit. nec re-
quiritur conſenſus iudicis, vel partis. Et eſt ratio, quia hoc caſu
aperte dicit ſe velle reprobare, & ſic tollitur præſumptio mali-
tię, & hoc caſu loquitur proprie tex. iſte, vt colligit in verſicu.
cæterum. & notabis hoc bene, quia eſt contra communem pra
cticam, cum ſolum fiat ꝓteſtatio generalis, ſalua facultate op-
ponendi in perſonas teſtium. Non enim hoc ſufficit, vt prędi-
xi, quia per hoc non dicit teſtes malos, ſed ſolum vult ſibi reſer
uare facultatem opponendi contra ius commune. Et aduerte,
quia a principio non eſt neceſſe aliter ſpecificare delicta, vel de
fectus: ſed poſtmodum nõ debet admitti ad producendum te-
ſtes probatorios, niſi prius ſpecificet ea, quę probare intendit.
& de hoc eſt tex. in c. a. eod. tit. lib. 6. & ſic concorda illum tex.
& illum. Et attende, quia in hoc ſecundo caſu text. ille non re-
quirit iuramentum, ſicut in primo, cuius cõtrarium videtur in
nuere c. præſentium. in fi. eod. tit. lib. 6. vbi indiſtincte exigitur
iuramentum malitię a volente reprobare teſtes. Sol. Innocen.
ꝙ iſtud eſt generale, illud vero procedit in eo, qui vult reproba
re teſtes ſuper aliorum reprobationibus inductos, quare plus
præſumitur contra eum. Et dicit ſeruandum, vbicunque iudex
habet ſuſpectum producentem ex aliqua cauſa, quo caſu, etiã
cum proteſtatione exigitur iuramentum, ſecundum eum, &
vide ibi bonam glo. & tex. in c. 2. in fi. de iura. calum. li. 6. vbi ha-
betur, ꝙ iuramentum malitiæ poteſt exigi in quacunque parte
litis, ſi hoc iudici expedire viſum fuerit, & ſic non ſolum a re-
probare volente reprobatorios, ſed etiam probatorios, poteſt
alibi exigi iuramentum malitię, pręmiſſa proteſtatione, vel nõ,
5 ſi iudex hoc approbauerit. †Circa tertiũ caſum exceptum, quæ
ro, quomodo probabitur, ꝙ de nouo didicit ea, quę tunc pro-
ponit poſt publicationem? Dic, ꝙ per iuramentum, alias diffi-
cile poſſet probari. & hoc vult hic gl. in ver. didicerit, vide bon.
tex. in ſimili, in c. nulli, de elect. lib. 6. & c. vt circa. eod. tit. & li-
bro, facit cap. innotuit, & quod ibi not. eod. titu. de elect. Glo. 1.
format duas oppo. & duas quęſtiones. Primo opponit ſic, tex.
iſte videtur prǽſupponere, quod liceat indifferẽter parti repro-
bare teſtes, contra quod facit, quia producendo teſtes, adeo ap-
probat perſonas eorum, vt poſtea illos reprobare non poſſit.
4. q. 3. c. ſi teſtes. §. ſi qs teſtibus. Gl. metu cõtrarij reſtringit tex.
ad eum, contra quem teſtes producuntur. producens autẽ lici-
te poſſet reprobare dicta, non tamen perſonas. Rationẽ diuerſi
6 tatis vide in gl. †Aduerte, quia aut quæritur de producente, aut
de eo, contra quem producitur. Primo caſu dic, ꝙ producens
non poteſt amplius reprobare productos ex cauſa vel defectu
tunc exiſtenti. Hæc enim eſt approbatio perſonarum, quę ex-
a tenditur etiam reſpectu aliorum, & in alia[a] cauſa, [b]vt probatur
b in l. ſi quis. C. eo. ſanctum izata. vbi ſup. Et ex hoc no. vt ſicut quali
tas inficiens & inquinans perſonam, ſequitur perſonam quo-
cunque ſe vertat, vt in c. teſtimonium, inf. eod. 1. q. 1. c. eo tur-
pem. & no. Inno. in c. qualiter & quando. 2. de accu. ita & hæc
7 approbatio perſonalis. † Quinimo plus dicit Innocen. in c. cũ
c venerabilis, de excep. ꝙ approbãdo[c] vnum ad certum officiũ,
non poſſum eum reprobare ad aliud officium, vbi ſufficit ea-
dem idoneitas perſonarum. Et hoc quod ſup. dixi, procedit ẽt
ſi producens non ſit viſus teſtibus, quia non potuit, vt not. Gul.
eod. titu. § ſępe teſtes, ver. quid ſi. & verſi. ſeq. & idem tenẽt Pet.
& Cyn. in d. l. ſi quis teſtibus. ſed vti voluit. Semper enim ſubeſt
eadem ratio. ſ. approbationis perſonę, quę cauſatur ex ſola pro
ductione ad iudicium. Limita tamen prædicta duobus modis.
Primo niſi velit reprobare perſonas ex defectu tunc veriſimili-
d ter ſibi incognito.[d] Pro hoc bon. tex. in c. nulli. de elect. lib. 6.
vbi electores opponunt crimina, vel defectus contra electum,
ſi veriſimiliter ignorabant tempore electionis, & ſtatur in hoc
iuramento illorum. Secundo limita, ſi vult eos reprobare ex
cauſa procedente a producente illos in alia cauſa, vt puta, indu
xi patrem tuum in teſtem in cauſa, quæ erat inter me & Sem-
pronium, nunc in cauſa, quę eſt inter me & te, ſi vis producere
eum pro te, potero eum tanquam ſuſpectum repellere. ita no.
Innocen. in d. c. cum venerabilis. Dicta tamen teſtium poteſt
producens reprobare, quia reſpectu dictorum, non ponit diui
nare, ſicut videmus, quod quis appellat a ſententia illius, quẽ
in iudicem impetrauit, in ca. cauſam, de re iud. & in l. ex con-
ſenſu, ff. de app. In eo vero, contra quem teſtes fuerunt produ-
cti, dic quod poterit eos, & eorum dicta reprobare, niſi aliquo
modo eos approbauerit, quia tunc idem in eo, quod in produ-
8 cente, vt dixi in c. de teſtib. ſup. eod. †Sed eſt dubium, quid ſi in
vna cauſa illos non approbauit, nunquid poterit illos in alia
cauſa reprobare? Dic ꝙ ſic. Non enim ex hoc illos approbauit,
licet ergo ex tunc renunciauerit facultati reprobandi in vna
cauſa, non tamen per hoc videtur renunciaſſe in alia. per hoc
bon. tex. in ſimili in l. voluntariæ. C. de excu. tut. & quod no.
Doct. in c. dilectus filius. inf. de reſcr. & gl. in d. cle. ſæpe, de ver-
bo. ſignif. & hoc tenet Ioan. And. poſt Iac. & Bal. in Spec. eod.
titu. § ſępe. verſ. ſed quid ſi eum. Opp. gl. 2. contra prædicta de
hoc tex. in fin & in hoc gl. loquitur nimis ſuccincte, nec inducit
contrarium, nec ſoluit. Sed poteſt adduci finis cap. hoc modo.
ſi reprobare me velle perſonas teſtium dixi, videor reprobaſſe
dicta. vnde illis pro me teſtificantibus, de facili poſtea non cre
ditur. ergo eodem modo dicendum eſt, ſi approbaui perſonas,
videor approbaſſe dicta. & ſic non debeo poſſe etiam dicta re-
probare, cuius contrarium innuit hic gl. & tex. in d. l. ſi quis. &
quod ita voluerit inducere glo. colligitur aperte ex gl. fin. poſt
prin. Solue duobus modis. Primo, ꝙ aliud in reprobatione, quã
in approbatione. Nam ſi damno perſonam, videor damnare
eius dicta, de hære. ca. fraternitatis. imo plus eſt in facto noſtro,
quia hic damnat expreſſe perſonas, vt inficiat dicta. Sed quan-
do approbo, producendo eum, vt dicat veritatem pro vtraque
parte, 14. q. 5. c. non ſane. ſi repetio, ꝙ veritatem non dixerit, poſ
ſum illud dictum reprobare, cum illud non approbauerim.
Plus enim tollit negatio, quam ponat affirmatio, vt in ſimili
no. in c. cum dilectus, de conſuetu. Secundo dic, ꝙ tex. non di-
cit, ꝙ nullo modo credatur, ſed ꝙ de facili, de quo in gl. fi. vnde
non debet credi de facili. Sic in caſu cõtrario, ſi approbaui per-
ſonam, creditur ſibi; nec creditur mihi poſtea reprobanti, ſed
9 oportet, ꝙ plene probẽ reprobationem dictorum. †Tertio glo.
quærit, nunquid idem ſit in producente inſtrumenta cõtraria,
vt ſic poſſit dicere contra illa, ſicut contra dicta teſtium produ-
ctorum

ADDITIONES.

a Alia. Et hoc eſt verum, niſi teſtis fuiſſet prius approbatus in iudicio ſummario, quia non poſſet opponi exceptio in iudicio plenario, tex. eſt in c. veniens. inf. eo. & ibi vide do. Ant. in 7. col. Quid aũt e contra, ſi ſemel reprobaui teſtem in vno iudicio, & fuit pronunciatus inhabilis, an poſſim eius perſonam approbare in alio iudicio? Dic ꝙ non. Sed do. Ant. contra, in c. eum olim. in 8. col. de cenſi. qui ad hoc alle. Inno. in c. cum venerabilis, de excep. Sed ego hoc limitarem, niſi eſſet talis inhabilitas, cuius habilitatio pendet a poteſtate partis, per doctrinam elegantem, quam tradit Do. poſt Archid. in d. c. ſi qui vero. 35. diſt. Quid autem in eo. iudicio, an poſſit teſtis pro parte recipi, & pro parte reprobari? vide per Bal. in c. cum dilectus, in vlt. col. de conſue. & Do. in d. c. ſi qui. &c. Et vide do. Ant. hic in 3. col. ver. in quantũ tamen gl. vbi dicit, ꝙ ſi produxi vnum teſtem in vno iudicio, licet non fuerit examinatus, non potero in alio iudicio eius perſonam reprobare. & hoc dictum ponit Flo. in l. produci. ff. de teſti. & alle. Spec. in iſto tit. in §. ſæpe. & valde eum commendat.

b In alia cauſa. Facit quod no. Bal. in l. ſi quis teſtib. C. de teſt. vbi voluit, quod ſi produxi inſtrumẽtum manu cuiuſdam notarij, alias inhabilis, nõ poſſum poſtea reprobare aliquod inſtrumentum contra me productum, ſcriptum manu illius notarij. & quod no. Bal. in l. data opera. col. 15. C. qui accuſ. non poſſ. Quod ſi feci citare aliquem in teſtem in iudicio, non poſſum poſtea illum reprobare. Quod etiam voluit Bal. & Inno. in l. ad teſtium. §. conditionem. ff. de teſta. vide etiam ad hæc Bar. Vero. cau. 205. inci. ſi facis. Fel. in c. capitulum S. Crucis, col. 13. ſup. de reſcr. vbi tradit, quando quis poſſit reprobare, quod ſemel approbauit.

c Qui approbat aliquem in vno officio, vr ipſum approbare in alio. vbi conſimiles perſonæ requiruntur: ſecus ſi requiruntur diſſimiles. & ideo dicit hic D. Abb. quod approbatus in rectorem ſcholarium, non cenſetur approbatus in Doctorem, quia rectoratus non ita exigit peritiam, ſicut doctoratus. Et vide ad hoc quod no. do. Ant. in c. cum venerabilis, de excep. in 11. col. ver. quid ſi admitto. vide do. Ant. in c. dilecto, in vlt. col. ver. quarto, an remoto. inf. eo. poſt glo. ibi, in ver. teſtis defectum ſuper quo vide omnino do. Abb. ibi, qui ponit verba ad propoſitum, & ponit ad ſupradictam qõ. de rectore ſcholarium. Et adde hic Arch. in §. ſi quis teſtib. 4. q. 3. vbi dicit, quod qui admittit aliquem ad aliquod offiũ, non põt eum remouere ab alio, vbi conſimiles perſonæ requiruntur. Secus ſi requiruntur diſſimiles, ita dicit tenere Ion. in c. cum venerabilis, de except. Et adde hic Old. in conſi. 8. quod plene ponit Specu. in tit. de leg. §. ſi. quod incipit. poſtremo. in 1. 2. & 3. col. ubi ponit quamplures optimas qões ad hoc propoſitum, & uide Ion. in c. dilectus. & quod ibi notatur, de æta. & qual. & facit ad hoc quod no. do. Ant. in c. at ſi clerici. §. de adul. in 4 col. de iud. & ibi pleniſſ. no. do. Bar. de Bel. in illo articulo, an diſpenſatio extẽr datur ad cõſecutiua, ſuper quo etiam pleniſſ. notatur poſt do. Abb. in c. cum ex iuncto. in fi. de hær.

d Sibi incognito. Faciunt no. per Fel. in c. ſuper his, col. 8. inf. de accu. & in c. paſtoralis. inf. de excep. ubi dicit, quod faciens citare perſonam inhabilem, ut detur approbare, niſi ignorabat defectum, propter quem citatus poterat repelli, quæ ignorantia probatur per iuramentum, ut ibi per eum. Seb. Sap.

ctorum. Et concluditur, ꝙ non. Rationem vide in glo. & vide
per Inno. in c. cum olim. j. de cenſib. Nam producendo inſtru-
menta, videtur fateri contenta in inſtrumento. non mirum er-
go, ſi poſtea reprobare non poteſt, ſed producendo teſtes non
10 videtur fateri ea, quæ dicturi ſunt. † Quarto & vl. gl. quærit, nun
a quid ſi inſtrumentum a productum redarguitur de falſo, b poſ-
b ſit producens dicere ſe nolle vti inſtrumento. Et dic, ꝙ ſic, per l.
3. C. de fi. inſtr. In hoc tñ aduerte, qđ aut opponiť, ꝙ producēs
falſificauit īſtrm, et nō ſufficit deſiſtere ab vſu, qa ex delicto fal
ſitatis puniendus eſt, vt in l. ſi falſos. C. de fal. Aut opponitur ſo
lum reſpectu vſus, vt quia inſtrumentum eſt falſum, ideo non
valet, & tunc procedit glo. in d. l. 3. vt ſufficiat deſiſtere ab vſu,
nec poterit amplius in illo inſtrumento vti, cum ex hoc redda-
tur ſuſpectum, etiam quoad aliam cauſam, vt in d. l. 3. Si tamen
non deſiſtit ab vſu, & inſtrumētum probatur falſum, punietur
de falſo, quia commiſit falſum in vtendo, vt d. ſt. l. ſi falſos. Ex
hoc tradit ibi Barto. cautelam: cum teſtes depoſuerūt falſum,
vt producens dicat ſe nolle vti illis atteſtationibus, quod intel-
ligū, quando ipſe non approbauit articulū falſum, quia appro-
bando videtur induxiſſe teſtes ad probandum falſum: & ſic nō
eſt locus pœnitentiæ, cum ſimul cum teſtibus commiſerit fal-
ſum, argum. l. qui ea mente. ff. de fur. & l. non prodeſt. ff. vi bo.
rap. Si autem in primo caſu vtitur atteſtationibus, poteſt accu-
11 ſari de falſo cum teſtibus. arg. in d. l. ſi falſos. quod no. † Op. & vi
detur, ꝙ iſtud iuramentum, de quo in tex. dicitur, non ſit præ-
ſtandum, cum ſemel fuerit iuratum de calumnia, & hoc iura-
mentum non eſt in cauſa iterandum, in auth. in iſto iuramēto.
c C. de iur. cal. Glo. 3. c multum inſtat. Sed dic hodie non inſtan-
dum, cum iuramentum malitiæ, de quo loqtur iſte tex. toties
poteſt exigi, quoties iudici fuerit viſum expedire, vt in c. 2. in fi.
eo. tit. lib. 6. Contrarium enim loquitur in iuramento calūniæ,
quod plura capitula ſub ſe continet, iuxta no. in c. 1. de iura. cal.
ſed hoc iuramentum malitiæ ſolum cōtinet id, quod verbum
ſonat. Glo. fi. primo quærit de ratione decidendi in fi. cap. Re-
ſpondet, ꝙ proteſtando videtur noluiſſe adhibere fidem dictis
12 illorum contra ſe, ergo non debet recipere pro ſe. † Secūdo op.
gl. contra hoc, & contra tex. ꝙ licet reprobem perſonam, non
per hoc videor reprobare dicta, vt ſup. dictum fuit. Item licitū
eſt deſiſtere a propoſito, quandocunque ante ſententiam. l. Pa-
pinia. §. meminiſſe. ff. de inofficio. teſtament. & ſic ſola prote-
ſtatio non debet obeſſe. Solut. gloſſ. ponit in effectu duos in-
tellectus. Primus, vt intelligatur tex. quando proteſtans perſe-
uerauit in ſua proteſtatione quantum in eo fuit, ſed reprobatio
non habuit effectum, & tunc debet exponi tex. De facili non
creditur, id eſt nullo modo creditur. Et pro hoc facit regula, ex
eo. de reg. iu. lib. 6. & c. cum olim, de cenſib. Secundus intelle-
ctus, vt intelligatur, quando non ſolum fuit proteſtatus: ſed in
proteſtatione perſeuerauit, donec teſtes depoſuerunt. Et hoc
caſu de facili nō creditur, ſi aliquid dixerint pro proteſtante,
quia eſt præſumptio, ꝙ timore proteſtationis depoſuerunt pro
eo. Expoliāt tamē hoc caſu illud verbum, De facili, dupliciter,
vt non credatur de facili .i. indiſtincte, ſed debet haberi reſpe-
ctus ad qualitatem teſtium. Secundo, vt non credatur de facili,
& ſine alijs adminiculis. Quidā tamen, vt referunt hic Doct.
tenuerunt primam opin. glo. vt procedat tex. quando prote-
ſtans perſiſtit in proteſtatione, ſecus ſi renunciauit. Nam ſicut
appellans poteſt ſuæ appellationi renunciare: 2. q. 6. c. ei qui. §. ſi
quis libellos. ita & proteſtans debet ſuæ proteſtationi poſſe re-
nunciare. Quidam alij, vt hic refert Innoc. limitauerunt hanc
opin. vt liceat renunciare, dummō non interſit aduerſarij pro-
pter expenſas & labores. ff. de regul. iur. l. nemo. Niſi illud inter
eſſe vellet remouere ſatisfaciendo de expenſis & alijs, vt debet.
& ſic vult hæc opi. vt licitum ſit renunciare huic proteſtationi,
& redire ad ius priſtinū. Inn. dicit hoc fixū tenēdū eſſe, ꝙ poſt-
quam induxerit teſtes ad reprobationem teſtium, vlterius non
poterit pœnitere. Nam cum teſtes pro vtraque parte iurent,
14. q. 5. c. non ſane. poteſt eſſe, ꝙ ea dicerent, quæ potius face-
rent ad cōfirmationem ſuorum teſtium, quam ad reprobatio-
nem. Si autem per inſtrumenta vellet reprobare etiā poſt pro-
ductionem poteſt deſiſtere, ſi ſecundum eū, quod intelligit Ioā.
And. niſi forſan ſcriptura faceret contra ipſum. inf. de cenſi. c.
cum olim. quod debet procedens ſibi imputare, argum. inſ. de
fide inſtrum. ca. imputari. Refert tamen Innocen. quoſdam di-
cere, ꝙ ex quo coram iudice obtulit ſe probaturum exceptio-
nem contra teſtes, vlterius reuocare nō poteſt, quin ſuper hac
exceptione iudicetur, cum de qua re cognouit iudex, &c. ff. de
iu. l. de qua re. & quia iam ex tua exceptione quæſitum eſt ius
parti, vt teſtibus pro re non credatur. Dicit tamen Innoc. ꝙ ta-
cite huic proteſtationi renunciatur, ſi proteſtans mandat illos
teſtes interrogari ſuper capitulis ſuis: arg. 4. quęſt. 3. c. ſi teſtes,
§. ſi quis teſtibus. Quidam tamen dicunt, vt ipſe refert, ꝙ inui-
to eo, qui produxit capitula proteſtando, audiendi, ſeu interro
gandi non ſunt: cum, & ſi pro eo deponerent, eis non credere-
tur. Sed plus placet Innoc. vt interrogentur, quia & ſi non fa-
ciunt ad plenam probationem, faciunt tamen ad præſumptio-
nem. Habes ex prædictis primam opinionem multipliciter li-
mitatam, & variatam. ſed inf. ſubijciam quid tenendum. Aliā
opin. ad intellectum tex. refert Innocen. hic, vt nō credatur his
teſtibus in fauorem proteſtantis, ſi aduerſarius vult habere ra-
tam ipſius proteſtationē, alioquin, ſi vult vti teſtimonio eorū
pro ſe, tenetur admittere, & contra ſe. 3. q. 8. ca. cuius in agēdo.
nec debet eadem res duplici iure cenſeri. 12. quęſt. 2. c. cogno-
uimus. Hoſtien. ponit hic aliam opin. quæ videtur hic placere
Ioan. An vt ſit arbitratium, an, & inquantum his teſtibus con-
tra quos proceſſit proteſtatio, ſit credendum in fauorem pro-
teſtantis. & de materia vide in Spec. eo. tit. §. 1. ver. item ꝙ is ꝑ
quo. & ſequentib. tribus verſi. Abb. tamen dabat hic cōſilium,
vt hæc proteſtatio fiat poſt depoſitionem teſtium & ante pub-
licationem, quia tunc ceſſabit ſuſpicio, ꝙ timore obiectionis
dixerint pro proteſtante. Ioan. And. dicit ſibi non placere, ſed
non exprimit cauſam. Aduerte, diſtinguo ſic, aut quis fuit pro-
teſtatus poſt depoſitionem & ante publicationem, aut ante de-
poſi-

ADDITIONES

a Si inſtrumentum. Vide Bal. in l. 1. col. vlt. C. ſi ex fal. inſtr. & Gandi. in tractat. maleſi. ſub rūb. de falſis. Sep. Sapia.

b Falſo. Vtrum producens falſum inſtrumentum, euitet pœnam falſi, ſi dicat ſe nolle eo vti. Et de hoc vide meliorem tex. de iure in l. ſi falſos. C. de fal. & ibi eſt gl. fin. ſecundum Sal. ꝙ vtens ſolum falſo inſtrumento, minus debet puniri, q̄ falſificans. Sed et concordat alia gl. in l. 2. C. de fid. inſtrum. & bene facit tex. in c. ad falſariorum, de cri. fal. Sed contra illas gl. vř caſus in §. itē lex Cor. de fal. dū dicit tex. recitauerit. inſt. de pub. iu. ſed de hoc vide per Bal. in l. iubemus. §. ſane, il 1. ad fi. C. de ſac. ſan. eccl. Et facit ad q. an expendēs ſcienter falsā monetā debeat puniri, ac ſi ipſe falſificaſſet, de qua ꝑ dn. Abb. in d. c. ad falſariorum. & in c. quanto. de iureiur. Et de illo, qui proteſtať ſe nolle vti falſo inſtrumento, vide Bald. in l. ſi aduerſarius. cir. med. C. de fide inſtr. vbi alleg. d. l. ſi. falſos. Et adde quod no. Bal. in l. quicunque, in prin. 2. col. ver. item facit quod ille. C. de ſer. fugi. Item adde his plures q. quas ponit Sal. in d. l. ſi falſos. & vide eundē in l. eū q. C. de fal. Adde tñ, ꝙ vtens falſo inſtrumento, vel expendens falsā monetā, in dubio præſumiť hoc facere ignoranter, ſecundum Ang. in l. maiorem, in fi. C. de fal. Item ꝙ vtens falſo inſtrumento poſſit pariter accuſari, ſicut falſificans, eſt tex. in l. fi. vt propoſuis. C. ſi reus, vel ac. mor. fu.
Adde an vtens falſo inſtrumento teneatur falſi, & qualiter euitet pœnam, Rapha. Cumis conſi. 135. & de falſificante monetam per eundem conſi. 139. Ale. conſi. 103. 1. lib.
An vtens falſis teſtibus, vel falſis inſtrumētis teneať pęna falſi, ēt ſi ipſe nō produxerit, vel ſi ille, & illa produxerit, teneatur pęna falſi. vide per Bal. in l. ſi veteris. vbi bon. tex. C. de fide inſtr. & vide Bar. in l. ſi falſos. C. de fal. & Bar. & Bal. in l. 3. in fi. C. de fide inſtr. & ibi Bar. ponit cautelam aduocatorū, quod fiat proteſtatio per producentem teſtes, vel inſtrumenta, quòd nō intēdit vti eis, niſi veritatem contineant. Et dicas, quòd accuſatio falſi pōt inſtitui contra producentē falsū inſtrumentū a ſe fabricatum, ēt ſi dicat ſe nolle vti. Secus ſi ꝑduxerit falsū fabricatū ab alio, ita Bar. poſt gl. in d. l. 3. vbi ēt ꝑ Saly. C. de fi. inſtr. de quo per Ang. in Auth. de nō alien. §. qa vero. & per Bal. in l. iubemus, in §. ſane, C. de ſac. ſan. eccl. & per Alex. in l. Diuus. ff. de fal. Et de expendente, ſeu fabricante falsā monetā, primo dicas, quòd fabricans falsā monetā dř cōmittere crimen proximū crimini lęſæ maieſtatis, vt in l. 1. C. de fal. mone. Et dicas quòd moneta cudi non pōt in ciuitatibus ſine licentia principis, vt in l. fi. & ibi per Bar. C. de vete. numiſma. pote. li. 11. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. & per Bald. in tit. quæ ſint regalia, in vſib. feu. Et adde, quòd cudens monetam ēt bonā extra locū publicū ad hoc a principe deputatū, teneť de falſo, ſecundū gl. in l. ſacrilegij, ad leg. Iul. pec. & no. in c. quanto, de iureiur. hic alleg. & hř per Alex. in l. fin. in 9. col. ff. ſi cer. peta. Et adde, quod moneta, ad hoc, vt ſit bona, debet tm̄ valere formata, quantum in maſſa, vt per gl. in l. 1. ff. de contrah. emp. & per Bar. in l. qui falſam ff. de fal. & per Io. de Imo. in l. Paulus, ff. de ſol. & dicit Bar. in l. 1. ff. de aur. & arg. lega. & in l. 2. in §. mutuū, ff. ſi cer. pet. & in d. l. 1. C. de vete. numiſ. po. quod moneta debet cudi expenſis publicis. de quo etiam per Canoniſtas in d. c. quanto. De expendente vero ſcienter, quomodo puniatur, vide Bar. in l. lege Corne. ff. de fal. & in l. ſaccularij, de extraordi. crimi. vbi dicit, quod expendens nummos plūbeos, vel ſtanneos, tenetur de falſo. Secus ſi alias ſit moneta falſa, puta, quia ſit cuſſa extra locum publicum, vel habeat defectum in pondere, quia tunc punitur extra ordinem, niſi doceat ſe ab alio habuiſſe conſiderata qualitate perſonæ, quæ ipſam monetā expendit, ſi ſit honeſta, vel vilis. Et adde, quod crimen falſę monetæ admittit ſocium criminis ad accuſandum, & teſtificandū, & condemnatus de falſa moneta non appellat, vt per Spe. in tit. de acc. in ver. item repellitur, & in tit. de app. in §. 2. ver. 29. Et adde, quod falſificator monetæ, poteſt inuitus per quemcunque adduci in iudicium ſine aliquo præcepto iudicis, vt per Spec. in tit. de accu. §. 1. ver. hoc tamen. Et accuſator falſæ monetæ cōſequitur immunitatem pęnæ, vt per Spe. in tit. de lib. concep. §. 10. ver. 16. Impubes tamen fabricans falſam monetam non punitur de crimine falſę monetę, vt per Spe. in tit. de dona. in ver. quid ſi. Quo autem puniatur radens monetā, vide gl. Cy. & Doct. in l. ſi quis. C. de fal. mone. & in l. 1. & ibi per Bart. C. de fal. & in l. fi. C. de vete. numiſ. po. ſup. alle. & vide gl. & Io. And. in nouel. in d. c. quanto. & per Spe. in tit. de cri. fal. in §. 1. vbi cōcluditur, quod tenetur de falſo. Et adde quod non dř quis feciſſe falſam monetam, qui illam incępit cudere, ſed non impreſſit formam, quia non debet puniri tanquam delictum conſummauerit, ſed alias extra ordinem, vt per Bal. in l. 3. C. de nau. fœno. & per Bar. in d. l. qui falſam, de fal.

c Iudicem meo. Hæc glo. male loquiť, nā Cōpo. & Hoſt. in c. quod ſicut, de elec. & dn. Ant. i repe. c. cū M. in 9 col. de cōſti. & do. Abb. c. paſtoralis, de excep. ſing. dñt, qđ ſuperuenientia notitię exceptionis peremptorię poſt terminū ꝑ iurm probari non pōt. Sed certe iſta exceptio in perſonas teſtiū peremptoria dř, vt no. gl. in c. de teſt. ſup. eo. vel quaſi peremptoria, vt dicit gl. in c. 2. de excep. & in c. ex parte Adæ, de teſti. ergo cū ſit peremptoria, eius ſuperuenientia notitia non poterit probari per iuramentum, contra illam gl.

Digitized by Google

poſitionem. Primo caſu Abba. dixit, quod proteſtatio non im-
pedit, ex quo non proceſſit ad vlteriora. Et videtur hanc opin.
ſequi hic Anto. & dicit ſe non videre cauſam, quia hoc non
placuit Ioan. And. Ego credo, quod Ioan. And. non intendit,
quod hoc caſu minuatur fides iſtorum, ſed quod talis proteſta-
tio poſt depoſitionem factam non releuat, quia ſentit hic poſt
Goff. eſſe fiendam tempore productionis teſtium. Et hoc mihi
a placet. Nam ex quo pars citatur a ad videndum iurare teſtes, &
præſens non excipit cõtra perſonas eorum, videtur illos appro
bare. argum. c. ex parte Adæ. ſup. eo. Aut fuit proteſtatus tem-
pore productionis, & tunc aut proceſſit ad actum reprobatio-
nis, & obtinuit, & non creditur in fauorem alicuius, vt in d. c.
ex parte Adæ. Aut deficit in probando, & tunc domi. Anton. te
net indiſtincte, vt credatur in fauorem producentis, ſed non in
fauorem proteſtantis Ego dicerem, quod aut dicta teſtium cõ
tinent vnum factum inſeparabile, & tunc ſi producens, vult ꝑ
ſe, oportet quod recipiat contra ſe, vt in ſimili no. Innocen. in
capi. cum olim de cenſibus facit quod no. in l. Aurelius. §. idem
quæſiuit. ff. de lib. leg. & in c. 1. de confeſ. lib. 6. Neque obſt. quod
iſte, quantum in ſe fuerit, illos reprobauerit, quia reprobatio
non habuit effectum. argum. in ca. mulier. inf. de iureiur. Item
hoc contingit ratione indiuiduitatis. argu. in l. ſi communem.
ff quemad. ſer. ami. Aut factum proteſtantis eſt ſeparabile à fa-
cto producentis, & poteſt procedere alia opi. vt in nihilum cre
datur pro proteſtante, argu. l. Papinianus. § meminiſſe. Aut pro
teſtans non proceſſit ad actum reprobationis, vel ſaltem ante
quam teſtes deponerent, renunciauit huic exceptioni. & tunc
ſentio cum Hoſtien. & Ioan. And. vt ſit arbitrarium, an & in-
quantum credatur pro proteſtante, habebit enim conſiderare
qualitatem teſtium. Item moram, in qua ſtetit proteſtando, &
ſimilia. Fateor tamen, vt etiam hic voluit do. Anton. quod ſem
per poterit huic proteſtationi renunciare, antequam teſtes de-
ponant, quia ſemper agitur de fauore ſuo. ſed per hoc non tol-
litur, iudicio meo, quin relinquatur iudicis arbitrio, quantum
ſit credendum proco, cum à principio illos, quãtum in ſe fuit,
reprobauerit. Sic in ſimili dicimus in approbatione d. l. ſi quis
teſtibus. & maxime, quia hæc materia teſtium eſt arbitraria. l. 3.
ff. eo. & inf. c. prox. vnde iſte tex. non dicit, quod non credatur,
ſed quod non de facili eſt credendum: vnde committitur hoc
13 iudicis arbitrio. † Extra glo. quæro, quid ſi quis iurauit ſe mali-
tioſe non opponere contra perſonas teſtium, tamen poſtea de-
ficit in probando, nunquid excuſetur a condemnatione expen
ſarum? Ioan. And. dicit, quod ſic, propter onus iurandi quod
ſubijt, & remittit ad Spec. eod. tit. §. 1. verſic. ſed quid ſi admiſ-
ſus. D. Anto. putat eum condemnandum, quia talia iuramen-
ta non excuſant a condemnatione expenſarum. Ego dico hic
poſſe diſceptari, an ſit fienda iſta condemnatio ſtatim cum de-
ficit in probãdo: an in fine litis; & an habuerit probabilem cau-
ſam opponendi, vel non, quæ omnia declara ſecũdum ea, quæ
plene dixi in c. fi. de dolo, & contuma.

ADDITIO.

a Citatur. Sic etiam qui facit citare inhabilem, videtur perſonam ſuam appro-
bare, ut per Bar. in l. de pupillo. §. nam & ſi ſeruo. ff. de ope. noui nunciatio.
& in l. mulier, col. 2. ff. ſol. ma. & Ioan. de Ana. in c. intelleximus, inf. de adul.
Bar. Veronen. in cautela 105. incip. ſi facis. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Ponit tria, per quæ teſtes teſtibus præferuntur.*
2 *Teſtis ſibi ipſi contrarius non probat, niſi ſe corrigat incontinenti.*
3 *Quando vnus teſtis contrariatur alteri, neuter probat, niſi alter melior ſit, qui prouocet iudicem ad deferendum iuramentum in defectum &c.*
4 *Concordia facienda eſt quando plures teſtes contrariantur pluribus.*
5 *Si duo petunt vnam vxorem, & æqualiter probant, quis debeat obtinere?*
6 *Dignitas teſtium præferenda eſt numero, & magis creditur duobus teſtibus affirmantibus, quam centum negantibus. & quando.*

CAP. XXXII.

IN noſtra. Si teſtes à diuerſis producti depo-
nente a cõtraria, ſint æqualis hone-
ſtatis, ſtatur maiori parti, numero, alias præualere
poterit paucorũ authoritas. Vel ſumma ſic. Si acto-
ris & rei teſtes contraria deponunt, fidem ſibi non derogant,
a ſed præualent digniores, a & veriſimiliora deponentes, & ſi in
cęteris eſt diſparitas, præfertur numerus. h. d. Pręmittit factum,
& diffinitionis cauſam. Secunda ibi: Mandamus. dat mandatũ
bimembre. Secundum ibi. Si vero. Caſus liter. Quidam Archi-
diaconus habebat controuerſiam cum quibuſdam monachis,
quæ commiſſa fuit quibuſdam iudicibus. Lite conteſt. plures
teſtes hinciude recepti fuerunt, quibus examinatis iudices du-
bitauerunt, qualiter deberent ferre ſententiam. conſuluerunt
do. Papam, remittendo ſibi atteſtationes. Do. Papa diligenter
teſtibus examinatis, ſcribit iudicibus illis, cum plures teſtes tã
ex parte archidiaconi, quam ex parte monachorum ſint produ
cti, quos non ſolum diuerſa, ſed aduerſa penitus teſtimonia cõ-
ſtat reddidiſſe, non tantum ad multitudinem teſtium reſpicere
oportet, ſed potius ad qualitatem teſtium, & ad dicta ipſorum,
quibus potius lux veritatis aſſiſtit, ex quibus iudex motum ani
mi ſui debet informare, & mandat papa iudicibus, quatenus ſi
teſtes vtrinque ſint eiuſdem honeſtatis, & æſtimationis, pro Ar
chi. ſententiam proferant. cum plures teſtes archidiaconus pro
duxerit, quam monachi. Si vero teſtes monachorum tantę prę
eminentiæ fuerint, quod authoritas eorum aliorum ſit multi-
tudini præferenda, abſoluant monachos ab impetitione archi
diaconi. Ber. No. 1. quod data contrarietate inter actoris & rei te
ſtes, nõ iudicatur indiſtincte pro reo, licet ſit fauorabilior acto
re, ſed recurritur primo ad qualitates teſtium dictorum, & ad
maiorem numerum, ſed vbi cætera ſunt paria, tunc fertur ſen-
b tentia pro reo, b vt in capitu. ex literis, de prob. & hic in gloſ.
1 † Nu. 2. ex hoc & ex tex. tria, ex quibus teſtes teſtibus præferun-
tur. Primo ex eorum authoritate, quia ſcilicet ſunt honeſtiores,
ditiores, & melioris famæ. Secundo ex depoſitorum qualitate,
vt quia ſunt iuri cõmuni conſona, vel aptiora negocio, de quo
agitur. 4. q. 3. c. ſi teſtes. & in c. licet, de prob. per Innocen. in c. au
ditis, de præſcr. Tertio ex eorum multitudine, vt quia ſunt plu-
res numero. Et dic primo recurrẽdum ad authoritatem. Nam
c vt dicit Hoſt. c poſſent eſſe centum ribaldi ex vna parte, & viles;
& ex alia parte duo tales, & tãtę honeſtatis, quod eis potius ſta-
retur, quam multitudini, quod eſt notandum. Secundo ad ve-
riſimiliora, argum. c. quia veriſimile, de præſump. & de renun.
in c. ſup hoc. de reſtit. ſpol. c. ſolicite. Tertio ad multitudinem,
vt hic. Adde quartam conſiderationem, vt inſpiciatur perſona
producens, ſecundum Hoſtien. Nam ex qualitate producentis,
præſumetur teſtium corruptela. In his tamen non puto poſſe
dari certam doctrinam, ſed ex varietate & qualitate factorum
informabit iudex motum animi ſui d. c. ſi teſtes. & l. 3. ff. eo. tit.
No. quod probationes debẽt eſſe tales, vt moueant iudicis ani-
d mum ad credulitatem. Glo. d 1. eſt notabilis, & habes fere ſimi-
lem in d. c. ſi teſtes. 4. q. 3. Et diuiditur hæc gloſ. principaliter in
tres partes. Nam in principio & in fi. proſequitur contrarietatẽ
teſtium directe ſeu indirecte productorum. Secundo proſequi
tur contrarietatem teſtium ad inſtrumentum. Tertio ponit q.
dubitabilem, & ſo. Prima pars ſubdiuiditur primo dicit quid iu
ris, quando vnus teſtis eſt ſibi contrarius, vel pro parte dicit fal
ſum. Secundo quid, quando vnus contradicit pluribus. Tertio,
quando plures contradicunt pluribus? Veniamus nunc ad ſin-
gula membra, declarando, & ſupplendo, prout fuerit opportu-
num. Et pro ingreſſu glo. oppo. & videtur, quod ex contrarieta
te dictorum teſtium, dicta corruant ex toto, vt in c. pura. 3. q. 9.
& c. licet, de prob. Sol. ſecundum gloſ. Quandoque vnus teſtis
contradicit ſibi ipſi, & tunc procedit contrarium. Et eſt huius
dicti ratio, quia ex contrarietate redditur teſtis ſuſpectus, & per
iurus, cum iurauerit dicere veritatem: & contraria ſimul non
poſſunt eſſe vera. 32. q. 1. c. cum renunciatur. 32. diſtin. capit. ho
ſpitiolum. Et eadem ratione verificatur dictum ſequens in glo.
quando teſtis pro parte dicit falſum. nam annullatur dictum in
totum, & de hoc vlti. vide Innocen. in capi. fraternitatis, de hæ-
re. vbi etiam proſequitur quid in inſtrumento, in quo aliquid
reperitur falſo ſcriptum. Et pro primo dicto vide Innocen. in
capitu. præterea, de teſt. cogen. vbi proſequitur, quando teſtis
dicitur ſibi contrarius, & quando varius, vel vacillans, & per il-
lum text. limita hoc dictum glo. niſi teſtis corrigat incontinen-
ti ſuam contrarietatem. nam tunc excuſatur. facit quod no. gl.
in capitu. cum impoſitoribus, de iureiuran. lib. 6. in verbo. iu-
ſta

ADDITIONES.

a Digniores. Adde de hoc per Ro. ſin. ſuo. 362 incip. duo teſtes. & Ant. Corſe. ſin. 152. in Ver. teſtis. inci. etiam duo teſtes. Zach.

b Pro reo. Vide Bald. in l. qui accuſare. in fin. C. de edendo. & dom. Iaſ. in l. non eſt nouum. eod. titu. & Abb. in c. examinata, columna tertia, ſup. de iud. Sebaſt. Sapia.

c Iſta opin. Hoc procedit quãdo ex vna parte ſunt pauci teſtes idonei, ex alia parte multi inhabiles, & indign. Sed ſi ex vna parte eſſent multi teſtes ido-nei, & ex alia pauci, qui tamen eſſent idoneiores, tunc procederet diſtin-ctio huius gl. ſecundum Inno. hic, cuius diſtinctio mihi placet.

d Pro intellectu huius gl. vide gl. fi. in d. c. eccleſia i a. de ele. & gl. pleniſſimã in §. nunc autem quæritur. 63. diſt. & gl. in d. c. ſi teſtes. 4. q. 3 cir. prin. in ver. ueritatis. & uide gl. in c. ego ſolus. 9. diſti. Et adde hic, quod ſi adducuntur plures medici ad iudicandum, an vulnus ſit mortale, ſtatur dicto paucorũ peritorum, licet cõtrariũ dicatur à pluribus imperitis. Ita determinat Spe. in ti. de homi. §. j. uer. ſed pone, quem refert & ſequi Ro. in l. j. §. ſi. in 3. col. de uer. obli. & do. Ant. in c. propoſuiſti. in pen. col. uer. plus dicit. de proba. Item adde hic quod no. Dom. in c. ego ſolus. 9. diſt. in fi. Itẽ adde, quod licet regulariter ſtante paritate meriti & depoſitionis, ſtetur maiori numero te-ſtium concordantiũ, tñ ſi reperiantur contrahentiũ ſcripturę antiquiſſimæ inter ſe contrariæ, licet pro una parte ſint plures ſcripturæ, ꝙ pro alia, non propterea ſtatur maiori numero. Et adhoc dicebat do. Fran. de Are. ſe pon-derare tex. ualde ſing. in l. 2. in 2. reſpon. ff. de offi. q. Item an teſtes deponen tes ſuper indefinita præferantur deponentibus ſup uniuerſali, uel deponẽ tes ſuper ſpẽ, præferantur deponentib. ſuper genere, uide multum elegan-ter per d. An. poſt Inno. in c. auditis. in 3. col. de præſcrip. Adde an ſtetur mi nori numero peritorum, cum in contrarium ſunt multi imperiti, Alex. con-ſi. 149. 2. li. & quando ſtetur pauciori numero, per eun. conſi. 27. 2. lib.

Digitized by Google

ſta cauſa. Item dic dictum glo. procedere, niſi poſſit reduci ad
concordiam, arg.c.inter dilectos.§. cęterum. de fide inſtrum.di
a xi in c. cum tu. ſ.eod. vbi vide. & habes a primam partem glo.
3 †Sed omiſit gl.aliud membrum, quando vnus teſtis contradi-
cit vni. In quo caſu dicit hic Vinc. ꝙ vtriuſque dictum annulla-
b tur,niſi alter eſſet melior, b & dignior, ꝙ prouocet iudicem ad
iuſiurandum deferendum. C.de reb.cre.l.in bonæfid. Et hoc di
ctum ſingulare notabis pro intellectu c.fi.de iureiur. Et defen-
do dictum hac ratione.ſicut plena probatio nō confundit ple-
niorem contrariam,vt hic, ita nec ſemiplena firmiorem. Qui-
dam tamen tenuerunt contrarium,exemplo duarum præſum
ptionum oppoſitarum, ſed non procedit, quia vna elidit aliā,
cum eſt fortior, vt probatur in c.literas.de præſump. Quando-
c que & ſecundo, vnus c teſtis contradicit pluribus, & talis con-
tradictas non ob. ſecundum glo. & adduci poteſt ratio ad hoc
præcedens. Sed intellige,quando vnus teſtis ex toto contraria-
tur pluribus.Si āt vtrūq; dictū eſſet poſſibile, vt quia duo teſtes
ex parte actoris deponunt ſuper mutuo, vnus teſtis ex parte rei
deponit ſuper reſtitutione mutui, tunc poſſet deferri iuramen
tum ad dictum vnius, iuxta no.in c.fi.de iureiur. & Bar. in l.ad-
4 monendi.ff.eo.& dic, vt plenius ibi no. † Quandoque & tertio
plures contradicunt pluribus. Glo.reiecta opi.quorundam,te-
net,ꝙ primo.ſi fieri poteſt,iudex reducat ad concordiā. ſi etiā
non eſt poſſibile, dicit primo recurrendum ad authoritatem,
ſecundo ad veriſimiliora dictorum,tertio ad multitudinem.&
no.bene in hoc gl.Idem per omnia tenet glo. ꝙ licet teſtes per
omnia non ſint pares, tamen prius ſunt reducendi ad concor-
diam,ſi fieri poteſt.Nam contrarium ſentit gl in c.cum contin
gat.de off.dele.& ibi idem Innoc.& Bar.in l.2.§. creditum.ff.ſi
cert. pet. Dicunt enim ꝙ tunc fienda ſit reductio d ad concor-
diam, quando teſtes ſunt omnino æquales. Sed tu tene primū
per rationem c.cum tu.ſ.eo.vbi vide. & facit c. nihil obſtat. de
verb.ſign.& de pœn.diſt.1.c.periculoſe.vbi bo. tex. cum gl.Se-
cundo no.prius recurrendum ad veriſimiliora,quam ad multi
tudinem.& ſatis hoc innuitur in tex.in prin. Et vltra ea,quæ di-
xi in tex.pone exemplum, teſtes vnius partis deponunt, illum
poſſediſſe quadragin.an. & etiam deponūt de titulo,teſtes plu-
res numero alterius partis deponunt ſolum de poſſeſſione. Nā
illi pferuntur,arg c.licet.de prob.& voluit gl.in d.c. ſi teſtes. Li-
mita hoc dictum glo. quando teſtes contrarij deponunt in ea-
dem inſtantia,ſeu cā, ſecus in diuerſa,ſeu ad alium effectum,vt
eſt bon.tex. in c.cum in tua, inf. eodem. Et per hoc etiam dic,
quod teſtes poſſunt reprobare centum, quia non concurrunt
ſuper eodem, ſed iſti duo ſoli deponunt ſuper indignitate illo-
rum centum. Ad hoc c.licet,& quod ibi no.de proba Si vero te
ſtes per omnia ſunt æquales, vel ſimpliciter,vel facta compen-
ſatione excedentium,& exceſſorum, dicit glo.tunc ferendam
ſententiā pro reo,niſi in caſibus exceptis.& ſi neuter eſſet reus,
diuidenda eſt res,vel gratificet iudex, cui vult,ſi res eſt indiuiſi
e bilis,vel ſorte e diuidatur. Tu dic,vt dixi in c.licet, de prob. poſt
gl.vbi vide.Hæc procedunt,quando teſtes directo contrarij ſu
per eodem art.inducti fuerunt. Sed eſt dubium,quid ſi ſecūdo
inducantur teſtes ad probandum indirecte cōtrarium, vt in ca
ſu c.ex tenore.inf.eo. Glo.in fi.quæ hoc congruentius expedit,
concludit idem dicendum,quod ſup.vt habeatur reſpectus ad
dignitatem & multitudinem, & vbi omnia ſunt paria, ſtatur
potius primis, quia præſumitur potius ſubornatio in ſecundis,
quod eſt valde notandum. Sed gl. multum no. in c.clerici.diſt.
81.videtur ſentire oppoſitū. Dicit enim ꝙ ſi duo clerici depo-
nūt me commiſiſſe fornicationem certa die,& tot laici dicunt
me fuiſſe cum eis tota illa die,præponendi ſunt laici, quia ſtāt
pro reo.Et ſic vult ꝙ probantes indirecte præferantur,ſi ſtant p
reo,licet alij ſint idoneiores,,vt ſunt clerici reſpectu laicorum.
Sed credo illam gl. procedere cum duplici limitatione. Primo,
quando modicus eſt exceſſus in teſtibus actoris.Secundo quā-
do fuerunt producti ante publicationem aliorum teſtium, tūc
enim ceſſat præſumptio ſubornationis, ſup qua ſe fundat hæc
gl.vtile eſt ergo producere plurimos teſtes, etiam pro notorijs
cauſæ.Venio nunc ad ſecundam partem principalem gl.Quid
ſi teſtes contradicunt inſtrumento?Glo.diſtinguit,tu in vtroq;
membro vide plenius per Innoc.in c.cum Ioannes. de fide in-
5 ſtru.& ibi dicā †In tertia & vltima parte glo.quærit,quid ſi duo
eandē petant in vxorem,& æqualiter pbant. Et reſpondc, vt in
ea habes. Hæc qō rariſſime contingit, quia fere ſemper danda
eſt dña inter probationes.Nec placet deciſio gl.quia poſſet cō
tingere ei,qui nō eſt maritus,vt qa poſtea ꝯxit, licet probari nō
poſſit,arg.l.duo ſunt.ff.de teſt.tut. Et vide de hac q. per Innoc.
ſuper rub.de ſpon.duo. vbi inter cętera dicit ſententiam diffe-
f rendam, f donec de anteriori tempore probetur. & hæc opin.
ſecurior eſt,& facit c.graue.11.q.3.& compelletur hoc caſu mu
lier continere non ſine cā, nec. n. caret culpa in ꝯhendo cum
6 duobus.arg.in c.quoniam.vt li.non conte §.ſi autem.† Glo.vl-
tima quærit, an authoritas teſtium indifferenter præferenda ſit
numero?Et dicit,ꝙ non,ſed tunc tantum, quando in modico
g excedit.g Hoſt.dicit gl.in hoc eſſe contra tex. qui dicit ad multi
tudinem non reſpiciendum, ſed authoritatem multitudini p-
feren-

ADDITIONES.

a Pro intellectu huius gl.in 1.parte vide omnino per Io.And. in l. cum de æta-
te.ff.de prob.vbi plene examinat eius intellectum,& vide late ſcripta p Io.
And.in ſua ſumula,de teſti.in ver.quid ſi teſtes ſunt diuerſi.Et adde hic no.
dictum Bar.in l.1.§.non autem.in fi.ff.de bo.poſ.ſecundū tab.vbi dicit, ꝙ ſi
duo teſtes deponunt, ꝙ Titius occidit Seium de menſe Aprilis,alij duo de-
ponunt,ꝙ Sempronius occidit Seium de menſe Maij, cum iſti teſtes ſint cō
trarij:neutris ſtabitur,vel eligētur digniores. Sed ſi nullus ex teſtibus pdu
ctis deponit de certo tempore, tunc & Titius & Sēpronius puniētur de ho-
micidio,cum verificari poſſit dictum omniū teſtiū, quia intelligetur, quod
Titius & Sempronius ſimul interfecerunt Seium. Item ad materiā huius gl.
in terminis vide multum elegāter poſt beatū Tho.in 2.2.q.70. artic.2.vltra
medium.&c.Adde an dicta teſtium contrariorum corruāt,Alex.conſ.122.
2.lib.& conſi.44.4.lib.
Teſte legaliori producto, qui contradicit teſti, non ita legali ab aduerſario
producto, poteſt deferri per hoc producenti iuramentum in ſupplementū.
Et idem dicit Io.An.in addit.Spec.in tit. de teſte §.poſtquam.cir. prin.verſ.
quid ſi alter.& vide quod no.do.Ant.in c.fi.in 11.col.de iu.

b Ex his poteſt colligi doctrina, quod illud qd dr, teſtes reduci ad cōcordiā,
vt probent,eſt verū,qñ ſunt pares numero.Secus ſi ſint impares, vt qa vnus
eſt ex vna parte,& duo ex alia.ad quod audiui alleg.Vin.& Io.And.i hoc c.
tenet Fed.conſi.146.& Imo.poſt Bal.in l.in inſulā.§.fructus. in fi.ff.ſol. ma.
ad hoc alle.Inno.in c.cum contingat.de offi.dele.de hoc vide Imo.in l.inter
ſtipulantem.§.1.ff.de ver.obl.& idem dicit Bal.in c.cū tu,de teſti.& allega.
Innoc.in d.c.cum contingat.Adde quando teſtes reducantur ad cōcordiā,
Anch.conſi.386.& 359.Alex. conſi. 123. Et an dictum vnius ſit reducendū
ad concordiam, per eundem conſi.81.1.lib.

c Vide ibi do.Ant.& quod ibi ple.no.

d Reductio.Vide Bar.& alios in l. Gallus.§.ille caſus.ff.de liber.& poſthum.la-
te per Alexand.in l.inter ſtipulantem.§.1.ff. de verbo. oblig. & Fel.in cap.
cum cōtingat.ſup.de offic.deleg.& in ca.ex literis, colum.2.ſup.de probat.
Seb.Sap.

e Vel forte.Not. quod qñ eſt queſtio iuris, nunquam recurrimus ad iudicium
fortis,vt voluit Bar.in l.ſi duo.i prin.ff.vti poſ.& ē gl.no.in l.vni.C. vti poſ.
ita tenet Bal.in c.licet cauſam.ſup.de prob.Imo.& alij moder.in l.huiuſmo
di.§.fi.ff.de lega.1.& Ang.in l.ſi ambo.ff.de iudi.Ber.forte.
De iudicio fortis,quot & quibus modis capiat,vide Io.An.in ver.fortis. in
proœ.cle.& vide gl.13.q.2.in ſumma. Et q̄ ſint fortes licitę & illicitę,vide
gl.c.ſummę.26.q.2.Et adde, quod iudiciū fortis dr iudicium fortuna. & ið
habet locum in q.facti,non iuris, vt per Bal.in l.ſi duobus.C.commu.de le.
in 1.no.& per Alex.poſt Bar.in l.ſi duo.ff.vti poſ.& vide in c.1.& toto titul.
de fortilegijs.Ant.Franc.

f Sententiam differendam.Vide Io.de Ana.in c.1.de fortilegijs.vbi refert Imo.
Sebaſt.Sap.

g In iſta materia vide & adducas duos optimos tex.ſ.ſcꝫ.in l.maiorē.ff. de pa-
ctis.& in l.fi.C.qui bo.ced.poſ.& qd no.Bar.in l.4.§. Cato. in fi.ff. de verb.
oblig.Sed qd ſi teſtes hincinde ſunt pares? dicitur recurrendum ad merita
perſonæ.modo pone,ꝙ ex vna parte ſūt duo Doct.plebeij, & ex alia parte
ſunt duo nobiles,q debebunt præferri?& ſimiliter qō iſta pōt occurrere in
prælatis ele.& vr ꝙ pferendi ſint Doct.plebeij.arg.eius,qd dicit Bal. in l.ne
mini.C.de aduo.diuerſi.iu.vbi ſentit, ꝙ Doctor plebeius ſit pferendus Do.
nobili imperito,in contrariū facit tex.ex ordine ſcripturę in fine.ibi Subli
mes tamen & literatos.&c.de pręben.Ego dico, ꝙ hoc erit in arbitrio iudi
cis,qui habebit conſiderare,quis ſibi videatur dignior.Et adhoc adduci pt
elegans dictum Spe.in tit.de teſti.§.j.in 6.col.ver.ſed quid ſi vir.& vx.& qd
ſcribit do.Ant.poſt Io.An.in c.ſuper eo.il 2.in 2.col. ſup.eo.tit. Sēper tñ in
dubio debebit interpretari in partem benigniorem,arg.d.l.maiorē.in fi.vl
tñ tex.ex ordine ſcripturæ pbare in d.c.ſuper eo. dum dicit.Diuitiis nobili
tatibus.&c. quod teſtimoniū diuitis pręferāt dicto eius, q eſt in dignitate,
alibi tñ nobilis,& diues nō nobilis,ęquiparantur,tex.in l.nobiliores.C.no.
ua vec.impo.nō poſſe.Et adde hic Bal.in l.teſtium in pen.col.C. de teſt.vbi
dicit potius credēdum eſſe duobus teſtibus nobilibus, quā multis clericis.
Et adde,quod ſi dictū non integri teſtis concurrit cū dicto teſtis,qui ē lega
liſſima perſona, ſuſtentatur dictum teſtis non integri pp dictū legaliſſimæ
perſonę,hoc fuit ſin.dictū Ang.in conſi.ſuis conſ.j.adhoc alle.tex.in l.ſi qs
ex argētarijs §.j.ff.de eden.Et circa id qd ſup.dixi de paupere Doctore,ſed
ignobili;adde gl.i l.ſocietas q̄ eſt bona.ff. pro ſoc.q̄ dicit,quod bene litera
ti debent recipi in canonicos ſicut nobiles,& ad hoc facit gl.in c.nunq̄.56.
diſt.facit qd no.10 proœ.Inſti.i fi.vbi dicit, quod ſciētia ciuilis nobilitat ad
diſcentes eam,& exhibet magiſtratus, & honores cō duplicat. Et vt vera p
omnia fatear, iuſtum profeſſores per orbem terrarū facit ſolēniter princi
pari,& habere ſedem in aula imperiali,vide etiā gl.1. de pręben.c.de mul-
ta.& adde qd no.Bal.i l.viduę.cir.prin.C.de nup. vbi dicit, quod nobilitas
& virtus morū,pfertur diuitijs. & ibi vide. Et quod ignobilis peritus æqui
pateī nobili imperito,eſt bonus tex.in l.pudēdū.i prin.C.de poſtul.Et ad
de hic Bal.in l.fi.C.cōmina.vel epi.vbi dicit,quod ſi inter teſtes vtrinq, pro
ductos eſt oīno diſſimilitudo,tūc relinquiī arbitrio iudicis,quos pferre ve
lit.Idem dicit Bal.in l.cū magiſtratus in fi.C.quando prouo. non eſt neceſ.
dicens,quod tñ iudex in actis debet facere ſcribi cauſā ſuæ adheſionis. Et
adde hic Archid.in c.ea multis.1.q.4.vbi p illum tex. & ex ordine literę di
cit,quod mores præferūtur ſcientię. Item adde hic gl.in l. nec ei permitti-
tur,§.fi.ff.de adop.quę dicit,quod ad fidem exhibendā plus valet grauitas,
vel benignitas morum,quā facultates.Itē adde, quod in dubio ſtatur teſti-
bus,rei,licet teſtes actoris ſint aliqualiter legaliores, vt qa ſūt clerici,& te
ſtes rei ſint laici.Adhoc eſt gl.fi.in c.clerici.81.diſt. quam ad hoc ſingulari-
ter alle.do.Abb.hic & in c.ex literis.de pba.Et adde quod duo teſtes tabel
liones pferuntur duobus alijs teſtibus,Im Bal.in auth.ſed cū teſtator in 2.
col.C.ad l.fal.qui alle.gl.fi.in auth.de hęr.& fal.§.ſi vero. Item ſcias, quod
duo teſtes reddentes cauſam ſui dicti, pręferuntur duobus alijs, non red-
dentibus rationem, etiam quando ſumus in caſibus, in quibus valet dictū
teſtis non reddentis rationem, ſi non ſit interrogatus.Iſtud dicit no.Bal.in
l.presbyteri.cir.fin.C.de epi.& cle.

Digitized by Google

ferendam. Nam pt eſſe, ſm eum, ꝙ centum viles, & tibaldi eſ-
ſent pro vna parte, & duo honeſti pro alia, quibus ſtaretur, &
hoc plus placet. iudex ergo totum arbitrabitur. Nec obſt. iura
allegata in gloſ. Dico enim quod loquuntur in habentibus ius
eligẽdi, qui nõ præſumuntur viles, licet alij poſſent eſſe dignio-
res ætate, dignitate, ſcientia, vel ordinibus. Adde ad prędicta, ꝙ
no. Inno. in c. ſuper hoc. de renunc. vbi dicitur, quod plus credi-
a tur duobus [a] teſtibus affirmantibus, quam centum negãtibus,
ſed intellige quando negatiua non eſt reſtricta, & coarctata, ꝑ-
ut no. in c. bonæ. il 2. de elect. vbi de hoc.

ADDITIO.

a Duobus. Nota limitationẽ ad gl. & no. i l. diẽ ꝓferre. §. ſi plures. ff. de arbitris.

SVMMARIVM.

1 *Clericus iudex poteſt excommunicare impedientem productionem teſtium coram ſe fiendam.*
2 *Electus confirmatus ſed nondum conſecratus, poteſt dici prælatus, ſed non epiſcopus.*
3 *Inferior, an poſſit relaxare ſuſpenſionem, vel excommunicationem factam à papa.*
4 *Falſificantes literas, qualiter puniantur.*
5 *Teſtis de auditu auditus non probat, ſed de auditu ſuo ſic.*
6 *In cauſa criminali, an ſit deferendum iuramentum in defectum probationis.*
7 *Criminoſus & infamis admittitur ad excipiendum, & exceptionem producendum, ſed ipſe non poteſt probare.*

CAP. XXXIII.

a TAm literis. [a] Ad probanda impedimẽta electi laici, etiam fœminæ admitiũtur. Adde, ꝙ teſtes de auditu, & fama, ſufficienter
non probant. Primo ponit, ꝙ probauerunt teſtes ɔ
electum. Secũdo proſequitur articulũ bigamiæ: ibi. Quia vero.
Tertio ponit pęnã archipresbyteri, & ſacriſtæ, ibi. Archipresby
terũ. Caſus liter. Eccleſia Lucana vacante, quidã electus fuit in
epm, ɔ iſtam electionem Archidiaconus Lucanus, & G. ſacri-
ſta, & quidam alij ſe opponebant. Vnde denunciauerunt quæ-
dã impedimenta domino papæ contra electum, quòd cõtraxe-
rit matrimonium cum vidua. Do. Papa ſuper his commiſit in-
quiſitionẽ. Item archidiaconus & G. ſacriſta, ꝓdictas literas ſub
nomine maioris partis Capit. ɔ electum miſerunt do. papæ. Ca
pitulum hoc intelligens, ſignificanit do. papæ literas illas de cõ
ſcientia capituli non emanaſſe, ſed ꝙ falſæ erant, Et de hac falſi
tate papa mandauit inquiri. Iudices ſuper his receperũt teſtes,
& dũ vellent recipere teſtes ſuper eo, ꝙ electus matrimoniũ di
cebatur ɔxiſſe cum vidua, appellatum fuit ad ſedem apoſt. ne
laici, vel fœminæ reciperentur ɔ ipſum in tali articulo. Vnde iu
dices atteſtationes ſuper alijs articulis receptas miſerũt ad do.
papam cum literis ſuis, papa examinatis atteſtationibus illis, re
ſcribit iudicibus, dicens, ꝙ tam ꝑ literas ipſorum, ꝗ per depoſi-
tiones teſtium, intellexit nihil eſſe probatũ ɔ electum prædictũ
niſi de auditu & fama, & ſi illis videantur aliqua eſſe probata,
teſtes vel ſunt ſoli, vel ſunt tales, quod non potuerunt illa pro-
bare. Sed quia ſuper matrimonio, propter appellationem præ
dictam, teſtes non fuerunt producti, mandat quatenus teſtes
ſiue laicos, ſiue fœminas idoneas, qui ad hunc articulum pro-
bandum producti fuerint, recipiant, & examinent diligenter,
excommunicantes illos, qui eos impedire præſumpſerint, quo
minus teſtimonium perhibeant veritati, quibus publicatis, ſi ir
regularitas probata non fuerit, indicent electo purgationem
ſuper obiectis per ſeptem canonicos maioris eccleſiæ, vel prio-
res & presbyteros ciuitatis Lucanæ, qua recepta pręfigãt ei ter
minum, quo ɔſecrandus ad do. papam accedat. ſi vero irregula
ritas probata fuerit, vel ſi non fuerit ꝓbata, & intra terminũ cõ-
ſtitutum purgationem non ꝓſtiterit, illum remoueant a præla-
tione Lucanæ eccleſiæ, mãdantes Capitulo, vt de alio ſibi ꝓui-
deant in paſtorẽ. In fine dicit, ꝙ archidiaconus & ſacriſta, q no-
mine maioris partis Capituli do. papæ ɔ electum literas deſti-
nauerunt, ab officio, & beneficio denuncient eſſe ſuſpenſos, do
nec mereantur a domi. papa indulgentiam obtinere, cũ per at-
teſtationes prædictas cõſtet maiorem partẽ Capituli huiuſmo
di literarum ɔſciam non fuiſſe. Ber. No. 1. ꝙ electus & ɔfirma-
tus appellatur ſimpliciter electus. Quod n. iſte fuiſſet confirma
tus, colligitur ex eo, ꝙ inf. ſtatuitur terminus ad ɔſecrationẽ re-
cipiẽdam, & ſi ſuccumbit, amouetur a prælatione, ad idẽ c. tua.
de his, quæ fi. a præla. No. 2. ꝙ mulieres admitũtur ad teſtimo-
nium, cum agitur de irregularitate clerici. Idẽ ſi agitur de cri-
mine ciuiliter, vt in c. quoties, ſu p. eo. ſecus ſi ageretur crimina
1 liter, vt in c. forus, inf. de verb. ſig. & dic vt ibi. † Not. 3. iudicem
eccleſiaſticum poſſe excommunicare omnes cuiuſcunque cõ
ditionis, impedientes teſtes produci, corã ſe. Poteſt ẽt compelle
re ipſos laicos ſubtrahentes ſe a teſtimonio. inf. ti. prox. per totũ.
Et ſic eſt caſus, in quo iudex eccleſiaſticus exercet iuriſdictionẽ
in clericos in caſu præmiſſo, vt in c. quamquam. 14. q. 2. & 11. q.
1. c. teſtimonium. Nota purgationem poſſe induci non ſolum
in cauſa delicti, ſed etiam ſuper irregularitate prouenienre ex
defectu ſine aliquo delicto. facit ca. accedens. de pur. cano. No.
ꝙ electus in epm, & confirmatus neceſſario non ſe purgat per
epiſcopos, vel conſimiles electos. c. cum in iuuentu. de purg. ca
2 no. † No. ibi A prælatione & c. ꝙ electus ɔfirmatus nondũ cõſe-
cratus, ꝑt dici prelatus, licet adhuc non vocetur eps, de auc. &
vſu pal. c. niſi. No. ꝙ ẽt principaliores de eccleſia non poſſunt
impune ſcribere literas ſub noĩe Capituli, īſcĩn Capitulo. Ad
3 idẽ c. quanto. de his, ꝗ fi. a præla. & no. tales ſuſpendendos. † No.
vlt. ibi. Donec, ꝙ ſuſpenſus authoritate papę nõ reſtituitur per
inferiorem. & ſic vr̃ aliud in excommunicatione, vt in c. nuper
de ſenten. excommu. Sed tu in ſuſpenſione vide gl. fi. in cle. 1. §.
pen. de hęre. in ver. excommunicationis, quæ vult, ꝙ aut ſuſpẽ-
ſio lata authoritate iuris, habeat terminum annexũ, & nõ rela-
xatur ꝑ inferiorem, ne fruſtretur ipſius effectus, & in hoc caſu ĩ-
telligo gl. no. in c. cupientes §. cæterũ, in ver. ſuſpenſo, de elect.
li. 6. Aut non habet tempus determinatũ, & ſi ſuperior reſerua
uit ſibi abſolutionẽ, idẽ dicendum, vt hic, & d. c. nuper. Aut nõ
reſeruauit, & ꝑt, arg. illius c. nuper. Sic diſtinguit gl. illa. que licet
b cõiter approbetur, mihi non placet, [b] ſed diſtinguo ſic. Quod
c aut ſuſpẽſio [c] fit in pœnam, aut ꝑꝑ contumaciam. Primo caſu
inferior non ꝑt ſuſpenſionem relaxare, quia non debet remitte
re pœnam inflictam authoritate iuris, arg. 2. q. 5. c. ſi quẽ. §. notã
dum. niſi forte vellet diſpenſare in caſibus ſibi conceſſis, iuxta
materiam c. at ſi clerici. §. de adul. de iu. Nec obſt. c. nuper. q a lo
quitur in excommunicatione, quæ nõ eſt pœna, ſed medicina,
nec eſt perpetua, ſed fertur quodammodo ſub ɔditione tacita,
donec ſatisfecerit. vnde eps relaxando cum ſatisfactione, nil no
ui facit, ſed potius ius commune exequitur, ſed in caſu noſtro
remitteret pœnam. Et paria ſunt quẽ ſuſpendere ꝑꝑ delictum
perpetuo, vel ſimpliciter, vt in l. ſeruus. C. de pœ. No. Inno. in c.
ex literis. de conſt. & hoc caſu bene militat ratio gloſ. in d. c. cu-
pientes. Si vero fuit ſuſpenſio ꝑꝑ contumaciam. tunc procedet
ęquiparatio ad excommunicationem, vt in d. c. ex literis. facit
pro hac differentia, ꝙ no. Inno. in c. 1. de exceſ. pręla. ꝑ hoc dico
Inn. non bñ dicere in c. 2. de ſo. qui ſimpliciter ſentit idẽ eſſe in
ſuſpenſione, ꝙ in excommunicatione. & hoc no. Et intelligo in
feriorem in caſibus prędictis poſſe, qñ excommunicatio, vel ſu
ſpenſio eſt lata a canone, ſecus ſi ab homine, ar. c. cum ab eccle-
ſiarum, de offi. ordi. no. Ioan. And. in c. ex frequentibus, de inſti.
4 & Arch. 17. diſt. in ſumma. † Opponitur ɔ hoc, & ɔ tex. vr̃ enim
ꝙ aliter, & acrius debuiſſent iſti falſatij puniri, vt in c. ad falſario
rũ, de cri. fal. & in c. ad audientiam. Sol. Doc. aperte non tangũt,
ſed dicunt iſtos nõ fuiſſe ſuſpenſos ipſo facto ratione falſitatis,
ſed ſuſpendendos prius, & poſtea denũciandos, & ſit hęc ſuſpẽ
ſio authoritate papę, aliter fieri non debuiſſet, cum ad hoc non
fuerit actum. de hoc, de or. cog. capitu. 2. ſed papa punit crimi-
na, vndecunque clarueriut. 4. q. 3. c. ecce. Vel dicendum, vt no.
in c. 2. de confeſ. & c. per inquiſitionem, de ele. ita dicunt Ho-
ſtien. & Ioan. An. Sed tu dic latius, & formalius. Aut enim falſa
d uit quis literas [d] papæ, & habet locum pœna c. ad falſariorum.
Aut literas alterius principis inferioris, & procedit c. ad audiẽ-
tiam, aut capituli, aut alterius prælati, & ſic procedit ꝙ hic dr̃,
puto m̃, quod hoc caſu pœna ſit arbitraria, cum hæc pœna ſu-
ſpenſionis non fuerit ordinarie impoſita, cum nõ ageretur ad
ad hoc, vnde puto, quod ſm qualitatẽ prælati, aut Capituli, cu-
ius ſigillũ, vel literæ falſantur, & ſm qualitatem negocij, ĩ quo
falſitas committitur, iudex arbitrabitur pœnam, arg. c. olim. de
reſcri. & de offi. deleg. c. cum olim, il 2. vbi imponitur alia pœ-
na, quam contineatur hic. & vide bonum tex. in capit. ſi epiſco
pus. 50. diſtin. vbi falſanti chartam, imponitur depoſitionis pœ
5 na. † Venio ad glo. & primo colligit teſtimonium de auditu cũ
b fama plene non probare, [b] allegat in contrarium cap. præterea.
ſup.

ADDITIONES.

a Tam literis. Pondera hunc tex. vt per Abb. in c. reprehenſibilis inf. de appel. colum. 1. Seb. Sap.
b Non placet. Adde viden Fed. conſi. 254.
c Aut ſuſpenſio. Aliam differentiam inter ſuſpenſionem, quę fit in cõtumaciã, & ſuſpenſionem, quæ fit in pęnam, ponit nouiter Abb. in c. ſępe. col. 7. inf. de appella. Seb. Sap.
d De falſificante literas, qua pœna puniatur ponit etiam Bart. in l. Paulus. in l. fi. ff. de fal. & ꝑ Bal. in rubri. C. de fid. inſtr. in 19. colu. in ver. quæro de illo, qui falſat &c. & per Bar. in l. Titio cum eſſet. ff. ad mu. in vlt. colum. & in l. 2. ff. ad l. Cor. de fal.
Adde Fed. conſi. 219.
De falſificante literas papæ, vel alicuius principis, vide quæ hñr in c. ad falſariorum, de cri. fal. & quo hæc falſitas deprehẽdatur, vide ibi plene per D. Ab. & in c. ad hoc. de ſenten. excom. Dicas tñ, ꝙ falſitas literarum nõ debet de facili præſumi, de quo vide plene ꝑ Pau. de Caſt. in ſuo cõſi. 146 & quo cognoſcatur falſitas bullæ, vel reſcripti, vide ple. ꝑ Spe. in tit. de reſcri. præſen. §. igitur. vbi ponit plura, ex quibus talis falſitas deprehenditur, de quibus in præl. c. quam graui. de cri. falſ. per do. Abb. & Doct.
e Non probare. Circa teſtimonium de auditu, quando probet, vide Alexand. in conſi. 187. inci. in hac cauſa. in 2. vol. & Are. in cõſi. 37. inci. ſequẽdo ordinem, vbi ponit, ꝙ ad probandum parentelam, admittitur teſtimonium de auditu. Seb. Sap.

Digitized by Google

ſup.e.& c.dixit.32.q.j.& ſolum reſpondet ad cap.dixit.Dic cla- a rius colligendo dicta a doct. quod quandocunque actus ſubijcitur ſenſui auditus tunc valet teſtimonium de auditu proprio, in c.2.de conſue.Sed de auditu alieno ſecus. & ita loquitur hic. Nam talis non eſſet proprie teſtis, vt no.gl.in l.in ſumma.§.idē Labeo.ff.de aqua plu.arcen.Et eſt ratio, quia teſtis debet deponere de eo, quod geſtum eſt, vel dictum in præſentia ſua, vt in c.teſtes.3.q.9.Ad c.præterea, dic, ꝙ ibi loquitur non de auditu alieno, ſed de proprio, vt quia audierunt illos commiſcentes tenui pariete diſtante. Et de intellectu illius c.dic, vt ibi plene no. An autem fama cum teſte idoneo faciat plenā probationem, putat hic Goff. quod ſic, alleg.4.q.3.c.ſi teſtes.§.itē ſæpe. Tu dic vt latius dixi in c.veniens, ſup.eo.Et generaliter per quem ſenſum habet teſtis deponere, dic, vt no.in d.c.2.de conſue.& in c.
6 cum cauſam, inf.eo.† Opp.& uidetur, [b] ꝙ cum pro actore fuiſ- b ſent hic teſtes ſingulares, debuit ſibi deferri iuramentum in ſupplementum probationis, cum ad hoc vnus teſtis, vel alia præſumptio ſufficiat.inf de iureiu.c.fin.Sol.gl.2. quod contrarium procedit in cauſa ciuili, non autem in criminali etiam ciuiliter mota, ut hic, quod bene no. Hoſtien.dicit glo.veram, ſi ageretur ciuiliter ad pecuniæ cōdemnationē, & remittit.ad c.fi. Io. And.poſt Abb.dicit idem iudicium eſſe in utroque caſu, ſ.ſiue cauſa ſit mere ciuilis, ſiue criminalis. Nam in ciuili defertur iuramentum ei, qui melius creditur veritatem ſcire. ita hic, cum nemo alius præſumatur melius ſcire, quam iſte electus, an contraxerit cum vidua; ideo ſibi fuit delatum, iuramentū vero purgationis adiungunt propter infamiam. Tu vide de hac quæſt. latius per Bar.in l.maritus.ff.de quæſt.& in l.3.ff.de iureiu.& in l.eum qui, §.in popularibus, eo.tit. Dicam plene in d.c.fi. an, &
c quando [c] in cauſa criminali criminaliter, vel ciuiliter mota, ſit deferendum iuramentum in ſupplementum probationis. Glo. in verbo, ſoli. quærit, quare iſti teſtes dicuntur ſoli, cum nō ſit de ſubſtantia, ꝙ ſint ſociati, & ſatis eſt, ꝙ ſint plures numero 4.q.3. c.ſi teſtis.§.vbi numerus.& c.venerabilis, inf.eo. Gl.metu contrarij, vt arbitror, exponit, Soli, i.ſingulares.& dic ſingulares, q̄a non erant conteſtes, vt in c.cum dilectus, de elec.Deponebant .n.ſimpliciter ſuper diuerſis factis. Alij intelligunt, ꝙ dn̄r ſoli, q̄ſi ſine adiectione cauſæ teſtimonium ferunt. & pro hoc uide tex. bo. cum glo.4.q.3.c.ſolam.& vtraque expoſitio eſt bona.
7 Quæro, tex.dicit, ꝙ iſti teſtes erant ſoli, vel tales, ꝙ non debuerunt admitti, q̄ſi dn̄r tales. Glo.in verbo. Tales. exponit tales, i. crimino ſi, vel malæ famæ; pro hoc, ſecundum Inno. quia licet tales non repellantur ab excipiendo, repelluntur tamen a teſtimonio, ēt ſuper exceptione. quod no. Alij tamen contradicentes, ꝙ ſicut admittuntur ad excipiendum, ita ad exceptionem probandā crimino ſi admitti debent. Hic aūt dicunt iſtos fuiſſe repulſos, quia cōſpiratores, vel inimici, vel aduerſarij in hac cā fuerūt. Primum dictum tñ placet Inn.& eſt verius. Dic ergo, ꝙ aut quæritur, nunquid criminoſus admittatur ad probandum exceptionem criminis, & dicendum, ꝙ ſic, quia non prodeſſet excipere, niſi admitteretur ad probandum exceptionem, vt in c.cum inter, de excep.ſed debet probare per teſtes idoneos, nō viles: quia regulariter teſtes debent eſſe idonei ſup.cap.j. Rō diuerſitatis eſt, quia criminoſus admittitur ad excipiendū, & nō ad deponendum ſuper exceptione, quia primo caſu ſe defendit, ſed in teſtificando ſecus. Non.n.debet credi vilibus 2.q.7.c. non poteſt. No.gl.in verbo. Siue fœminas.& dic de materia, vt dixi in c.de cætero, & in c.q̄m.ſup.e.& inf.de acc.c.cum P. No. practicam gl.vlt.& eam tene, licet aliter ſentiat hic Hoſt. Ioan. And.ſequitur gl. vt non credatur teſtib. ſingularibus, ſed oportet, ꝙ deponant de conſcientia Capituli per modum hic traditū.& vide no.in c.ter tio loco, de prob.Et no.in fi.gl. in quantū dicit, ꝙ iſti puniuntur, tanquam falſarij, ergo ſola pœna ſuſpenſionis non vr̄ pœna ordinaria, & condigna.arg.in l.j.in fi.ff.de fal.& facit ad ea, quæ ſup.dixi in tex.Extra glo. oppo. & vr̄ ꝙ ex quo teſtimonia hic fuerunt publicata, vt colligit ex principio, non debuerunt teſtes iterum recipi, vt in c.fraternitatis, ſ̄.e.Sol. ſm Inn. hic fuerūt teſtes recepti ſuper aliis articulis: nam ſuper irregularitate, nō fuerunt teſtes recepti, & ad hoc c.eām. ſ̄. eo. Et de materia dic, vt dixi gn̄aliter in d.c.fraternitatis, dic ut ibi.

ADDITIONES.

a Quando teſtimonium de auditu plene probet, & quando non, vide hic plene per do.Anto.in 2.col. ver.op. quod valeat teſtimonium de auditu, vide tamen quod no.gl.or.in c.teſtes.§ de his.3.q.9.& pulchre per Bal. poſt glo. & Dy.in l.ſi arbiter.ff.de prob.& uide gl in l.teſtium.C.de teſti.in uer. præſto fuerit.& adde quod no. do.Ant.in c.quoties.in fi.ſup.eo.vbi dicit, quòd teſtis de auditu non eſt uerus teſtis, & ad hoc alle.gl.in l.in ſumma.§. idem Labeo.ff.de aq.plu.arcen.Item ſcias illum tex.ſin.in præal §.de his, qui dicū, quòd quotieſcunque in ciuilibus teſtis ſint rogatos, valet teſtimonium de auditu.& de hoc articulo eundem in 2.colum.ver.oppono, quod non valeat, vbi no.dicit poſt Io.And.quod illud quod dicitur, quòd in cauſa matrimoniali admittitur teſtimonium de aditu, eſt verum quando agitur de probanda conſanguinitate, ſecus ſi ageretur de probando, vel improbando matrimonio reſpectu alterius impedimenti, vel defectus, quod eſt verbum ſingulare, & mirabile.Sed contrarium dicit Spec.in tit.de teſte.§.1.in 30.col.ver.quid ergo ſi iuro.Item facit quod no.in c.videtur. qui mat.accu. poſ.per gl.& Do.& per gl.3.q.5.in ſumma.ver.item conſanguinei. ubi mater admittitur in cauſa matrimoniali pro filio, non ſolum cum agitur de vinculo conſanguinitatis, ſed ēt de alio impedimento, vel ēt ad probandū contractum.Item quòd regulariter in cauſis quibuslibet non ſit ſufficiens teſtimonium de auditu, eſt tex.in c.licet ex quadam.in prin.ibi, ꝑꝑ cōem formam, &c.in c.tua nos ibi, Quod quia eſt nimis validum. de conſan.& affi.Et adde, quod ſi teſtis deponat de auditu non ſequitur, quòd intellexit niſi preſumptiue, vt dixit do.Anto.in c.auditis.in 1.no.de elect.ad quod faciunt nn.per Bart.in l.diem proferre, §.coram, ff.de arbit.& in l.j.& 2.de aucto.tuto.& ad hoc ultimum, quod dixi, uide do.Ant.in c.auditis in 1.no de ele.etiam facit tex.in l.compromiſſum.ff.de arb.Item.de iſto teſtimonio auditus, uide tex.& gl.in c.in primis.in ver. vtrum teſtimonium ex auditu dixerit.2.q.1.& vide Spe.in ti.de teſte.§.nūc tractādū, in 5.col.uer.de auditu quoque. Et adde, quòd illud dicitur eſſe notum, quòd ſcitur per auditum, tex.eſt cum gl.in c.omnibus, in prin.2 q.5.& dicit Cicero de republica, q̄ nullus in nobis hebetior ſenſus eſt, quā ſenſus auditus.& Plautus dicit, q̄ plus eſt oculatus teſtis vnus, quam auriti decē.& de illo paſſu an ualeat teſtimonium de auditu, uide per Bar.in tract.de teſti.in 4.col.uer. teſtis dixit aliqua vera eſſe, quia audiuit.ubi inter cætera dicit, quod ſi ſcriptura continens dicta teſtium deperiret, & extarent teſtes, qui dicerent ſe audiuiſſe aliquos idoneos iurare, & ſolemniter examinari, qui tunc dixerunt ſe vidiſſe, ſtandum eſt dicto iſtorum deponentium de auditu. Et adde quod no.do. Ant.poſt Inno.in c.ſignificauit.in pen.col.in uer. nota hoc dictum inf.eo.ti. ſequitur ibi do.Abb.vbi dicit, quòd ſi in examinatione teſtis, quæ fit ad perpetuam rei memoriā, interfuerunt alij teſtes, quod ei crederetur ſuper examinatione, & ēt ſuper dicto teſtis, licet deponant de auditu. Etiam dicit ibi Imo.alium eſſe caſum ſin.& mirabilem, in quo admittitur teſtimonium de auditu iudicis authoritate, & illud dictum intelligitur, quando primi teſtes depoſuerunt ſuper re non perceptibili ſenſu auditus, vt puta, q̄ res eſſet alba, alias illud dictum nō eſſet no. Et de hoc, q̄ñ valeāt teſtimonium de auditu, maxime pariete, vel cortina intermedia, vide late per Ro.in d.§.itē Labeo, & vide Io.And.in ſumma de teſti.uerſi quando recipiendi ſunt teſtes de auditu, & quod regulariter in actu non ſufficiat teſtimonium de auditu videtur tex.in c.ſuper prudentia. ibi. Quorum auditu, & uiſu.14.q.2.Sed in contrarium videtur tex.in c.quamquam ea.cauſa, & q.ibi, Et aliud viderint & audierint. Et adde hic do.de Rota deciſ.113.vbi dicunt, quòd in poſſeſſorio iudicio valet teſtimonium de auditu eius, qui poſſedit rem ſpoliatā, de quo agitur.& hoc dicunt in ordine meo nouiſſimo, & uide hic An.in Auth. de hære.& Fale.§.hinc nobis, in 3.col.& idē vult gl.in verbo & vidiſſe, quæ eſt in §.ſi vero abſunt.in eadem auth. Et de hac materia uide per Bal.in l.cōuenticulam.in pen.col.C.de Epiſ.& cler.do.Ant.inf.eo.c.cum cauſam, il 1. in 9.col.& in eo.c.13.col.ver.per hoc patet quid de. Et adde, quod licet in facto antiquiſſimo teſtes de auditu probent, ut hic dicit, tamē ſcriptura antiquiſſima de auditu non probat.ad hoc eſt tex.cum gl.in uer.referre in l.j. ff.de off.quæſto.

Adde, an teſtis de auditu probet Arch.conſ.45.& 154.Alex.conſil.83.& cōſil.1.& in alijs ſuis conſilijs.

b An probanti per unum teſtem in cauſa criminali ciuiliter intētata, poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis. Et q̄ nō poſſit, tenet Pe. de Anc.in c.mediatores, ver.no.3.de teſti.lib.6.& alleg. hāc gl. Sed contrarium tenet Bar.in l.in bonæfidei, C.de reb.cred.ſed diſtinguo, vt per Bart. in l.maritus, ver.vlt.quæro, an in criminali, ff.de quæſtio. Et quod in cauſis criminalibus non deferatur iuramentum neceſſarium in ſupplementum ꝓbationis, eſt communis & uera concluſio, quam tenet glo.in uerbo, agatur, & ibi Do.in l.3.in prin.ff.de iureiur.gl.& Bar.in d.l.maritus, & gl.in c. cum ſint partium iura, de reg.iur.in 6.& gl.in c.ſi.in verbo famoſa, & ibi Docto. inf.de iureiuran.Spe.in tit.de iur.dela.in princip.verſi.vt autem plenius inſtruatur. Hoſtien.in ſum.titu.de iuciuran.§.vt ſuper, uerſi. quid ſi criminaliter.

Arch.in c.ſi quis presbyter.2.q.5.Bar.in l.fin.ff de in litem iur.cum alijs cōcordan.de quibus in d.c.cum olim.pro intellectu huius decr.cum materia, vide Lap.all.51.

An, & quando deferatur iuram.in ſupplementum probationis in cauſa criminali, & in alijs etiam cauſis ciuilib.famoſis, vt eſt cauſa furti, vel iniuriarū, quæ ſapiunt materiam criminalium, uide, Spe.in tit.de iureiur.in §.1. in ver.& vt plenius, & vide Bal.& Do.in l.in bonæfidei. C.de reb.cred.& uide Ale.in l.3.in prin.eo.tit.vbi dicit, quod regulariter nō defertur, ſed ſi accuſator eſſet perſona honeſta, & factum probaſſet plus quam ſemiplene, poſſet tale iuramentum deferri, de qua materia uide, quæ plene habentur in c. ſi.& ibi pleniſſime ſcripſi ultra alios, de iureiur. Ant.Fran.

c An, & quando. Vide Bal.in l.iudices, C.de iudic.in l.in bonæfidei, C.de rebus cred.in l.ſi.in prin.C.ſi minor ſe maio.dixe. Pe.de Anch.in c.mediatores, in uer.3.no.de teſti.in 6.Alex.in conſ.66.incip.viſo proceſſu, in 1.col. vbi dixit communiter teneri, quod in criminalibus non defertur iuramentum in ſupplementum probationis, niſi in cauſa criminali, in qua agitur de pœna pecuniaria, vel in cauſa criminali ciuiliter intentata. Sebaſt.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus datus ad cauſam inſtruendam, poteſt citare ad audiendam voluntatem, in remiſſione cauſæ.*
2 *An & quando particularis de eccleſia, poſſit agere pro iuribus eccleſiæ, & multa ad intellectum cap. noſtre.*
3 *Agens pro eccleſia ſine mandato in caſu permiſſo, debet concipere libellum nomine eccleſiæ.*
4 *Sententia lata contra particularem perſonā eccleſiæ, parit exceptionem rei iudicatæ, quominus alius admittatur.*
5 *Monachus poteſt agere pro Abbate incarcerato, vt liberetur.*
6 *Decanus & capitulum, an poſſint agere pro ſingulis beneficiatis in eccleſia.*
7 *Teſtes lit.non cont poſſunt recipi, fauore libertatis.*
8 *Sententiæ appellatione venit diffinitiua.*

Teſtis

9 *Teſtes recipiuntur lite non conteſta. quando proceditur per viam inquiſitionis.*

10 *Contradicens alicui contractui celebrando a Capitulo, auditur poſtea a ſuperiore ſine appellatione, & litis conteſtatione.*

C A P. XXXIIII.

Vm olim. In cauſa liberali contra contumacem, etiam lite nõ cõteſtata, teſtes recipi poſſunt. hoc dicit, ſecundũ cõem intellectum, & no. lecturam. Prima pars deciſe narrat factum. Secunda ibi, Mãdamus: dat iudices, quibus committit receptionem teſtium, & prouidet quid per eos agendum, reo contumace. Caſus liter. Eccleſia Menẽ. olim fuerat archiepiſcopalis, quam Archieps̃ Cantuarien. tenebat pro ſua ſuffraganea. Archidiaconis ipſius eccleſiæ mouit quæſtionem ſuper ſtatu, ſeu libertate ipſius Cantuarien. eccleſiæ ꝯ archiepiſcopum in præſentia Dom. Papæ. vnde cauſam commiſit quibuſdam iudicibus, mandans eiſdem, quatenus niſi Archiepiſcopus, Archidiaconum prędictum poſſit repellere abagendo, per aliquam exceptionem, conuocatis partibus, vel eorum procuratoribus ad locum idoneum, & ſecurum, & lite legitime cont. teſtes vtriuſque partis recipiant diligenter, quos duxerint producendos. Sed ſi archiepiſcopus legitime citatus non comparuerit per ſe, vel per procuratorem idoneum, aut litem noluerit conteſtari, nihilominus recipiant teſtes maxime ſenes, & valetudinarios, quos archidiaconus duxerit producendos, non obſtante appellatione, & depoſitiones eorum ſtudeant ad ſedem apoſtolicam deſtinare, ſtatuentes partibus terminum peremptorium, quo per ſe, vel idoneos procuratores coram do. Papa ſe pręſentent, ſententiam recepturæ. Bet. No. 1. ꝙ in cã liberali. ſ. cum agitur de ſtatu eccleſiæ, poteſt interuenire procurator ex parte actoris, & rei. Not. 2. quòd lis eſt conteſtanda, cum agitur de ſtatu eccleſiæ, data præſentia vtriuſq; partis. No. 3. quòd teſtes de neceſſitate non ſunt deducendi de longinquo ad pręſentiam iudicis, ſed poſſunt recipi in eorum loco, de quo vide, quod dicam in c. cum cauſam, inf. eo. No. Archiepiſcopũ poſſe litigare perſonaliter, & ſic non arctatur conſtituere procuratorem Ad idem cap. fin. de iur. cal. vide quod leg. & no. in c.

a fi. 5. q. 2. No. quòd ad ſniam a, ſ. audiendã, citant partes peremptorie. non ergo ſufficit vna citatio. ſecus in cauſis ſummarijs, vide tex. cum glo. in cle. ſæpe, de verb. ſig. in ver. peremp. & qđ

1 no. in cap. conſuluit, de off. deleg. † Not. quòd delegatus datus ad cauſam inſtruendam, poteſt citare ad ſniam audiẽdam in remiſſione cauſæ. Sed hoc fuit expreſſe dictum. Quid autẽ ſi Papa nil dixiſſet? vide Inn. in c. fi. de accu. vbi vr̃ concludere, quòd idem. Gl. 1. ponit caſum lr̃alem, vt in ea patet. Hoſti. ponit alio modo, & ſic. Vacante eccleſia Menen. Archiepiſcopus Cantuarien. volebat concedere beneficia vacantia, ſpectantia ad collationem Epĩ Menen. & pſ̃entatos inſtituere, & cuſtodiam vacantium eccleſiarũ habere, ſicut in illis partibus mos eſt. Forte vult dicere, quòd archieps̃ habet omnia ſupra dicta iura in diœceſib. ſuffraganeorum ſuorum, ſede vacante. Archidiaconus Menen. ſe oppoſuit, dicens, ꝙ nec illa eccleſia ſibi ſubeſſe debat, quia erat ſedes archiepãlis, & præerat oĩbus eccleſijs Galliæ iure metropolitico. Item quod prędicta eccleſia ſemper fuit libera a prædicta ſeruitute, & ꝙ ipſe archidiaconus hoc iure fuerat vſus ab antiquo, ipſa vacãte ſede, quare non ad archiepm̃, ſed ad ipſum ſpectabant pđicta. Et per hunc modũ legẽdi dic iſtam decretalem planam. Item, ſm̃ cum, põt eſſe, ꝙ archidiaconus aſſerebat, ꝙ vacante eccleſia Menen. ſpectabat ad ipſum cuſtodia epãtus, & eccleſiarum ſuarum; & ꝙ hẽbat iuriſdõnem epãlem in oĩbus exercere, in quorũ poſſeſſione ſe fore dicebat. Sed archieps̃ aſſerebat ꝯriũ, dicens hæc oĩa ad ſe, non ad archidiacon. pertinere, & poſſeſſionẽ illorum hẽre, & ſic erat vterque quaſi reus, & actor, & quaſi, Vti poſſidetis adinuicem intentantes. Super quibus mandauit Papa in forma inquiſitionis procedi. & dicit ſecundum hoc, planam decretalem, &c. quare ſic dicat Hoſtien. videbitur ſtatim in primo con

2 trario. † Oppo. & videtur, ꝙ iſte archidiaconus non debuerit admitti ad agendum pro iuribus eccleſiæ ſine mandato Epiſcopi, & Capituli, vt in c. 1. de procur. Glo. 2. ſoluit fatendo contrarium, quod forte hanc exceptionem reſeruat hic Papa contra archidiaconum. Sed hoc non placet glo. dicens, ꝙ iſtud eſt ſpeciale, cum particularis de eccleſia proſequitur iniuriam eccleſię, ne trahatur ad peiorem ſtatum, &c. vt in gloſſ. allegat. in cõtrarium, l. ſi quis hac leg. §. quoties, ff. qui & a quibus ma. li. non fi. Vbi vero agit vnus ex patronis, vt libertus ingratus reuocetur in ſeruitutem ſine mandato aliorum. Glo. non ſoluit. Sed ſolutio eſt, quia hic agitur de libertate, ibi de ſeruitute. Item cã ibi eſt communis, vt ſingulis, hic vt collegio; & ideo concludit hæc gl. quod defectus mandati, non poterit hic opponi ꝯ Archidiaconũ, ſed de alia exceptione dẽr tex. intelligi. Aduerte, latius, & clarius, colligendo dicta Inn. & aliorum, dico, ꝙ iſte tex. poteſt intelligi dupliciter, ſ. ꝙ iſta eccleſia Menẽ. vacabat. Secundo, quòd iſte Epiſcopus viuebat: ſecundum primum intellectum oportet intelligere ſecundum lect. Hoſt. de qua ſup. quòd archidiaconus agebat hic principaliter pro ſuo intereſſe proprio; quare dicebat hæc iura pertinere ad eum, ſede vacante, & ius eccleſiæ deducebat in quandam conſequentiam; & ſic non ob. defectus mandati eccleſiæ, cum non ageret principaliter pro eius iuribus. Nec obſtat vacatio eccleſiæ ratione prædicta, quia non deducebat iura eccleſiæ in iudiciũ, ſed propria ipſius archidiaconatus. Si autem voluiſſet archidiaconus agere pro eccleſia, non fuiſſet admiſſus, ſecundum omnes, ſaltem illa ratione, quia vacabat eccleſia, vt in cap. 1. ne ſe. vacan. Item, quia illo tempore non poteſt dici prælatus negligens, arg. cap. quia diuerſitatem, de conceſ. præben. Neque ex dilatione immineret eccleſiæ periculum, cum ſe. vacan. non currat præſcriptio, vt in cap. 1. & in cap. de quarta, de præſcrip. Niſi forte velles dicere, quod Papa ex officio, volens occurrere præiudicio, ſaltem facto ipſe eccleſię Menen. ne interim ſede vacan. archiepiſcopus exerceret illa iura, voluit cõmittere negocium per viam inquiſitionis, confidens de ſolertia archidiaconi, qui fuerat actor in deferendo negocium ad Papam. ſicut enim prælato non valente ex aliqua cauſa agere, Papa prouidet eccleſiæ ex officio, vt in cap. cum veniſſent, in fi. de inſti. ita potuit eccleſia vacante, cum paria ſint inutilem prælatum, & nullum habere, vt in cap. 2. de tranſla. epiſcopi & ſic limita dicta Do. hic. facit ad hunc intellectum quod infra dicã. Si autem vis intelligere, quòd hic Epiſcopus viuebat, ſecundum alium intellectum: & tunc poteſt tex. habere triplicem intellectum. Primus eſt ille Hoſt. quòd archidiaconus agebat hic pro iuribus proprijs, licet in conſequentiam allegaret iura eccleſiæ, dicendo eam eſſe liberam; & ſilet contrarium. Poteſt enim agere pro iuribus ſuæ dignitatis ſine mandato Epiſcopi, & Capituli, arg. in d. c. cum veniſſent, & in c. literæ, de dilat. cum ſimil. Iſte intellectus, licet planus ſit, non tamen multum congruit literę, quæ dicit, quòd erat contentio ſuper ſtatu eccleſiæ Menen. & ſic ſtatus eccleſiæ principaliter deducebatur in iudicium. Secundo poteſt intelligi, quòd principalis quæſtio erat de ſtatu eccleſiæ, vt litera ſonat. Et intelligit glo. 1. quæ ponit ſatis apertum caſum ad tex. Et tunc dic, quod Papa ex officio commiſit inquiſitionem. vnde archidiaconus non agebat hic tanquam actor, ſed proſequebatur inquiſitionem commiſſam per Papam, & hanc lect. ſentit Innoc. & pro hoc facit, ſm̃ eum, ꝙ fertur ſnĩa lr̃. non conteſt. vt colligitur hic ex tex. Non obſtat, ſi dicatur hoc non cõuenire lr̃ę, quę dicit archidiaconum poſſe ex cã legitima repelli ab agedo; & ſic præſupponit, ꝙ erat actor. Item hic requirit̃ li. conte. ſaltem data partium pręſentia; ergo nõ procedebatur per viam inquiſitionis, cum tunc non ſit, cum quo lis conteſtetur, ſup. vt lit. nõ conte. c. qm̃, §. ſunt & alij. Item archidiaconus conſtituit procuratorem, quod non eſſet, ſi procederetur ex iudicis officio. Nã vt eleganter dicit Inn. non repugnat iuri, vt promotor inquiſitionis poſſit repelli ab inquiſitione, in c. cum dilectus, de accu. neque, quòd conſtituat procuratorem, & quod cũ eo li. conteſtiat, maxime ſi agatur de iure alicui dando, vel creſcendo; ſecus vbi ageretur de crimine. Item ſecus vbi papa ex officio ſuo ꝓcedit, intellige ſẽper ſine ꝓmotore inquiſitionis, qđ bene notabis. iſte tñ intellectus licet ſit verus in ſe, non tñ iudicio meo cõgruit huic literę, q̃ dicit archidiaconũ ꝓpoſuiſſe qõnẽ ſuper ſtatu illius eccleſiæ. Itẽ hic repellit̃ ab agendo, nõ tñ ab inquiſitione promouẽda; & nullũ verbum eſt in textu ſapiens inquiſitionem, &c. Iõ dat̃ tertius intellectus, & notabilior, ꝙ archidiaconus directa via agebat hic ꝯ archiepiſcopum ſup̃ ſtatu eccleſiæ, & admitti debet etiam ſine mandato, ſecundum Inno. qa

b epiſcopus b erat negligens. Et hanc poteſtatem agendi hẽt quilibet particularis de eccleſia etiam contradicentibus Epõ, & alijs.

ADDITIONES.

a Vide hic do. Ant. in vlt. no. vbi dicit, ꝙ contumax in proceſſu iterato eſt citandus ad audiẽdam ſententiam. & idem dicit Ray. poſt Iac. de Are. in l. ſta. liberos, §. Stichus annua. ff. de ſta. lib. per illũ tex. Et dicit, ꝙ de hoc no. Spe. in fi. & Are. & Io. Mo. in c. 2. de dol. & contu. lib. 6. & in cap. 1. de confeſ. eo. lib. Et dicit etiam Ray. ſe de hoc dixiſſe in l. de vnoquoq;, ff. de re iu. & in l. iudices, C. de iud. Sed tu de hoc vltra iſta vide, q̃ late notaui poſt gl. in d. c. eum qui de do. & contum. in 6. & vide Bar. in d. §. Stichus annua. Et prędict. intellige niſi citatus fuiſſet primo ad totã cauſam, vt patet ex his, quę not. do. Ant. poſt Inno. in c. conſuluit, in vlt. col. de off. deleg. quod quando ꝓcedat plene ſcripſi poſt do. Abb. in c. expoſuit. de dila. Et vide Bal. in l. gñaliter, §. 1. in 2. col. C. de reb. cre. Hoc tamen, ꝙ hic dicitur, Limita, niſi actus ſecundus eſſet connexus ei, ad quem primo citatus fuit contumax, quia etiã ad illum actum non eſt citãdus, tex. eſt no. in c. fi. & ibi gl. Et ibi apertiſſime Do. circa prin. & in fi. de conceſ. pręb. lib. 6.

b Quia Epiſcopus. Vide Bar. in l. nec quicquam, § fi. ff. de off. procon. & leg. vbi ad hoc allegat bonum tex. in §. ſin autem, in Auth. de eccl. titu. quẽ adducit Are. hic, & reputatur ſing. per Ro. i anth ſimiliter. car. 4. 2. col. C. ad l. falc. & in l. ſi cum dotem, §. ſin autem, col. 6. ff. ſol. ma. vide And. Sic. in conſ. 8. col. 8. in 2. vol. & in conſ. 12. col. 18. in eo. vol.

a aliꝭs.11.q.2 c.non liceat. 2 de reb.eccleſię non alienam.c. ſi qs
presbyterorum. Nec erit iſte ꝓcurator, ſm Inn. ſed procurans, ſi
cut ſi pr̃ ageret pro filio, conuincitur aũt negligentia epi hoc ip
ſo, ꝙ nõ ꝓſequitur ius eccleſiæ ſuæ. ſm Inn. vel ꝑminet de hoc
ſummaria cognitio ſm eum, vel ſecundum Hoſt. quia ter mo-
nitus ab archidiacono ipſum ius eccleſiæ proſequi non curat.
Dicit tñ in alia glo. ꝙ quicqd dicatur in hoc caſu, & ſimilibus
tutum eſſe, vt hoc ſignificetur Capitulo, antequam archidiaco
nus, vel alius admittatur, ne poſtea veniens, & allegans ignorã
tiã, vel ꝑuaricationẽ, litem ſuſcitare poſſit, & qa magis idoneus
in talib. eligẽdus eſt, & quia nec eps ſuper talib. ſine cã litigat.
Quidam tñ, vt hic refert Inno. hunc intellectũ non admittũt,
negãtes particularẽ de eccleſia poſſe agere ꝓ ipſius iurib. ſine
mandato. ẽt aliꝭs negligentibus. Et dñt, ꝙ iura ſuperius allegata
loquunt in reuocatione male alienatorũ tñ, vbi eſt ſpãle, & ex
ſpeciali cã illud ꝯceſſum eſt ſingulis clericis ꝯ ius cõe. Capitula
vero, q̃ hñt.2.q.6.c. quapp. & ſequentia, licet non reſtringantur
ad reuocationẽ male alienatorũ, non tñ dant clericis ſingulari
bus facultatẽ agẽdi, ſed renũciandi exceſſus ꝓlatorũ. Et ad iſtud
c. dñr intelligendũ, ꝙ papa cõmiſit inquiſitionẽ ad inſtantiã ar
chidiaconi, cũ multa audiuiſſet de ſtatu eccleſiæ. Et ſic non fir-
mando pedes, tranſit hic Innoc. Sed allego ipſum in aliu loco,
vbi aperte firmat pedes, tenendo hãc lect. & vr̃ quaſi tex. ſ. in c.
dilecti. de ma. & obed. loquiť tñ ibi de Capitulo. & dicit notãdũ
ex illo tex. Capitulũ ꝓſequi iura epiſcopatus, qñ epiſcopus in ꝑ-
iudiciũ aliquid facit. Et idem intelligendum ſm eum, ſi ſit ne-
gligens. arg. 12.q.2.c. non liceat. & dicit ibi no. dignũ, ꝙ Capitu-
lũ non ſolũ appellat pro iurib. epatus, ſed ẽt ſuper eis cãm proſe
quitur. Et hac eadẽ rõne, quia ſpiritualia, & dignitates eccleſiæ
ſunt cõia, & cõiter tenẽt ab epo, & Capitulo: licet eps ſit caput.
inf. de verb. ſig. c. cũ clerici. & q̃q̃ loquatur in Capitulo, eadẽ rõ-
ne puto idem in particularibus, negligẽte ẽt Capitulo. Sicut n.
Capitulũ agit, negligente ẽt epo, vt ibi, ita & Capitulo negligẽ
te agit particularis, cum iura Capituli deuoluantur ad vnũ, aliꝭs
negligentibus. arg no. in c. cũm nobis, & c. quia pp, de ele. & de
his, quæ fiunt a ma. par. cap. c.1. Itẽ ius publicũ ꝯſiſtit in ſacris.1.
diſt. c. ius publicũ. Tene ergo hanc lect. q̃ eſt valde no. & eã ſeq-
tur do. Ant. hic, & do. Card. & vide Lap. alleg. 52. vbi firmat, ꝙ
qñ ab eccleſia fuit res ablata, pt̃ de ea agi, ſicut de re male aliena
ta; & quia ſatis pt̃ dici male alienata ad hoc qđ no. Inn. in c. epi.
de reb. eccl. non alie. & in Spe. in ti. de reſcrip. præſen. §. rõne for
mæ. verſi. itẽ, ꝙ in reſcripto. Itẽ ex prædictis collige, ꝙ vbi præla
tus. & Capitulũ non ſunt negligentes, non admittitur particu-
laris de eccleſia ad agendũ ſine mandato: ſecus ad defendẽdũ
De quo tñ dic, vt no. per glo. & doc. in c.1. de proc. Quod intel-
ligo, niſi intelligatur de re male alienata, tunc n. non exigerem
negligentiam prælati, & Capituli, cum indiſtincte detur in iſtis
poteſtas agendi, vt d. c. ſi quis presbyterorũ. & c. non liceat. Fa-
teor tñ, ꝙ ſi concurrerent ad agendum, præfertur prælatus tan-
q̃ dignior, & idonеior, & cuius magis ſpecialiter intereſt, arg. ff.
per, eodem tit. Vel dic & aliter, quod cum iſte P. proſequeretur
appellationem interpoſitam per capitulum, potuit producere
probationes ad probandam nullitatem ſñiæ, vel iniuſtitiam: vt
ſic ẽt reſpũ præſumptionis illa ſñia ſibi non officiat. ar. l. à ſñia,
15 ff. de app. † Iterum eadem gl. in ver. præterea, opponit. Cum. n.
teſtes fuiſſent hic recepti, & depoſuiſſent tam ſuper ſñia, quam
ſuper electione, non debuiſſent alii teſtes recipi ſup eiſdem ar-
ticulis, iſtorum atteſtationib. publicatis, vt c. fraternitatis, cum
ſi. ſup. eo. Sol. glo. quo ad aliũ finem non recipiuntur. q. d. tunc
obſtat publicatio, quando ad idem agitur. Et dic, quod primo
agebatur, ad probandum, quod ſua intererat, ad effectum vo-
e lendi contradicere, nunc vero agebatur, vt res petita adiudica-
retur. vnde quemadmodum non obſtat ſentẽtia e cum ad aliũ
finẽ agaĩ, vt ſ dixi, fortius nõ obſtat publicatio. Itẽ dicit, qđ cũ
hic atteſtationes receptæ ſup incidẽti fidẽ nõ facerẽt ſup prici-
pali, durũ eẽt dicere, ꝙ teſtes ijdẽ nõ poſſent induci, cũ nõ ſit cã
16 ſine probõnib. relinquenda. † Sed vltimo gl. iſta q̃rit qđ ſi illi ij-
dem teſtes, qui depoſuerunt in ſummario, dñt nũc ꝯriũ in ple-
nario?

ADDITIONES.

a Boni iudicis. Vide Fel. in c. præterea. col. pen. ver. in gl. fi. ſupra eo. tit. poſt Ab. vbi ponit quomodo capiatur aliquid fieri incontinenti, & dicit, quod communiter intelligitur arbitrarie. Seb. Sap.

b Summaria. Illa dicitur eſſe ſummaria, quando non exigit plus temporis, quã exigeret executio. Et idem dicit Imo. in cle. 1. in antep. col. de re iu. de quo vide per Bar. in extraua. ad repri. in ver. ſummarie.

c Arbitrarium. Idem dicit Imol.

d Reuoco. Vide hic D. Ant. in 4. col. & in c. cãm. il 2. in antep. col. ſup. eo. vbi dicit, ꝙ dictum But. loquitur quãdo probõnes receptæ in ſummario iudicio fuerunt plenarie receptæ, quia illæ poſtea faciunt fidem in plenario. Et vide D. Ant. ſequentem d. Bu. in c. fraternitatis in 4. col. ſup. eo. Sed iterũ cõtra dictum But. vr̃ obſtare multũ iſte tex. qui dicit ꝙ de intereſſe fuit dictũ per teſtes, & inſtr̃a, quæ ſunt plenæ probõnes, & tamen, non faciunt fidẽ in plenario. & ideo dicit Bar hic, ꝙ dictum But. intelligitur, quando probõnes fuerunt plenariæ, non ſolum quoad ſubſtantiam ſed ẽt quo ad modũ ꝓcedendi. Sed ego ſaluo aliter, licet. n. iſte tex. loquatur de teſtib. in inſtr̃r, tamen non dicit ꝙ plene probarent. Poterant. n. forte eſſe tales teſtes, vel talia inſtr̃a. quæ inducant ſolam præſumptionem. & ſol. d. Abb. non vr̃ poſſe ſtare, quia ſi atteſtationes fuiſſent in primo iudicio plenarie receptæ quoad modum procedendi: illud iudicium diceretur plenarium, non ſummariũ, prout loquitur Bu. niſi ſoluamus dicendo ſingulariter, ꝙ intelligitur, quando fuit obſeruatus plenus ordo iudiciarius a principio, donec receptæ fuerunt illæ plenæ probõnes, & in alio proceſſu non fuit ſeruatus ſolemnis ordo iudiciarius, quod eſt licitum in iſtis ſummariis, vt dicit text. in cle. ſæpe. in fi. de ver. ſig. & in c. Quintauallis. de iureiur. & eſt bo. tex. & ibi aperte Bal. in l. 3. de mil. teſt. Nam tunc iudicium illud diceretur ſummarium, & tunc illæ probationes eſſent plenariæ receptæ, quoad ſubſtantiam probõnis, & quoad modum procedendi. Et per hunc ſubtilem modum ſaluatur intellectus d. Abb. qui habuit iſtam ſol. à D. Ant. in d. c. cum cãm. ſ. eo. in antep. col. Et quod probõnes factæ in ſummario iudicio probent in plenario receptæ, tenet Ro. in l. naturaliter. §. nihil cõe. in col. 2. de acq. poſ. Et dicit qđ de hoc habemus vnam tm̃ authoritatem But. in §. ſed quod ſimpliciter. Sed dicit qđ Bal. expreſſe tenet contrariũ in l. q. ad tpe, C. de teſt. mil. Cui ego addo, quod Bal. ẽt tenet ꝯriũ eius quod dixerat But. in l. 2. C. de ed. & d. An. in c. cum dilectus. §. ſi. qui inci. verũ de ord. co. ubi reprobat do. Bu. in §. ſed qđ ſimpliciter. & illud dictum But. ẽt Ang. in l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui. ſecundũ illam doct. Bot. in d. §. ſed quod ſimpliciter. ſecutus fuit Ray. n. in d. l. quod tempore, & Inno. in clemen. conſtitutionem, de elec. & ſequitur ẽt ipſe Ioan. in c. cum ex literis in 18. col. de reſti. in integ. pro quo facit quod no. in l. 2. C. de ord. iud. & quod no. Bar in l. a diuo Pio. § ſi ſuper reb. in 2. opp. ff. de re iud. & gl. & Bal. in l. pen. de his, qui ſunt ſui, & facit gl. in ver. abſens in l. 2. C. de contra. iud. tute. Et hoc videtur voluiſſe Bart. in extraua. ad reprim. uerſi. ſummarie. dum quærit, an ſi iudex in ſententia lata in ſummario iudicio, dicit ſe habuiſſe plenariam cauſæ cognitionem, an illa ſententia faciat ius in alio iudicio: vide etiam Bart. in l. 2. §. 1. verſic. quæro vtrum probationes factæ, ff. vi bon. rap Item adde, quod illud dictum But. in d. § ſed quod ſimpliciter alleg. ſequitur, & dicit non eſſe alibi. D. Ant. in c. per inquiſitionem. in vlt. col. ver. nunquid autem. de ele. & ſequitur limitando. d. Anto. in c. cum dilectus. §. nos igitur, in princi. vlt. col. de ordio. cog. Et ad idem vide Bar. in d. l. pe ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iu.

Adde tu, an probationes factæ in iudicio ſummario, faciant fidem in plenario. Ant. de But. conſi. 37.

An probationes factæ in iudicio ſummario faciant fidem in plenario. & generaliter, an probationes factæ in vno iudicio, faciant fidem in alio vide Bal. & Doct. in l. fi. C. de teſtam. Et adde, quod in iudicio poſſeſſorio ſufficit ſummaria, probatio, & per vnicum teſtem. ita nota. Innocen. in capit. quoniam contra, de proba. & Barto. in l. 1. in penulti. colom. C. quorum appella. non reci. & in l. 2. in §. fin. C. ubi in rem actio. Et adde, quod probatio ſummaria ſufficiat actori, ſi reus nihil opponit, quando non offert ſe probaturum exceptionem incontinenti. ita Bal. in l. 1. C. vt in poſſ. leg. in ver. ſed quæro. Et adde quod ſummaria probatio ſufficit in cauſa filiationis. & valet etiã per coniunctos, & coram iudice laico. Ita Bald. in l. 2. C. ad Carb. & Bald. in l. 1. circa princip. C. quorum bo. Et tene menti, quod probatio ſummaria ſufficit in iudicio præparatorio alterius iudicii intentandi. Ita Bald. in l. quo tempore. C. de teſta. milit. & in l. 2. in vlt. col. C. quando fil. vel princ. Ant. Franc.

e Sententia. Vide do. Dec. in cap. at ſi clerici, in princip. colum. 7. verſic. ſecunda concluſio ſupra. de adulte. ubi dicit, quod acta coram iudice ſeculari nõ faciunt fidem coram eccleſiaſtico, quando variatur modus agendi per aliũ tex. Et ibi late de materia, quando acta in vno iudicio faciant fidem in alio. Seb. Sap.

Digitized by Google

nario? Reſpondet, ꝙ non valebit illorum dictum, licet aliud ſit iudiciũ, quod eſt valde notandum. & vide in hoc quod dixi plene in c. per tuas, de prob. Et ex hac particula gl. & ex ſuperius dictis habes, quod atteſtationes receptæ ad vnum fidem, faciunt fidem quo ad quid, nõ quo ad totum in alio iudicio. Nam quo ad ſententiam ferendam fidem non faciũt, ſecus quoad reprobandum ſecundum dictum primo contrarium. Sed ꝫ hoc facit, quia qua ratione non faciunt fidem in principali, eadem rõne non debent facere in reprobatione, quia vna & eadem res non debet duplici iure cenſeri: de deci. c. cum in tua. Item & ſecundo, ſi non poſſunt dicere contrarium eius ꝙ primo dixerũt, ad quid inducuntur in hoc iudicio, ſuperfluis enim non eſt vtendum, l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. caue. & circuitus vitãdus eſt, de reſcrip. cle. auditor. Sol. vt colligitur ex dictis Inn. nã alia ratio eſt in principali, alia in reprobatione; nã in principali non faciunt fidem, quia teſtes non fuerunt ad hoc inducti, ſed ad alium finẽ, oportet ergo, vt prima cauſa incipiat, & poſtmodum inſtruatur. Non enim prius debet eſſe probatio cauſe, quã inchoatio: ſed ad reprobationem eorundem teſtium ſufficiũt atteſtationes poſtea receptæ, quia per eas notorium iuris eſt ipſos teſtes eſſe periuros & falſos, quaſi velit, ꝙ in præiudiciũ eorum teſtium atteſtationes inducant notorium: & vide in hoc Bar. in l. eos. ff. de ſol. & quod dixi in d. c. per tuas. Et ſic diuerſitas rationis inducit diuerſitatem iuris. Sed aduerte, quia per hanc rationem Innoc. poſſet argui in contrarium, quod vbi teſtes fuiſſent recepti ſolemniter & plene deberent fidem facere inter eaſdem perſonas, licet ad aliud nũc ageretur, quia prima ſolemnitas ſufficit, vt inducatur notorium. Adducentur ergo nunc, notorium facientes. Pro hoc, notabile dictum Inn. in ca. qualiter & quando. 2. infra de accuſ. prope fi. vbi vult, ꝙ ſententia lata ad vnum finem, poſſit adduci, vt notorium inducens ad alium finem & facit quod ponit Feder. conſil. 23. & vide in hoc, quod dixi in d. capit. per tuas. Ad ſecundam obiectionem ſuperius formatam reſpondet Innocen. quod teſtes iſti non inducuntur, vt dicant idem, nec contrarium, ſed vt dicant veritatem, quam ſciunt: & ſicut contingit, quando inter diuerſas perſonas de eadem re ageretur, ita quãdo agitur inter eaſdem ad diuerſum finem. Item dic poſſibile eſſe, quod nũc recognoſcerent conſcientiam, & aliter teſtificarentur. Et licet non valeret hoc ſecundum dictum, tamen vtile erit parti, contra quam teſtificantur, nec primum valet in hoc iudicio. Item forte declarabunt, & excuſabunt primum dictum, ac etiam per hoc iuri ſatisfit, quod diſponit teſtes recipiendos lite conteſta. & plenarie quo ad ſubſtantiam probõnis. Et ex his habes declaratum intellectum huius cap. quoad materiam principalem. Venio nunc ad glo. fin. quæ attingens quãdam materiam extrinſecam, tria format contraria. Primo enim opp. cap. in literis ſupra eodem, vbi teſtes familiares & domeſtici repelluntur, a teſtimonio, & hic admittuntur iſti de Capitulo. gloſſ. non ſoluit. Ioan. And. dicit, quod contrarium ſoluitur in d. cap. in literis: vbi habes gl. Vel dic, quod hic non teſtificantur pro Capitulo, ſed principaliter ferunt teſtimoniũ inter iſtos duos ꝯtendẽtes, nec ſunt magis domeſtici vni, quam alteri, argumen. in l. non ſolum. ff. de

17 ritu. nup.† Secundo oppo. de cap. fi. de poſtul. vbi clericus priuatur beneficio, ſi procurationis, vel aduocationis officiũ exercet contra eccleſiam. Reſpondit gl. ꝙ illud non procedit in officio teſtificandi, quia illud eſt neceſſarium, cum teſtes nõ poſſunt in his, quæ aguntur in Capitulo, de facili haberi. q. d. ꝙ prędicta duo officia non ſunt voluntaria. & dicit Hoſt. hoc verum, ꝙ aſſumendo alterum illorum officiorum voluntariorum clericus debet priuari, niſi ex cauſa ad hoc cogeretur, quod quando ſit, remittit ad ſummam de poſtu. vide quod no. in d. c. fi. Et an, & quando compellantur clerici teſtificari contra eccleſiam ſuam, dic vt plene not. in c. cum nuncius, ſup. eodem. Et poteſt dici ad iſtum tex. ꝙ non facit pro, nec contra, vt ſup. dixi, nõ teſtificarentur contra eccleſiam, ſed inter iſtos duos contendentes. Vltimo oppo. ex quo iſti canonici erant excommunicati, non debebant abſolui ad cautelam, ſed pure & ſimpliciter, cũ abſolutio ſit neceſſaria excommunicatis, etiam poſt mortem, vt in cap. a nobis. 2. de ſent. exc. Soluit gl. ꝙ iſti allegabant excõmunicationem eſſe nullam tanquam latam poſt appellationẽ, ideo abſolutio fit ad cautelam alias fieret abſolutio ſimpliciter, & dicit gl. valde notanter, ꝙ ex iſto tex. non debet ſumi regula, vt excommunicatus quilibet abſoluatur ꝑ munus teſtificãdi

18 quia hic abſoluuntur ad cautelã ꝑ neceſſitatem, cũ per alios

a non poterat fieri probatio.† No. 1. ex gl. ꝙ nunꝗ [a] excõmunica-

b tus [b] abſoluitur ad cautelam, niſi quando excõicatio allegatur proba-

ADDITIONES.

a Nunquam. Vide Gemi. in capitu. ſolet, de ſenten. excommunicat. in 6. & Abba. in capit. ab excommunicato, columna fina. de reſcrip. & in capit. ſignificauit, de eo, qui duxit in matrimonio, quam polluit per adulterium. Seb. Sap.

b Excõicatus. An & quando excõicatus abſolui poſſit pro officio teſtificandi, adde quod delegatus etiam poſſit abſoluere, vt dicit Ioan. And. in additio. Specu. in rub. de relig. ver. ſuper dicta, & quis poſſit facere hanc abſolutionem, vide per Oldra. conſi. 141. Et quod excommunicatus non admittatur ad teſtificandum, eſt text. clarus, in capitu. decernimus, de ſenten. excommunica. lib. 6. & probat. tex. in capit. nullus. in 3. quæſtio. 5. de quo vide per Specu. in titu. de teſte. §. 1. in 11. colum. verſicu. item quod eſt excommunicatus. Quod limita, primo, niſi excommunicatus fuerit deſcriptus teſtis, in inſtrumento, quia tunc probat, vt not. Innocen. in capitu. pia. circa fin. de except. libro 6. Quod intellige prout ibi late notaut. Secundo limita, niſi fuerit adhibitus teſtis in teſtamento, cum reputaretur non excommunicatus, vt dicit Bald. in l. 1. verſicu. quarto quid de infamæ, C. de teſti. Tertio limita, niſi eſſet excommunicatus excommunicatione minori, tantum, quia illa non repellit, niſi a perceptione ſacramentorum eccleſiæ, vt in capitu. ſi quem. de ſentent. excommunicatio. & in capitu. Engeldrudam 3. quæſtio. 4. Et quia datur, quod excommunicatus excommunicatione minori dicatur eſſe in peccato mortali, per capit. ſi. quis matri. acc. tamẽ peccatum mortale non repellit a teſtimonio, vt eſt text. melior de iure, ſecundum d. Abb. in capitu. inquiſitiones. §. 3. in fin. ibi. (Forſan ante iuramentum in fraudem.) infra de accu. Et hoc in terminis ſenſit glo. magna, in princip. in dicto capitu. decernimus. niſi forte hoc caſu diceremus contrarium ratione iuramenti, quod debet præſtari a teſte, quod eſt ſacramentum. Sed poſſet, reſponderi, quod capit. ſi quem loquitur, de ſacramentis, per quæ confertur gratia, vel aliis inductis ab eccleſia, de quibus per gl. in cap. veniens de tranſa. quale non eſt iuramentum, quia tale non appellatur ſacramentum, vt patet in tit. eo ff. de iureiur. vbi patet, quod tẽpore iuriſconſultorum, qui fuerunt ante Chriſtum, præſtabatur iuramentum, ſuper hoc tamen eſt cogitandum, quia non reperio bene declaratum. An autem excommunicatus poſſit teſtificari contra excommunicatum, Ioan. And. in d. capit. decernimus, tenet, qđ non. de quo vide in Spe. in ti. de teſte. §. 1. in d. ver. itẽ quod eſt excommu. An autem excommunicatus indiſtincte poſt abſolutionem admittatur ad teſtificandum: vide late gl. 4. q. 1. in ſumma. ſed Archid. ibi dicit, quod ante fuerat excommunicatus pro contumacia, & admittitur poſt abſolutionem, aut pro crimine, & non admittitur, ſi poteſt de illo crimine accuſari. Sed tu vide de hoc multum late per Innocen. in capitu. teſtimonium. in gloſ. ſua, quæ incipit, quid dicemus de excommunicatis. infra eodem, cuius dicta ſequitur Archi. in d. cap. decernimus. Sed videtur quod non ſit ſemper verum, quod excommunicatus repellatur a teſtimonio, maxime contra excommunicatum, per tex. in l. quoniam. C. de hæred. coniuncto capitu. excommunicamus, eodem titu. & confirmari videtur per tex. in capi. ſi hæreticus, qui videtur velle, quod diſpoſitio illorum iurium non habet locum de iure canonico, ſed poſtea dicit, quod tex. in d. l. quoniam, & in d. capit. ſi hæreticus loquuntur in hæreticis, qui non ſunt vere hæretici, peccantes directe contra articulos fidei; ſed alias habẽtes peruerſum dogma, de quibus loquitur gloſſ. in clemen. 1. de vſur. quia cum illis mitius agitur, prout ſingulariter ſcribit Do. in capitu. ſi Papa 40. diſtinct. in vlti. columna: & tales non ſunt ipſo iure excommunicati, quia capitu. excommunicamus, de hæreti. loquitur de illis hæreticis, qui peccant in articulis fidei: nõ mirum ergo, ſi tales hæretici largo modo, habentes peruerſum dogma, nõ repelluntur a teſtimonio. Et iſta eſt propria mens. d. l. quoniam. C. de hær. & videtur voluiſſe gl. ſecundum primum intellectũ in c. ſi hæreticus. Et ſi hoc eſſet verum, daremus magnam & ſingularem limitationem ad text. in d. c. excommunicamus. §. credentes, vt habeat ſolum locum in hæretico ſtricte, qui peccat in articulis fidei; non autem in hæretico large, qui habet peruerſum dogma. ſed dato, quod in puncto iuris, quilibet hæreticus etiam largo modo ſit excõicatus, non credo quod diſpoſitio dictæ l. quoniam, poſſit habere locum de iure canonico, nec etiam ciuili, cum ſimus in materia peccati, in quantum illa lex dicit hæreticos admitti in teſtes in teſtamento, quia cũ in teſtamento pro ſolemnitate requiratur, quod teſtes ſint rogati, vt l. hæredes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſt. quis cogeretur neceſſario peccare, ſcilicet rogare teſtem excommunicatum, vt intereſſet teſtamento, quod non eſt dicendum, niſi dicamus, quod ille tex. loquitur quando teſtificatur in teſtamentis Iudæorum, ſed hæc eſt diuinatio, vel poſſumus dicere, quod eſt ſingularis reſponſio, quæ eſt de mente illius literæ in d. c. quoniam. in fi. & ille tex. loquitur, quando non poſſunt haberi alii teſtes, & inſtat periculum nec adeſt tempus, quo excommunicatus faciat ſe abſolui. quo caſu, excommunicatus poterit admitti ad teſtificandũ in teſtamento, & in quocunque contractu, quia ceſſat ratio peccati communicationis cum excommunicatis, quia non peccat cum excommunicato communicans in neceſſitate, vt in cap. ſi vere, de ſenten. excommunic. Dico, quod etiam omnis contractus mundi, in quo teſtis non requiritur rogatus, nec ad ſolemnitatem, ſed ad ꝓbationem, poteſt celebrari præſente excommunicato, & erit legitimus teſtis, dum tamen poſtea ſe reperiat abſolutum, ſi contingat eum deponere in iudicio teſtimonium. Ad hoc optime adduco, quod in ſimili q. ſcribit domi. Anton. in capitu. fina. cum his, quæ late notaui poſt eum, de ſenten. excommunica. Aduerte tamen, quod illi ſolutioni, quam dedi ad tex. in capit. quoniam; videlicet quod loquatur in caſu neceſſitatis, quando non poſſunt haberi alii teſtes. fortiter ob. verba tex. in d. capitu. quoniam. in fin. dum dicat ſine ulla: diſtin. Et ex iſta. doct. domi. Anton. & Docto. hic collige duas pulchras. limitationes, ad quas, Docto. hic non aduertunt. Prima, quod illud quod dicitur excommunicatum ab homine non poſſe abſolui, niſi ab excommunicatore, ut habetur in capitu. ex frequentibus. infra de inſti. habet locum in abſolutione perpetua, ſed abſolutio ad tempus poteſt fieri ab alio, quàm ab excommunicatore, ut hic: & collige aliam limitationem ad id, quod dicit Innocen. in d. capitu. de cætero. de ſenten. excommunica. & domi. Abba. in capitu. nuper. eod. titu. ubi dicunt, quod ubi ſuperiori nõ reſeruatur abſolutio excommunicationis maioris, intelligatur permiſſa Epiſcopo, non autem inferiori prælato: quia illud eſt uerum in abſolutione perpetua, ſed ſecus eſt ſi fiat abſolutio ad tempus, ut hic, &c. Adde an infamis, qui tamen reputabatur bonæ famæ, poſſit eſſe teſtis, Alexand. conſi. 136. & quid de exiſtente in peccato mortali, per Fedeiic. conſilio 120. & an quis poſſit abſolui ab alio, quam a ſuo excommunicatore, per Rom. conſil. 381. Seb. Sap.

Ex iſto tex. cum gl. ſua coniuncto eo, quod no. Barto. in l. fi. C. de in ius voc. probatur, quod iuramentum non eſt de ſubſtantia in teſte; ad quod etiam facit quod not. Barto. in l. quamuis. ff. de in ius vocan. in fin. ubi Legiſtæ non habent tex. quod iuramentum poſſit remitti teſti. ſed alleg. glo. l. iuſiurandi.

Digitized by Google

randi.C.eod.glo.in l.1.§.ſed quia veremur.C.de iur.calu.Bar.in l.filiusfami in princip.in 2.colum.ff.de donatio. & vide gloſ.in l.1.poſt princip. de fer.Bar.in l.ſi quis legatum in princi.ff.de fal.Item adde huc domi. Anto.in repe.c.fina.de conſue.in pen.char.in vlt.colum illius char.verſicu. ad primum ſi redacta,vbi dicit,quod ſi agitur de probanda conſuetudine introducta à populo illius eiuſdem ciuitatis,creditur teſtibus,etiam non iuratis. Item adde huc,quod no.Specu.in titu.de teſta.§.ſequitur,circa fin. verſicu. quid ergo ſi teſtes. vbi,dicit quod ſi teſtis noluit iurare, tenetur reſarcire parti damnū & intereſſe.Item adde,quod in informatione ſuper fama, vel notorio,creditur teſtibus iniuratis,ita dicit domi.Anto.poſt Innocen. in c.cum in tua.in fin.de ſpon.Item vide quod no.domi.Abba.poſt Innocen. in c.1.prope fi.de poſt prælato.vbi dicit,quod vbi agitur de informatione famæ promouendi ad dignitatem, creditur teſtibus non iuratis. & ibi vide etiam domi.Anto.in 4.colum.verſicu.ſecundum contrarium.Item quando ſacerdos deponit ſuper pœnitentia alicuius, an teneatur iurare, vide per domi.Abba.Adde,quod ſi ſit multitudo teſtium,eis non creditur, niſi iuratis,vt no.Do.in 2.no.per illum tex.34.diſt.Item adde,quod ille cui eſt data poteſtas pronunciandi nulla iuris ſolemnitate ſeruata,non poteſt pronunciare per dicta teſtium non iuratorum,ſecundum Bal.in l.milites.C.de iu.reſti.Et ideo firmat Imo.in l.filiusfami.ff.de do.licet Barto.ibi dixerit contrarium.Item adde,quod etiam in cauſis ſummariis teſtes debēt iurare, ita tenet Imo.poſt Io.de Lig.in clemen.ſæpe,in 36.colum.verſicu.ſio2. Item adde,quod iudex,ſeu arbiter habens poteſtatem procedendi de facto,& pronunciandi de iure tantum,poteſt recipere teſtes non iuratos, ſecundū Bal. in c.conſanguinei.in fi.de re.iu.Item vide Bal.in l.presbyteri.in vlt.col.ver. quæro pone.C.de epiſ.& cle.vbi dicit quod poteſtas habens arbitrium procedendi ſine ſolemnitate,non poteſt procedere ad condemnationem, vel abſolutionem,propter dicta teſtium non iuratorum.

An iuramentum poſſit remitti per partes,dicas,quod iuramentum poteſt remitti parti,vel legi,de conſenſu alterius partis.ita Bar.poſt gl. & Doctor. in l.j.in §.1.ff.de ſer.& no.in l.quoties ff.de iureiuran.Quod intellige verū, quando iuramentum reſpicit commodum partis,ſecus ſi reſpiciat Dei reuerentiam,vt per do.Car.in clem.1.in 13.quæſt.de vſu.Et adde, quod iuramētum remiſſum habetur pro præſtito.l.ſi itaque.& ibi per Doct. & per Alex. ple.ff.de iureiur.Et adde, quod iuramentum præſtitum poteſt remitti per præſtantem ad effectum,vt iurans vrgeatur à periurio.l.fi. ff. qui & à quib. & maxime quando remittitur antequam incurratur periurium, puta ſi eſt præſtitum creditori de ſoluendo ad certum tempus, & creditor illud remittat ante tempus.Ita Bar.in l.Labeo.ff.de iureiu. & habetur per Spe.in ti.de iureiur.verſi.& no.Sed non poteſt remitti periurium commiſſum,vt per Bald.in auth.quod ei.C.de nupti.Et adde,quod ſi ſtatutum diſponit, quod alicui certæ perſonæ credatur, non uidetur ei remiſſum iuramentum, imo debet intelligi,quod ei credatur cum iuramento,l.Theopompus.ff.de dote præle.& habetur per Ange.in l.ſi uacantia,C.de bon.uacan.li.10.in uerſic. ſed incidenter oppon.

probabiliter nulla,puta,quia lata poſt appellationem: tunc.n. eſt neceſſe,quod conſtet appellationem præceſſiſſe,licet adhuc non conſtet de legitimitate appellationis.Nam ſi de ea conſtaret,non fieret abſolutio,ſed pronunciaretur nulla. Et de hoc vide bonum tex.cum gloſ.no.in ca.venerabilibus, de ſenten excommu.lib.6 & ad plenum vide materiam per Ioan.in c.ſolet. eo.titu.& lib.Sed circa principale dictum gloſ. Innocen. ponit hic tria.Nam primo dicit,quod glo.hic vult,quod excommunicatus vocatus ad teſtimonium, non debet pp hoc abſolui, ſed iſti fuerunt abſoluti,quia erant excommunicati poſt appellationem,vt dicit patere in regiſtro.& eccleſia conſueuit tales abſoluere ad cautelam, vocatis tamen his, pro quibus fuerunt excommunicati,& audientur,ſi dicant qđ pro manifeſta offenſa fuerunt excōicati de quo dic vt plene legi. & no. in d.c.ſolet. Secūdo dicit,ꝙ fortè fuit iſta vna ſpecialis prouiſio, ſcilicet præſupponendo,quod iſti eſſent vere excōicati.& ſic gratioſe proceſſit papa.vnde non eſt trahendum ad conſequentiam,arg.c. in cauſis.de re iud.Vel & tertio refert alios tenere,ꝙ hoc procedit,qn̄ aliæ probationes deficiunt.Hoſ dicit,ꝙ de conſuetudine curiæ eſt, tales indifferenter abſoluere ad tp̄s, ita ꝙ illato teſtimonio,ſtatim reincidant ipſo facto in eandem ſniam. & dicit tales abſolutiones potius verbales quoad homines, quā reales quoad Deū,cum eos nō pœniteat, nec ex corde petant veniā, nec conterantur qua pp tex.dicit tales abſolutiones de rigore iuris non faciendas.11.q.3.c.cum aliquis.D.An.dicit ſe putare, ꝙ ſicut excommunicatio p̄t fieri ad tempus,ita & abſolutio ad tempus fieri poteſt.Et ꝙ de iure tollatur vinculum excommunicationis,licet non vinculum peccati, ex quo datur pœnitentia;tam ab excommunicatione p̄t abſolui inuitus & impœnitens,licet ſecus in vinculo peccati,iuxta no.in c.ab excommunicato,de reſcri.Sed contra prædicta arguo ſic.licet præſupponatur vinculum excommunicationis tolli in non pœnitente; tn̄ remanet peccatū non modicū, tum pp cōtumaciam & inobedientiā in non ſatisfaciendo.8.q.j.c.ſciendum: tum pp perſeuerantiam in excommunicatione,de qua non curat liberari,q̄ inducit præſumptionem hęreſis,in c.ſi.cum ibi no.de pœ.ergo perſeuerantia in tali delicto dēt hūc reddere inhabilem ad teſtificandum,vt in c.teſtimonium,inf.eo.& 2.q.7. c. ſi qui ſunt, c. quærendum,&c.non p̄t.ad ꝙ non videntur aduertiſſe doc.& iō quicquid habeat conſuetudo,dico de iure aduertendos tres caſus.Primus eſt,qn̄ allegatur nullitas excommunicationis, vt quia poſt appellationem lata,& hoc probatur, licet non cōſtet de legitimitate cauſæ, nec aduerſarius ſe offert ad probandū,ꝙ pro manifeſta offenſa fuerit excōicatus, & tunc in dubio, poſt abſolutionem ad cautelam,licite fert teſtimonium,quia negat hic delictum.& ſic non conſtat de vinculo peccati, nec excōicationis poſt abſolutionem ad cautelam,q̄ iuſte impeditur per ſupradicta.& de hoc eſt caſus hic ſm iſtum intellectum.Secundus caſus,qn̄ allegatur iniuſtitia excommunicationis, de qua poteſt probabiliter dubitari.& tunc ſatis p̄t practicari opi. Hoſ. vt abſoluatur,donec tulerit teſtimoniū.obſtat tn̄, quia non petendo abſolutionem,v̄r contemnere,in c.per tuas, inſ. de ſent. excommu.vnde poſſet teneri vlt opi.Inno.vt hoc caſu non abſoluatur,niſi in defectum aliorum probationum.arg.eorum, q̄ no.gl.in fine c.cum dilectus,de elec.Tertius caſus, qn̄ non negatur iuſtitia excommunicationis,vel de ea conſtat.& tunc puto,ꝙ non debet fieri abſolutio,quia non poſſet ēt abſolutus teſtificari,pp perſeuerantiam in peccato,de quo non contentur, ſed perſeuerat in eo,& maxime excommunicatio,quæ non infertur,niſi pro graui exceſſu,11.q.3.c.nullus,&c.nemo.Et no.ex prædictis,& ex tex.ꝙ ad cautelam fit abſolutio,& nō relaxatio. relaxatio enim fit,ſeu reuocatio,qn̄ conſtat ſententiam eſſe iniuſtam.& ſic intelligitur c.Odoardus,de ſol.& c.ſacro.de ſen.excom à ſuſpēſione tamen fit relaxatio. & ſic loquitur c. olim de accu.ſecundum Hoſt.& Ioan.And.in c.Odoardus,præal.vnde etiam ſi ad tempus remittitur excommunicatio,debet fieri abſolutio,& non relaxatio,vt ſentit hic Hoſ.& bene.Et no. de abſolutione fienda ex cauſa ad tempus.

S V M M A R I V M.

1 *Qui dicantur conuerſi,oblati.ſeu donati.*
2 *Iuramentum,an ſit de ſolemnitate teſtimonij.*
3 *An iuramentum,quod defertur teſtibus,vt remittatur à partibus, requirat conſenſum iudicis.*
4 *In remittendo iuramentum teſtibus,requiritur conſenſus vtriuſque partis.*
5 *An partes in cauſa criminali poſſint remittere iuramentum teſtibus.*
6 *Iuramentum calumniæ poteſt tacite à partibus remitti,ſed non expreſſè. & quæ ſit ratio differentiæ inter iuramentum calumniæ,& illud,quod præſtatur teſtibus.*
7 *Teſtis,an aliter poſſit aſtringi ad ueritatem dicendam, quàm per iuramentum.*
8 *Si non apparet,an iuramentum fuerit remiſſum,nec præſtitum, an præſumatur præſtitum.*

C A P. XXXIX.

TVis quæſtionibus. Religioſi ad teſtificandum nō admittuntur abſque iuramento, niſi à partibus remittat̄. ponit,dictum,à quo caſum excipit, ibi Niſi. Caſus
1 literalis ſatis patet in tex.Ber.†No.primo,quod alij ſunt conuerſi monaſterij, & alij monachi, & ſic appellatione monachorum non veniunt conuerſi.facit c. non dubium. de ſen.excommu.Alij etiam dicuntur oblati,ſeu donati, vt in cle. 1. de deci. Et dic,quod monachi dicuntur illi, qui ſunt clerici, & literati.Conuerſi,qui deuouerunt ſe,& ſua,& non ſunt clerici,aſſumpſerunt tamen habitum diſparem profeſſis, & literatis,ſeu clericis.Oblati & donati dicuntur,qui donauerunt ſe & ſua monaſterio,habitu tamen non mutato.ad hoc quod no. in d.cle.1.& vide de iſtis,quod no.glo.in c. vt lex cōtinentiæ.18.q. 2.omnes enim iſti poſſunt in cauſa monaſterij teſtificari, quia largo modo omnes poſſunt dici conuerſi.& vide ad materiam
2 quod plene dixi in cap.inſuper ſup.eod.† Nota.2.ibi. Proprijs.
3 quod cauſæ monaſterij debent dici proprie monachorum. †
a Not. 3.quod iuramentum non eſt de ſolemnitate formali a teſtimonij,cum poſſit à partibus remitti.Poſſet tamen dici contrarium per c.de teſtibus,ſupra eo.vbi legitur & nota. quod nō valet teſtimonium ſine iuramento. Vnde dic, quod eſt ſolemnitas formalis, & ſubſtantialis; ſed ſi concernit fauorem partium principaliter,poteſt à partibus principaliter remitti,ſecus, ſi concernit principaliter fauorem publicum. argum. l. nemo poteſt ff.de leg.1.& in c.vno,de lit.conteſt.Gloſ.2.quærit, vnde inſurgat hæc poteſtas,vt partes poſſint remittere hanc ſolemnitatem iudicialem?Reſpondet, quod ex eo, quia quilibet poteſt renunciare iuri in fauorem ſuum introducto, de reg. capitu.ad apoſtolicam. nam principaliter eſt introductum hoc in fauorem partium,vt prædixi,nam partes poſſent conuenire,vt ſtaretur verbo alterius duntaxat.vt ff.de fideicom.l. fi.no. gloſ. Sed an valeat pactum à principio,vt de omnibus damnis & expenſis ſtetur nudo verbo partis, vide quod dixi in capitu. finem,de dolo & contuma.& per Barto.in l.fina.ff.de præto.ſtip. Quid ſi teſtator dixit, vt ſuper aliquo ſtetur dicto tertij, an ille habeat iurare? Vide Barto. in l. Theopompus. ff. de do. prælega.plene dixi in capitul.2.ſup.eod. vbi vide. Sed contra prædicta, &

A D D I T I O.

a De ſolemnitate formali. Vide Bal.in c.conſanguinei, circa fi. inf. de re iudic. ubi dixit,quod iuramentum teſtis eſt de ordine, non de ſubſtantia, quod examinat Ioan.And.in regul.non eſt ſine culpa,col.2.uerſi. in contrarium, de regu.iur.in 6.in mercur.refert Fely.in c.cum dilecta,col.12.uerſi. limita hæc,ſupra,de reſcrip. & uide Ang in l.nemo poteſt.in 8.& 9.col.ff.de leg.j. Seb.Sap.

Digitized by Google

ćta,& tex.gl. opp. Cum enim hoc iuramentum concernat etiã fauorem iudicis, vt veritas detegatur, & ſua authoritas non circumueniatur. non videtur quod poſſit remitti a ſolis partibus. Reſpõ. quod hæc remiſſio fiet authoritate iudicis. & ſic ſentit, qđ iudice reſiſtente non poterit remitti. & ſic ſimpliciter tranſeunt hic Doct. Sed aduerte, ꝙ pro gl. facit l. acta ff. de re iud. vbi patet, quod acta iudicij non deſtruuntur, niſi procedat ex partium & iudicis conſenſu: ergo idem dicendum in caſu noſtro. Sed in contrarium adduco l. ſi conuenerit, ff. de re iud. vbi dicitur, ꝙ ſi partes conueniant, vt iudex ferat certam ſententiã, debet iudex talem ferre. Nam iudex ad nihil aliud intendere debet, niſi vt partes ad ꝯcordiam adducat l. 1. §. inde quæritur. ff. de noui ope. nunc. Item iuramentum debet eſſe neceſſarium, de iureiu. c. & ſi Chriſtus: ſed neceſſitas ceſſat, ex quo partes, de quarum fauore principaliter agitur, remittunt, facit c. ſignificaſti, de electio. Et per hoc puto conſenſum iudicis non neceſſarium, vbi cauſa eſt mere priuata hoc eſt, quod iſte text. nullam facit mentionem de iudice. Non obſtat l. acta. quia procedit in intereſſe, quod poteſt iudex prætendere ex deſtructione acto-
4 rum, vt ibi notat Bart. † An autem ſufficiat conſenſus aduerſarii tantum. tex. iſte videtur velle, quod ſic, cum de eo ſolum faciat mentionem: ſed Ioan. And. intelligit, ꝙ etiam conſenſus ꝓducentis interuenire debeat, cum teſtis iuret pro vtraque parte teſtificari, & ex falſo eius teſtimonio poſſit vtrique parti præiudicium generari, ergo vtriuſque partis debet cõſenſus interuenire, ad quod de reg. iur. lib. 6 c. quod omnes tangit. &c. Et hoc placet: & ad tex. dico, quod ideo non facit mentionem de parte producente, quia producens hic nolebat, quod conuerſi, & fra-
5 tres iurarent, & iuramentum ſic inferebat conſenſum. † Quærit no. gl. an in cauſa matrimoniali poſſint partes iuramentum teſtib. remittere? Et concludit, ꝙ non, ſi agitur de contracto diſſoluendo, ſecus ſi de coniungendo, & ſic loquitur, quaſi primo caſu negotium non conſiſtat in libera voluntate partium, ſed in ſecundo ſic, & idem communiter ſentiunt Doct. Et pro hoc c. ſicut. de ſpon. & atteſtationes, de deſpon. impub. in quib. iudex ex officio exigit in hac cauſa iuramentum. Et per hanc rõnẽ dico generaliter, ꝙ in cauſa, quæ non dependet a libera partium voluntate, non habet locum hoc, quia non renunciat quis, niſi iuri in ſui fauorẽ inducto. ꝓ hoc cap. ſi diligenti de fo. cõp.
6 † Quærit ſecundo gl. an iuramentum calumniæ poſſit remitti a partibus, ſicut iſtud iuramentum teſtium, & ponit varias opi. Dic vt hodie habetur in c. 1. de iur. cal. lib. 6. vbi deciditur, quod tacite poteſt remitti: ſed non expreſſe, vnde iudex poteſt exigere ex officio ſuo, & ſic approbatur opi. Io. & Bar. & ſequacium poſita hic in gl. Et reddit Hoſt. rõnem diuerſitatis inter iuſm calumniæ, & teſtium. Nam ſine periculo animæ non poteſt committi calumnia, in quo Deus offenditur, reſpublica læditur, & Eccleſia ſcandalizatur, ſed ſine teſte poſſum tibi de meo dare, ceſſantib. prædictis. Aduerte, quia dictum Hoſt. procederet, qñ ſine depoſitione vellet pars, acquieſcere: ſed quando teſtes ẽt deponũt ſine iuramento, poſſunt concurrere multa, ſicut cũ remittitur. iuramentum calumniæ. Nam teſtis falſidicus eſt obnoxius Deo, iudici, & parti, vt in c. 1. de crim. fal. Tenetur enim teſtis pœna falſi. ac ſi iuraſſet, vt no. Io. And. in reg. non eſt ſine culpa in .ne.e.dixim c. 2. ſup. eo. ergo illa non eſt bona rõ. Quare ego redderem hanc diuerſitatis rõnem. Pactum expreſſum de non iurando de calumnia, aperte videtur inuitare partes ad delinquendum, & protelandum lites in præiudicium iudicis, & boni publici; ergo non valet pactum, vt in l. conuenire. ff. de pac. do & in c. quemadmodum, de iureiu. Sed pactum, vt teſtes non iurent, eſt conforme iuri diuino, vt credatur proximo, de elect. ſignificaſti. nec inuitat ad delinquendum, cum prædixi, teſtis habeat timere pœnam falſi, ſi aliter quam res ſe habeat dixerit. Itẽ hoc iuramentũ teſtium concernit mere fauorem partium, licet multos offendat, dicendo falſum. Sed iuramentum de calumnia concernit fauorem partium: & publicum bonum & iudicem, ne vexetur ex calumnioſa lite, & vt non protelletur plus debito, continet. n. in ſe multa capitula, vt no. in c. 1. de iur.
7 cal. † Quæro extra gl. an [a] teſtes poſſint aliter adſtringi ad veritatem dicendam, quam per iuramẽtum? D. An. ꝙ ſic, vt Per baptiſmum, per fidem Chriſti, per eius iudicium, in vera obediẽtia te adiuro, vt dicas veritatem. 15. q. 1. c. ſi duo. Item in pericu-
b lo [b] aiæ tuæ, inf. de fridig. & malef. c. fraternitatis, & ſimilib. mo-
c dis. Sed tanti viri reuerentia ſalua, hoc dictum non eſt verum, [c] licet enim fateat, quod multa ex prædictis adſtringant, vt iuramentum, pro quo vide tex. in c. conſtitutis, 2. de app. iuncta gl. in verſ. adiurauit. tamen in teſtibus non ſufficit ſimplex fidei ꝓſtatio, vel iuramẽtum, ſed debet eſſe præſtitum tactis ſacroſan. Euangelis, vt eſt tex. expreſſus in c. hortamur. 3. q. 3. vnde ceſſante contraria conſuetudine, non valeret dictum teſtis Euangeliis non tactis, quantumcunque iurauerit, quia non eſt iuri ſatisfactum. Pro hoc vide gl. in cle. 1. § porro. de hær. in ver. tacta, & facit gl. no. in c. vt circa, de elect. lib. 6. Videntur enim hæc iuramenta corporalia magis obligare, & tanto plus, quanto iure ſanctiori preſtantur, vt in c. mouet. 22. q. 1. notat. Inn. ẽt in c. & ſi Chriſtus, de iureiu. prẹall. dicit tamẽ illa gl. in cle. 1. de hęr. ꝙ apud Italicos præſtatur conſuetudo, vt ſufficiat quemlibet librum, ſeu ſcripturam quamlibet tangere. Sed dic, ꝙ vbi habet cõſuetudo hoc, põt ſuſtineri, cum in totum iuſm poſſet remitti conſenſu partium, ergo fortius ex conſuetudine gñali poſſet remitti tactura Euangeliorũ, ſed vbi cõſuetudo nil diſponeret in contrarium circa tacturam Euangeliorum, nõ valeret diſpoſitio præſtito iuſo ſine tactura. Et idem eſt, vbicũque a iure, ſeu ſtatuto requireretur iuſm corporale, vt no. in d. glo. quod bene no. & hoc, quia vt prædixit, talia iuramenta magis adſtringunt. Et vide ad prædicta gl. in c. fraternitatis. ſup. eo. & quod ibi not.
8 † Vltimo quæritur, quid ſi non apparet iuramẽtum remiſſum, nec prẹſtitum, nunquid debet prẹſumi, quod fuerit prẹſtitum? Dic, quod non, quia hęc eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non ꝓſumitur, l. quęcunque. §. 1. ff. de pub. & c. dudum. 2. de electi. in ver. non inuenimus eſſe factam & c. no. Bart. in l. ſciendum. ff. de ver. obl. & in l. Theopompus. ff. de do. prẹleg. imo ſi in actis diceret, qđ talis teſtis iuratus ſic depoſuit, licet tũc probet iuſm prẹſtitum, qa poterit interuenire tpe depõnis, & ſic verba enũciatiua faciunt fidem, ſm theoricã in c. quoniam ꝫ, de proba. & gl. in l. 1. C. de fide inſtr. lib. 10. non tamẽ probatur, ꝙ pars fuerit præſens in actu iurandi, vt no. in d. l. Theopompus. & vide qđ dixi in c. 4. ſup. eo. & c. poſt ceſſionem. de prob. & per Fed. cõſi. 192. Conſilium bonum eſt, vt in actis deſcribatur qualiter teſtis iurauit in prẹſcotia partis. Nico. Abb.

ADDITIONES.

a An. Nota multos modos, quibus teſtis poteſt adſtringi ad dicendum veritatem aliter quam per iuramentum. Et adde, quod plus obligatur, qui iurat per Deum, quam qui iurat ad ſancta dei Euangelia, tex. eſt in cap. ſi aliqua. 22. quæſt. 1. dom. Abb. hic reprobat iſtos modos, vt hic per eum. Sed de quibuſdam extraneis modis iurandi ponit Plau. in Comœ. captiui duo. dum dicit primo paraſito, qui iurabat Egioni, [Greek text illegible] Et dum antiqui iurabant per caput hilius ſui. Vide Verg. per caput hoc iuro, per quod pater ante ſolebat. Item adde, qđ ille, qui in actis dixit, Sic Deus me adiuuet. ſi contra facit, eſt periurus, & extra protectionem Dei, & eccleſiæ. ſecundum Bal. in c. ego. N. in 2. colũ. de iureiu. Et de illo, qui dicit Teſtis eſt mihi Deus. vel coram Deo loquor, uel per Deum, quod idem eſt vide b. Tho. in 4. q. 89. ar. 1. in fi. Item adde, quod paria ſunt quem iurare per ſalutem ſuam, & iurare per Deum, niſi quando iuramentum aperte parti fuiſſet delatum, ut iuraret per Deum, tex. eſt in l. qui per ſalutem ff. de iureiur.

b Periculo. Ille, qui dicit promitto dicere veritatem in periculo animę meæ, dr iurare. & idem dicit Do. poſt Io. An. in c. & ſi Chriſtus. in prin. in 2. col. de ſepul. in 6. & Inn. in d. & ſi Chriſtus. circa medium &c.

c Non eſt verum. Vide Abb. in capitulo laudabilem. infra, de frig. & malefi. & Bald. in capitu. 1. §. ſacramenta. de pace. tcoen. & in repetitio. l. 2. char. 11. ff. de iureiuran. Alexan. in l. 3. §. iurari. eodem titu. & Felyn. 10 cap. fraternitatis, in fi. ſupra eod. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina eſt capax iuris conferendi præbendas, etiam ſacerdotales ex priuilegio.*
2 *Fœmina eſt capax iuris præſentandi.*
3 *Præbendæ ſacerdotales ſunt, quæ habent onus celebrandi annexum.*
4 *Diſpoſitio capituli noſtri, habet locum, etiam ſi pars habet duos teſtes.*
5 *Diſpoſitio cap. noſtri habet locum etiam in cauſa criminali.*
6 *Iudex delegatus, qui iurat ſe nihil ſcire in cauſa, à qua petitur remoueri, non remouetur a teſtimonio dicendo.*
7 *Iudex impetratus, qui volebat eſſe meus aduocatus, non remouetur.*
8 *Iudex delegatus ſi antequam incipiat cognoſcere, committat totam cauſam, an teneat commiſſio, & an poſſit teſtificari in cauſa coram ſuo ſubdelegato.*
9 *Iudex a quo, ſi efficiatur iudex ad quem committit alteri cauſam.*
10 *Papa propter ſuſpicionem committit alteri cauſa propriam.*
11 *Ordinarius, an poſſit produci in teſtem coram ſuo vicario, uel officiali, uel iudice foraneo*
12 *Maior iudex falſum deponens, an poſſit a minore iudice puniri.*
13 *An aduerſarius poſſit opponere contra iudicem remotum, quando ipſe impetrauit iudicem.*
14 *Diſpoſitio capituli noſtri, habet locum etiam in uno iudice, & perſona impetrantis.*

CAP. XL.

Dilecto. Delegatus, neceſſarius in teſtem, remouetur a iudicando, & alius ſurrogatur. In prima ponitur impetrantis querela. In ſecunda ꝓuider, ibi Ne igitur. Caſus literalis. Inter Præpoſitũ Attren. & Comitiſſam Flandren. quęſtio vertebatur ſuper donatione ſex præbendarum ſacerdotalium, cauſa ſuper hoc commiſſa, fuit Epõ & Abbati Dedimen. & Decano Attebaten. Idẽ præpoſitus in pñtia iudicis conſtitutus, circa litis conteſtationẽ propoſuit, ꝙ teſtimonium Decani neceſſarium ſibi erat in cã prædicta, cum de ſuo iure non niſi per ipſum, & quendam aliũ teſtem tantum, fidem facere poſſit: vnde petebat ab eis, vt in cauſa

tan ſa ipſa procederent, Decano excluſo, vel ſuperſederent no-
gotio, quouſque dom. Papa alium ſubſtitueret loco ſui. Sed iu-
dices poſtulationem ſuam admittere noluerunt, imo poſt ap-
pellationem a collatione præbendarum ipſarum ſuſpenderũt
eundẽ Præpoſitũ. Præpoſitus hęc, oĩa Papæ ſignificauit: ne er-
go propter defectum teſtium iuſtitia Præpoſiti valeat deperire
loco ipſius Decani dom. Papa ſubſtituit Abbatem Vrſicampi,
mandans eidem, quatenus ſi eſt ita, relaxata ſuſpenſione Præ-
1 poſiti, procedat in cauſa iuxta prioris mandati tenorem. Bern.
a † No. primo, quod mulier eſt capax [a] iuris conferendi præben,
das etiam ſacerdotales Et ſi vis intelligere ꝙ verbum, Donatio
poſitum in textu, ſtet pro collatione, pro quo facit cap. fina. de
offic. lib. 6 tunc ſtat quod dixi, ſed intellige, ꝙ habeat ex priuile
gio Papæ. Pro hoc bo. tex cum gl. in c. Mennam. 2. q. 5. & 63. di-
ſtin. c. Adrianus: alias non poſſet, iuxta no. in c. 3. de iudi. nec ex
conſuetudine poteſt hoc licere laico, etiam per tantum tẽpus
de cuius initio memoria non eſt, argumen. in c. cauſam, de præ
2 ſcrip. no. Ioan. And. in cap. 2. de præben. lib. 6. † Si vis intellige-
re tex in præſentatione. tunc poteſt procedere ſine diſpenſatio
ne, ſeu priuilegio. Et quod poſſit ſic intelligi, probatur in cap. fi.
de conceſ. præben. vbi præſentatio appellatur donatio, & loqui
tur ille text. de iſta Comitiſſia Flandren. & ſic poteſt intelligi
de eodem facto cum iſto. Vnde verius puto, ꝙ hic erat conten-
tio ſuper iure præſentandi. Et ex hoc, & ex tex. collige, quod ius
patro. cadit in fœminam. Et quanquam iſte tex. loquatur in fœ
b mina habente dignitatem, idem tamẽ dic in priuata. [b] Pro hoc
facit iſte tex. iuncta gl. in c. quoniam inueſtituras. 16. q. 6. vide
Doct. in clemen. 2. de iurepatro. qui notabiliter ſentiunt, ꝙ hæ-
redes maſculi, & fœminæ, pariter ſuccedunt in hoc iurepatro.
& ſatis eſt hoc iure non prohiberi ipſis mulieribus. & vide qđ
no in cap. fi. de conceſ. præben † No. 2. quod præbendarum quæ
3 dam ſunt ſacerdotales, quædam non, & poſſunt dici ſacerdota-
les illæ, quæ habent onus celebrandi annexum: argumen. c. ſi-
gnificatum. de præben. & vide tex. iuncta gl. 1. in cap. cui de non
ſacerdotali, de præben. lib. 6. Et intellige hoc de ſpeciali diſpoſi-
tione nam de iure communi non eſt diuerſitas in præbendis,
nec requirunt conſtitutum in ſacerdotio, vide tex. cum gloſſ. in
clemen. vt hi, qui, de ęta. & qualit. & quod no. in c. 2. de conſtit.
No. 3. ꝙ in eadem cauſa non poteſt eſſe quis iudex, & teſtis. 4. q.
4. c. 1. Item no. quod officiũ teſtificandi eſt magis neceſſarium,
quam officium iudicandi. Nam repellitur quis a munere iudi-
candi propter actum teſtificandi, vt hic. & hoc quia, facilius re
periuntur centum iudices, quam vnus teſtis. hinc eſt, ꝙ facilius
recuſatur iudex, quam teſtis, vt legi. & nota. in capit. cum R. de
offic. deleg. alia notabilia clara ſunt. Quęro, quid intendat lite-
ra, dum dicit, ꝙ Præpoſitus propoſuit citra lit. conteſt. Reſpon-
det gl. 1. ꝙ fuit proteſtatus, ꝙ per illa verba non intendebat litẽ
conteſtari. Sed dic melius, ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. ꝙ
hic nõ erat neceſſaria aliqua proteſtatio, quia per verba hic ex-
preſſa non reſpondebatur petitioni: vnde dicit, nulla fuit facta
proteſtatio, ſed illa verba, citra lit. conteſta. denotant tempus
exceptionis propoſitæ. Et ponderatur hoc, quia poſt litẽ conte
ſta. non potuiſſet petere alium ſurrogari. 3. quæſtio. 1. cap. indu-
ciæ. § offeratur. de offic. deleg. cap. inſinuante, niſi ex noua cau-
ſa, vt ibi. Nam conteſtando litem coram illo tanquam coram
iudice, videremur renunciare ſuo teſtimonio, niſi nouiter per-
cepiſſet illum fuiſſe & eſſe de cauſa informatum, quia tunc eſ-
ſet ſibi ſubueniendum, etiam poſt litis conteſt. ar. cap. præſen-
tium, ſupra eo. & quod no. 3. q. 6. c. ſi quis Epiſcoporum, vbi bo.
4 gl. in fi. † Gl. in effectu format tres q. Prima, nunquid diſpoſitio
huius c. habet locum, ſi pars vltra iudicem habeat duos teſtes:
Et cõcludit ꝙ ſic, ſecus ſi haberet plures. rõnem vide in gl. Sed
hoc vltimum limitat gl. in fi. niſi fradulenter aduerſarius impe
traſſet illum iudicem, quem volebat producere in teſtem. Nã
tunc remouebitur, etiam ſi haberet plures teſtes, quod placet.
Nam forte alii non ſunt idonei, vel repelli poſſunt, & fraus non
5 debet fraudoloſo prodeſſe de reſcrip c. ſedes. † Secundo quærit
an idem ſit in criminali, concludit, ꝙ ſic, quia licet teſtes in hac
cauſa non compellantur, poſſet tamen iudex remotus, precib.
induci. dicit tamen ꝙ ſi omnino nollet teſtificari, non remoue
retũ. Mihi hoc vltimum placet: nam iudex non remouetur, niſi
ob defectum teſtium, vt hic, quo caſu etiam in cauſa criminali
teſtes compelluntur. & ſic non ſufficit, ſi iſte iudex dicat ſe, nol
le teſtificari. Ad hoc quod no. in cap. dilectorum, infra titu. pro-
xi. vbi dicetur. dicit tamen hic Hoſtien. per illam Decre. dilecto
rum, quod ad probandum crimen contra teſtem, iudex remo-
uebitur ego remitto ad dicenda in d. cap. dilectorum. † Tertio
6 & vlt. hæc glo. quærit, quid ſi iudex vellet iurare, quod nihil ſcit
in cauſa illa? Reſpondet, quod non remouebitur. quod placet
Innocen. Nam ſi fidei ſuæ ſe committit pars, vt dicat teſtimo-
nium ſuper principali, fortius debet ei credere, cum iurat ſe ne
ſcire. C. de teſtib. l. penul. & 4. quæſtio. 4. cap. ſi teſtes. § ſi quis te-
ſtibus. & de dona. inter vir. & vxo. cap. per veſtras, quod placet
communiter Doct. Imo plus dicit Innocen. quod is, qui petit
iudicẽ remoueri, & alium ſubrogari, non eſt ſtatim audiendus
ſed deberet præmitti aliqua cognitio veriſimilis coniecturæ,
ſuper duobus, quod ille ſit neceſſarius, & quod de illa re verita
tem ſciat. Nam ſi ad recipiendum teſtes non datur dilatio ſine
cauſæ cognitione. 3. quæſtio. 3. d. cap. induciæ §. ſpacium, & l. a
procedente. C. de dila. fortius in hoc caſu, vbi qualequale præ-
iudicium. generatur alteri parti habenti iudicem gratum.
Item grauatur ſaltem in expẽſis factis in impetratione, & hoc
ſatis placet. Et dico, quod hic videtur tex. Nam iſte propoſuit,
quod iſte iudex erat ſibi neceſſarius, & Papa fundando ſe ſuper
defectu probationum, ſubrogat alium cum clauſula, Si eſt ita
Et ſic oportet, quod conſtet prius de neceſſitate allegata, ſaltẽ
veriſimilitudinarie, quod no & facit quod in ſimili no. Innocẽ.
in c. tenor, de re iudic. gloſ. in verſi. excluſo dicit, quod illa pe-
titio præpoſiti, vt procederetur illo iudice excluſo, habet locũ
quando clauſula, Quod ſi nõ omnes, &c. ponitur in reſcripto.
Vult dicere, quod vbi ſimpliciter eſſet facta commiſſio & facta
pluribus, & vnus eſſet neceſſarius in teſtem, non poſſunt alii
illo excluſo procedere, per cap. vno delegatorum, & capit. cau
ſam matrimonii. de offic. deleg. Sed habet tunc locum allega-
tio ſecundæ partis alternatiuæ, ſcilicet, vt ſuperſederetur nego-
tio, donec delegans alium loco illius ſubroget, ſecus quando
ponitur illa clauſula impotentię, quaſi ſit purificata cõditio ex
quo alter legitime non poteſt intereſſe quod no. quia extendit
multum virtutem illius clauſulæ: & facit cap. ſuſcitatus. de re-
ſcrip Glo. in verbo Admittere recuſaſtis: facit quinque. Nã pri-
mo fortificat literam, dicendo quod male fecerunt iſti iudices
in non admittendo iſtam petitionem ipſius Prępoſiti. Nam &
ipſe, prætor, qui eſt ordinarius ſuum teſtimonium dicere de-
bet. 4. quęſtio. 1. cap ſi teſtes §. ſi tres & ff de teſt. l. ob carmen. §.
1. Intelligo hoc, quãdo producitur in teſtem in ea cauſa, ĩ qua
non eſt iudex. Nam in eadem cauſa in qua eſt, vel fuit iudex, te-
ſtis eſſe non poteſt, vt hic, & 2. quæſtio. 6. cap. ſtatuendum, alias
7 ſtatutum. dixi plene in d. capit. cum a nobis. ſupra eodem. † Se
cundo quęrit, quid ſi impetraſti iudicem illum, qui volebat eſ-
ſe aduocatus meus? Reſpondet, quod non remouebiſ, niſi hoc
feceris in fraudem, & hoc tenet Ioan. And. quod maxime pro-
cedit, ſecundum eum, ſi ille erat generalis aduocatus eccleſiæ,
beneficio ſibi collato ab eccleſia, de iureiuram. cap. breui. Ter-
tio, hoc dubium fortificando, quærit: ecce concluſum eſt ſupra
quod non debet remoueri, ceſſante fraude ex eo, quia volebat
c eſſe aduocatus alterius. [c] Sed quid ſi ob hanc cauſam, quia vole
bat eſſe aduocatus meus reuelem ei ſecreta cauſæ? Concludit,
ꝙ etiam non ſufficit, quia iudex habet iudicare, ſecundum alle
gata, vt in c. iudicet. 3. quæſtio. 7. & plenius in cap. paſtoralis. de
8 offic. deleg. §. quia vero. † Quarto quærit, quid ſi iſte iudex dele
gatus antequam peteretur remoueri ob munus teſtificandi, cõ
miſit in totum cauſam ſuam alteri, nũquid teneat commiſſio?
& ſi tenet, an poterit coram ſubdelegato teſtificari? Glo. ponit
opin. Ioan. ꝙ non. ſed poſtea concludit cõtrarium, arg. huius. c.
nam iſte fuit ſemel iudex: & tamen ſubmotus a cauſa perhibet
teſtimoniũ. Primam opi. tenet hic Inn. & ſi commiſit in totũ ea
rõne, q̃a delegatus fungiſ vice delegãtis l. 1. §. vlt. ff. de of. ei, cui
manda. eſt iuriſd. Hoſt. tenet ſecundam opi. & facit ad hoc, ſecũ
dum Io. And. c. iudex, de offi. deleg lib. 6. Sentit etiam Abb. qui
dicit, ꝙ ſi impetraui mihi conſanguineum meum in iudicem,
qui recuſatus eſt, bene poterꝰ ipſum in teſtem inducere, quia li
cet remoueatur a iudicando, non tamen a teſtificando, de præ-
ſum. c. literis. Ego dicerem, ꝙ aut ante ſubdelegationem iudex
proceſſit ad aliquam ſententiam, ita vt ex hoc pręſumatur affe
ctus ad cauſam, non poterit eſſe teſtis, ratione ſuſpicionis, quia
non debet in eadem cauſa eſſe iudex & teſtis, vt in d. c. ſtatuen
dum. 2. quæſtio. 6. facit quod no. glo. in l. ob carmen. §. 1. ff. eod.
tit. Aut commiſit in principio cauſę, & tunc ſi erat delegatus,
& commiſit in totum, non video aliquid rationabile reſiſtens
officio teſtificandi. Hoc enim caſu ceſſauit ratio opi. contrarię,
cum non fungatur iure ſubdelegantis, cum ille deſierit eſſe iu-
dex, nec põt am plius reaſſumere cauſam, nec ad eum appella-
ri, de offi. deleg. c. ſuper quonum. § porro, & in c. ſi delegatus. eo.
tit. lib. 6. Nec põt dici, ꝙ hẽat affectionem ad cãm cum in ipſius
principio ſubdelegauerit. & ſic ceſſat ratio c. ſtatuendũ. ad hoc
d. c. iudex:

ADDITIONES.

a Mulier capax. Quid poſſit mulier, & quorum iurium ſit capax, & quo-
rum incapax, late proſequitur Dec. in repet. l. fœminæ. ff. de reg. iu. Seba-
ſtianus Sap.

b Idem tamen dic in priuata. Ego contrarium dicerem per ea, quæ no. abunde
Iac. Reb. in rub. C. de iure fiſci. nume. 4. & ibi remiſ. in apoſtil. Cel. ad ipſum
libro 10. Zach.

c Aduocatus alterius. Vide Felyn. in capitu. irrefragabili. in 1. colum. ſupra de
offic. ordina. vbi vult, quod aduocatus non poſſit in eadem cauſa eſſe iu-
dex, quando pars propalauit animum ſuum, ſed pro limitatione ſubiicit,
quod ego non poſſum recuſare illum, qui fuit meus aduocatus, licet pro-
palauerim ei omnia ſecreta, quia hẽt iudicare per allegata & pbata, ut hic
per glo. Seb. Sap.

d.c.Iodex. vbi ceſſat hoc caſu omnis ſuſpicio. Aut ſubdelegauit
non In torum, vel erat ordinarius, qui poteſt ſubdelegatum re
mouere quandocunque, p l.iudicium ſoluitur, ff. de iud.& tūc
eſt maius dubium, & tunc puto, q de rigore non teſtificabitur,
cū remanſerit iudex, & poſſit cauſam reaſumere ad libitum,
& ad eum ſit appellādum. d. ca. ſup quæſtionum. vnde ſemper
claudicaret in partem, pro qua tulit teſtimonium. Sed de æqui
tate, quæ ſatis iudicio meo poterit ſeruari, admittitur, quia ex
preſſe non reperitur iſte repulſus. & edictum de teſtibus nō eſt
prohibitorium in l.j. ff. eo. Nam iura repellunt iudicem actuali
ter, vel eum, qui fuit, ne utatur in cauſa duplici officio incom-
patibili, ſed iſte non fuit actualiter, nec eſt iudex. Nam ſeparatū
eſt eius tribunal a tribunali ſubdelegati. quod patet ex eo, quia
ad eum appellatur a ſubdelegato, quod fieri nō poſſet, ſi idem
eſſet tribunal. de conſue c.2. li. 6. nec in eadem cā erit iudex &
teſtis; quia non ipſe, ſed ſubdelegatus iudicabit. Nec poterit am
plius reaſſumere cauſam ad effectum iudicādi, quia officium
teſtificandi reddidit eum incapacem. & appellabitur ad eū, nō
vt ipſe cognoſcat, & diffiniat, ſed vt cauſam alteri deleget, ſicut
obſeruatur in illo, qui exiſtens ſuſpectus, cauſam delegauit. Nā
appellatur ad eum, vt alteri deleget, nec per hoc ſuſpectus iudi
9 catur, vt plene dixi in c. ſi quis ꝯ clericum de fo comp. † Itē ſi iu
dex a quo, efficitur iudex ad quem, pendente appellatione, cō-
mittit alteri cā, vt no. glo. in c. quærelam. de elec. & l. eos, C. de
10 vſu. nec per hoc dr̄ eſſe iudex, etiam in cauſa appellationis. † itē
papa ad euitandum ſuſpicionem committit propriam cām, vt
no. in c. cum dilecta. de confirma. vtil. vel inuti. & in c. ex parte.
de ver. ſign. Nec per hoc dr̄ iudex & pars, ita dico in propoſito,
q committendo cām, & teſtificando in ea, non dr̄ eſſe iudex &
teſtis Nā in ſuſpicione euitanda conſideramus non habitū iu-
riſdictionis, ſed actum, vnde ſatis eſt, q actualiter reſpectu exer-
citij iſte non fuit, nec erit iudex. & hoc eſt fauorabilius, ne pcat
probandi, facultas Et hæc no. quia per alios non ſunt digeſta. &
& p hęc habes notabilem practicam, q ſi ordinarius cauſę eſt
tibi neceſſarius in teſtē, obtineas primo, vt cām alteri cōmittat,
11 & coram illo produces eum in teſtem. † Vltimo glo. quærit, an
ordinarius poſſit pduci in teſtem coram ſuo officiali, ſeu vica-
rio? & concludit, q ſic. Idē ſentit Vinc. & plus dicit, q coram iu
dice, cui eſt commiſſa cauſarum vniuerſitas, is, qui commiſit,
poteſt eſſe teſtis, arg. ff. de iuriſ. om. iudi. cum. l. eſt receptum. Et
ſic infero, q Epiſcopus poteſt eſſe teſtis, non ſolum corā ſuo vi-
cario generali, cum quo facit idem cōſiſtitorium, vt d c.2. de ꝯ
ſue in vi. ſed etiam corā officiali foraneo, q eſt delegatus ad vni
uerſitatē cauſarum, vt no. in cl. 2. de reſcriptis. Et in iſtis non eſt
tantum dubiū, ſicut in præcedenti qōne. Nā officialis generalis
habet ordinariam, & ſic iudicat iure ſuo, vt no. in c. licet, de of-
fici. Vica li. 6. Foraneus vero ſeu delegatus ad vniuerſitatem cā
rum, cenſetur quaſi ordinarius, vt no. gl. in c. cum cām, de app.
tū poſſent fieri obiectiones prædictæ in præcedenti qōne. Nam
ab iſto, cui eſt delegata vniuerſitas cārum, appellatur ad ipſum
delegantem, vt no. gl. in d. cle. 2. Item p̄t ordinarius vicario ſuo
interdicere, ne cognoſcat de certa cā, & illam in ſe aſſumere, vt
no Inn. in c. Romana de ap. li. 6. & nihilominus p̄t eſſe teſtis in
eadē cā corā illo, vt vult hic gl. nec doc. in hoc ꝯdicunt, ergo idē
dicendum q in præcedenti q. Sed dico, q in queſt. & d. Vinc.
obſeruabitur, q dixi in præcedenti qōne circa appellationem
12 & poteſtatem reaſſumendi cām, & ſic limita pdicta. An aūt ma
ior iudex corā minori teſtificans, & falſum deponens, vel aliter
vacillans, poſſit ab iſto minori puniri, vide varias opi. quas reci-
tat Spe. eo. tit. § 1. ver. qd ſi is, q, in 8. col. Et credo, q ſi iſte maior
habet iuriſdōnem in minorem, iſte nō poterit ab eo puniri, de
a maio. & obe. c. cum inferior,[a] & per Doct. in c. 2. de conſt. li. 6 in
nouella. & in c. j. de rap. & in reg. cui licet, de reg. iu. li. 6. in mer.
ſed habebit recurſus ad ſuperiorē. Aut eſt maior reſpectu pote-
ſtatis, ſed non reſpectu Iudicis, & tūc poterit ab eo puniri, quia
hoc caſu reputatur priuata perſona ar. in l. 3 ff. de of. præſi. & eo
13 rum, q̄ no. in iur. pręſ. † Gl. an rep. q̄rit, pone, q iſte remoueatur,
vt In cauſa deponat, nunquid aduerſarius, qui eum impetraue-
rat in iudicem. poterit obijcere in perſonam crimina, vel defe-
ctus, vt ſic eum repellat a teſtimonio? Et reſpondet, qd nō, quia
eum ſemel approbauit. Idē Ioan. hic, & multi alij. Sed tu diſtin
gue, vt no. Inno. in c. cum venerabilis, de excep. & ibi ſe remit-
tit Io And. Nam hoc procederet, ſi vellet obijcere tale quid, q
etiam repuliſſet ab officio iudicandi, alias ſecus. Et dic, vt dicet
plenius, & vide de materia huius c. in Spe. ti. §. j. verſi. quid ſi im
petres, & quatuor ſeq. Op. & videtur, q non erat opus relaxare
hanc ſuſpenſionis ſententiam, cum eſſet lata poſt appellationē
legitimam, in c. per tuas, de ſent. excommu. Gl. ſi ſol. q ad factū
referatur hęc relaxatio, quod no. quia verbum, Relaxatio, non
ſemper refertur ad ius. Vel ſecundum Hoſt. dic, q ſtat proprie,
quia appellatio nō potuit impedire ipſius vires, cum cauſa fuiſ
ſet cōmiſſa, appellatione remota, & antequam emanaret hæc
Decr. caſus iſte non erat deciſus, & ſic non poterat appellari, p
c. paſtoralis, de ap. ſed ſuperioris officio debuit relaxari graua-
men, vt ibi. quod no. Tenet ergo excommunicatio lata poſt ap
pellationem ipſo iure iuſtam, ex quo non eſt iure expreſſe approba
ta appellatio, & cauſa fuit commiſſa app. re. quod no. pro intel
lectu c. paſtoralis. præal. Et faciūt hæc ad ſimilem quæſtionem,
quare cauſa iſta remittitur ad priores iudices, a quibus ratione
grauaminis fuit appellatum, contra c. accepta. de appell. Inno.
b dicit, q hoc proceſſit de voluntate partium. Ioan.[b] And. ſentit
ut prædixi, q hoc fuit propter probabile dubium huius caſus,
qui non erat hactenus determinatus. Qđ placet, & eſt notabi
le verbum. Nam cauſa non remittitur propter timorem ſuſpi-
cionis ex præcedenti grauamine tm̄ quę ratio ceſſat, vbi caſus
14 eſt dubitabilis, ar. in l. regula ff de iur. & fac. ign. † Vltimo quæ-
rit, nūquid eſſet locus diſpoſitioni huius c. ſi vnus tantum eſſet
datus iudex? Hoſt. q ſic. Quod ſatis placet eadem ratione. & di
cit q hanc ſubrogationem poſſet petere illemet, qui illum im-
petrauit in iudicem, ſi probabili errore ductus in iudicē petijt,
vel ſi corruptus fuiſſet eius procurator, qui illum impetrauit,
quod placet.

ADDITIONES.

a Inferior. Aduerte, q illa regula, quod maior nō poteſt puniri ab inferiore,
non procedit, quando maior ſe ſubijcit iudicio minoris. ca. peruenit. 11. q.
j. c. mādatis. & cap. auditum 2. q. 5 Item ſi maior deliquit in territorio mino
ris. auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine. agi oportet. & ita prædictam
regulam declarat. Goſ. in ſumma. tit. de iudi. in j. col. Ex quo ut dicendum,
q maior teſtificans falſum corā minore, poſſit ab eo puniri. quia videtur ſe
ſubijcere, & quia delinquit in ſua iuriſdictione. Seb. Sap.

b No. ſing. illa uerba aurea. & pro hoc, quod dicitur de caſu dubio, bene facit,
quod no. in ſim Bar & Ang. in l fi. de poe iud. qui ma. iud. & gl. inſti. de obli.
quæ ex quaſi delict. in prin. Itē no. hic duas ſingulares limitationes & pere-
grinas ad id, quod habetur per glo. ord. & Docto. in capitu. ut debitus. de
app. vbi dicitur, quo ſi iudex appellationis pronūciat bene appellatum ab
interlocutoria, ad eum deuoluitur cognitio ſuper toto negotio principali.
Nā hoc fallit. Primo niſi iudex a quo, male pronunciaſſet in caſu ualde du
bio, per papam non deciſo, quia tunc licet pronuncietur bene appella-
tum, non deuoluitur cognitio totius cauſæ ad iudicem ad quē. Secundo fal
lit, niſi poſtquam appellatū eſt a iudice a quo, ei ſit adiunctus nouus officia
lis, quia quia ubi erat unus officialis ad idē tribunale, modo facti ſunt duo,
nam licet pronūcietur bene appellatum, fit remiſſio ad illos iudices, a quo
tum uno fuerat appellatum, ſecūdum D. Ant. hic. Sed forte idem erit, ſi nul
lus officialis eſt iudici a quo adiunctus, ſed ei ſoli alius officialis eſt ſubroga
tus, & ipſe, a quo eſt appellatum, deſijt eſſe officialis, quia tūc licet pronūtie
tur bn̄ appellatum, fit remiſſio ad primum tribunal, a quo eſt appellatum. Et
hoc videtur approbare tex. in c. dilecto in fi. per quem ſi hoc eſt verum, da-
tur ſingularis limitatio, cæteris omnibus elegantior & præſtantior, ad not.
in d. capitu. vt debitus, quam tertiam limitationem credo veram, quia cum
appellatio ab interlocutoria iuſtificetur, non tantum ex iniuſtitia, quantū
ex ipſa culpa & iniquitate iudicis, vt no Bar in l. per hanc. circa princ. C. de
tempo. appel. & do. Anto. in c. ex parte. circa princip. ſup. eod. titu. hic ceſ-
ſat ratio præſumptionis futuræ iniquitatis ſeu culpæ iudicis in iudice ſubro
gato, quæ militabat in illo iudice, a quo fuerat appellatum, propter præce-
dentem culpam in interlocutoria prius adhibita. Sed ſecundam limitatio-
nem do. Anto. hic de adiunctio iudici a quo, credo veram, quia licet ei ad-
iungatur alius officialis, non propterea ceſſat ratio, qua præſumatur iudi-
cem a quo grauare in futurum in toto negotio propter culpam & graua-
men adhibitum in præcedenti interlocutoria, ex quo etiam ipſe cum ſuo
collega ei nouiter adiuncto habet iudicare, quod forte procedit, non ſolū
ſi ei adiungatur vnus officialis, ſed etiam ſi adiungerentur plures, quia poſ-
ſet cæteros homines trahere in ſuam ſententiam. l. ſi in tres ff. de arbi. Sed
dictum D. An. hic poteſt ſuſtentari, ſi iſte officialis, qui nouiter adiungitur
iudici a quo, præſumptionem futuræ culpæ in toto reliquo negocio remo-
ueret ob reuerentiam, quam habebit ad collegam ſuum, ſi tantæ ſit honeſta
tis, quam ita non haberi alij collegæ. ad hoc all. tex in Auth ſi uero conti-
gerit. C. de iure. cogita tamen bene, quia iſta ſunt noua & cōſiderata in hoc
paſſu. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſola fundatione eccleſiæ acquiritur ius patronatus, quod tranſmittitur in hæredes.*
2 *Teſtis, tunc videtur recipi, quando admittitur ad iuramentum.*
3 *Differentia inter capitu. noſtrum, & capitu. quoniam frequenter. ut lite non conteſta.*
4 *Remedium capi. noſtri, an competat reo, vel actori, & qualiter procedat.*
5 *Eccleſia poteſt agere triplici via contra illum, qui eam ædificauit, & remiſit ius patronatus.*
6 *Vnum remedium extraordinarium non tollitur per aliud.*
7 *Practica probandi, uel reprobandi inſtrumenta antiqua, & qualiter probetur, quod ſcriptor fuerit notarius.*
8 *Denunciatio, de qua in cap. noſtro, an perſonaliter, an domi ſit fienda.*
9 *Atteſtationes receptæ ſecundum formam c. noſtri, an ualeant, ſi is qui produ cit, agit contra alios.*
10 *Coram quo iudice examinentur teſtes ad perpetuam rei memoriam.*

C A P. XLI.

SIgnificauit. Ne pbationis copia pereat, cita-
to aduerſario recipiunt, & publi
cant teſtes, quos reus īduxit h. d. In prima parte peti
tio, ī ſcda iudicis datio, ibi, Quocirca. Casˀ literalis.
Quidā nobiles fundauerūt eccleſiā S. Nic. Sabi. dię. & liberā eſ-
ſe vo-

Google

ſe volentes,tempore fundationis, dixerunt ſe nihil iuris retinere in ea. Sacerdos illius eccleſiæ, cum ſuper tali libertate nulla inſtrumenta facta fuiſſent,timens ne proceſſu temporis probationis copia deperiret,petit a Do. Papa ſibi prouideri. Vnde Papa mandat iudici Sabi. quatenus teſtes idoneos, quos idem p̃ſbyter duxerit præſentandos,examinet diligenter, & eorum dicta in publica inſtrumenta redigi faciat,denunciatione præmiſſa fundatoribus antedictis, vel eorum hæredibus,vt receptioni teſtium interſint,ſi velint,& ſuper tali denunciatione fiat publi
1 cum inſtrumentum. Bern.† Nota. primo, quod ex ſola funda-
a tione eccleſiæ, a acquiritur ius patronatus, licet fundator hoc ius expreſſe non retinuerit. Sufficit enim quod fundationis tẽpore illud ius non remiſerit,vt hic bene probatur. Facit cap. nobis,de iure patro.& 16. quæſtio. 7. cap. decernimus, quod quidem ius tranſit etiam ad hæredes, licet expreſſe fundator non dixerit,argumen.hic. vbi citantur hæredes in examinatione teſtium: nam ſi eorum non intereſſet, non citarentur,facit capit. filiis.16.quæſtio. 7. No.2.ꝙ pars, contra quam producuntur teſtes citari debet, non ſolum quando producuntur teſtes directe in cauſa iam in iudicium deducta; vt in c. 2. ſupra eo.ſed & quando producuntur indirecte quadam via extraordinaria ad futuram rei memoriam, vt hic.& in Auth.ſed.& ſi quis.C.eod. ſecũdum vnum intellectum:eadem enim eſt ratio in vtriſque. ſemper enim debet præmitti citatio, vbi agitur de præiudicio abſentis.3.q.9.c.caueant,& c.omnia.Not.3. ibi, Confici facias, ꝙ pars aduerſa non præſumitur citata in examinatione teſtiũ, oportet enim ad teſtimonij validitatem, quod conſtet de citatione.Pro hoc,quia ſolemnitas extrinſeca non præſumitur.l.q̃cunque. ff. de public.& dixi in c.tuis ſupra eodem.† Nota.4.ibi
2 Receptioni, ꝙ teſtis videtur recipi,quando recipitur ad actum iuramenti.habetur enim tunc teſtis pro recepto l.quãdo.C.eodem. facit ad ea, quæ dixi in capit.licet,de proba.loquitur enim hic,vt interſint,non examinationi, cum fiat ſecrete, vt in c.venerabili,infra eod.ſed vt videant illos iurare.ſup.eo.cap.2.& faciant interrogatoria, ſi velint, vt in c.1. infra eo.tit lib.6.& hoc vltimum no.quod expreſſe voluit hic Ioan.And.Oppo.contra tex.de.cap.quoniam,in princ.ſup.vt lit.non conte. vbi ante lit. conteſt. recipiuntur ſolum teſtes, de quorum morte, vel abſen
3 tia timetur.hic autem recipiuntur omnes ꝙ inſtincte.† Gl.2.tacite ſoluẽdo,dicit,qđ multiplex eſt differentia inter caſum huius capituli,& illius,& ponit quinque differentias, & quartam impugnat. Examinemus primo has differentias,quæ faciũt ad intellectum vtriuſque c. & demum inferam ad verum intellectum vtriuſque.Prima differentia,ſecundum glo.eſt illa,quam præmiſit,ꝙ hic recipiuntur indifferenter omnes teſtes,ibi ſolũ ſenes & valetudinarij, &c. Secunda quia hic ſtatim dicta teſtiũ publicant̃ ad æternam rei memoriam, ibi non publicantur,ſed differtur publicatio fienda cum alijs recipiendis poſt litis cont. debito tempore fiendam.Spec.eo.tit.§.nunc tractemus.ver.in hoc autem,tenet publicationem non fiendam, etiã in caſu huius cap.&c.Albericus,inf.eo.Mouetur, quia cum hæc receptio teſtium fiat in fauorem rei,non debet redundare in eius præiudicium,quod fieret,ſi dicta publicarentur,cum non liceret poſtea alios teſtes producere.Et ad hoc cap.&c. Albericus.reſpõdet, quod dicta teſtium publicantur.i.in publicam ſcripturam rediguntur : ſed primum dictũ communiter hic tenetur:& ſequitur Bar.in d. Auth.ſed & ſi quis,& expreſſius Io.And.in loco præallc.in addi.in ver.ſed quos.Nec valeret ratio Spec.ſecũdum eum, cum reus poſſit omnes teſtes ab initio producere, & ſi omnes præſentes non ſunt poteſt differre.Et idẽ in actore, in caſu, quo agere poteſt, quod quando ſit, inf.dicetur.Et hoc teneas.Poſſet tñ dici.ꝙ aut pars producens petit dicta publicari,& debet fieri publicatio, quia ſuccedunt loco publici inſtrumenti,vt ſatis colligitur hic. & inf. eo.cap. Albericus.Ideo eodem iure cenſeri debet,argu.cap.eccleſia,vt lit.non conte.Aut inſtat, vt non fiat publicatio, & non publicabũtur.Eſt enim qđ imputandum actori,quare agit.Tertia differẽtia eſt,quia in caſu c.quoniam,non valent poſt annum,niſi intra annum producens agat,vel denunciet illi, ꝯ quem inducti fuerunt,iſti aũt ꝑpetuo valebunt,tanquam publicum inſtr̃m. Hęc dr̃ia mihi nõ placet:nam denunciatio ibi requiritur,qñ fuit facta receptio in partis abſentia,ſed hic loquimur, qñ denunciatio præceſſit:vnde ſi ibi præceſſiſſet,non, eſſet neceſſe intra annum agere,vt ſatis colligitur in tex.& gl.& dic de hoc,vt ini plenius no.Quarta differentia, contra illos poteſt obijci, in perſonas, contra iſtos non,ſi conſtat de denunciatione ſibi facta.Intellige,ꝙ tunc nõ oppoſuit,& hoc tenuit Vinc.Sed hoc non placet gl.nec vĩ placere Docto.hic: nam licet pars requiſita non venerit,vel venerit,& tunc non oppoſuerit,non tamen per hoc infertur,ꝙ amplius opponere non poſſit. Solum enim eſt ſtatutum contra non venientem,vt teſtes recipi poſſint,ac ſi fuiſſet præſens,in c. 2.ſupra eod. non ergo debet infligi alia pœna iure non expreſſa ſcilicet, vt non poſſit deinceps excipere contra perſonas teſtium. Ad hoc quod io ſimi.glo. in c.fin.de iure patro. & vide glo.no.in c.2.de dolo & contumac. lib. 6. quæ dicit,quod licet, quis ſit contumax in vno actu, non per hoc cenſendus eſt contumax in alio: & videtur in terminis noſtris eſſe quaſi caſus in cap.accedens, il 1.vt lit. non conteſt.Nec obſt.ſi fuit præſens,& non oppoſuit. Per hoc enim ſibi non parat præiudicium, cum ſciat facultatem oppoñdi competere etiam poſt receptionẽ teſtium, vt in cap.præſentium, ſupra eodem.Sed aduerte,quia Vincẽ. potuit dicere verum ceno caſu,ſcilicet poſt publicationem. Nam hic recipiuntur & publicantur, ergo poſtea non licet opponere cum præſumatur malitioſe facere, ſi a principio non fuit proteſtatus,vt in d. cap. præſentium.Ideo concordarẽ has opin.hoc modo: quod ante publicationem licitum eſt opponere, ſiue fuerit præſens in actu receptionis,ſiue abſens.& ꝓcedat dictum glo. Poſt publicationem autem non licet, niſi in caſibus cap.præſentium,& procedat dictum Vincẽ. & hoc credo veriſſimum, licet Doct. communiter videantur reprobare dictum Vincen.& non bene iudicio meo. Quinta differentia, hic producuntur teſtes,vbi nõ mouetur,nec timetur lis in præſenti:ibi ſecus, quaſi ceſſaret hoc remedium extraordinarium, ex quo de proximo ſperatur lis, in qua ordinarie poterunt teſtes produci.Expedita eſt glo.vſque ad ver.& not. & ibi examinat vſque ad fin. an remedium huius cap. competat actori,an
4 reo tantum.† Et Ioan.dicit,quod reo tantum. Nec obſt. text.in l.leg. Aquilia,vbi ex parte actoris recipiuntur teſtes añ lit.conteſt.ne tractu temporis facultas probandi pereat, quia teſtes ſibi conſignantur.Et ſic intelligebat dominus Azo. illam l.ſecũdum gloſ.& dic conſignantur.i. ſigillo clauduntur,& publicãtur demum poſt lit.conteſt. quaſi loquatur in caſu cap.quoniã in princip.vt ſolum recipiantur teſtes,de quorum morte vel abſentia timetur,vt ibi no.glo.ſecundum vnum intellectum.Sed glo.hic concludit contrarium, dicens hoc habere locum in actore quandoque, per d.l. in leg. Nam ibi dicta publicantur,ſicut hic, & ſententia fertur, ſed ſolum differtur condemnationis examinatio in euentum, conditionis. Hoc ideo dicit, quia debitum erat ibi conditionale.Fatetur tamen glo.quod teſtes in cap.quoniam,non publicantur. Et idem in Authen. eo.titu. ſecundum vnum intellectum : & ſi vis intelligere, quod d.authen.loquatur in caſu huius cap.ſcilicet,quod teſtes ibi recipiãtur ad æternam rei memoriam,tunc dicta publicãtur,hoc vult in effectu gl.iſta vſque ad fi.Et licet habuerit bonum intellectũ, vt arbitror, tamen non recte ſoluit ꝯtrium in prin.formatũ,ſed aſſignando alias differentias inter caſum huius c.& dicti c.quoniam,multiplicat inconueniẽtia.Nam de hoc quærimus,quare in caſibus huius c. aliud obſeruatur, quàm ibi, nec apparet, an, & qñ diſpoſitio huius c.locum habeat in actore, ſed ſimpliciter dicit,quod quandoque habet locum in actore,& non dicit quãdo.Inn.enim clarius hic loquitur. Dicit enim ꝙ forma huius c competit,& quando quis eſt in poſſeſſione alicuius iuris, quod dicit ſuum, ſed dubitat morientib. aliquib. teſtib ꝗ ſunt huius iuris conſcii, ꝙ aliquis poſſet ſibi mouere quæſtionem, & obtinere, deficientibus ſibi probationibus. Eſt enim iuſtum ſecundum eum,quod hic ſtatuitur,quia niſi inuentus eſſet iſte modus prouiſionis,deperire poſſet ius talium perſonarum poſſidentium,cum ipſę agere non poſſint,cũ poſſideant,nec alios poſſint cogere ad agendum, C. vt nemo inuit. per io. Merito enim ſtatuitur,ſecundum eum, ꝙ omnes teſtes recipiantur,& publicentur eorum dicta perpetuo valitura. Si tamen eſſet aliquis in poſſeſſione,& haberet actionem contra alium, vt interdictum, vti poſſidetis vel confeſſoriam, tunc non haberet locum,ſecundum eum,forma huius cap.ſed illius cap.quoniam. Nec obſt. illa lex. in l. Aquilia, quia lex procedit ſecundum tenorem illius Decre.quoniam, in princip. ex quibus verbis clare videtur velle in ſumma,quod cap.quoniam, procedat in eo, cui competit facultas agendi,vnde non debet ſibi ſuccurri per hoc remedium extraordinarium,ſed tãtum recipiuntur teſtes, de quorum morte,vel abſentia timetur.Hoc vero cap. ſeu eius forma, procedit,quando nullum ius agendi competit poſſeſſori.Nam niſi ſibi prouideretur,poſſe ius ſuum deperire,mortuis teſtib. ſui iuris conſcijs.Hoc vult in effectu Innocen.ſed contra dictum ſuum aperte facit iſte tex.iuncta gl.pen.Nam hic competebat iſti presbytero confeſſoria,quæ datur in iſtis iuribus incorporalibus poſſeſſori,vt in l.& ſi forte,ff. ſi ſerui.vend not.gl. in capit.in examinata,de iudic. capitu. cum eccleſia Sutrina.de cauſ.poſſ.Et idem Innocen.in vtroque loco.& nihilominus cõpetit ſibi remediũ huius c. Hoſt. qui aperte ſentit iſtum potuiſſe agere.vt dicitur in glo.ſeq. rñdet, aliam lecturam ponendo. Dicit enim ſub dubio hoc procedere,cum vterque poteſt agere,quaſi dicat,ꝙ ſi iſte ꝗ petit executionem teſtiũ, ſolus poteſt agere,

ADDITIO.

a Eccleſiæ.Quod ſola fundatione acquiratur ius patronatus,etiam ꝙ fundator ſibi non reſeruauerit,tenet Io.Cal.in conſi.5.tit. de iure pat.Card.conſi.11. incip.quædam ſocietas.

agere non audiē petens, prout hic dicitur, quia habet remediū
ordinarium,aut vterque poteſt agere & tunc ſecus.Et hunc in-
tellectum preciſe ad iſtum tex.ponit Bat.in d.auth. ſed & ſi qs.
C.eo.nullam tamen mentionem facit de hoc dicto Hoſtiē. ſed
vt habeas clare totam materiam,diſtingue ſic poſt Bart.in præ-
allc.loco,faciendo tria membra,ꝙ aut teſtes petūtur examina-
ri ex parte actoris,aut ex parte rei, aut ex parte illius, qui poteſt
eſſe actor & reus.Primo caſu,aut actor pōt ſtatim agere,& non
auditur intentando hoc remedium extraordinarium, ſed ha-
bet locum regula,quod lit.non conteſt.teſtes non recipiuntur,
niſi pro vt habetur in d.c.quoniam.Et eſt ratio, quia non debet
prius cā inſtrui,quam inchoetur. Si vero actor non poteſt de p̄-
ſenti agere, & tunc aut facultas agendi non poteſt competere,
niſi poſt examinationem teſtium,& debent tunc nēs examina
ri, prout hic dicitur,quia non eſt quod ſibi imputeē, quare non
agat. Pone exemplum, vult quis petere bonorum poſſeſſionē,
oportet,quod faciat prius fidem de teſtamento.de quo prius fa
cere non poteſt,niſi per teſtium examinationem,quia non fuit
factum in ſcriptis,ad hoc l.publicati C.de teſt.& C.de bon.poſ.
ſecundum tab.l.1.& 2.& ff.quemadmo.teſt.aper.l.2. Aut poſſi
bile eſt ius agendi ſuperueniētē teſtibus non examinatis, & non
auditur indiſtincte,ſed tātum reſpectu teſtium,de quorū mor-
te,vel abſentia timetur,ſecundum dictum Bart.in d.auth.ſed ſi
quis. & ſic videtur intelligere dictam l. in lege Aquilia.Ex hoc
videtur ſentire, ꝙ ſi debitum eſt conditionale, vel in diem,ex
quo conditio,vel dies poteſt extare ante mortem teſtium,non
dēt fieri examinatio teſtium, de qua hic.Sed gl. ſentit hic con-
trarium,allegando illam legem,& ideo dixit. Quandoque.Idē
contra opinionem Bar.aperte ſentit Innoc.in d c. quoniam.in
princip.in ver.abſens.& Ioan.And.in addit.Spec in loco ſupe-
rius alleg.ſequitur do.Ant.hic,& hanc partem puto veriorem,
& magis conſentaneam literæ illius l.in lege Aquilia & æqui-
tas maxime illam ſuadet, cum enim non poſſit agere de præ-
ſenti,& nihil incertius hora mortis,æquum eſt ei ſubuenire ,p-
ut hic dicitur, cum nullum in hoc,ſed in contrarium,periculū
eſſe poſſit.Item facit gl.no.in d.c.quoniam,in prin.ſuper ver-
bo,ſubtrahantur.quæ dicit, ꝙ ſi dubitatur, an teſtes varient di
cta ſua propter moram, ſunt recipiendi. cum ergo in tempore
conditionis , vel diei exiſtentis , poſſent teſtes dicta ſua variare,
vel fortuitis caſibus non ſupereſſe,eſt merito prouidendum,p-
ut hic dicitur. Venio ad ſecundum membrum, quando teſtes
petuntur examinari ex parte rei,quo caſu ſecundum omnes in
a differenter teſtes ſunt recipiendi , & publicandi,a cum non ſit
ſibi prouiſum de alio remedio, ad hoc d. auth ſed & ſi quis.&
hic ſm vnum intellectum. In tertio membro.qñ is,qui petit,p̄t
eſſe actor & reus, dicendum eſt idem,vt hic,ſm vnum intelle-
ctum,quem.ſup. latius declaraui Licet enim iſte poſſet agere,
nihilominus,& aduerſarius poteſt agere. Imputetur ergo illi,ꝙ
requiſitus non exhibet ſe promptum ad agendum. Nam iſti fa
cilius eſt intentare hoc remedium,quam agere,agat igitur ille,
ſi in hoc prætendat præiudiciū. & per hoc habes clariſſime in-
5 tellectum iſtorum iurium,& diuerſitatis rōnem.† Quæro acci
b piendo gl. b pe. an aliud c remedium poterat competere huic
c presbytero contra hunc patronum? Rñdet, ꝙ ſic nam poterat
agere,vt faceret eccleſię chartā libertatis,ſicut pro apocha agit
is, qui ſoluit, vt l.plures, C.de fide inſtru.& libertus agit contra
patronum, ꝙ faciat ei chartā manumiſſionis, quod no.hoc ta-
6 men eſt remedium ordinarium.† Ex quo nota.d ꝙ vnum reme
dium extraordinarium non tollit per aliud. Nam licet com-
d petat remedium de quo in gl.nihilominus etiā competit illud,
de quo hic in tex.& vide gl.in l.de pecorib. C ad l. Aquil.& qđ
no.in c.fi.de collu.& Inſti.ſi qua.pau.fe.di.in fin.& in Specu.de
inſtr.edi.§ poſtquam,verſi.quid ſi debitor.& per Bar. in l.ſi fini
ta.§.eleganter.ff.de dam.infe.vbi generaliter tractat,an,& quā-
do reus agere poteſt,& quomodo,& quando faciendum ſit in
ſtrumentum.Dic & extra gl.ꝙ potuiſſet presbyter etiam agere
via ordinaria, intentando confeſſoriā,vt ſup.dixi,dicendo hoc
ius libertatis eccleſię competere,& ſic petere pronunciari.Cui
autem competet data libertate,ius præſentandi? Dicit Vincen.
quod ſi eccleſia eſt collegiata,collegium libere,eliget,alias ceſ-
ſante collegio,Epiſcopus libere prouidebit,ſicut in alijs, ſup.de
elect.c.1.& 16.q.7.c.omnes baſilicę. Dic ergo,ꝙ eccleſia illa re
manet libera in diſpoſitione iuris communis, ſi ius patronatus
non competeret. Gl.vlt.eſt clara,ſed contra eam, & contra tex.
opp.videtur enim, ꝙ denunciatio fienda patrono probari poſ-
ſit,nedum per inſtrumentum, ſed etiam per teſtes.Item per ſi-
gillum authēticum,iuxta ea,quæ habentur,& no. in c.fi.de fide
inſtru.& c.licet vniuerſis,de teſti. Doc. fatentur cōtrarium,ſed
quia teſtes iſti æque poſſint deficere,ſicut in principali,quos re
cipi mandat, merito conſulitur , vt de hoc fiat inſtrumentum.
Et ſi diceres,nonne etiam probatio inſtrumenti poteſt antiqua
ri?Item poſt centum annos negari poterit ſcriptorē inſtrumen
ti fuiſſe tabellionem.Reſpon.Hoſt. quod in primo caſu proui-
debatur per ſecundam publicationem , & reuocationem , de
confir.vti.vel inuti.c.cum dilecta.In ſecundo forſan extabunt
plura inſtrumenta eiuſdem manus, per quorum comparatio-
7 nem poterit roborari C.de fide inſtru.l. comparationes. †Not.
ſingulariter hoc dictum, ex quo potes ſumere practicam pro-
bandi,& impugnandi hęc inſtrumenta antiqua. & vide Inn.in
c.veniens.de ver.ſig.in 6.vbi tractat qualiter probetur,ꝙ ſcrip-
8 tor inſtrumenti fuerit notarius.† Sed quæro, vbi fiet hæc denū-
ciatio, de qua in tex.Hoſt.dicit,ꝙ ad domum, ſi abſens eſt,arg.
de cle.non reſid.c.ex tuæ.& ſup.de eo,qui mit.in po.cau.rei ſer-
uan.cap.fin.Innocen. putat, quod data illius abſentia,debet ex
pectari, ſi ſine periculo hoc fieri poteſt,donec perſonaliter cite
tur,argumen.ff.quę ſenten.ſine appella.reſcind.l.1.§.item cum
ex edicto.dicens notabile verbum quod iura, quæ dicunt ſuffi-
cere citationem ad domum,ponunt caſus ſpeciales, & remit-
tit ad no.in cap.fi.de eo,qui mit.in poſſ.Vide de hoc,quod ple-
ne dixi in cap.2.ſupra eod.& eſt veritas,quod requiritur citatio
perſonalis,ex quo nunquam fuit in iudicio, nec imminet peri-
culum.ſecus ſi præceſſiſſet contumacia,ſecundum dom.Ant.
hic.Sed poſſet dici, vt arbitror, quod cum hoc caſu non agatur
de graui præiudicio,poterunt teſtes recipi citatione facta ad do
mum,ſi principalis ſe abſentauit,procuratore non dimiſſo.Nā
hoc caſu proceditur ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo
decreto, ex citatione domi facta,iuxta no.in d.ca. fi.Sed ſi eſſet
præſens,deberet citari perſonaliter,& non ad domum, cū hæc
ſit prima citatio , vt in cap. cauſam quæ , & quod ibi not.de do-
lo & contumac. Vide tamen, quod ſcripſi in præallegatis iuri-
9 bus. † Vlterius quæro, an atteſtationes receptæ ſecundum for-
mam huius Decreta.valeant,ſi is,qui produxit,agat cōtra alios
Innocen.& bene,quod non Secus dixit,ſi alius agat contra eū.
& hoc ideo,quia res inter alios acta,&c. de fide inſtrumen.cap.
inter dilectos.Hoc limitat verum,niſi alius ſucceſſiſſet in ius il-
lius,

ADDITIONES.

a Et publicandi.Hoc non vr verum, quia eſt prouiſum,vt poſſit petere,ꝙ impo
natur ſilentium actori,vt tradit Bar.Ang.& Pau.de Caſt.in l.ſi contendat.ff.
de fideiu.facit l.diffamari.C.de ing.manu. Sed vide ſolutionem per Fel.hic
col.pen. reſpondentem, ꝙ prædictum remedium competit ex æquitate,&
ſic eſt extraordinarium,vnde ſequitur illud, quod dicit Abb.hic,ꝙ vnū re-
medium,extraordinarium aliud non tollit. Seb.Sap.

b Not.iſtam gl.in fi.ius,quia ſentit,ꝙ quando ſecundū leges ciuiles datur con
dictio ex lege ſecundum canones intentatur officium iudicis,& a doct.hoc
non ponderatur.

c Aliud.Vtrum debitor ſoluens poſſit cōpellere creditorē,vt ſibi faciat inſtrm
liberationis,vide hic per do.Ant.in 7.col.& p gl.&ibi latius per Ioo. & Bar.
qui alleg.hanc gl in l.2.in prin.ff.ſol.mar.Et ad hanc materiam,vide bo. tex.
in c.longinquitatem & c.ſæpe.12.q.2.& verum poſſit compellere debitorē,
vt faciat mihi inſtrumentum de debito conditionali, vide Pau.de Caſt. in l.
omnibus.ff.de iud.& vide Pau.de Ca in d.l.2.vbi alleg.quædam alia adhoc.
Et dicit,ꝙ de hoc eſt gl.in l.chirogra.de admi.tut.& in l.pupillus. ff.de no-
ua.Et dicit,ꝙ de hoc habetur plene per Bar.in l.4.§.nūc de effectu.ff.de lib.
leg.& in l.ſi finita,§.eleganter,ff.de dam.infe.hic alleg.per do.Ant.& Abb.
& vide ad idem Pau.de Ca.in l.ſi mulier.ff.de condi.ob cau.Et ad hoc opti-
me facit,quod no.do.Ant.in c.ſinuantem cir.fi.de reſcr.& quod ibi notaui,
& de quæſtio.hic poſita,per do.Ant. vide per Inn. in l.huiuſmodi.§.ſi ita le
gatum cir.fi.ff.de leg.1.vbi concludit, quod non tenetur facere inſtrumen-
tum ſolutionis,ſed compellitur facere acceptilationem. Itē adde hic,quod
pro iſta gloſſ.optime facit tex.in l.ſi quis fundum.§.fi.cum l.ſeq. quæ inci-
pit,& ago ea conducto.& qđ ibi no.Bar.ff.loca.& tract.in l. ſi a colono.ff.de
ver.ob.Aduerte tñ.ꝙ ſi creditor meus habet apochā de manu mea ſuper de
bito,ꝙ ſi ſolui debitum, poſſum, agere contra ipſum pignoratitia actione,
vt reddat mihi apocham meā Ad hoc eſt gl.not.quam ibi ad hoc no.Pau.de
Ca.in l.ſi pecuniam.ff.de pig.ac.Vel potero pro recuperatione apochæ age
re condictione ea lege,vel officio iudicis,vel l.diſſolutæ, & quod ibi no.C.
de cond. ea lege. Et ſi ſolui debitum creditori, & ipſe non vult mihi facere
inſtrm quietationis,uel liberationis , poſſum ipſum compellere vt deleat,
& caſſet inſtrm debiti Ita ſing.no.Bar.in auth.caſſa.in ſi C. de ſacroſ.eccle.
Adde, quod nunquam poſſum compellere aliquem,vt faciat quietationem
generalem,ſecundum Bar.in l.cum Aquilia.ff. de tranſa. Item uide Bar.in l.
ſi ita fuerit. 1.ff.de manu.teſta.ubi dicit,quod iuſſus reddere rationem,red-
dere tenetur volumina rationum.
Adde,an creditor teneatur facere quietationem debitori de recepto,Bald.
conſi.349.
Circa hoc , an debitor ſoluens creditori , poſſit petere à creditore,ꝙ caſſet
inſtrm debiti,vltra hac dicta,dicas,ꝙ poteſt petere,& facere ſibi inſtrm ob-
ligationis,per no.in l.nihil intereſt,C.de ſol.& per no.in l.Lucius.ff.de pac.
Et adde,ꝙ ſoluens creditori,apud quem pro eo interceſſit fideiuſſor,cui pi
gnus dederat,poteſt a fideiuſſore pignus repetere l.fideiuſſor.in prin.ff.de
fideiuſſ. Et ſi pignus eſt penes creditorem, ſoluens creditori,pignus repe-
tit a creditore,& ſi ſoluerit partem,poteſt etiam partem pignorum repete-
re.l.quamdiu.& ibi Bart.& do.no.C.de diſtrac.pig. & l.ſi neceſſarias.in §.ſi
vnus ff.de pign. act.Et adde,quod debitor habens duas quietationes vnius
tantum debiti,poteſt repetere a creditore vnam ſolutionem, tāquam inde-
bitā caſus eſt ſingula.in l.ne caſus.C.de diſcuſſo.lib. 10.ſecundum vnam le
ctu.quam poſuit Bal.in l.ſeruo.in §.ſi ab impubere.ff.de leg.1.& uide Ludo.
Ro.in ſing.ſuis in ver geminata.in ver. quæro quidam &c. ubi dicit hoc eſſe
ſingulariter notandum. Ant.Frar.

d Ex quo nota.Vide circa iſtam materiam Bal.in l.2.§.per hanc & ibi glo.ff.de
rei vend.& Bal.in l.prouinciali.ff de no.ope.nun.vbi multum eleganter lo-
quitur,& vide omnino Pau.in c.ex parte.de reſc.& Doct.in §.præiudicia-
les.Inſti.de actio. Ber.Borce.

Digitized by Google

lius, contra quem teſtes fuerunt recepti. de quo vide plene per Ioan. And. in addi. loco præalle. Si autem teſtes fuerint recepti in terminis c. quoniam. 1. reſp. dicit Inno. ꝙ ſi atteſtationes aperiuntur de conſenſu partium, etiam ante lit. conteſt. valebunt ad æternam rei memoriam, ſiue ille agat, qui eos produxit, ſiue ille, cõtra quem producũtur, quia iſto caſu forma illius Decre. conuertitur ad iſtum, qđ no. Sed ſi aperiantur parte altera neſciente, tunc non valerent, niſi tunc poſtea accederet conſenſus partis; & hoc qa non debent aperiri, niſi poſt litem cõteſta.
10 tempore ſuo. † Vltimo quęritur, coram quo iudice debet fieri
a hęc examinatio teſtium ad ęternam rei memoriam? a Dic, ꝙ coram iudice principalis cauſæ. Si enim hæc cauſa mouetur ꝑ fundatorem, ageret contra eccleſiam coram iudice eccleſiaſtico, merito teſtes debent recipi per eundem iudicem, cum hoc ſit pars cauſę principalis. Et idem dic, vbicunque teſtes reciperentur ſuper aliqua exceptione, antequam cauſa moueatur, vt not. per Feder. conſil. 130. per Bartol. in l. ſocietatem. §. arbitrorum, ff. pro ſo. vide quod dixi in c. ſi quis contra clericum, de fo. compe. & hæc ſufficiant.

ADDITIO.

a Memoriam. Vide Bar. in l. cum hi. §. tranſactionem, ff. de tranſa. & do. Ant. in c. Quintaualllis, in 4. col. verſ. venio ad quartum. inf. de iureiur. Item, quãdo habeat locum iſta examinatio, de qua in hac decre. & in qbus caſibus, vide late per Bal. in ſua Marg. ad Inn. in verſ. ſilentium, in 1. q. Item pro illo dicto Bar. in d. §. tranſactio. vide eum in ſimili q. idem tenentē in l. nã & poſtea §. ſi minor. ff. de iureiur. & in l. ſocietatem. §. arbitrorum, in 5. col. ff. ꝓ ſoc. Itē adde, qđ fieret ſi talis reus, cuius exceptio nõ erit ꝓbãda ꝑ teſtes, ſed alio mõ, & timet, ne pereat ſibi probatio, quid erit fiendum, cum non poſſit hoc caſu habere locum examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam, nec poſſit compellere actorem agere? Dic ꝙ ſibi remedium erit, vt eat ad iudicem, & imploret officium ſuum, vt viſa ſua legitima exceptione, imponat perpetuum ſilentium actori. Iſtam cautelam tradidit gl. fin. in l. Aurelius, §. cenſum, in verſ. conſequi poſſit, ff. de libe. lega. quam alle. pro ſing. Sal. in l. 3. qui bon. ced. poſ. pro qua eſt caſus in illa l. 3. ſecundum Bal. ibi. Sed adde, quod idem dicit do. Ant. in c. ſi autem, cit. ſi. de reſcr. alleg. ad hoc aliam gl. in l. ſi contendat. ff. de fideiu. Adde quod remedium habeat exceptione tutus, Rom. conſi. 312. & 91.

SVMMARIVM.

1 *Agens alternatiue, vel quod reſcindatur venditio, vel quòd ſuppleatur iuſtum pretium, non adſtringitur ad probandum verum valorem rei.*

2 *In eadem cauſa, ſi vnus producitur contra alium pluries, non præſumitur inimicus.*

3 *Teſtes inducti ad probandum valorem rei, qualiter deponant in cauſa ſcientiæ.*

4 *Deceptio inter contrahentes, an ſit permiſſa de iure poli.*

CAP. XLII.

CVm cauſa. Poſt publicatas atteſtationes, nouũ capitulum probari poteſt, etiam ꝑ teſtes antiquos. Ita communiter ſummatur. Sed ſecundum hoc nihil induceret de nouo hoc c. cum habeatur in c. fraternitatis, & in c. cum veniſſent, cũ multis ſim. ſu. eo. Ideo ſummo notabilius ſic. Si in materia antiqui capituli reperitur aliquo addito, quod ſubijciatur neceſſitati probandi, poſſunt teſtes, etiam antiqui, publicatis atteſtationibus produci. h. d. In prima parte ponitur deciſa petitio. In ſecunda cõmiſſio, ibi. Cum agitur. Et pone caſum literalem, vt colligitur ex glo. 2. Monaſterium S. Martini de Monte vendidit quædam caſamenta ciuibus Viterbien. poſtmodum ſentiens ſe læſum vltra dimidiam iuſti pretij, egit contra dictos ciues emptores condictione cap. cum dilecti, de emp. & vendi. ſeu l. 2. C. de reſcin. vend. vt reſcinderetur venditio, vel ſupplerent iuſtum pretium. Probauit monaſterium in hoc iudicio ſe fuiſſe deceptũ vltra dimidiam iuſti pretij, ſed nõ determinauerunt teſtes, quãta fuerit illa læſio & hæc probatio ſufficiebat, ſi emptores voluiſſent emptionem reſcindere: ſed quia dicebãt ſe velle iuſtũ pretium ſupplere, fuit dubitatum, nunquid monaſterium poſſet de nouo probare quantitatem exceſſus, cum dicta teſtium fuiſſent publicata ſuper deceptione. Et reſpondetur, ꝙ ſic, quia iſta eſt noua materia, & licet habeant partem incluſam de antiqua, non oportebit iterum probare monaſterium fuiſſe deceptum, ſed de nouo nunc determinabitur quãtitas deceptionis. & ſic ceſſat timor ſubornationis, cum ratione adiuncti videatur nouum capitulum. ſicut in ſimili vides cum additur, ꝙ teſtes ſubornati falſum dixerunt, iuxta not. in c. licet, de proba. & per gl. in clem. 2. de teſti. Hęc colliguntur ex hoc cap. & c. cũ cauſa. inf. de emp. & vendi. quæ in eodem facto loquuntur.
1 † Not. 1. ex hac caſus poſitione, ꝙ agens alternatiue, vt reſcindatur venditio, vel ſuppleatur iuſtũ pretium, non adſtringitur ad probandum verum valorem rei; ſed ſatis eſt in genere probare deceptionem vltra dimidiam iuſti pretij: hæc enim probatio facilior eſt, quàm determinate certum, vel iuſtum pretiũ. Sufficit enim, ꝙ res valeat vltra dimidiam, per vnum Bonon. vt dicit gloſ. in d. c. cum cauſa, hæc enim probatio ſufficit ad reſcindendum contractum. Sed ſi emptor dixerit ſe velle ſupplere iuſtum pretium, poterit de nouo probari determinatus va-
a lor rei, vt hic. No. 2. ꝙ verus valor rei a poteſt per teſtes probari: hoc pro tanto dico, ꝙ verus valor non deprehenditur ſenſu corporeo, ſed iudicio intellectus. Qualiter autem probabitur,
2 dicam, inf. cum glo. † No. ibi: Eoſdem &c. ꝙ in eadem cauſa põt idem pluries produci contra vnum; nec ex hoc præſumitur inimicus. Item poteſt produci ſuper materia antiqui capituli, addito aliquo nouo, quod ſubijcitur neceſſitati probandi, & vtiũ quę facit ad materiam c. fraternitatis, ſup. eo. Glo. 1. facit quatuor. Nam in prima parte ponit quaſi caſum, & declarat. & dic latius, vt ſup. dixi in prin. in ſecunda parte ibi: Sed illi, Opp. videtur, quod primi teſtes non debuerunt nunc admitti. Aut enim tunc depoſuerunt, & habemus intentum. Aut interrogati de vero valore, reſponderunt ꝙ neſciebant, & non debent vlterius admitti, ne ſibi contrarientur. Glo. ſol. dupliciter, & bene, quod non fuerunt interrogati, niſi in genere de deceptione vltra dimidiam. Secundo, ꝙ præſuppoſito, ꝙ tunc dixiſſent ſe neſcire, nunc poſſent eſſe de nouo informati: & ſic ceſſat contrarietatis. No. hanc ſolutionem, ꝙ vbi factum habet cauſam permanentem, & non momentaneam, quis poteſt ex diuerſitate temporis ſcire, quod aliquando neſciuit, nec per hoc dicitur ſibi contrarius, facit ca. ponderetur. 50. diſt. Tertio opp. ꝙ publicatis atteſtationibus non debuerunt teſtes de nouo produci. Reſpondet glo. ꝙ ſuper alio articulo non producuntur. Et dic, ꝙ licet materia antiqui capituli nunc repetatur in genere, nihilominus in eo, ꝙ additur de pretio determinato, videtur nouum capitulum; & ſic ceſſat timor ſubornationis, quod declara, vt ſup. dixi, & ponit Io. And. ad maiorem claritatem ſimile. Promiſi tibi dare equum valoris decem florenorum, ſi ſit maioris pretij, promiſi vendere. agis, vt donem: ſatis eſt mihi ad intentionem tuam excludendam probare, quòd valet vltra decem, licet quantitatem non exprimam. Si autē agis ex parte ſecunda, quia vis, vt vendam, tunc per illos, & alios teſtes potero probare verum pretium. ita in propoſito eſt dicendũ. Vlt. quęrit glo. qualiter probabitur pretium rei, & ponit quatuor theoricas. Primo, quòd ex quantitate redditũ, &c. vt in ea patet. Et no. vltimum, quòd non debet ęſtimari ex affectu ſingu-
3 lari, ſed communi æſtimatione, vt l. pretia, ff. ad l. Falcid. † Ex
b hoc determinatur quæſtio. Teſtes inducti b ad probandum valorem rei, dicunt, quòd res valebat centum, quia tantum ipſi dediſſent, nunquid ipſi probẽt? Certe ſi apparet, quòd propter vicinitatem loci, vel aliquam aliam affectionem ſpecialem, illud pretium dediſſent, non probant; quia res eſt eſtimanda ſecundum quod valet communi æſtimatione, vnde Nic. de Ma. faciebat tria membra in hac materia, vt refert hic Ioan. Cald. Aut enim apparet teſtes, ex aliqua affectione ſpeciali tantum velle dare, aut conſtat, ꝙ non ex affectione deponunt, aut dubitatur. Primi duo caſus ſunt clari, quia in primo non probant, in ſecundo ſic, in tertio dicit valorem probatum, quia ex quo de affectione dubitatur, ſtandum eſt regulę, ꝙ res tantum valet, quantum vendi poteſt, ff. de condic. fur. l. ſi ſeruus. 2. Vnde contraria loquuntur, quando de affectione conſtat ſaltem ex coniecturis. vnde dicit præfatus Nic. ꝙ ęſtimatio rei poteſt probar

ADDITIONES.

a Verus valor rei. Adde ad probandum verum valorem rei, quę requirãtur, & quæ admittatur probatio, ſufficiatque, vide per Lanfr. de Oria. in c. quoniã contra. §. teſtium depoſitiones, nu. 92. verſ. quæro ſecũdo. cũ duobus num. ſeq. ſup. de proba. de qua per Alex. de Imo. conſi. 85. Maria. Soc. conſ. 8. inci. viſis, verſ. & ſtant iſta ibi, quinimo ſingulariter. vol. 1. Zach.
Quomodo probetur verus valor alicuius rei, vide Bal. in l. 2. in vlt. colum. C. de reſcin. vend. vbi dicit, ꝙ probatur per communem æſtimationē. & ibi Bar. etiam poſt gl. dicit, ꝙ probatur ex qualitate rei, & quantitate redditũ. de quo etiam per Bar. & Bal. l. ſi fundum per fideicom. in prin. ff. de leg. 1. & vide domi. Alex. in conſ. 90. in 4. par. conſ. & vide Bar. in l. filius, in §. ſi quid alicui, ad fi. ff. de leg. 1. vbi dicit, ꝙ probatur per vicinos dicentes, ꝙ omnes communiter emerent rem, de qua agitur pro tãto pretio. Et adde, ꝙ valor rei non probatur per teſtes, quorũ vnus deponit rem valere 10. & alter deponit rem valere 25. quia tales teſtes dicuntur ſingulares. ita Bar. in l. ſi. §. q indiuiſam, ff. de leg. 2. & vide Bar. Aug. & Ale. in l. cum furti, ff. de in litem iuran. nec etiã probatur valor per inſtrumenta venditionũ pluries factarũ diuerſis perſonis, & diuerſis temporibus, ſecũdũ Bal. in l. 1. in vlt. col. C. de ſen. quæ pro eo, quod inter. profe. Addas tamen, ꝙ quando non probať valor per partes, iudex põt ſuo arbitrio ęſtimare valorem, vel eligere ęſtimatores, qui ęſtiment, ſecundum Bar. in l. ſi quod ex Pãphila, ad fi. ff. de leg. 2. & per Bal. & Bar. in l. 2. in vlt. col. C. de reſcin. vendi. Et dẽt probari ꝑ teſtes ponentes de tpe pręſenti, & nõ de tpe pręterito. Ita Bar. in l. cũ emptor, in §. fi. ff. de dam. infe. & in l. non intelligitur. in §. domi, ff. de iure fiſ. Et vide ad materiã, q̃ hĩr in l. pretia rerũ. ff. ad l. Falc. & deniq; adde, ꝙ ꝓbať valor rei per æſtimum cõis, qa pro tanto fuit poſita in ęſtimo l. hi qui. & ibi Bar. not. C. de prædi. nauicu. lib. 11. cuius contrarium tenet Bal. in l. 2. C. de reſcin. uend. Et illud forſan ē uerius, niſi probaretur, quòd in æſtimo communis, res eſſet allibrata, & æſtimata pretio communi, quia tunc poſſet procedere dictum Bartol. alias apud me redditur multum dubium, quia ſolent in ęſtimo communi res æſtimari minoris, quam ualeant communi pretio, ideo cogitandum relinquo. Ant. Fran.

b Teſtes inducti. Vide Ang. Are. in §. ſi quis agens, col. 3. Inſtitu. de act. ubi late, quomodo probetur ualor rei, de quo etiam per Alex. in cõſ. 85. in 3. col. in 2. uolum. & Maria. Soc. in conſ. 8. incip. niſi, uerſ. & ſtant iſta, in 1. par. & ibi quomodo debeant formari capitula, ſeu articuli. Seb. Sap.

Digitized by Google

bari per teſtes, & per inſtrumenta, & per confeſſionem, & de
lationem iuramenti, per inſpectionem oculorum, per con-
iecturas, & per accidentia, ſicut eſt qualitas, fructus quan-
titas, communis venditio rei, & ſimilia, quæ faciunt ad æſti-
mationem communis pretij, opportunitas loci, & temporis.
Et dicit, quòd iudex ex talibus debet, cum videt reum con-
demnandum, æſtimare per ſe, ſi nouit, vel ſi neſcit, per ſe æ-
ſtimare, debet adhibere perſonas habentes rei notitiam, &
per eas facere æſtimare prius præſtito ſacramento. ad hoc ſup.
quod met. cau. cap. ſi. vnde male facit iudex, ſecundum eum,
& Calde. qui abſoluit reum, propterea, quia non eſt æſtimata
quantitas æſtimationis, vel intereſſe, ex quo conſtat eum con
demnandum, ſed dubitatur in quantum, faciet ergo, quod
eſt dictum, ad hoc de iuciur. cap. ea literis. Hæc ſunt eorum
verba, quæ licet ſint notanda, & inſtruant iudicem qualiter
ſe debeat habere, tamen non declarant, qualiter debeant te-
ſtes aperte deponere. Vnde aduerte tu clarius poſt glo. & Bar.
in l. 2. C. de reſcin. vend. & l. pretia rerum. ff. ad leg. fal. & ali-
quid per eundem in tractatu de teſte, quòd cum æſtimatio re-
rum, non comprehendatur ſenſu corporeo, ſed iudicio intel-
lectus, oportet quòd teſtis reddat cauſam ſui teſtimonij, etiam
ſi non interrogetur; alias non valebit dictum ſuum, per ea quæ
a dixi in cap. cum cauſam, ſupra eod. & ideo puto, quòd ſi teſtis a
dixit, Talis res valet tantum, quia tantum dediſſet: non valet
teſtimonium, quia non ſequitur, tantum dediſſet ipſe, & alij
teſtes; ergo tantum valet communi æſtimatione; nam poſ-
ſunt decipi pretio. Nec ſequitur: poterat iſtis pro tanto ven-
di, ergo tantum valet. Nam ſæpe aliqui decipiuntur in pretio,
vt in cap. cum dilecti, de emp. & vend. pro hoc gloſ. no. 10. q.
2. cap. ea enim. §. hoc ius, in verbo, vt plus. quæ dicit, quòd ſi
aliquis offert eccleſiæ pro re ſua plusquam valet, non debet
recipere id, quod eſt vltra iuſtum pretium. Et idem no. in ca.
1. de emp. & ven. Oportet ergo, quod teſtes reddant cauſam
concludentem communem æſtimationem, quæ cum varia-
tur ex tempore, & ex loco vt in d. l. pretia, debet ſe reſtringere
ad locum, vbi res eſt, & ad tempus venditionis. vnde ſi res
produxit fructus, vel redditus, debent teſtes dicere, quòd ta-
lis res ſita in tali loco, tanti redditus, ſolebat vendi tali tem-
pore communiter pro tanto. Nec nocet, immo prodeſt, ſi
adderent, & nos etiam tantum dediſſemus, ſi fuiſſemus em-
pturi. & ſi iudex æſtimatores deputat, debent ſe informare ſe-
cundum prædicta. Si autem eſt res mobilis: tunc dicerent te-
ſtes ſecundum Bar. quòd valet tantum, quia pro tanto potuiſ-
ſet vendi, vt d. l. ſi ſeruus, ff. de condi. fur. Sed ego credo, quòd
idem ſeruandum ſit in re mobili, ſicut in immobili, omnien-
do quod dixi de redditu. Nam licet res potuiſſet vendi pro
tanto, non ſequitur, ergo tantum valebat communi æſtima-
tione. Nos enim debemus conſiderare communem æſtima-
b tionem. Debet ergo dicere, b quòd talis res tempore tali, &
loco, ſolebat communiter vendi pro tanto, vel communiter
reputabatur, quod valebat tantum, & pro tanto fuiſſet ven-
4 dita. & hoc notabis. † Oppo. vltimo, quòd pro deceptione
non competit remedium, quia licitum eſt cõtrahentibus, &c.
vt in gloſ. fin. quæ reſpondet, & illud licet vſque ad dimidiam
iuſti pretij, & non vltra. Aduerte, non intelligas, quòd ſit li-
citum, id eſt, quòd ſine peccato fieri poſſit. non enim eſt veri-
c ſimile, quòd lex, c maxime canonica, permitteret deceptio-
nem, argumen. opt. 14. q. 4. cap. quicunque tempore meſſis. &
in l. bonam fidem. C. de act. & oblig. Item ex alio, non debet
intelligi de deceptione doloſa, quia vbi dolus dat cauſam con
tractui, vel incidit in contractum, competit remedium contra
doloſum, prout no. in cap. cum dilecti, de emp. & uend. & l.
& eleganter, ff. de dolo. Vnde Innocen in quadam additi. quã
fecit in cap. in ciuitate, de vſu. dixit quod illud habet locum iu
re fori, ſed non iure poli. i. iure cœli, ſeu Dei. i. in foro pœniten
tiali. Sed dic clarius, quod aut interuenit deceptio re ipſa ſine
dolo, aut facto partis, & non datur aliquod remedium citra
dimidiam iuſti pretij, nec etiam credo, quod aliquod pecca-
tum ſubſit. Nam ſi nutriretur peccatum, tunc ius canonicum
daret remedium etiam in foro contentioſo, argum. in cap. ſi.
de præſcrip. Aut interuenit deceptio re ipſa, dolo partis, quia
induxit doloſe ad uendendum pro minus iuſto pretio, & com
petet remedium etiam citra dimidiam iuſti pretij, ſecundum
not. in d. cap. cum dilecti. Aut interuenit deceptio ex re ipſa,
& ex propoſito, non tamen interuenit dolus partis, & proce-
dat dictum Innocen. vt in foro contentioſo toleretur, ſed non
in pœnitentiali, quia non debebat pati proximum decipi, quẽ
debet diligere ſicut ſeipſum, de pœn. diſt. 2. cap. charitas. §.
proximos. Si autem vterque ſciebat verum valorem rei, tunc
nullum ſubeſt peccatum, licet res ſit vendita pro minori pre-
tio, ar. in l. cuius per errorẽ. ff. de reg. iur. Et vide ad hanc mate-
riã quod no. Io. Cald. in c. nauigãti, de vſu. & hoc bñ notabis.

ADDITIONES

a Teſtes inducti. Vide Ang. Are. in §. ſi quis agens, col. 3. Inſtitut. de act. vbi late
quomodo probetur valor rei. de quo etiam per Alex. in conſ. 55. in 3. col. in
2. vol. & Maria. Soci. in conſi. 8. incip. viſis, verſic. & ſtant iſta, in 1. par. & ibi
quomodo debeant formari capitula, ſeu articuli. Seb. Sap.
b Ergo dicere. Adde quomodo debeant deponere teſtes de valore rei, Alcia.
de partibus vltramarinis. Item dicunt Innocen. & Hoſtiẽ. quod
parti quæ habuit minorem dilationem, quam trium menſium,
vel ſex, vel nouem, ſecundum diſtinctionem illius. l. 1. de leui
dabitur alia, dummodo ambæ ſimul iunctæ non excedant di-
lationem illam trium menſium. &c. & hoc voluit Bart. vbi ſu-
5 pra & alleg Innocen. hic, quod no. † Dicit etiam Innocen. quod
in his tribus menſibus non computabitur tempus medium a
fine primę dilationis vſque ad principium. Secundo, intellige
hoc dictum præcedens, quando iudex abbreuiauit illam dila-
tionem, & ea finita dedit ſecundam. Nam ad conſiderandum,
an prima & ſecunda ſimul iunctæ excedant illam dilationem
ordinariam, computabitur interuallum, quod fuit poſt finem
primę, vſque ad principium ſecundæ, quod dicit Innocen. pro-
cedere, ſiue producens fuerit impeditus, ſiue neglexerit. Nam
imputet ſibi aduerſarius, ſi ex hoc prætendit damnum, quare ſi
bi non prouiderit, faciendo citari aduerſarium, quia vigilanti-
bus, & non dormientibus iura ſubueniunt. ff. ex quibus cauſis
ma. l. non enim. Et licet fateantur Innocen. & Hoſtien. quando
que has dilationes, vtile eſſe abbreuiare, dicunt tamen, quod
ex abbreuiatione dubitationes, occurrunt, & diffugia ſępe pro
curantur. & dic, quod hodie iſtæ dilationes communiter ſunt
6 arbitrariæ, vt dixi plene in d. capit. 2. † Sed quæro quando inci-
piunt currere iſtæ dilationes? Dicunt prædicti Doctores, quod
ſtatim poſtquam ſunt aſſignatæ: vnde caute facit producens, ſi
ſtatim impetret literas, & vadat, vel mittat pro teſtibus produ-
cendis, vel mitti faciat, vt ibi reperiantur. Et dicit Innocẽ. quod
iſtud tempus eſt continuum, non vtile, adeo quod nec dies ſo-
lemnes, nec recreationes teſtium, recipiẽdorum, vel iudicum,
de ipſo tempore deducuntur, dummodo recreationes non
ſint malitioſæ, vel tales, per quas producens impediatur pro-
ducere teſtes ſuos: quod placet. & facit l. ſed & ſi per prætorem.
ff. ex quib. cau. ma. Et quod nota glo. ff. de diuer. & tempo. præ-
ſcrip. ſuper rubr. quæ dicit, quod regulariter omne tempus eſt
continuum, niſi aliud ſpecifice caueatur. Ex prædictis no. quod
ſubuenitur parti, ſi fuit impedita per negligentiam examinato
7 rum, ſeu teſtium facto, quod hic expreſſius tenet Innoc. † Item
quæri-

ADDITIONES

a Abbreuiari. Adde Lanf. de Oria. in c. quoniam contra. §. recuſationes, in ver. finaliter unum omnino, ſupra de proba. Zach.

b Vbi iudex. Hoc dictum Innocen. tenet Salyc. in l. fina. §. & hæc quidem, per glo. ubi. in uerbo ſæpius. C. de iure deliber. Pau. de Caſt. poſt Barto. in l. 1. C. de dilatio. Sed reprobat Barto. in l. 1. ff. de re iudic. & in l. fina. ff. de fer. & vtrobique Alexand. & idem Barto. in conſil. 97. incipien. ex facto proponitur, quod in cauſa pecuniaria, in ſecundo dubio. unde late de ueritate per Alban conſil. 64. inc. caſus in effectu talis eſt, quodã Senenſi ſtat. in 7. vo. S. S.

Digitized by Google

quæritur, nunquid is, qui habuit tres menſes pro teſtibus in ea
dem prouincia exiſtentibus, habebit poſtea ſex, ſi dicit ſe velle
producere teſtes de continenti prouincia, & denique nouem,
ſi dicit ſe velle producere teſtes vltramarinos. Inn. ſentit hic, ꝙ
ſic, & vr̄ hoc velle. l. j. canonizata vbi ſup. Et quia per hoc, cauſa
plus debito prorogatur ſæpe, dat ipſe conſiliū, ꝙ is ꝯ quem fit pro
ductio, faciat diſquiri ab initio a producente, & reſponſionem
in actis ſcribi faciat, an intendat cām ſuam inſtruere de partib.
vltramarinis, an de continentibus prouincijs, an de eadem. Eſt
enim valde vtile, ſi certum locum elegerit: nam habebit ſolum
vnam dilationem. Quaſi velit Inno. ꝙ ſi habet teſtes in eadem
prouincia & continentibus, ſolum hēt ſex menſes, ſi dicit, ꝙ in
continentibus & vltramarinis ſolum habebit. 9. Sed aducite,
quia ſm hunc intellectum Inn. ſæpe contingeret, qd darentur.
18. menſes pro teſtibus producendis, quod eſt inconueniens, ſe
cundum Ioan. And. cum per hoc amplharetur dilationum ma
teria, contra mentem illorum iurium. Vnde recitat ipſe Per. de
Bel. Pert. ꝙ ponit Cy. in d. l. j. qui tenuit, ꝙ tempus debet in tem
pore computari, vt ſi prius habuit tres menſes pro eadem pro-
uincia, & poſtea petat teſtes de prouincia continenti, non da-
buntur ſex, ſed tantum tres. Si vero poſt primam de tribus mē-
ſibus petat teniam ſcilicet vltramarinam, habebit ſolum ſex
menſes, & ſic non habebit in effectu, niſi nouem pro omnibus
diſtantijs locorum. Et idem ſi dixerit, quòd vult producere te-
ſtes de omnibus tribus locis. Vtile tamen eſt ſeruare conſilium
Innoc. quia ſi eligit ſibi certum locum, tunc non habebit niſi
vnam dilationem ſtatutam pro illo loco. Sed dato, ꝙ interro-
gano à principio facta non fuerit, putat Ioan. An. ꝙ ſi pars vult
producere teſtes ſup principali, vel eiſdem articulis, vel alijs q̄ a
principio prouideri potuerunt, procedat opi. Pet. ſi vero ſuper
exceptione, vel replicatione improuiſa peteretur noua dilatio,
procedere p̄t tam opi. Inno. quam Hoſti. Et adducit no. in c. cu-
pientes, de electio. li. 6. in gl. pe. primæ partis. Hæc videtur bona
conſideratio, ſed nihilominus puto, ꝙ totū hoc conſiſtat in bo
no iudicis arbitrio. Pone enim quod produxi quoſdam articu-
los in cauſa, habeo teſtes in prouincijs cōtinentibus, habui ſex
menſes, ſed poſtmodum in alijs articulis, licet prouiſis, oportet
producere teſtes vltramarinos, ad quos itur prorſus per diuer-
ſam viam, quā ad continentem prouinciam, dicemus ne, ꝙ ſo-
lum habebit tres menſes? certe durum eſt dicere. Dico ergo, ꝙ
bonus iudex hoc arbitrabitur, vt innuit tex. in d. l. j. ſed in formā
8 do arbitrium habebit aſpectum ad prædicta. † Quæro, quid in
materia iſta teſtium appellabimus continentem prouinciam?
Putat Inn. ꝙ non Archiepiſcopalem, ſed prout exponitur in l.
notionem. §. 1 ff de verb. ſig. quod declarat Hoſ. ſicut Italia, Ga-
lia, Hiſpania, Prouincia, Sicilia, & ſimiles. Pro prædictis adducit
Io. An. ꝙ male induciæ illæ eſſent à iure limitatæ, ſi in prouin-
cijs Archiepiſcopalibus, & in cōtinentibus tot menſes dari de-
berent, cum quandoque parum diſtent abinuicem. ad hoc de
elect. c. coram, & quod ibi notatur. Et videmus hodie, quod in
multis locis vnus Archiepiſcopus non diſtat ab alio per tres
9 dietas, vt in Florentino, & Piſano. † Vltimo hic Ioan. And. re-
mittit ad Spe. an in exceptionibus probandis ſit locus quartæ
dilationi, ſeu productioni, & per conſequens etiam poteſt quę
ri, an debeant dari tres dilationes, an ſolum vna. & vide Spe. co.
ti. §. qualiter, ver. ſed cum ſuper. vbi Spe. videtur tenere ſequen-
do oppo. Gul. ꝙ non debentur tot dilationes in exceptionibus
per c. prudētiam § ſexta, de of. dele. Nam ibi dicitur, ꝙ intra ter
minum competentem, & c. ad idem c. pia de excep. li. 6. & c. fre
quens, de reſ. ſpolia. eo. li. Nam tales exceptiones ſunt odioſæ, &
non tanti præiudicij, ſicut principale negotium. Io. An in addi.
dicit hoc procedere in exceptionibus odioſis, quæ differunt, &
non perimunt, quo caſu non datur niſi vna dilatio, vt in iuri-
bus præallega. In peremptorijs autem, in quibus eſt maius peri
culum, dicit ſecus. Nam vt patet ſupra eo. c. de teſtibus, quando
que teſtes deponunt ſuper principali & peremptorio ſimul, &
ſic videntur iſta ęquata. Idē tenet Lap. de Caſt. alle. 82. vt nume
rus quartæ dilationis detur in exceptionibus, etiam quaſi perē-
ptorijs, vt exceptio teſtium reprobatoria, prout dixi in c. ex par-
te Adę, ſup. eo. Et idem dicit in cauſa matrimoniali, & alijs ſum
marijs. Nam licet in illis dilationes ſint reſtringendæ, neceſſa-
riæ tn̄ non ſunt reſecandę, vt dicit tex. in cle. ſępe. de verb. ſig. &
ſequitur d. An. hic. Sed profecto mihi non placet hæc diſtinctio
inter principalem & exceptiones dilatorias, cum nullibi hoc
probetur, nec iura ſuperius allegata hoc probant. ſimpliciter
enim dicunt exceptionem eſſe probandam intra competentē
terminum, ſed idem eſt in principali, & in exceptione perem-
ptoria. Dicunt enim iura, ꝙ in cauſis ciuilibus non dēt dari niſi
vna dilatio pro inſtructione, vt in l. oratione, & l. fi. ff de fer. & di
la. tn̄ ſi quid inopinatum emerſerit, datur alia dilatio cum cau-
ſę cognitione ita dicendum in propoſito. Nam durum eſſet, ꝙ
ſi intra terminum mihi aſſignatum nequiui ſine culpa mea, ex
ceptionem meam probare, quòd debeam excludi propter de-
fectum alterius termini, maxime, cum in hoc iura loquantur
indiſtincte, & iura ſuperius allegata loquantur, quando ex cul-
pa non probauit quis exceptionem ſuam. Patet, quia punitur
ibi non probans, ſaltem in expenſis. Et quod debeat habere a-
liam dilationem, optime facit tex. in d. c. 1. fateor tamen, quod
ſunt magis reſtringendæ habenæ in exceptionibus, quam in
principali, ſeu peremptorijs, propter paucitatem præiudicij &
negotij.

S V M M A R I V M.

1 *In cauſa ciuili admittitur teſtis notatus infamia facti.*
2 *An propoſita exceptione contra teſtem, in totum teſtis repellatur.*
3 *Accuſatus de crimine in cauſa ciuili, admittitur in teſtem.*
4 *Accuſatus de crimine admittitur in teſtem in exceptis criminibus.*
5 *Accuſatus de crimine, ſi appellauit, an admittatur in teſtem.*
6 *Denunciatus, vel inquiſitus de alio crimine, an poſſit eſſe teſtis.*
7 *Diſpoſitio huius c. an habeat locum in inquiſito, & denunciato.*

C A P. LVI.

NOn debet. Accuſatus criminaliter non ad-
mittitur in teſtem contra alium
in cauſa criminali ſua accuſatione pendente, niſi in
exceptis criminibus. Primo ponitur regula. Secun-
do exceptio. ibi. Niſi. Caſus lit. Aliquis accuſatus eſt de crimine,
pendente accuſatione contra ipſum, petitur in teſtimonium
in alia cauſa criminali, quæritur, an debeat admitti. Reſponde-
tur, ꝙ non, niſi forſitan in exceptis, quia etiam accuſati ab accu-
ſatione & ordinum ſuſceptione repelluntur, niſi prius ſe ꝓba-
uerint innocentes. B No. 1. qđ ex pendentia accuſationis crimi-
nalis, grauatur opinio accuſati, vt interim non dicatur integri
ſtatus, Hinc eſt, ꝙ repellitur ab ordine, & teſtimonio. Et per hāc
a rationem puto, ꝙ in omni actu, vbi requiritur integritas [a] ſtatus,
talis accuſatio repelleretur. Idē puto, vbi ex forma ſtatuti, vel iu
ris communis, requireretur teſtis omni exceptione maior. Ad
1 hoc quod dixi, ſup. eod. c. teſtimonium. † No. 2. ex prædictis, &
ex tex. arg. opti. ꝙ in cauſa ciuili admittitur teſtis notatus infa-
mia facti. Nam iſte, de quo pendet accuſatio, re ipſa ex iuris de-
poſitione de facto notatur. & nihilominus, quia adhuc non cō-
ſtat de veritate, non repellitur, niſi in criminali. Fortius non de
bet repelli ille, qui ſolum eſt notatus ex vulgi opinione, quā de
facili populus decipitur, de elec. c. Oſius. Maior enim eſt pręſū
ptio contra aliquem, cum deuentum eſt ad accuſationē, & ma
xime cum accuſator adſtringit ſe ad pœnam talionis, q̄ cum vi
cinia loquitur de aliquo, cum hoc ſæpe procedat ab æmulis. &
a facit quod no. hic in prin. gl. † No. 3. caſum, in quo per exceptio
nem propoſitam contra teſtem, ex toto teſtis non admittitur.
Io. An. remittit ad no. in c. ex parte Adæ. ſup. eo. & ibi plene di-
xi. Sed ad propoſitum noſtrū puto tex. iſtum poſſe intelligi duo
bus modis. Primo, vt admittatur a principio probatio penden-
tiæ accuſationis, & de ea conſtito, non recipiatur dictum teſtis,
& tunc dic hoc procedere, quia exceptio non poteſt eſſe noto-
ria, ex quo in iudicio contenditur, merito non debet ipſius pro
batio differri, iuxta no. in d. c. ex parte Adæ. Secūdo poteſt intel
ligi, & ſubtilius, quod non debet admitti ad teſtificandum. f. in
effectu, quia non faciet fidem dictum ſuum, ſi tempore feren-
dæ ſententiæ pendeat adhuc accuſatio, ſed nihilominus pote-
rit dictum ſuum recipi, & exceptio reſeruari in tēpus proferen
dæ ſententiæ. Nam ſi ante ſententiam reperitur abſolutus, ſatis
patet, quod tempore teſtimonij erat integri ſtatus. Pro hoc fa-
cit, quod teſtis ſolum repellitur, quia pręſumitur nocens, vt in
c. forus, in fi. de ver. ſig. ſed nunc conſtat, quod erat innocens. fa
cit quod in ſimili no. Io. An. in c. omnipotens, de accu. Primus
intellectus videtur magis conuenire literæ, ſed ſecundus eſt ra-
tionabilis. No. 4. bonum argum. quod contra teſtem poteſt ex-
cipi de crimine, etiam non publico. & probatur ex eo, quia te-
ſtis, & promouendus, ſeu ordinandus hic æquiparantur. Sed
certum eſt, quod notatus crimine priuato repellitur ab ordine,
ergo etiam a teſtimonio. ad hoc 34. d. c. fi. & 81. diſti. c. j. facit ad
ad ea, quę dixi in c. teſtimonium, ſup. c. No. vlt. ꝙ accuſatus aliū
accuſare non poteſt. hoc intellige iuxta ea, quę habentur & no.
in c. neganda. 2. q. 1. 2. & plene per Bar. in l. is qui reus. ff. de pub.
3 iu. † Venio ad gl. quæ facit principaliter quatuor. Nam in prima
parte ponit rationem decidendi ad tex. & eſt clara. In ſecunda
parte q̄rit, an iſte accuſatus admittatur in ciuili: & concludit ꝙ
ſic. dummodo ſit emendatus de crimine. & in hoc gl. inepte lo
quitur. Ex quo enim adhuc non ꝯſtat de crimine, non requirit
emendatio, licet enim pendente accuſatione grauetur ipſius
opi.

A D D I T I O.

a Integritas. Vide Bar. in l. admonendi. col. fi ff. de iureiur. vbi vult, quod infa-
mi & vili perſonæ non deferatur iuramentum, quia ille, cui defertur, debet
eſſe maior omni exceptione. vbi videas domi. ſal. col. 104. in repe. ver. 36 &
ibi vult quod vbicūque admittitur probatio irregularitatis, oportet quod
teſtis ſit omni exceptione maior, & propterea repellitur vilis perſona, & in
famis, vt ibi per eum. Seb. Sap.

opin. vt in princip. glo. tamen hæc aggrauatio ſufficere non videtur in ciuili, vel cum agitur ciuiliter, vt ſatis probatur hic, & in cap. teſtimonium, in ver. in criminali, ſupra eo. & faciunt ſimilia, de quibus in gl. & vide de hoc, quod no. glo. in c. ipſi Apo
4 ſtoli. 2. quæſtio. 7. † Tertio, gl. opp. quod etiam in exceptis criminibus non debeat iſte admitti. argumen. 1. quæſtio. 2. cap. in primis, & in cap. per tuas, de ſimo. vbi tam in accuſatore, quam in teſte diſtinguitur, an accuſatus ſit bonæ famæ, an malæ. Sol. gl. dicit text. iſtum, intelligendum ſecundum diſtinctionem illorum capitulorum. Et hanc ſolutionem videntur hic ſequi Ioã. And. Innocen. & Abb. qui dicunt, ꝙ propter hoc tex. iſte dicit forſan, q. d. quod indiſtincte non admittitur. Sed poteſt dari alia ſolutio, quod illa iura procedunt, quando conſtat de crimine contra teſtes, hic vero, quando tãtum eſt accuſatus. Et hoc forte voluit iſta gl. dum poſtea dicit, quod licet iſte accuſetur, nihilominus remanet in ſtatu ſuo, quaſi adhuc non conſtet, quod ſit criminoſus. Sicut enim admittitur in ciuili, ita etiam in criminali, ſimiliter exceptio in odiũ criminis, & hoc plus placet, cum tex. iſte loquatur indiſtincte. Quæ autem ſint crimina excepta, vide Spec. in tit. de accu. in fi. vbi enumerat crimen læſæ maieſtatis. 6. quæſtio. 1. ca. ſi quis. de hær. d. cap. vergentis. Itẽ crimen hæreſis. d. c. vergentis. & in cap. in fidei fauorem. eo. tit. lib.
5 6. Itẽ crimẽ ſimoniæ, d. c. per tuas, & ſimilia, & dic, vt ibi. † Vlt. gl. quærit, quid ſi accuſatus condemnatus appellauit, an admittatur in teſtem? Dic, vt in ea, quam notabis ad conſimiles quæſtiones, & vide quod in ſimili no. gl. in c. ſæpe, de appel. Extra gl. opp. contra tex. ex hoc capitulo datur materia malignandi. Facile enim erit accuſato vel timenti accuſari ſubtrahere aduerſario teſtes, quibus timet conuinci, faciendo ſcilicet eos accuſari, vel prius accuſando, & ſic aperitur via malitijs, contra c. quanto, infra de diuor. Soluit Ioan. And. quod hæc malitia non eſt pſumenda, & vbi de ea eſſet præſumptio, poſſet prouideri ſecundum decreta frequens. de reſtitu. ſpol. lib. 6. ſcilicet, præfigendo terminum intra quem probetur accuſatio, vel dictum teſtis recipi, reſeruata fide ipſius, in euẽtum finitæ accuſationis, ad hoc ſupra eod. cap. ex parte. Et no. hunc intellectum: nam vt ſup. dixi, non eſſet malum indiſtincte hoc obſeruare, nec tex. iſte contradicit, intelligendo, vt ſup. in notabilib. dixi, & facit quod ipſe Ioan. And. in d. cap. omnipotens vbi dicit, quod pendẽte accuſatione, quis poteſt eligi, ſed cõfirmatio debet differri, ne in fraudem procuretur accuſatio. † Vltimo quęritur, an diſpoſitio
6 huius cap. habeat locum in inquiſito & denunciato. Innocen. & Hoſtiẽ quod ſic Ioan. And. fatetur hoc in inquiſitione, cum illa non fiat ſuper veritate criminis, ſi non præcedat infamia, de accuſa. capit. qualiter: merito tanquam infamatus repelleretur in criminali: ſed in denunciatione videretur diſtinguendum ſecundum eum, an denunciatio ſit euangelica, an iudicialis, an canonica, an regularis, & ſi eſt iudicialis, an denunciatus ſit infamatus, necne, & ſic cum his verbis tranſit Ioan. And. quaſi velit dicere, quod nunquam repelleretur denunciatus, niſi in iudiciali, dummodo ſit notatus infamia. Et cum hoc dicto tranſit Ioan. An. ſed non video qualiter fundetur hoc dictum: nam idem per omnia eſſet in alijs denunciationibus, ſi denunciatus eſſet infamis infamia iuris vel facti per rationem, quam ſupra dixi in inquiſito. Item negari non poteſt, quin contra denunciatum, inchoato proceſſu, oriatur ſuſpicio, & grauetur opinio ipſius, d. cap. omnipotens. & 81. diſtinct. cap. tantis Daniel. Sicut ergo interim non promouetur, vt in iuribus præallega. ita nec ad teſtimonium in criminali admitti debet, cum iſti parificentur, vt hic, nec debemus habere reſpectum, quod agatur ad pœnitentiam in denunciatione, quia repulſio non fit propter pœnam futuram, ſed propter præſumptionem malæ vitæ, quę nõ minus oritur contra denunciatum, quàm contra accuſatum, quinimo ſi recte velimus conſiderare, maior præſumptio oritur contra denunciatum, quia denuncians præſumitur moueri ex ſola charitate, cum non agat ad pœnam, ſed accuſatus, mouetur quandoque malo zelo: vnde accuſatio appellatur illaudabilis intentionis. 2. quæſtio. 7. cap. ſi quis epiſcopus.

De teſtibus cogendis. Rub.

Quia officium teſtium, quaſi publicum eſt: & ad illud interdum inuiti coguntur, ideo poſt tractatum de teſtib. &c. ſic continuat Ioan. Andreas.

No. tu ex hac cõtinuatione, ꝙ officium teſtium eſt quaſi publicum, ſed vide latius per Inn. in c. nihil, ad fi. de elect. vbi dicit quod officium teſtis in ſe eſt publicum. ad hoc l. 1. ff. de teſt. Sed teſtis non fert teſtimonium, tanquam habens officium publicum hinc eſt, quod per exceptionem crĩs repellitur, nec pdeſt toleratio, ſicut in alijs officijs publicis. ĩ tit. prox. c. teſtimoniũ, & ꝙ no. Inno. in c. ſciſcitatus de reſcr. Ego continuo ſic. Viſum eſt vt ſup. de teſtib. ſed quia poſſet dubitari vtrum ad teſtificandum poſſint compelli, merito ſubditur iſta rub.

SVMMARIVM.

1 *Iudex poteſt committere examinationem teſtium, etiam in cauſa matrimoniali, & quo nomine appelletur ille, cui eſt commiſſa talis examinatio?*
2 *Tacere veritatem, an ſit peccatum.*
3 *Accuſans, negando veritatem, peccat mortaliter*
Condemnatus ad mortem iuridicè, & fugiens è carcere peccat mortaliter.
Confitens falſum contra ſeipſum, metu tormentorum, peccat mortaliter.
4 *Priuilegiati a ferendo teſtimonio, an, & quo caſu poſſint compelli, & quando peccent non teſtificando.*
5 *Eo ipſo, quod teſtis non vult ferre teſtimonium in cauſa ciuili præſumitur contra ipſum, ſecus in cauſa criminali.*
6 *Teſtis ſubtrahens ſe a teſtimonio, præſumitur ſuſpectus, & contra ipſum poteſt iudex inquirere.*
7 *In cauſis criminalib. non mittitur ad examinandos teſtes, ſed debet perſonaliter comparere, etiam ſi ſint egregiæ perſonæ.*

CAP. I.

CAuſam. In cauſa, matrimoniali cogendi ſunt teſtes ferre teſtimonium. ita communiter ſummatur, ſed non placet, inquãtum ponit ſpecialitatem in matrimonio, quia ſic loqui videntur iura in alia materia ciuili. Ideo generalius ſummo ſic In cauſa ciuili, monendi, & inducendi ſunt teſtes ad teſtificandum, & ſi ſe ſubtrahant odio, gratia & c. compelluntur. In prima, parte, ponit, cauſæ commiſſionem. In ſecunda prouidet partibus. ibi. Ideoque. Caſus literal. Quędam cauſa matrimonialis vertebatur inter M. mulierem, & virum ſuum: commiſſa fuit iudicibus. Mandat Papa, Papien. Electo, quod moneat teſtes ad ferendum teſtimonium, quos vtraque pars ſibi duxerit nominandos. Si vero, amore, vel timore ſe ſubtraxerunt, quoad ferẽdum teſtimonium coram prædictis iudicibus, vel nuncio, quem ad hoc miſerint, compellat eos per eccleſiaſticam cenſuram. Bern. Not. 1. ibi, Moneas, & inducas, quod per hæc verba non deſignatur pcita compulſio. Pater, quia in fine mandat compelli, ſi induci non poſſunt: vide de hoc quod no. in capit. 2. de ſponſa. Not. 2. quod etiam in cauſa, matrimoniali non debet iudex teſtes a principio compellere, ſeu cõtra eos ſententiam fulminare, ſed prius monere & inducere, quod puto verum, niſi neceſſarium ſit illorum teſtimonium, quia aliter probari non poteſt, vel niſi iudex ſit remotus a partibus. Tunc enim, quia de facili nõ poteſt iudicium iudicis geminari, poterit iudex a principio pręcipere, & ſub conditione cenſuram eccleſiaſticam fulminare, &
1 ſic iudicio meo intelligi poteſt cap. j. prox. † No. iudicem poſſe committere teſtium receptionem, etiam in cauſa matrimoniali. Et no. quod talis commiſſarius poteſt nuncius appellari. & dicit Ioan. And. quod iſte quandoque vocatur executor, quandoque auditor, vel cognitor, quem poteſt iudex quilibet ad certũ arti. deputare, de offi. deleg. cap. ſuper quæſtionum. §. 1. & §. verum. Ego credo, quod quando iudex prius examinat capitula, & interrogatoria, & poſtmodum mittit notarium, vel aliũ ad examinandum teſtes, iſte ſic miſſus poteſt dici nuncius. Sic appellatur, quia mittitur ad ipſos teſtes, & quandoque nullam habet iuriſdictionem, ſed nudum miniſterium, iuxta no. in clem. vna, de off. delega. & videtur tex. in c. 1. de iud. lib. 6 & ſic loquitur hic, vt patet, ibi, Quem ad hoc miſerint, &c. Quandoque cõmiſit iudex ſimpliciter receptionem teſtium, & tunc ille non pprie appellatur nuncius, ſed iudex, ſeu cognitor, vt clemẽ. iudicis, de offic. deleg. cum ibi nota. Oppo. videtur enim quod non erat opus ſcribere ordinario, vt compelleret teſtes producendos corã delegato Papæ, qa ipſemet hoc facere poterat cũ ſibi omnia videantur eſſe commiſſa, ſine quibus cauſa commode expediri non poteſt, de off. delega. c. pręterea, & c. prudentiam. Sol. Vincẽ. fatetur, quod delegatus hoc poſſet, & communiter Docto. poſt eum, ſed ſcriptum fuit ordinario, quia forte plus timebatur in loco, quod placet, ſimiliter quando mandatur ordinario, vt exequatur ſententiam delegati Apoſtolici, cum & ipſe per ſe exequi poſſet, de off. deleg. c. in literis, c. ſignificaſti, & c. quęrenti. Gl. 1. quęrit, quare teſtes compelluntur, cum regulariter quis non compellatur de ſuo facere beneficium. 10. q. 2. c. precariæ. Reſpondet, ꝙ duplici ex capite. Primo propter bonũ publicum, ne veritas occultetur, & malus, vt bonus ęſtimetur, facit, licet gl. non alleget, l. eum qui nocentem. ff. de iniur. & c.
a vt famæ, de ſen. excomm. Secundo, quia tacere veritatem a eſt
pecca-

ADDITIO.

a Tacere veritatem. Vide Do. Iaſ. in l. præſcriptione in 2. no. C. ſi contra ius vel vtil. publ. vbi tangit, quod ita puniatur teſtis, negando ueritatem, ac ſi falſum dixiſſet, de quo etiam per [illegible] de Are. in tract. malef. in uerbo falſario. Seb. Sap.

a peccatum a mortale.xj. quæſtio. 3.c. quiſquis. † Contra hæc op-
2 po. dupliciter: videtur enim primo hoc eſſe falſum.ſ. q̀ tacere
veritatem ſit peccatum mortale: nam Chriſtus interrogatus à
Pilato, quid eſt veritas? non reſpondit, vt habetur in Euangelio.
Gl.in d.c.quiſquis, dicit, q̀ primum dictum procedit: cum pro-
ducitur in teſtem, alias bene poteſt, & debet quis quandoque
tacere veritatem, vt in c.1.& c.ne quis. 22.qõ.5.& vt habetur in
contrario. Si enim quis quæritur ad mortem, non teneor reſpõ
dere, vt in iuribus præalleg. Et licet D.Ant.hic inſtet, ego breui
ter dico poſt Archid.& Bea. Thom. vt not.in c.item quod dici-
tur 22.quæſtio. 1. quod in caſibus, in quibus iudex poteſt de iu-
re interrogare, non reſpondendo, ſed negando, vel celando ve
ritatem, quis mortaliter peccat, quia debet quis obedire ſuo ſu
periori in ſpectantibus ad officium ſuum, de maior & obed.c.
2.& cap. qui reſiſtit. xj. quæſtio. 3. ſecus vbi interrogat in nõ ſpe
3 ctantibus ad officium ſuum. † Et per hoc ſoluetur quæſtio no-
tabilis, an peccet accuſatus, ſi timens condemnari negat verita
b tem. Concluſio eſt quod ſic, b per prædictã rationem. Ita in ſi-
mili concludit Bar. in l.relaui.ff.de pœni. Dicit enim, q̀ condẽ-
c natus c iuridice ad mortem peccat, fugiendo, carcerem. Secus
dicit, vbi carcer eſſet violentus & iniurioſus. ad hoc, quod leg.
& no. in cle. paſtoralis, in gl in verbo, per violentam, de re iud.
Idẽ puto ſcilicet, quod peccat mortaliter, qñ quis poteſt proxi-
mo prodeſſe, & non vult, negando veritatem, argumen.c.1.de
fal. Nam quiſque tenetur diligere proximum, ſicut ſeipſum, de
pœn.diſtin. 2.c.charitas.il 2.§.proximus. Idẽ dic, ſi quis falſo de
ponit contra ſeipſum, vt eſt no.tex. in c. ſi non licet. 25. q.5.per
quod argue contra iſtos, qui timore tormentorum cõfitentur
4 contra ſe.† Secundo oppo.d ad idem, nam multi ſunt iure ciui-
d li priuilegiati à ferendo teſtimonio, vt habetur 4. quæ. 3.c.ſi te-
ſtes.§. item lege Iulia, iudiciorum.no.in c. ſi qui teſtium. ſupra
tit. prox. Quod non eſſet, ſi eſſet peccatum, non teſtificari, cum
nulla lex, vel priuilegium, ſeu Princeps excuſare poſſit à pecca-
to, vt in c.fi.de præſcrip. & in c. Iulianus & c.ſi dominus.xj.q.3.
imo nec prætextu pietatis excuſatur quis in peccato, vt in c.ſu-
per eo, de vſu.Sol. notabiliter Hoſt. q̀ priuilegium prædictum
non excuſat ex toto, ſed tunc ſolum cum alij teſtes haberi poſ-
ſunt: vnde dicit, q̀ inter priuilegiatos & non priuilegiatos hęc
differentia notari poteſt, vt non priuilegiati cogantur, etiam ſi
per alios fides fieri poſſit, ex quo moniti teſtificari recuſant. Pri
uilegiati vero non cogantur, niſi vbi p alios veritas haberi non
poſſit, quo caſu procedit, quod dicitur de peccato. Not. bene
hanc ſolutionem, quia per ea habes limitata iura, quæ dicunt
e ſolum parentes, & ſimiles non compelli e debẽt enim intelligi,
quando per alios veritas haberi poteſt. Secundo no. quod non
priuilegiati poſſunt compelli, licet veritas aliter haberi poſſit,
& de hoc vide in gloſ.ſeq. alias enim nullum eſſet priuilegium
iſtorum priuilegiatorum, contra capit. ſtatuendum. alias ſtatu-
tum, in fi.1. quæſt.6.& c. quanquam.14.q.4.vbi dicitur, quod cle
rici nõ debent ad teſtimonium vocari, niſi in aliorum defectũ.
5 † Gl.2. quærit, hic dicitur teſtes compellendos, quando gratia,
vel timore ſe ſubtrahunt. & idem in ca. ſuper eo, infra eodem.
quomodo probabitur, q̀ taliter ſe ſubtrahant? Reſpondet nota
biliter, q̀ eo ipſo, q̀ requiſiti nolunt ferre teſtimonium, præſu-
mitur cõtra eos, niſi conſtaret, q̀ per alios veritas haberi & cõ-
probari poſſet. Pondera bene hanc gl. Dicit enim duo. Primo,
q̀ præſumitur contra teſtem, eo ipſo, q̀ teſtificari recuſat. Idem
no.in c. ſuper eo.& c. cæterum.& c.dilectorum inf.eo.Io.And-
poſt Inn. & Hoſt. dicit procedere in ciuilibus, in quibus pecca-
tum eſt tacere veritatem. Et hoc verum ſecundum eum, niſi
hanc præſumptionem elidat alia, vt puta, quia religioſus eſt, q
non in damnum proximi, ſed obtentu religionis iurare renuit:
argum. ſup. tit. 1.c.nuper. & inf.de iureiur.c. & ſi Chriſtus, in fi.
vel ſubeſt alia ſimilis cauſa. In criminalibus vero & in alijs, in q-
bus non eſt peccatum, veritatem celare, non eſt præſumendũ,
ſecundum eum, q̀ is qui teſtificari renuit, malitioſe ſe ſubtra-
hat, & ideo non eſt cogendus, niſi manifeſte appareat de mali-
6 tia. ſup.eo.c. peruenit. † No.bene hoc, & videtur, & videtur iu-
dicio meo hoc probari.inf.eo.in ver.conſtiterit. Et dicam latius
in c.dilectorum, inf. eo. vbi expediam hanc materiam. & hoc
procedit vbi veritas aliter haberi poteſt. Si autem aliter haberi
non poteſt, tunc dicit Ioan. And. poſt Inno. per dictam decreta
lem, peruenit. 2. quod in criminalibus & in cauſis, in quib alias
teſtes non coguntur, nec cogentur etiam ſi non ſe ſubtrahant
gratia, odio, vel timore. Idem Hoſt. nam, ſecundũ eũ, videmus
q̀ hoc caſu compellitur clericus d.cap. quanquam, qui alias eſt
priuilegiatus, vt non compellatur. d. ca. ſtatuendum, in fi. Non
obſt. quod prohibitum ſit iuramentum, ſine quo teſtis non de-
ponit, quia hoc verum, niſi in caſibus, quorum iſte eſt vnus. Et
his caſibus vide gl.in cap. nullus. infra de iureiurã. Prædicta no.
& expediam latius in d. c.dilectorum. Secundo videtur hæc gl.
primum dictum limitare, vt præſumatur, quod gratia, & capit.
quando veritas aliter haberi non poteſt. Quod non videtur p-
cedere, niſi in priuilegiatis, vel in criminalib per prædicta. Et
ex prædictis deciditur tacite alia quæſtio, cui incumbat onus p-
bandi, quod veritas haberi aliter non poteſt, quam latius & ex
plicite attingam, infra eo.cap. ſuper eo, & vide ad confirmatio-
nem prædictorum no. dictum Barto. in l.1.§.1.ff.de fal. vbi dicit
quod ſi quis ſubtrahit ſe à teſtimonio, reddit ſe ſuſpectũ de fal-
ſitate, ſeu corruptione, videlicet, quod gratia, ſeu commodo ſe
ſubtrahit, ex qua præſumptione iudex poterit inquirere contra
eum, ſecundum Barto quod eſt menti tenendum, ſed debet li-
mitari ſecundum prædicta, quando ſcilicet, non ſubeſt alia præ
ſumptio hanc elidens. Ex omnibus prædictis poſſunt elici tres
concluſiones. Prima, quod priuilegium ſuper teſtimonio non
ferendo conceſſum, ceſſat deficientibus alijs probationibus, ſi-
ue ſint laici, ſiue clerici. Secunda concluſio, quod in cauſis ci-
uilibus, præſumitur quis corruptus, ſi requiſitus teſtificari, recu
ſat. & ad hoc compelli poteſt, & contra eum inquiri de corru-
ptione, niſi alia in contrarium præſumptio ſubſit. Tertia con-
cluſio, in criminalibus cauſis teſtes non compelluntur, niſi in
alijs probationibus deficientibus, nec præſumitur corruptio, ſi
quis teſtificari recuſat, niſi aliter probetur, quod caſu fiet com-
pulſio, licet aliter veritas probari poſſit. Hæc concluſio proba-
tur in capitu. ſuper eo. iuncto capitu. peruenit 2. eodem titu. De
iure vero ciuili aliud videtur, de quo vide text. cum ibi not. in-
f fra eod. & cap. ſuper eod. in fi. Gloſſ. f fin. eſt clara, & notabis ca-
ſum, quod in cauſis criminalibus non mittitur etiam ad egre-
gias perſonas, ſed omnes compelluntur venire ad præſentiam
Iudicis. Hoc limita ſecundum tex. no. in cap. 3. de iud. lib 6. vide
circa hoc quod plene dixi in cap. cum cauſam. ſupra tit.1.

ADDITIONES.

a Peccatum. An ſit peccatum non teſtificari, vide etiam aliquid per S.Tho.2.2.q.
70.ar.1.cir fi. ubi dicit, quod teſtificari eſt de neceſſitate ſalutis, ſuppoſita te-
ſtis idoneitate, & ordine iuris, alias ſecus. Item, an, & quando ſit peccatum
mortale, celare veritatem in iudicio, vide dom. Anto. in cap. 1. in 1. colum
verſicu. no. non compelli. ſupra de probatio. & vide Abb. poſt Innocen. &
quod ibi late no. poſt eum in c. 1. circa princip. infra de crimi. fal. Et de iſto
argu. vide eleganter per bea. Thom. in 2.2. quæſtio. 70. art. 1. ubi concludit, q̀
ſi requiritur teſtimonium alicuius ſubditi, authoritate ſuperioris, cui re-
quiſiti, in his, quæ ad ſubſtantiam pertinent, obedire tenentur, non eſt du-
bium, quod tenetur teſtimonium ferre in his, in quibus ſecundum iuris or
dinem teſtimonium ab eo exigitur, vt puta in manifeſtis, & de quibus præ-
ceſſit infamia, ſed de occultis, & de quibus non præceſſit infamia, non te-
netur teſtificari. Si autem non requiritur eius teſtimonium à iudice ſupe-
riori, ſed ab alio, & tunc aut ad hominem liberandum ab iniuſta morte, vel
falſa infamia, vel a pœna quacunque, & tunc tenetur teſtificari, imo ſi eius
teſtimonium non requiritur, tamen tenetur facere, quod in ſe eſt, ut veri-
tatem denunciet alicui, qui ad hoc poſſit prodeſſe. Super his vero, quæ per-
tinent ad condemnationem, non tenetur quis ferre teſtimonium, niſi cum
a ſuperiore compellitur, ſecundum ordinem iuris, non attento, quod im-
mineret periculum accuſatori, cum ipſe ſponte in hoc periculum ſit in-
greſſus.

b Quod ſic. Scias, quod inquiſitus, qui reſpondendo ad inquiſitionem iurat
non feciſſe, ſi poſtea appareat contrarium, non per hoc punitur tanquam
periurus. Iſtud eſt dictum ſolemne, quod pauci ſciunt, de quo per Alexand.
in addit. ad Barto. in l. 1. ff. de bo. eo. qui ſibi mor. conſci. uide omnino unam
appoſtil. ad Abb. in c. it, qui, in 2. not. in apoſtil. mag. in fin. infra de ſol. Et ita
videtur poſſe limitari dictum Abb. hic, ut procedat in foro fori. Aeneas
de Falco.
Circa hoc, an inquiſitus iurans contenta in inquiſitione non eſſe vera, ſi
poſtea appareat contrarium, teneatur de periurio, dicas, quod inquiſitus
tenetur reſpondere cum iuramento inquiſitioni contra eum formatæ de
crimine, hoc eſt, an deliquerit, vel non, & vide Spec. in tit. de depoſi. in §.
7. in uerſi. 19. & in tit. de inquiſitio in §. 4. Nec dicitur ex hoc incurrere per
iurium, quod uoluit Iaco. But. in l. quod ſæpe, in §. ſi uero, ff. de contrahen.
emp. de quo uide per Alex. in l. 1. ff. de his, qui mor. ſibi conſci. hic allega. de
quo tamen multum dubito, quia non debet quis deierare pro quocunque
commodo perſonali & temporali, ut in c. 22. quæſt. 1. imo potius debet om-
nia mala temporalia pati, quam conſentire malo animæ. c. ſuſcepimus, de
homi. & 32. q. 5. cap. ita ne. & uide Spec. in tit. de actio. & pet. in §. 4. uerſicu.
quod ſi forte. Ant. Fran.

c Condemnatus. Vide D. Iaſ. in l. admonendi, colum. 65. in materia fugæ. ff. de
iureiuran. Seb. Sab.

d Secundo opp. Et adde, quod iſtæ perſonæ, non dicuntur inuitę teſtificari, li-
cet fuerint citatæ ad iudicium pro teſtimonio, ſi poſtea teſtificantur. Ita di-
cit Bal. in l. ſi quando, in 1. colum. C. de teſt. Et idem dicit, ubi etiam iam op
poſuit exceptionem priuilegij, in l. parentes, in vlt. colum. C. de teſt. ubi di-
cit ita ſe conſuluiſſe. Item uide Archid. in c. ſtatuendum. 7. qõ. 5. ubi dicit, q̀
in ciuili cauſa, ubi aliter veritas haberi non poteſt, compelluntur etiam te-
ſtes priuilegiati, de quibus in c. ſi teſtes, §. item lege Iul. 4. q. 3. & dicit, quod
ita conſueuit concludi in cap. dilectorum. de teſt. cogen. Adde Rom. ſingu.
ſuis, folio 8.

e Compelli. Vide Bar. in l. lege Iulia. ff. de teſtib. & Marſi. ſing. ſuo 76. incip. plu-
res ſunt, & in l. ſi. char. 8. cir. princ. C. de prob. & Firmia. in repertorio ſuo in
verbo, teſtes, ver. teſtium coactio. Seb. Sap.

f Gl. Vide gl. 3. quæſt. 9. c. teſtes, ubi eſt gl. ſing. iudicio meo, in uer. ſed præſen
tes, quod non valet conſuetudo, quod examinatio teſtium in crimalib. de-
legari poſſit, & ad hoc eam nunquam audiui allegari. Et adde hic Specu. in
titu. de teſte. §. nunc tractemus, & uide Bald. in d. Authen. apud eloquen-
tiſſimum, ubi concludit, quod etiam in criminalibus poteſt delegari rece-
ptio, ſi teſtes ſunt in alia prouincia. Et adde. quod licet receptio teſtium in
cauſa criminali non poſſit delegari, tamen poteſt delegari receptio inſtru-
menti, tex. eſt in capit. contingit. & ibi do. Ant. circa fi. uer. no. penul. de fide

Digitized by Google

inſtrum. Et generaliter quando poſſit committi examinatio t. ſtium ponit Dy. in l ſcire oportet §. j. ff de excuſ.tut.& Spec. in titu. de teſte. §. nunc tractandum, ver. nuoquid ad officiom ad quos remittit, Bal. in l. 3. §. adē quod Diuus ff. de teſt. Et adde, quod iſtam regulam, quæ dicit cauſam criminalē non poſſe delegari quoad receptionem teſtium, limitat no. tex. in d. c. mulieres. de iud. eſſe veram, niſi ex parte teſtis concorrat, qood ſit perſona priuilegiata, quæ non cogitur teſtificari in iudicio, vel ex parte iudieis non concurrat magna honeſtas, vt quia epiſcopus, tunc enim poſſet delegare. & hoc dicit Pet. de Anch. circa fi. Sed quod in cauſa criminali receptio teſtium poſſit alijs committi, videtur caſus apertius in c. vt officium, §. verum, ibi, alij, quos ad hoc duxeritis depotandos. de hære. in 6. niſi reſpondeatur quod ille tex. loquitur in nuda examinatione, cum iam teſtes iuraſſent coram inquiſitoribus, vel dicatur, qood ſit ſpeciale in crimine hæreſis, ſicut multa alia. Item adde, quod vbi agitur de crimine in modum exceptionis, poteſt committi examinatio teſtium. Ita dicit Pe. de Anc. in c. præſentium. §. teſtes, in prin. de teſt. in 6. item vide quod no. Arc. in d. c. præſentium, §. teſtes in vi. col. ver. quæro poſt Io. And. Item adde, quod papa indiſtincte poteſt committere examinationem teſtium in cauſa criminali. Ita determinat Spe. in tit. de teſt. §. nunc tractandum in 3. col. ver. in criminali vero. arg. c. ille gladium, 24. q. 4. dicit tamen, quod quando papa tradit articulos delegato, iniungat ei ſub interminatione diuini iudicij, & ſub periculo animæ ſuæ, quod debeat bene & legaliter, ſuper quolibet ar. ſecundum ipſam interlocutoriam examinare. & adde hic Lap alle. 46. An autem in cauſa criminali poſſit delegari receptio teſtium, vel in alia cauſa ſpeciali, vide tex. in c. ſignificauit. de of. or. & qood ibi no, Adde, quod in cauſa criminali non poteſt delegari examinatio teſtium, Ro. ſi. n. iuis fol. 12. An examinatio teſtis poſſit committi, & qualiter committatur, maxime in criminalibus. Et an iudici alterius territorij, & an debeat pars aduerſa moneri, & citari ad comparendum coram iudice, cui committitur talis examinatio: & de forma faciendi talem commiſſionem, vide Bald. Salic. & Doc. in l. iudices. C. de ſi. inſtru. & in auth. apud eloquentiſſimum. eo ti. & vide Bart. in l. cum ab initio. ff. quemad. teſt. ape. & vide omnino Ang. in Auth. de teſt. in §. & quoniā 2. & vide Innocen. in c. qoonium cootra, de prob. & in c. eum Bertoldus, de re iudi. & in c. 2. de iureiur. & vide omnino per d. Car. in cle. 1. in 6. quæſtio. de offi. del. Ant. Fran.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis nolens comparere, poteſt ſuſpendi, deponi, & excommunicari, & iudex poteſt incipere ab excommunicatione.*

2 *Iudex poteſt in primo præcepto imponere mulctam contumaci.*

3 *An requiratur vna citatio, an duplex, an triplex, ad hoc, vt iudex poſſit mulctare.*

4 *Citatus ad certum tempus hora diei non expreſſa, debet tali hora comparere, vt poſſit explere officium ſuum.*

5 *Citatus certo die ad faciendum electionem, debet mane comparere.*

6 *Iudex excommunicauit teſtes non comparentes in termino præfixo, & teſtes in dicto termino fuerunt impediti, nunquid ſint excommunicati.*

C A P. II.

Cum ſuper. Per excommunicationis, ſuſpenſionis, & depoſitionis ſniā cogendi ſunt teſtes. Vel ſumma generalius ſic. Vbi teſtimoniū eſt neceſſariū, compellendi ſunt teſtes ad illud ferendum, ēt per ſuſpenſionis, excommunicationis, & depoſitionis ſententiā h. d. Tria facit. Primo præcipit. Secundo punit contemnentē. Tertio aggrauat. Secunda ibi. Si vero. Tertia ibi. Et ſi. Caſus liter. Mandat papa quibuſdā presbyteris, quatenus ad p̄ſentiā ſuā accedant, perhibituri teſtimoniū veritati ſup cā, quæ vertitur inter epiſcopum præneſtinum, & Abbatē Sublacenſem. Si vero non venerint, ſciant ſe ab officio, & bñficio ſuſpenſos. & ſi nec venerint, excōicationis ſententiam poterūt formidare. Ber. No. 1. ꝙ vbi teſtimoniū eſt neceſſarium, non p̄mittitur moniţio, ſed à principio p̄t teſtib. mandari, vt veniant, ēt ſi ſint præsbyteri, vt hic, iūcta ſupraſcriptione. Et no. ꝙ teſtes poſſunt compelli ire ad curiam Romanā de longinquis partibus, expenſis tñ producentis, vt in c. ſtatutum, prope ſi. de reſcr.
1 li. 6. & 4. q. 3. c. ſi teſte. §. venturis. † No. bonam practicā procedēdi ꝯ teſtem, vel alium abſentem, vt in eadem citationis litera, ſi non venerit in termino præfixo, fulminetur ſuſpēſio. & ſi intra alium terminum non venerit, eadem litera præfixa feratur excōicatio, ſi nō venerit in tertio, comminetur depoſitionem. Et ſic vī Hoſt. intelligere literam. & hic intellectus eſt verus in ſe, licet ex litera aperte non colligatur, ꝙ hic fuiſſet lata excōicatio, ſed potius innuitur, ꝙ ſolum comminata. Credo tñ, ꝙ quilibet terminus debeat eſſe peremptorius, alias non deberet fieri ſuſpenſio, vel excōicatio. ad hoc, c. ſacro. de ſenten. excom. & ꝙ
e no. Inno. in c. j. de exceſ. prę l. vide practicam per tex. iuncta gl. in c. conſtitutionem, de ſenten. excom. li. 6. Et ex hoc, & ex tex. innuitur iudicem debere vltimo loco reſeruare excōicationē,
f & prius incipere à ſuſpenſione, ꝙ eſt ſcḋm do. Ant. contra practicos noſtri temporis, qui incontinenti incipiunt ab excommunicatione. Ego dico, ꝙ licet cæteris paribus hoc ſit honeſtū, nō tñ neceſſarium. Iudex enim p̄t incipere ab illa, quæ magis timetur, vt in c. quoniam, in fi. vt lit. non conteſt. & in c. 1. de iud. vbi pro prima contumacia fuit lata excōicatio. Vnde alibi dicit gl. ꝙ quælibet minima contumacia, eſt excōmunicatione digna. & ꝙ tanto maior eſt, quanto ex minori re ſurgit. ita dicit gl. no.
2 in c. duo ſunt. 96. di. vide bo. tex. in c. tuæ. vt li. non conte. † No.
a & tene menti, ꝙ iudex a poteſt in primo p̄cepto apponere mulctam nō parenti. Et facit, ꝙ iudex poſſit præcipere aliquid ſub certa pęna. de quo vide per Spe. in ti. de ſen. prola. §. 2. verſic. ſed nuuquid iudex. Et ibi videtur concludere, ꝙ ſic, ſi euidenter pręſumit contumaciam. Et idem deberet obſeruari in excommunicationis prolatione, vt probatur in c. Romana. §. caueant, de ſenten. excom. li. 6. ſed pp viarum diſtantiam, cum ſit difficile geminari præcepta, ſatis poterit obſeruari prima vice, quod hic dicitur. Nam ex cauſa rationabili, poteſt pro futuris culpis ſub conditione excōicatio ferri, vt ibi. Scḋo facit, ꝙ poſt ꝯtumaciā poſſit iudex ſine noua citatione infligere mulctā, de quo dic,
3 vt plene dixi in c. j. de iud. † Opp. contra hoc, & contra tex. videtur enim ꝙ ex prima contumacia non poſſit iudex mulctare, iuxta no. in c. 2. de proc. Vinc. dicit, ꝙ iſti puniuntur, quia hoc fuit in citatione expreſſum. No. hanc ſolu. ex qua innuitur, ꝙ ſi iudex præcipit ſimpliciter aliquid fieri, non debet illico infligere mulctam non parenti, ſed geminare præceptum. Sed credo poſſe dici tres citationes requiri ad cauſam principiandam, & ſic loquitur l. ad peremptorium. ff. de iud. & no. per Innoc. in c. ad petitionem, de accu. Sed vbi ſit præceptum aliud, vt hic, nō eſt opus geminare citationem. arg. in l. 1. ff. ſi quis ius di. non obtempe. primum tamen æquius. No. iij ex dicto Vin. ꝙ iudex licite exprimit poenam ex prima contumacia. facit pro allegato dicto Spe. Opp. videtur enim ꝙ hæc citatio nō arctabat, cū eſſet ſine termino. Gl. j. metu contrarij ſupplet, ꝙ hic fuit terminus conſtitutus, & ꝙ iſti debebant comparere ea hora, qua poſſent expedire officium, ad quod erant vocati. Dic, ꝙ etiam ſine
b certo termino valeret citatio. b & intelligitur, vt citatus veniat,
4 quam citius poteſt, vt plene dicam in c. cum parati, de app. † Secundo collige ex glo. ꝙ citatus ad certum terminum, hora diei non expreſſa, tenetur comparere tali hora, ꝙ poſſit explere officium, ſeu negocium, ad quod citatur. Et facit quod in ſimili
5 no. Innoc. in c. cum nobis, de elec. vbi dicit, ꝙ citatus, vt comparcat, certa die ad electionem faciendā, dēt comparere de mane, quia tali tp̄e fit electio pp Miſſam Spiritusſancti. Hinc Vin. in ſecunda ſolutione dicit hic, ꝙ dēt venire tali tp̄e citatus pro teſtimonio ferēdo, ꝙ deponat ieiunus. 22. q. 5. c. honeſtum. & ſup. titu. prox. c. 1. Vel, ſcḋm eum in prima ſolutione, ſatis eſt, ꝙ ea die iuret. Nam pro actu depoſitionis p̄t teſtis teneri per 15. dies, vt l. pen. C. de teſta. Cōclude ergo, ꝙ citatus ad certū diem ſine hora dēt comparere tali hora, qua expedire poſſet id, pp ꝙ vocatur. In dubio ſatis eſt, ꝙ veniat ante noctis tenebras, q̄a totus dies ſibi cedit, de quo in c. conſuluit, de offi deleg. & c. cum nobis. Op. 3. de c. cum non ab homine, ſup. de iud. vbi fit primo depoſitio, & poſtea excōicatio, & hic econtra. Sol gl. 2. ꝙ iſtud p̄cedit, vbi proceſſus fundatur ſuper contumacia. nam tunc incipitur a mitiori pęna. ꝯtrium p̄cedit, vbi fundatur ſuper crimine, & dic vt ibi plenius no. Gl. 3. colligit, ꝙ in vna citatione poſſunt fieri plures citationes, de hoc dic, vt leg. & no. in c. conſtitutio-
6 nem, ad quod ſup. remiſi. † Gl. fi. in prin. eſt facilis, poſtea formanit quæſtionem quotidianam. Iudex excommunicauit teſtes, niſi comparerent in termino præfixo, in termino teſtes fuerūt
c impediti, quæritur nunquid ſint excommunicati. c Conclude, ꝙ quoad Deum nō ſunt excommunicati, ſū quoad Eccleſiam ſic. tamen docto de impedimento abſoluentur ſine difficultate. Idem tenet gl. in c. vno. 3. q. 5. ſuper verbo, occurrent. Spe. autem in ti. de cita. §. pen. ad fi. refert quoſdam tenere cōtrarium, ſcilicet, ꝙ excommunicatio non tenet. vnde pronunciandum eſt excommunicationem non tenere, nec tenebitur ad expenſas, & cum illa opi. tranſit ibi Spec. Hoſt. dicit, ꝙ ſi papa tulit talem ſententiam, omnino ligat. de off. deleg. c. ex parte. Nec eſt noſtrum reprehēdere. 9. q. 3. c. aliorum. Si inferior eam tulit, aut taliter citatus detinetur impedimento incōmoditatis, aut facti. Primo caſu ligatus eſt, tamen, niſi in citatione expreſſa eſſet talis cauſa, propter quam dimittere debuerit propria negocia, ſine difficultate debet abſolui, alias ſatisfieri oportebit. Secundo caſu non indiget abſolutione, cum præceptum non obliget ad impoſſibile, & ſic ſententia eſt nulla: ſufficit ergo relaxatio, vt in cap Odoardus. de ſolu. Poſſet etiam fieri abſolutio ad cautelam, ſecundum eum. Ioan. Aud. hic remittit ad no. per Innocen. in c. P. & G. de offi. deleg. Et dicit ꝙ hęc quæſtio videtur expedita. de ſenten. excom. c. venerabilibus. §. idem. li. 6. & ibi tex. innuit.

A D D I T I O N E S.

a Iudex. Vide Ino. in l. filiusfa. §. diui. poſt Bar. & Ang. ff. de leg. 1. & in l. cum ſtipulatus ſim mihi a proculo. ff. de verb. oblig. Bal. in l. cum allegas. col. fi. C. de vſu. & in l. 2. col. 12. ver. quarto quæro. C. de ſeruit. & aqua, & in auth. offerant, ver. ſed iuxta hoc quæro. C. de lit. conte. Mod. poſt Bar. in l. 1. in prio. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Seb. Sapia.

b Citatio. Vide Feli. late in c. conſuluit. col. 2. verſi. no. tex. ibi. ea hora. ſupra de offic. deleg.

c Excommunicati. Circa iſtam q. an iuſſus comparere in certo termino ſub pęna excommunicationis, ſi fuerit impeditus illo impedimēto, ſit excommunicatus, vide do. Abb. in c. P. & G. & ibi An. Sic. in 13. & 14. col. de offi. deleg. poſt Inno. & vide in c. inquiſitioni. de ſen. excom. & vide Bal. hic, & habetur per eg[illegible] in l. [illegible] et in l. quæſitum. ff. de re iud. et vide Old. in conſ. [illegible] 167. Et adde ꝙ contra communem ſententiam eſt bo. tex. in c. vno. 4. q. 3. ideo cogita ſuper hoc. Ant. Fran.

Digitized by Google

innuit, ꝙ iſte ſit legatus, ſufficit enim præſumpta contumacia.
Sed aduerte, quia ille tex. loquitur, quando quis fuit excommu
nicatus pro contumacia de præterito, vt quia iudex reputãs ali-
quem contumacem, illum excommunicauit, ſed hic loquitur
de excommunicatione lata pro contumacia de futuro, vnde iu
dicis animus videtur deeſſe. Tamen vt dicit do. Ant. ille tex. lo
quitur indiſtincte, & ideo ſequitur ipſe hic opi. Ioan And. & di-
cit eam eſſe communem. Nec obſt. ſi dicatur hanc ſententiam
continere intolerabilem errorem, quia, vt dicit Inno. in d. c. P.
& G. hic error non eſt patens ex verbis ſententiæ, licet ex men-
te ſit reducibilis ad errorem, talis autem error non inducit nul-
litatem ſentẽtiæ, vt ibi no. Ego in hac quæſtione ſoleo ſic diſtin-
guere, ꝙ aut ex tenore ſententiæ apparet, ꝙ iudex voluit omni-
no ligare non comparentem in termino, ſiue eſſet impeditus,
ſiue non, & talis ſententia non tenet, tanquam continens erro-
rem intolerabilem, de ſen. excom. c. per tuas. Aut non conſtat
ex tenore ſententiæ, quia iudex ſimpliciter excommunicauit
non comparentem in termino, & aut ex aliquibus verbis po-
teſt iudicis mens deprehendi, vt quia dixit, ſi contempſeris, vel
ſi diſtuleris in termino comparere, & non erit excommunica-
tus, quia qui non poteſt, non contemnit, nec differt, vt no. glo.
in c. quã ſit, de elect. lib. 6. in ver. diſtulerit. Aut non poteſt de-
prehendi, & tunc non eſt, excommunicatus quo ad Deum, ex
quo non deliquit, de re iud. c. 1. lib. 6. Sed quia quoad eccleſiam
excommunicatio iniuſta, ligat maxime, quando eſt apparen-
ter iniuſta, poterit fieri abſolutio ſaltem ad cautelam. Plus ta-
men in ſubtilitate placet opi. Hoſti. & Spec. vt dato, & probato
impedimento facti, nulla indigeat abſolutione, quia non vide-
tur veriſimile, quod iudex voluerit eum ligare. argumen. c. vt
noſtrum prodeat, vt ecce. benefi. Et per hæc puto idem dicen-
cendum in ſententia Papę, & fortius, quia ſentẽtia hoc caſu nõ
infringitur ex defectu poteſtatis, ſed potius voluntatis, quæ vo-
luntas potius debet præſumi in Papa, tanquam iuſtiori, quam in
alio, argum. 40. diſt. c. 1. facit c. in cauſis, de re iud. Ad §. idem, al
legatum per Io. And. poteſt reſponderi, ꝙ loquitur, quando ex-
communicatus allegabat impedimentum, ſed non probabat,
tunc à principio abſoluitur pręſtita cautione, vel ille volebat ꝓ-
cendere de nullitate, facit c. cum olim, de re iudi. vbi ſententia
Papæ interlocutoria decernitur nulla, ſi ex circunſtantiis appa
ret eum fuiſſe circumuentum, vel immemorem.

SVMMARIVM.

1 *Notorium non inficitur, licet pars aduerſa negauerit factum.*
2 *Teſtis non cogitur ferre teſtimonium in criminalibus, niſi à parte aduerſa ſubtrahatur.*
3 *Teſtes de iure ciuili indiſtincte cogendi ſunt.*
4 *Teſtes præſumuntur timore aduerſæ partis nolle teſtificari, quando requiſiti nolunt teſtificari.*
Cui incumbit onus probandi, cum quis dicit quod per alios teſtes probari nõ poſſit, niſi per illos, quos adducit.

CAP. III.

SVper eo. Teſtis, qui timore aduerſę partis ſe
ſubtrahit, teſtificari compellitur. Ad
de etiam in criminali, ſecundum communem in-
tellectum, vt ſic aliquid addat ad c. 1. ſup. eo. & c. di-
lectorum. inf. eo. In prima deciſa conſultatio: In ſecunda reſpõ-
ſio, ibi. Conſultationi. In quo diſtinguit, & ſecundũ membrũ
proſequitur ibi. Verum. cuius reſpõſio moderatur ibi, Niſi. De-
mum quærentem inſtruit ibi. Licet. Caſus literalis. Aliquis con
uenitur de aliquo facto coram iudice, ille factum negat: quæri
tur, an illi, qui interfuerunt negocio, cogendi ſint ferre teſtimo
nium veritati? Reſpõdet Papa, ſi factum notorium eſt, nõ ſunt
neceſſarii teſtes, cum talia probationem, vel ordinem iudicia-
rium non requirant. Si vero non eſt notorium, ꝙ is, qui conue-
nitur, factum negauerit teſtes qui interfuerunt, monendi ſunt,
non cogẽdi, niſi forte timore aduerſę partis, à ferendo teſtimo
nio reuocentur. De iuris rigore tamen indiſtincte ſunt cogen-
di. B. No. notorium non indiget teſtib. hoc intellige prout ple-
ne no. in c. veſtra, de cohab. cler. & mulie. & 2. q. 1. c. manifeſta.
1 † Not. 2. ꝙ in facto notorio non diſtinguitur, an neget pars, vel
a confiteatur. Ex quo infero, ꝙ negatio partis ᵃ non inficit noto-
rium, nec reddit rem dubiã, vt hic clare probatur, licet ſoleat
ad hoc allegari dictum Inn. in c. tua, de cohab. cle. No. 3. ꝙ in fa
cto notorio per negationem partis res efficiẽ dubia, vnde deue
2 niri oportet ad inſtructionem cauſæ. † Nota bonam limitatio-
nem ad iura, quæ dicunt, ꝙ in criminalib. teſtes non compel-
luntur. Non enim procedit, quãdo timore aduerſę partis ſe ſub
trahunt. Nam tunc in odium partis compellũtur, vt hic. Et idẽ
dicit Inn. ſi aliter malitioſe per partem aduerſam a teſtimonio
retrahantur, inf. c. prox. Et idem cõiter Doct. quod placet eadẽ
rõne. Secus dicit Abb. ſi amore partis ſe ſubtrahunt. Nam iſta li
tera nullam mentionem facit de amore. quod no. ſed tunc cõ-
pelluntur, deficientib. aliis probationib. vt dixi ſupra c. 1. Et ꝙ
litera iſta procedat in criminalib. tenent cõiter Doct. quia loq-
tur de notorio. & cõiter delicta, & non ꝯtus ſunt notoria, ad
quod no. Inno. in c. tua, præalleg. & probatur hoc procedere in
criminalib. etiam, inſ. cap. proxim. No. ibi. Conſtiterit, ꝙ malitia
partis non præſumitur ex eo, ꝙ teſtis in criali teſtificari nõ vult,
3 ſed oportet aliter probari. & vide quod ſup. dixi in c. 1. † No. ibi.
Paſſim, ꝙ de iure ciuili non fit diſtinctio in compulſione teſtiũ
inter cauſas ciuiles & criminales, & an res aliter probari poſſit
vel ne: & an impediatur per aduerſarium, vel non; ſed indiſtin-
cte poſſunt cõpelli: & notabis hoc, quia clare in ciuili iure hoc
non probatur. Nam l. ſi quando. C. eo. tit. & auth. ibi poſita, loq
videntur in ciuili, ſed idem videtur in criminali, vt hic. Vide-
tur tamen, quod primo monendi ſint, vt ſentit hic Hoſtien. ff.
de tab. exhib. l. locum. §. exhibere. Gl. 1. quærit, nunquid ſaltem
ſententia ſit neceſſaria in notorio. Et reſpondet, quod ſic. Alii
addunt etiam citationem. Ego remitto ad not. in d. cap. veſtra.
4 & aliquid dicam in c. cum olim. de re iud. † Glo. ſi. quærit, quo-
modo conſtabit, ꝙ timore aduerſæ partis ſe ſubtrahunt. Reſpõ
det, hoc præſumi eo ipſo, ꝙ requiſiti teſtificari nolunt. no. glo.
& eam allegaui ſupra c. 1. & declara & reſtringe, prout ibi dixi.
Sed Ioan. And. poſt antiquos format hic vtilem quęſtionem,
cui incumbat onus probandi, quod veritas aliter probari non
b poſſit. ᵇ Et vt clarius intelligas vtilitatem huius quæſtionis, ſci-
re debes, quod vt concluſi ſupra c. 1. priuilegiati non compel-
luntur, niſi quando veritas, aliter probari non poteſt, & idem
in criminalibus regulariter. Pone nunc in terminis partem di-
cere rem aliter probari non poſſe, niſi per illos teſtes, quos ad-
ducit, teſtes dicunt oppoſitum, quis habebit hoc probare? Alle
gatur contra actorem primo, ꝙ ipſe probet, quia ipſe dicit, er-
go &c. de renunc. c. ſuper hoc. Nam ſi diceremus, ꝙ teſti incũ-
beret onus probandi, eſſet res in magno circuitu, ſi quilibet te-
ſtis haberet hoc probare. In contrarium allegatur, quia qui di-
cit per alium rem poſſe liquere, excipit, probet ergo ipſe. ff. de
prob. l. in exceptionibus. & l. 1. ff. de excep. facit c. cum eccleſia.
de cauſa poſſ. & propri. c. & ſic tranſit Ioan. And. Putat do. Ant.
quod in ciuili onus probandi incumbat teſti, quia fundata eſt
præſumptiue intentio producẽtis niſi teſtis ſit priuilegiatus. In
criminalibus vero probet actor, quia oportet actorem oſtende
re cauſam compellendi, quod ſatis placet. Et credo poſſe dici,
quod vtroque caſu ſtaretur iuramento ipſius teſtis, an res per
alios poſſit probari, quia ſicut producẽs ſubmittit ſe ſuper prin
cipali iuramento ipſius teſtis, ita debet ſe ſubmittere ſuper iſto
præambulo. facit quod in ſimili no. in c. dilecto. ẽ. tit. proxi. Itẽ
poſſet capi media via, vt iudex ſummarie informaret ſe ſup hoc.

ADDITIONES.

a Negatio partis. An & quando per negationem res efficiatur dubia, uide Barto. in l. 4. C. de procur. ubi Do. Iaſ. colum. fi. & quod in notorio negatiua non faciat rem dubiam, uoluit idem Iaſ. in l. poſt rem. ff. de tranſact. Sebaſtianus Sapia.

b Non poſſe. Vide hanc q. in terminis poſitam, & deciſam per Lanf. ſæpe alleg. c. quoniam, & §. teſtium depoſitiones. num. 18. uer. ſed modo ſtat difficultas. ſup. de probat. Zac.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione inſtrumentorum, an veniant teſtes.*
2 *Conſtito de malitia ſubtractoris, teſtis eſt etiã ſuper cauſa examinandus.*
3 *Propter malitiam ſubtractoris, teſtis etiam in criminali eſt cogendus.*

CAP. IIII.

a PEruenit. ¹ Compellitur teſtis a illius fraudem dete
rege, qui aduerſario probationis copiã
ſubtrahit. Sic communiter ſummatur: ſed ego ſum-
mo notabilius ſecundum vnum, & communem, in-
tellectum. Compelluntur teſtes, etiam in criminali cauſa, quos
accuſatus malitioſe accuſatori ſubtraxit. hoc dicit. communis
diuiſio. ſecunda ibi: Nos. Caſus literal. Quidam nomine I. de S.
Laurentio, accuſatus coram iudice ſuo de ſimonia, & adulte-
rio, adſtrinxit per iuramentum quendam, qui contra eum du-
cendus erat in teſtimonium, quod contra ipſum non depone-
ret, dubitauit iudex qualiter aduerſus eum ſit procedendum,
& an teſtis ille ſit cogendus ad teſtimonium proferẽdum, quę-
ſiuit a Papa quid iuris ſit. Papa conſiderans, ꝙ nemo debet ad-
uerſario inſtrumenta ſubtrahere, quorum appellatione teſtes
continentur, & ꝙ ille, qui hoc facit, & qui parem copiam aduo
cationis ſubtrahit aduerſario ſuo, iniquã a ſe litem foueri oſten
dit. Reſpondet ipſum teſtem, compellendum eſſe ad detegen-
dum commentum tantæ calliditatis & fraudis. Bernat. Not. 1.
quod etiam in criminali non poſſunt teſtes conſtringi iuramẽ-
to, vt non deponant. ad idem capit. conſtituns, ſup. tit. prox. Eſt
enim contra bonos mores inducere aliquos ad tacendum ve-
ritatem, cum expediat reipubli. peccata nocentium eſſe nota,
vt in l. eum, qui nocentem. ff. de iniu. & cap. vt famæ, de ſenten.
excommunicatio. vnde licet aliter teſtes non compellantur, ta
men

ADDITIO.

a Teſtis. Sed qualiter compelluntur teſtes de iure ciuili, ex quo non poſſunt imponi iſtæ pœnæ, dic, ꝙ compelluntur captis pignoribus. Ita dicit glo. in l. ſi quando. C. de teſti. Sed de hoc uide Spec. in tit. de teſtium compulſione. uer. ſed qualiter coguntur.

Digitized by Google

men malum eſt eos iuramento ad teſtificandum conſtringere.
& hoc probat tex.verſic.nemo debet. & clarius præallega.cap.
1 conſtitutis. † Not. 2. a quod appellatione inſtrumentorum, ve-
a niunt teſtes. Nam inſtruunt cauſam, merito appellari poſſunt
inſtrumenta: ad idem l.1.ff. de fide inſtrumento. & capit. forus.
infra de verborum ſignificatio. quod procedit in lata ſignifica-
tione, ſecus vbi materia eſſet ſtricta, cum aliud inſtrumenta
ſint, aliud teſtes. Vñ videmus, quod poſt publicõnem atteſtatio
num, poſſunt inſtrumenta produci: teſtes vero non, vt in cap.
b cum dilectus, de fide inſtrumen. Ex hoc b infertur, quod ſi datur
terminus ad productionem inſtrumentorum non poſſunt pro
c duci teſtes. c facit l. teſtium. C eodem titu. & vide Specu. in tit.
de dilat. §. videndum, verſic. item not. vbi hoc tenet, & Per. hic.
Sunt enim hæc diuerſa, vt in capit. cum Ioannes, de fide inſtru
mento. & in capit. forte, in fin. 24. quæſtio. 4. No. cum punien-
dum, qui probat ones, & aduocatos aduerſario ſubtrahit. con-
a cor. d. capit. conſtitutis. † Quæro nunquid teſtis iſte, qui iurauit
non teſtificari compellatur ad proponendum ſuper principali,
an ſuper malitioſa ſubtractione, ſeu inductione facta per aduer
ſarium. Gl. ti. ponit tres opiniones. Prima, ꝙ debet ſeruare iur͂m
deponendo duntaxat ſuper fraude: ſed fraude manifeſtata, hr͂
pro producto. No. ꝙ iſti ſolum ſentiunt, vt habeatur pro produ
cto, & ſic, ſi haberet alium teſtem in cã, obtineret. Sed hoc pla-
cet Vin. ſed forte ſecundum eum deferetur iuramentũ in ſup-
plementum probationis, de proc. c. ex inſinuatione: quaſi ſen-
tiat, ꝙ non debet haberi ex toto pro producto. & dixit hic Phi.
ꝙ licet ex hac ſubtractione oriatur ſuſpicio contra ſubtrahen-
tem, ꝙ iniquam cauſam foueat, nõ tamen ex hoc debet perde-
d re cauſam, d ſi iuſtitiam fouet, quod nota. Tu in hoc vide quod
plene dixi in d. c. conſtitutis. & dic, vt ibi. Secunda opi. eſt, ꝙ ẽt
ſuper principali debet compelli ad deponendum. Tertia opi.
gl. vt non compellantur deponere ſuper principali, per c. dile-
ctorum. inſ. eo. ſed ſuper fraude ſic, qua manifeſtata, denuncia-
bitur iuramento non teneri, & poſtea ſi ſoluerit, poterit depo-
nere ſuper principali. Ego dico tenendo ſecundã opin. ꝙ com-
pelletur ſuper vtroque, prius tamen debet conſtare de malitia
ſubtractoris, & hoc in odium fraudulenti. quod multum bene
probat hæc litera, & ſic intellexit hoc c. ſup. Inno. c. proxi. Nam
deregit commentum, deponendo ſuper ipſo crimine. De iura-
mento non eſt dubium, ꝙ ipſos teſtes non ſtringit, tanquam ꝯ
bonos mores præſtitum, vt prædixi, & probatur in d. c. conſtitu
4 tis. & quod ibi dixi tetigi etiã in c. intimauit. ſup. tit. prox. † Sed
4 hoc c. etiam inducit denouo, vt teſtes compellantur in crimi-
nali propter malitiam partis, vbi alias non compellerentur. &
tetigi in c. 1. ʒ. eo. vbi compelluntur in criminali, ſi timore ad-
uerſę partis ſe ſubtrahunt. Fortius hoc dicendũ ſi ex aduerſarii
malitia hoc contingit, de confir. vti. vel inuti. c. cum dilecta, &
hæc bene notab.

ADDITIONES.

a No. 1. Ad hoc vide Bar plene in l. in fraudẽ §. neque. ff. de iu. fiſ. in ver. ſi. Sed appellatione teſtium iam non comprehenduntur inſtrumenta, ut eſt text. in cle. ſæpe, ver. cu ſaluo, de ver. ſig.
Dicas circa hoc, an ap. teſtium veniant inſtrumenta, quod licet teſtes, & inſtrumenta, parem vim habeant l. in exercendis. C. de fide inſtr. dicas hoc verum, niſi in probatione facti antiqui, & facti perplexi, & dubii, ut per Spec. in tit. de prob. in §. 3. Et etiam, quando ſcriptura eſſet de ſubſtantia actus. de quo vide per Bal. in l. 1. C. ſimi. de ma. di. Et per Docto. in l. emptor, in §. Lucius, ff. de pact. & in l. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipu. & vide per Spec. in ti. de inſtrumẽ. edi. in §. 3. reſtat, uer. ſed ſi alii. Et cõclude, quod quando producuntur ab eadem parte, æquiparantur, ſecus autem ſi produ cerent à diuerſa parte, & adinuicem contradicerent. de quo vide per Cy. Bal. & Doct. in l. ſi quis decurio. C. de fal. & per do. Abb. & alios in c. cũ Ioannes, inf. de fi. inſtr. Ant. Fran.

b Ex hoc. Si ſtatutus eſt terminus ad producenda inſtra, poterunt produci teſtes. quod intelligit uerum hic Imo. quando eſt ſtatutus poſt publicatas atteſtationes, ſecus ſi ante. Sed vide Bal. in l. ſi ca falſis. C. de tranſa. l. & ponit hic Per. de Anch. ſi ſtatutum imponit fabricanti falſum inſtrumentum pœnam, an habeat locum in corrumpente teſtes. Et determinat, quod non, de quo per Bar & Sal. in l. 1. ff. de fide inſtr. & per Imo in rubr. inf. tit. prox. Et Et utrum appellatione documentorum, contineantur teſtes. Vide text. in l. Celſus ff. de teſti. gl. in uer. alibi, in c. cupientes. § ad hoc, de ele. t. in 6. & gl. in c. coram, de in integ. reſtit. Quid autem contineatur appellatione documentorum, uide bo. tex. in c. plerumque. 2. q. 7. & quod no. D. Ant. in c. quoniam. contra in 24. colum. de proba. uide Bal. in l. pen. C. de tranſa. Item adde, quod cũ eo, quod dicit hic Imo. de teſtib. publicatis, ut ſup. retuli, in terminis concor. Do. in c. cũ, in prin. 3. colum. de ſent. excommu. in 6. Item an delegatus datus ad recipiendum teſtes, & inſtrumenta, poſſit recipere confeſſiones partium uide plenis. per Do. poſt do. de Rot. in c. præſentium. §. teſtes, in 4. col. de teſt. lib. 6.

c Produci teſtes. Vide Rot. dec 28. ubi vult, quod poſt concluſionem in cã non poſſint produci teſtes, licet poſſint produci inſtrumenta. Refert Iaſ. in rep. l. admonendi, col. 35. ff. de iureiur. uide etiam Fely. in c. cum dilectos. inf. de fide inſtrum. Seb. Sab.

d Cãm. Sed quod imo hoc caſu debeat perdere cauſam, tenet Inno. in c. intimauit, de teſtib. refert, & ſequitur Ang. in l. 1. in §. ſi ſeus, ff. de eo, per quẽ fac. ct. Et ſi quis lacerat inſtrumentum aduerſæ partis, utrum debeat perdere cauſam, & qua pœna debeat puniri, uide per do. Ant. poſt Io. And. in c. accepimus. inf. de fide inſtrum. & uide quod ibi no. Et an ille, qui corrumpit teſtes aduerſarii, vel conſtrahit inimicitias, uel ſubtrahit copiam probationum ad uerſarii, ex hoc ſolo debeat perdere cauſam, uide per do Ant. poſt gl. in c. cum cauſam, il 1. in 22. col. ſup. tit. 1. & uide gl. ſing. in uerſ. compellas, in d. c. cum cauſam. Item adde hic, quod no. in l. ſi de poſſeſſione. C. de proba. & quod no. Bal. in l. 1. §. ille caſus. C. de la. li. tollen. & uide de hoc not. per Bal. in c. intimauit. ſup. tit. 2.
An ſubtrahens probationes aduerſario, puta corrumpendo teſtes, debeat perdere cauſam, uide Cyn. in l. prouidendum. C. de poſtul. & Ang. in l. ſatis aperte. C. de fal. & Bar. in l. fal. in fi. C. ſi ex fal. inſtr. ubi dicunt, quod perdit cauſam, & punitur etiam pari pœna cum ipſo teſte falſo. de quo uide Spec. in tit. de teſte, in §. 1. in uer. quid ſi is, qui tulit teſtimonium. Et eodem modo dicas de corrumpente notarium actoris, ut debeat perdere cauſam, ut in l. in fraudem, §. quoties, ff. de iur. fiſc. & in l. ſi quis obrepſerit, ff. de fal. & uide Bal. in l. fi. in 1. col. C. de pœna iudi. qui male iudi. & uide Bar. in l. 2. in §. ſed &, ff. de calum. ubi etiam dicit quod corrumpens aduocatum partis aduerſæ nõ perdit cauſam, quamuis teneatur parti ad intereſſe. Quid autem de corrumpente arbitrum. Vide gloſſ. in l. uenales, C. quando prouo. non eſt neceſ. & habetur per Cynum in l. ſed & ſi in ſeruum, in §. ſunt & alii. ff. de arbitris & late habetur per Lanfran. in tracta. de arb. in 14. colum. Ant. Franc.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis reddens cauſam ſcientiæ, quia fuit præſens, probat.*
2 *Multa lectura ad textum noſtrum.*

CAP. V.

PEruenit. Super probanda iniuria clerico illata, cogendi ſunt teſtes. Ego ſummo generalius, ſecundum aliam lect. notabiliorem ſic. Si res aliter probari non poteſt, etiam in cauſa criminali, compellendi ſunt teſtes. Communis diuiſio. Secunda ibi. Conſultationi. Caſus literal. Laici frequenter enormem, & intolerabilem iniuriam inferunt clericis multis præſentibus, & videntib. Iniuriantes in cauſam tracti, negant ſe tale facinus commiſiſſe, clericus per illos, qui præſentes erant deſiderat ſuã intentionem probare, ſed illi nolunt teſtimonium perhibere, quæſitum fuit Papa, quid iuris eſſet, & ipſe reſpondet indiſtincte, ꝙ hi, qui pro eccleſiaſticis teſtificari recuſant, ſi aliter veritas haberi non poteſt, ad illud per cenſuram eccleſiaſticam cõ-
1 pellendi ſunt. B. No 1. ibi, Multis adſtantibus, & videntib. ꝙ te-
2 ſtis in reddendo cauſam ſui dicti, non ſufficit, a ꝙ dicat ſe fuiſſe
præſentem, niſi etiam dicat ſe vidiſſe, quod tamen non eſt ve-
b rum, quia non dicitur quis actui præſens, niſi etiã intellexerit b
quid ibi ageretur, vt l. coram. ff. de ver. ſig. & l. diem proferre. §.
coram, ff. de ar. leg & no. in c. coram. 11. q. 3. vide Io. An. in c. præ-
ſentium. de teſt. lib. 6. Ad iſtum tex. dic, quod verbum, adſtanti
bus, largo modo capitur pro his, qui exhibent corpus, & nõ ſen
ſunt corporeum, quod non eſt ſic capiendum, quando à prin-
pio teſtis dixit ſe ſcire. No. 2. clericum poſſe conuenire laicum
qui iniuriam corporalem ſibi intulit, etiam coram iudice eccle
ſiaſtico. Pro hoc c. cum ſit generale, & quod ibi no. de foro cõ-
peten. & quod eſt plus, laici ad teſtimonium adduci poſſunt, &
a per cenſuram eccleſiaſticam ad teſtificãdum compelli. † Op-
po. & vide. ut, quod cum hæc cauſa eſſet criminalis, non debe-
bant teſtes compelli, infra eod. capitu. dilectorum. Gloſ. hic po
nit duas lect. ad tex Primo fatendo contrarium, & ad hũc tex.
reſpondet, quod potius probat cõtrarium. Nam cum Papa fue
rit conſultus de iniuria, & ipſe reſpondeat, quod in rebus eccle
ſiaſticis compelluntur teſtes, dat directe intelligendum, quod
ſuper iniuria non compelluntur. Secũdus intellectus eſt, quod
hic Papa ſatis reſpondeat ad quæſitum, quia proſecutio iniu-
riæ clerici, ſatis poteſt ratione perſonæ dici res eccleſiaſtica, ſed
debet intelligi, quod agebatur ciuiliter de iniuria pro ſuo inte-
reſſe, puta ad impenſas factas, & operas amiſſas & hanc lectu-
ram videntur tenere Per. & Abb. Tertiam lectu. ſentit Alc. qui
videtur intelligere, quando teſtes gratia vel odio ſe ſubtrahũt,
& tunc ad text. in ver. clerico. ſupple, maxime. Quartam lectu-
ram ponit hic Innocen. quod hoc ſit introductum in fauorem
clericorum, & ne laicorũ iniuria remaneat impunita. Ego po-
no quintam lecturam, quam ad iſtum tex. ſentit Innocen. ſupra
eodem cap. 1. poſt principium, quod loquitur quãdo agitur cri
minaliter, & aliæ probationes deſunt. Tunc enim ne crimina
remaneant impunita, compelluntur teſtes, & pro hoc text. ibi.
Si aliter veritas, &c. & ad tex. ibi: De reb. eccl. ſupple, maxime,
quia idem in aliis, ſed maxime in iſtis, de quibus quærebatũ, &
ſecundum hanc lecturam habes hic caſum notabilem.

ADDITIONES.

a Non ſufficit. Vide Bal. tenentem contrarium in l. teſtium, col. 4. C. de teſti. ubi dicit, qđ quando teſtis adducit rõnem, ſcio quia præſens fui, ſubintelligitur & intellexi. Et ſi dicatur, quod põt eſſe præſens, & non intelligere. reſpondet Bal. quod hoc non poteſt eſſe, quia contrarium aſſeuerat teſtis. Ex quo uerbum præſens, includit ſenſum, & intellectum, quæ uerba refert. & ſequitur Fely. alia adducens in ſub procœmii Gregoriani, col. pen. uer. Item inquantum dicit do. Abb. Seb. Sap.

b Niſi etiam intellexerit. Adde Ant. Corſe. ſing. 360. in fi. in uer. minor. quod cũ aliis remiſ. allegaui in apoſt. ad ikũ. ſup. in proœ. poſt Berlan. compoſit. meũ in uer. ...c eo, quod ...

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in cauſis ſpiritualibus ſunt cogendi.*
2 *Cauſa conſanguinitatis quando dicatur ſpiritualis.*

CAP. VI.

COeterum. Super conſanguinitate probanda
cogendi ſunt teſtes Sed mihi nõ pla
cet hoc ſummarium, quia ſi bene ponderatur finis c.
nullum ſpeciale ponit in conſanguinitate probanda,
cum exigat, quod odio, gratia, &c. Ideo poteſt ſummari, prout
ſummaui c. 1. ſupra eodem. Caſus literalis apparet ex tex. Not.
1 quod conſuetudo poteſt concurrere cum iure communi.† Se
cundo no. ſecundum Inno. in ſpiritualibus cauſis teſtes eſſe co
gendos, & notabis bene hoc dictum, quia vult extendere iſtũ
tex. ex identitate rationis ad omnes cauſas ſpirituales. Dicit Io.
And. quod hoc dictum procederet, ſi hic ageretur de conſan-
guinitate probanda ad matrimonium coniungendum, vel di-
2 ſiungendum.† Si autem quæratur de cõſanguinitate ad ſucceſ
ſionem ſeu tutelam deferẽdam, vel iudicem recuſandum, vel
his ſimile, tunc ceſſat hoc dictum. quaſi dicat, quod tunc non
eſſet cauſa ſpiritualis, & per conſequens nõ recte extenderetur
ad cauſas ſpirituales. Ego dico quod etiam ſi ad primum effe-
ctum fuiſſet hic actum, non tamen colligitur hoc dictum Inn.
quia ſi bene tex. ponderetur, non dicitur ſimpliciter hic teſtes
in cauſa eſſe cogendos, ſed loquitur conditionaliter, ſicut fecit
in c. 1. ſup. eo. & in alijs iuribus, ſcilicet gratia, vel odio, &c. & ſic
nullum ſpeciale in effectu inducitur hic: ſed de conſanguinita-
te mentionem fecit, quia ſic fuit in facto quæſitum. No. tamen
glo. 3. quæ dicit, quod eo ipſo, quod ſe ſubtrahit, præſumitur,
quod odio, ſed intellige, prout latius dixi. ſup. in c. 1. Vltimo no.
glo. fi. inquantum ad id, quod dicitur de odio, extẽditur etiam
ad odium iuramenti, vt ſunt multi, qui habent ſolum iuramen
tum odio. Secus dic, vbi facerent ob reuerentiam, ſicut multi
boni viri religioſi, vt dixi in c. ſup. eo. & facit c. nuper. ſup. ti. pxi.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ſede vacante, vel quando præſcripſit, poteſt cognoſcere ſuper cau
ſa matrimoniali. a.*
3 *Teſtis, qui teſtificatus eſt in vna cauſa, non compellitur teſtificari coram
alio iudice.*
4 *Teſtis incontinenti ſe corrigens, non habet docere de errore ſuo, & idem eſt
in parte corrigente confeſſionem ſuam.*
5 *Teſtis ſynodalis, dicitur proprie denunciator.*
6 *Qui poſſunt denunciatores conſtituere.*
7 *Denunciatoribus an plene credatur.*
8 *Denunciator, an admittatur in teſtem in cauſa, quam denunciauit.*
9 *Denunciator non poteſt denunciare illas perſonas, contra quas non poteſt
eſſe teſtis, vel illas non poteſt accuſare.*
10 *Denunciator, an compellatur coram alio iudice deponere, vel denun-
ciare.*
11 *Superior inhabilem aſſumens ad aliquod officium, an videatur cum eo diſpen
ſare de inhabilitate.*
12 *Teſtis, quando dicatur corrigere dictum ſuum incontinenti, & quando incon-
tinenti poteſt primo dicto addere.*
Incontinenti, quid importet.
13 *Quis dicatur ſibi contradicere, quis variare, & quis vacillare.*

CAP VII.

PRæterea. Teſtis ſynodalis, qui coram ordina-
rio ſuper matrimonio depoſuit, non
compellitur iurare ſuper eodem coram delegato.
hoc primo. Et propter ſuperuenientem infamiam
à teſtimonio repellitur. hoc ſecundo. Poteſt tamen, ſi errauit, in
continenti, non ex interuallo, dictum ſuum corrigere. hoc ter-
tio. ita communiter ſummatur. Et quia varijs modis ĩtelligitur,
poſſet aliter ſummari. ſed quia hæc ſummario generalis poteſt
conuenire cuilibet intellectui, tranſeo pro nunc cum commu-
ni ſummario. Nam ea inſ. dicẽdis clare patebit intells. tres ſunt
partes, quæ per ſe patent. Caſus lit. Cum Epiſcopus viſitat paro-
chiam ſuam, conuocato populo, facit aliquos honeſtiores de
plebe iurare, quod ipſi diligenter inquirent, ſi aliqui conſangui
nei matrimonialiter ſunt coniuncti, vel ſi aliqui tales coniungi
velint, quia denunciabunt Epiſcopo, vel eius miſſo. Teſtes iſti
dicuntur ſynodales, de quibus legitur. 35. q. 6. c. Epiſcopus in ſy-
nodo. & hoc ſecundum conſuetudinem alicuius loci, vt hic di-
cit. Quos tua ciuitas nuncupat ſynodales, ſecũdum hoc ſic po-
ne caſum. Teſtes iſti coram Epiſcopo, vel Capitulo ſemel tule-
runt teſtimonium in aliqua cauſa. ſi illa cauſa poſtmodum per
tineat ad aliquem delegatum ſuper eadem cauſa, non debent
compelli iterato iurare, dummodo delegatus veritatem aliter
intelligere poſſit, niſi forte articulus nouæ quæſtionis emer-
gat. Secundo dicit, ꝙ ſi teſtes iſti poſtquam in communi iura-
uerunt, infamiam contraxerunt, debent a perhibendo teſtimo
nio remoueri: & ſi teſtes iſti in ſuo teſtimonio errauerunt, ſed
non ſtudioſe, & incontinenti ſe correxerunt reprobari non de-
bent; ſecus autem erit, ſi ſuæ correctioni interpoſuerunt inter-
ualli. m. B. No. 1. quod quidam ſunt teſtes publici, qui alio voca
bulo dicuntur ſynodales & pro horũ intellectu ſcire debes, ꝙ
quilibet Epiſcopus debet conſtituere in ſynodo ſua aliquos vi
ros idoneos per totã diœceſim: quos debet iuramento adſtrin-
gere ad denunciandum ſibi, vel per eum miſſo, quicquid per-
penderint fieri ꝫ voluntatem Dei, & totam Chriſtianitatem, ꝙ
pertineat ad iuriſdictionem eccleſiaſticam, vt habetur in c. Epi- 2
ſcopus in ſynodo. 35. q. 6. Hinc appellantur ſynodales, quia con
ſtituebantur in ſynodo. publici vero, quia reipub. ſeruiũt, cuius
intereſt, ne crimina remaneant impunita, de ſenten. excõi. c.
1 vt famæ.† No. 2. ibi. Vel tuo Capitulo, & c. quod Capitulum po-
teſt iudicare ſuper cauſa matrimoniali, cõtra quod videtur tex.
in c. accedentib. de exc. prel. & in c. j. de conſang. & affin. vbi di-
citur, quod hoc pertinet ad dignitatem epiſcopalem, propter
quod Docto. intelligunt iſtum tex. ſede vacan. iof. de hære. c. ad
abolend. vel quando hoc habeat conſuetudo preſcripta, & cõ-
2 cor. ſup. titu. proxi. c. Albericus.† No. bene hoc dictum, ꝙ Capi
tulum ſuccedit ſede vacante, etiam in cognitione cauſæ matri
a monialis. Item, quod ex conſuetudine præſcripta a poteſt hoc
ſpectare ad inferiorem Epiſcopo, licet Hoſtien. in hoc vltimo
ſenſerit contrarium in c. literas, reſ. ſpo. Sed gloſ. ibi tenet pri-
mum, ſed vide quod ibi dixi, tenendo primum dictum hic, &
3 idem Doct. ſup. titu. proxi. c. Alber.† No. ex tex. ſecundum vnũ
intellectum, arg. optimum, ꝙ ex quo quis ſemel tulit teſtimo-
nium in vna cã, non dẽt iterum compelli ad teſtificandum co
ram alio iudice, niſi in defectum probationum, & hoc ne in-
currat plures inimicitias, & forte ne incidat in ꝯrietatem, iuxta
illud Salo In multiloquio nõ effugies peccatum. Ex quo habes
vnum caſum, ꝙ recuſando teſtificari, non preſumitur hoc face
re odio, timore, &c. & ſic limita ꝙ dixi in c. 1. ſup. c. No. vlterius
ar. bo. & quaſi expreſſum, ꝙ ad denunciationẽ iſtorum teſtium
ſynodalium, nõ fertur ſententia condẽnatoria Nam ſi ſic eſſet,
non oporteret, ꝙ iterum tanquam teſtes deponerẽt, ſed primæ
atteſtationes facerent fidem, cuius contrarium hic innuitur. Et
hoc idem no. in c nullus, §. aliqñ. 4. q. 4. & in l. ea quidem, C. de
acc. & inſ. latius dicam. No. ex ſecũda parte, in §. huiuſmodi, ꝙ
propter infamiam quis repellitur ab officio publico, vide tex.
in c. inter dilectos, de exceſ. præl. & in reg. infamibus, de re. iur.
lib. 6 Quod in notorio, vide Bart. in l. eadem, ff. ad l. Iul. repe.
Not. quod teſtis non poteſt ex interuallo corrigere dictum
ſuum, & eſt in hoc valde no. & quotidie allegatur per legiſtas,
4 & canoniſt.† Item no. bene, & tene menti, quod ſi teſtis corri-
git dictum ſuum incontinenti, non habet docere de errore,
Idem puto in parte reuocante incontinenti confeſſionem
ſuam, vide g'o. no. in capi. apud. 32. q. 1. & in capi. cum in poſi-
tionibus. de iureiuran. lib. 6. Et ſic limita c. fina. de confeſ. & l. er-
b ror,[b] C. de iu. & fac. ign. Probo ratione. difficilius teſtis corrigit
errorem ſuum, quam pars confeſſionem ſuam, & hoc propter
timorem ſubornationis. arg. hic, iun. d. c. fi. Sed teſtis poteſt in-
continenti, non docto de errore, ergo fortius pars, facit c. ex li-
teris, & ꝙ ibi no. de diuor. & de pœ. diſt. 1. c. diuortium. Dicit tñ
multum no. hic Innocen. circa dictum teſtis, ꝙ iudex debet di-
ligenter attendere modum, & cauſam correctionis, inf. de acc.
c. cum

ADDITIONES.

a Ex conſuetudine præſcrip. Adde ad hoc Inno. late in c. literas, in prin. in gl.
in ver. in tua, ſup. de reſt. ſpol. Zach.
Præſcripta. Vide Abb. in c. auditis, col. 6. in 6. no. inf. de præſcr. vbi etiam Feli.
& eund. in c. cum ex officij, col. 1. de præſcri. & Cald. in conſi. 2. ſub titu. eo.
de præſcr. Seba. Sapia.
b No. diligenter ad limitationem l. error, &c. ꝙ quælibet erronea confeſſio,
ſiue facta in iudicio, ſiue extra, poteſt abſque aliqua alia probatione erro
ris reuocari, dummodo incõ tinenti reuocetur; ſecus ſi ex interuallo. Sicut
etiam teſtis poteſt incontinenti reuocare, vt eſt pul. gl. in uer. iuſta, c. cũ in
poſitionib. hic alle per iſtum, quam ſequuntur ibi Doct. no. Bal. ad literã in
repe. Padua. l. edita, C. de eden. in pe. col. ver. ſæpe accidit, ꝙ quis vult ei da
re poſitio & idem Bal. in l. 1. in vlt. col. in verſi. & no. quod interdum. C. de
fur. Intellige tñ, quod confeſſio erronea pt incontinenti reuocari, vt ſit ſin
gul. verum, niſi confeſſio erronea talis fuerit expreſſe acceptata per partẽ,
tunc. n. non poterit amplius reuocari abſq; probatione erroris. Iden in pra
ctica cautela eſt, quod pars ſemper acceptet confeſſionem. Ita fin. determi-
nat ad literam Bal. in l. Gallus, § quidam recte, ff. de h. & poſth. in 2. col. ſeq
tur Lud. Ro. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de ver. obl. & do. Alex. de Imo. cõ-
ſi. incip' fere omnis vis iſtius conſultationis, &c. refert, & ſeq. do. meus do.
Iaſ. de May. in d. l. error, in 2. col. vbi mandat eſſe bene menti tenendum,
quia eſt pulchra deci. Adde quando confeſſio erronea poſſit reuocari. Ro.
conſi. 346. & 391.
Circa hoc, an & quando confeſſio non ſit acceptata per partem, noceat, vel
non. primo dicat, quod non acceptata nõ nocet. l. ſi vbi per Cy. in 2. q. C. de
confe. & ibi per Sal. in 13. opp. & vide Bal. in l. 4. C. de rep. hære. quod adeo
verum eſt, vt non ſufficiat dicere confeſſionem eſſe factam, parte præſente,
niſi etiam dicatur, & acceptante, vt per Alex. in conſi. 19. in 4. par. conſi. &
hẽ per Sal. in l. iubemus, C. de lib. cau. & in l. generaliter, C. de non nu. pe.
& vide gl. & Doct. in l. hominus, ff. de leg. j. vbi hẽ, quod cõfeſſio facta ꝑ par
tem, ſi fuit acceptata per aliquem pro abſente, non nocet, de quo per Bar.
in l. 1. C. de conf. & per do. Pau. in l. tale pactum, ff. de pact. & in cauſa ſuo St.
Ant. Fran.
In eadem cauſa. Pondera hunc tex. vt ponderat do. Abb. in c. cum P. Manco-
nella. inf. de accu. Seb. Sap.

Digitized by Google

c.cum dilecti. Et niſi cognoſcat eum probabiliter ſe poſſe corri
gere, incidit in ſuſpicionem, vel vacillationem. ff. de teſt. l. teſti-
bus, & eadem ratione, & per d.c. cum dilecti. Idem puto dicen-
dum in parte confeſſionem ſuam incontinenti corrigente, &
hæc bene no. Vlti. no. quem poſſe in eadem cã, a nedum in di-
a uerſa, deponere pluries contra eundem, nec ex hoc præſumi-
tur inimicus, vt ſic hoc prætextu poſſit repelli. & quanquã iſte
text. loquatur in ciuili: tamen idem puto in criminali, cum iſti
teſtes, ſeu officiales conſtituantur principaliter ratione delicti
euitandi, & per hoc vide bo. gl. 4. q. 3. c. ſi teſtes, §. item in crimi-
nali. & quod dixi in c. fraternitatis, ſup. tit. proxi. hoc dico pro-
5 pter no. in c. meminimus, de acc. † Opp. antequam deſcendam
ad gl. vt declarem naturam iſtorum teſtium ſynodalium, qui
hodie, vt plurimum, conſtituuntur in partibus Tuſciæ, per po-
teſtates ſeculares in qualibet vicinia: videtur enim ꝙ iſti nõ de
beant dici teſtes, cum iurent in abſentia partium, contra c. 2.
ſup. tit. prox. Sol. Inno. vt arbitror mem contrarij, ꝙ iſti non re-
præſentant proprie officium teſtium, ſed officialium denũcia-
torum, alle. ad hoc. C. de acc. l. ea, quidem & ff. de reb. co. qui ſub
tu. l. magis puto, § non paſſim, ver. eius officio, & ſic communi
ter tranſeunt hic Doct. Ego latius attingens hanc materiã poſt
Bar. in l. diuus. ff. de cuſto. reo. dico, ꝙ proprie iſte talis denũcia
tor non eſt accuſator: hinc eſt, ꝙ in denunciatione, ſeu denun-
ciationis proſecutione non inſcribit ſe ad pœnam talionis, vt
in l. ea quidem, C. de accu. & in c. ſuper his, de acc. Nec eſt pro-
prie teſtis: patet ex eo, quia iurat prius abſente parte. Item ſi eſ-
ſet teſtis, non produceretur iterum, vt teſtis, coram delegato,
ſed ſufficeret atteſtatio habita coram ordinario, ad hoc c. fin. de
prob. & c. cum cãm, ſup. tit. proxi. ſed eſt potius denũciator hñs
officium publ. ad denunciandum, & poteſt ſubijci iuribus di-
ſponentibus de denunciatore, ſeu denunciatione, quia trahitur
ad illorum naturam niſi quatenus habeat officium de publico,
6 quod ex multis ſentit Bar. in d. l. Diuus. † Et de iſto denunciato-
re quæro de pluribus. Primo, quis poſſit tales denunciatores ꝯ-
ſtituere? Dicit Bar. in d. l. Diuus, ꝙ quilibet iudex vel vniuerſitas,
quæ habet merum, vel miſtum imperium, ad hoc l. 1. § quies, ff.
de off. præfe. vr. & d. l. ea quidem. Ex quo infero, quod licet cap.
Epiſcopus in ſynodo, 35. q. 6. dicat Epiſcopum conſtituere in ſy
nodo tales denunciatores, nihilominus conſtituere poteſt ex-
tra ſynodum per ſe, & idem in legato Papæ. argum. in cap. 2. de
offic. leg. lib. 6. Et idem in quolibet eccleſiaſtico iudice haben-
te ex iure communi, vel ſpeciali, merum, aut miſtum imperiũ.
Nam iſti conſtituuntur quaſi ad coadiuuandum officium iu-
7 dicis, vt in d. §. quies, quod no. † Secundo quæro, an iſtis denun
ciatorib. plene credatur: Gl. in d. l. ea quidẽ, dicit, ꝙ ſic ſi denun
cient notoria, ſi vero aliud crimen, non creditur eis niſi probẽt,
alleg. l. curioſi, C. de curio. & ſtati. lib. 12. Sed glo. apertiſſime re-
net contrarium in d. l. ea quidem, C. de acc. debet enim ſaltem
probari notorium, & idem gl. ſentit in d. l. decurio. Cy. in d. l. ea
quidem, multas recitat opi. ſed tandem breuiter ipſe cõcludit,
ꝙ huic officiali, ſeu nũcio creditur de facto ſuo ſibi commiſſo.
Puta, ſi dicit ſe aliquem cuaſſe, vel feciſſe aliquid ex mãdato iu-
dicis. & ſic intelligit omnia iura, quæ vñr cõtraria. Sed ſi refert
maleficiũ alterius, ſibi non creditur, niſi probet, vt in d. l. Diuus,
& l. curioſi. Bar. in l. 1. §. quies, ff. de off. præfe. vr. hanc opi. tenuit,
licet ĩ d. l. Diuus, vbi latius attingit materiam, aliter diſtinguat.
Dicit. n. quędam eſſe maleficia grauia, & in iſtis nõ creditur de
nunciatorib. & ſic loquuntur l. Diuus, & l. ea quidem, & l. curio
ſi, pręalle. Quędam ſunt maleficia non grauia, & tunc aduertẽ-
dum: quandoq; conſtituitur denunciator ad denunciandum
illud, quod re ipſa inuenit. Exemplum mittitur aliquis per ciui-
tatem ad ſcrutandum ludentes, vel portantes arma, vel quid ſi
mile, & tali officiali referenti ſe ſic inueniſſe, creditur. Ita loqui
tur, ſecundum eum, l. 1. § quies pręal. facit l. leuia, ff. de acc. Si ve
ro officialis non mittitur ad referendũ id, quod videt, ſed aliud
quod reperit ex auditu & fama aliorum, tunc iſtis officialib. nõ
creditur, ſed prodeſt, vt perueniatur ad inquiſitionem, vt pro-
bat tex. in d. l. Diuus. Mihi placet primum, & vlti. membrũ, ſed
ſecundum non vſquequaq;. Nullibi. n. probatur, ꝙ officiali cre-
datur de facto alterius, maxime ſi eſt vnus, cum vox vnius, ſit
vox nullius, quoad condemnationem, vt in c. licet ex quadam
ſupra, tit. prox. vbi dr̃. ꝙ vni teſti non creditur ẽt ſi pręſidiali pre
fulgeat dignitate: nec iura alle. per Bar. hoc probant quo ad hoc
vt iudex poſſit ad pœnam peruenire ex ſola denũciatione. Poſ-
ſet tamen dici, ꝙ vbi concurrerẽt duo, ſ. ꝙ crimina eſſent leuia
& iſti officiales eſſent plures, ꝙ crederet. Et ſic vĩ iudicio meo
velle glo. no. iuncto tex. in l. ictus fuſtium, ff. de his, qui no. infa.
quę per alios ad hoc non alleg. Secundum prædicta puto tem-
perandum dictum Archid. in d. c. Epiſcopus, qui ſimpliciter te-
8 nuit, ꝙ iſtis officialib. non credatũ, niſi probent. † Sed formo hic
aliud dubium no. nunquid iſti officiales, ſeu denunciatores poſ-
ſint eſſe teſtes in crimine denunciato? Arch. in d. c. epiſcopus,
vĩ velle, ꝙ qui denunciat, non poſſit teſtificari, ſed alios officia
les poteſt vt teſtes adducere. Sed in contrariũ aperte facit hæc
litera, vbi iſti producuntur coram delegato, licet prius denun-
ciaſſent ordinario Bar. licet hanc queſtio. principaliter non tra-
ctauerit in d. l. 1. tamen incidenter ſentit, ꝙ ſic. Dicit enim ꝙ ſi
iudex proceſſit per inquiſitionem ſuper denũciato, poterit de-
nunciantem admittere in teſtem. Et in hoc differt ab accuſato-
re, quia ipſe non admitteretur in teſtem, de ſimo. c. licet. & hoc
idem videntur tacite ſentire Doctor. Sed hoc indiſtincte ſenti-
re, mihi videtur maxima iniquitas. Nam teſtes, maxime in cri-
minali, debent eſſe ſine omni ſuſpicione, vt in c. fi. de teſt. lib. 6.
& l. ſciant cuncti, C. de prob. canonizata. 2. q. 8. c. ſciant. Sed iſti,
qui denunciant, non carent ſuſpicione magna, cum veniãt pu-
b niendi, ſi non probant, quę denunciarunt, b vt in d. l. 1. C. de de-
curio. lib. 12. fac. tex. in c. fi. de calu. & tenet Bar. in d. l. Diuus. Nã
licet ſe non inſcribant ad pęnam talionis, vt dictis iurib. puniũ-
tur tamen poena extraordinaria, vt in iurib. pręalle. Quomodo
ergo credetur eis, cum pretendant intereſſe maximũ: facit qđ
dixi in c. inſuper, ſup. de teſt. & quod no. Bar. in l. deferre, de iure
fiſ. Ideo dicerem ſic, ꝙ in cauſa, in qua proceditur vigore denũ
ciationis eorum, illi, qui denunciauerunt, non poſſunt eſſe te-
ſtes, ſed alii ſic, qui carent dicta ſuſpicione, & ſic procedit dictũ
Archi. Sed in alia inſtantia, puta, quia tunc agitur coram dele-
gato, vel alio iudice, non vigore huius denunciationis & tunc
admittuntur teſtes, ceſſat enim tunc ſuſpicionis cauſa, &
ita iudicio meo loquitur hic multum no. iſte tex. Et licet videa
tur aliqualis ſuſpicio contra eos vigore denunciationis præce-
dentis, tamen illa confunditur ratione publici officii, cuius ꝓ-
textu fecerunt, nec nunc expectant pœnã, ſi delictum non pro
batur. Nam, vt ſup. dixi, in leuib. creditur, ſi ſunt plures. Ita nũc
debet eis credi in magnis, ſi ferunt teſtimonium coram alio iu
dice. Poteſt enim quis ferre teſtimonium in diuerſis inſtantiis,
vt in c. in tua, ſupra tit. proxi. & hęc bene no. quia hactenus per
alium non ſunt diſcuſſa. Et cum hoc temperamento puto in-
telligenda no. in c. in omni, ſup. titu. proxi. vbi denunciator ad-
mittitur in teſtem. non enim ea videntur procedere, vbi denũ-
9 ciator veniret puniendus, ſi non probaret. † Vlti. ſcias hic ante-
quam deſcendam ad glo. quod Bar. in d. l. Diuus, poſuit in hac
materiam magnam reſtrictionem. Dicit enim ꝙ iſti denuncia-
tores poſſunt denunciare illas perſonas, contra quas teſtimo-
nium non ferunt, ſeu quas accuſare non poſſunt, quia hæc de-
nunciatio habet vim accuſationis, vt d. c. in omni Ego non pu-
to verum, quia prædixi, hęc proprie non eſt accuſatio, vel teſtifi-
catio, nec faciunt hoc ſponte, ſed neceſſitate ex debito officii.
Fateor tñ, ꝙ ex circunſtantiis minor fides eis adhibebitur, puta,
ſi eſſent inimici. Dictum tñ Bar. eſt æquũ vt ſicut non tenenĩ te
ſtificari ꝯ partem, vel ſimiles perſonas, ita nec denunciãdo no.
tñ dictum Bar. in practica, maxime pro limitatione d. c. Epiſco-
pus Nunc venio ad gl. & primo quæro, quare iſti tres non iurãt
coram delegato, cum nulli ſit credendum ſine iuramento: Gl.
a. reſpondet, ꝙ eo, quia iuramentum primo preſtitum extendi
tur ad totam illam cauſam, coram quocunque tractetur. Et ex
hoc ſentit gl. ꝙ iſti bene debent deponere coram delegato, ſed
non compelluntur iurare. In contrarium facit text. ſequens, dũ
dicit Dummodo aliter fiat fides, &c. Ex quo infertur, ꝙ vbi ali-
ter fides haberi non poteſt, compelluntur iurare, ꝙ non eſſet, ſi
iuramentum extenderetur ad totam cauſam. Gl. ſequens ſup-
plet, maxime. dicit enim ꝙ ſicut teſtis, qui ſemel iurauit, non ꝯ-
pellitur amplius iurare, licet iterum deponat, ita & iſti teſtes pu
10 blici. † No. primo ex ſimilitudine gl. ꝙ teſtis ſemel iurans, non
c debet c iterum in eadem cauſa iurare, licet deponat coram alio
iudice. do. Abb. notabiliter hic dicit contrarium, argum. l. cum
apud,

ADDITIONES.

a In eadem cauſa. Pondera hunc tex. vt hunc ponderat do. Abb. in c. cum P. Mã-
conella. inf. de accuſ. Seb. Sab.

b Denunciarunt. Quod denunciatores ſi non probent, debeant puniri, tradit
Bal. in l. 1. in princi. C. de erro. aduo. vbi limitat, vt ibi per eum: vide Ange.
Are. in tract. male. in verbo, nec non ad denunciationẽ, col. 6. iste Ang. Are.
& Fel. in c. ſicut olim, co. pe. inf. de ac. ubi plura de materia denũciatorũ. S. S.

c Non debet. Vtrum iterato productus, iterato debeat iurare, & videtur quod
ſic per tex. in c. fraternitatis, in fi. de teſt. ubi uide dom. Ant. in vlt. no. & hoc
tenet gl. in l. fi. C. de teſt. & ibi uide per Bal. in ult. col. ſed contrarium dicit
Bar. in l. hæredes palam, §. ſi pe ll, in fi. ff. de teſt. & Bal. in d. l. fi. C. de teſt. di-
cit, quod aut producuntur teſtes iterato coram eodem, ſed ſuper nouo ar.
& compelluntur iterato iurare. & ſic poſſunt intelligi prima iura aut ite-
rato producuntur coram eodem iudice non ſuper nouo arti. ſed ad decla-
randum, & non compelluntur iterato iurare, & ita proprie loquitur Bal. in
d. l. hæredes palam. & uide hoc per Bald. in d. auth. hodie, cir. prin. C. de iur.
calum. ubi dicit, quod iterato productus in eadem cauſa debet iterato iura
re. & uide hoc per Bal. in ap. ſt. in l. 3. in 4. colum. ff. de teſt. ubi dicit, quod ſi
teſtis iterato producatur ſuper eo. ſ. non debet iurare, ſecus ſi ſuper alio. Et
ita dicit tenere Inno. in d. cap. fraternitatis, niſi a principio iuraſſet ſuper to
ta cauſa. unde Bal. in c. 2. cir. prin. de contro. inueſt. ſed do. Abb. in c. frater-
nitatis intelligit iſtum tex. quando teſtis, qui modo examinatur, ſuper no-
uis capitulis, prius in alia depoſitione iurauerat deponere ſuper ceteris ar.
ſed ſi iuraſſet deponere ſuper tota cauſa, licet modo producatur iterum ſu
per nouis capitulis, ſiue in eadem cauſa appellationis, non compellitur in
eadem cauſa iurare.

Digitized by Google

apud, ff iud.ſol. vbi dicitur, ꝙ cautio de ſtando iuri, præſtita co-
ram vno iudice, non extēditur ad alium, ſi mutetur iudicium.
Procedit ergo gl. ſecundum eum, qñ coram eodem deponit, ſe
cus ſi coram alio, quod ſatis mihi placet. & ad hoc allego gl.or.
quæ hoc ſentit in l.ſi.C.de teſtib.dixi plenius in c.præſentata, ſu
pra tit.proxi. Sed redeo ad intellectum c. intelligit ergo gloſſa-
tor coniungendo. 2.gl. 1. & 4. ꝙ iſti debent iterū deponere corā
delegato, ſed non iurare, niſi oriatur nouus articulus, ad quem
iuramentum prius præſtitum non extendatur. Inno. ponit hic
duos intellectus, vnum qui concordat cum glo. alium, ꝙ iſti te
ſtes publici, ex quo ſemel denunciauerunt, non compellantur
amplius ſuper eodem nec iurare, nec teſtimonium dicere in
publico, niſi quando alij teſtes nequeunt inueniri. Et hoc ideo
ſm eum, ne per redditionē teſtimonij ſibi inimicos plures ac-
quirant. Hoc vr̃ placere do. Ant. & addit aliam rationem, quia
periculum poſſet eſſe teſti toties ſuper eodem deponendo, ne
incidat in contrarietatem. Sed tu ad hoc vitandum, vide quod
dixi in c.cum in tua, ſup.tit. px. Tertiam lect. princ. ponit Hoſt.
qui dicit hanc eſſe mentem literæ, ꝙ teſtis ſynodalis, qui ſemel
teſtimonium ſuum tulit, alio modo non cogitur ſuper eo iura
re, nec teſtificari, dummodo aliter fides haberi poſſit; alias cō-
pelleretur teſtificari, ſed non iurare; niſi forte nouus ſit articu-
lus, non comprehenſus in primo iuramento, quo caſu compel
litur non ſolum teſtificari, ſed etiam iurare. Et hoc videtur pla-
cere Io. And. & do. Ant. Mihi non placet ſequendo dictū Abb.
de quo ſup. nam cum teſtificentur nunc in alia inſtātia coram
alio iudice, primum iuramentum ſe ad hunc caſum non extē
dit, vt plenius dixi in d.c. præſentata. Item probo alia efficaciſſi
ma rōne. Iſti teſtes publici non ſunt propriè teſtes, vt ſup. dixi,
ſed denunciant, tanquam officiales. Cum ergo nūc coram de-
legato deponant, vt teſtes, debent iterū iurare; quia ſe, ad hunc
caſum, primum iuramentum non extēdit; maxime quia teſtes
debēt iurare coram parte, vt in c. 2. ſup. tit. prox. Et pro hoc vide
no. dictum Inno. in c. bonæ, de elect. & Bar. in l. ſi. ff. de quæſtio.
vbi dicunt, ꝙ teſtes, qui depoſuerunt in inquiſitione generali,
in qua fuit aliquis nominatus, non faciunt fidem poſtea in inq
a ſitione ſpeciali ꝯ illum; ſed oportet, ꝙ iterum iurent, a & depo-
nant, parte citata. Ad idem bo. tex. in Auth. de fide inſtrum. §. in
his vbi dicitur, ſi vertitur in dubium, an inſtrumentū in iudicio
productum fuerit confectum per tabellionem aſſertum, dēt il
le notarius ſub iureiurando recognoſcere ſuum inſtrumentū;
& ſic non ſufficit primum iuramentum. Inhæreo ergo prædi-
ctæ opi. & lect. Inno. latius declarando, ꝙ ſi officialis ſemel de-
nunciauit, non compellitur coram alio iudice, nec deponere,
nec teſtificari rationibus prædictis, ſed in defectum aliarum ꝓ-
bationum compellitur iurare, & deponere. Et hoc vltra prædi-
cta probat apertiſſime iſte tex. in verſ. dummodo, qui venit ex
ceptiue ab eo, quod dixerat d. iuſto, & capitur ibi iuſtum pro de
poſitione iurata, argu. in l. ſi q̃ñ, C. de teſti. & c. 1. eo. tit. & habes
nunc declaratam primam partem c. Venio ad ſecundā partē,
& quæro, quare iſti teſtes publici repellantur pp infamiam ſe-
quentem, & non præcedentē? Gl. nititur rñdere in ver. Propter
infamiam, dicens, ꝙ infamia ſuperueniens non poteſt inficere
teſtimonium alias legitime præſtitum, quia quod legitime fa-
ctum eſt &c. Aduerte, licet hoc dictum ſit verum in ſe, tamen nō
ſatisfacit literæ, quia litera latius loquitur. Dicit enim ꝙ pp in
famiam præcedentem non poſſunt repelli a teſtimonio perhi
bendo, ſi fuit ante aſſumptum officium contracta, quod eſt cō
tra c. teſtimonium. ſup. tit. prox. Inno. in hoc multum inſtat, &
inter cætera dicit, ꝙ differentia inter infamiam præcedentem
& ſequentem cauſatur ex eo; quia ex quo fuit ad officium infa
mis aſſumptus, videtur diſpenſatum ſuper infamia præceden-
te, ideo non debet amplius reprobari, arg. in l. Pōponius, ff. de
proc. & c. borrendus. 32. q. 5. quæ rō ceſſat in infamia contracta
poſt officium aſſumptum: imo grauius delinquit ratione offi-
11 t cij, argu. 11 q. 3. c. præcipue. & de voto c. magnæ. † No. bene hoc
b dictum Inno. vult. n. ꝙ ſuperior aſſumēdo aliquem inhabilē b
ad aliquod officium, videatur ſecum diſpēſaſſe, & idem ſentit
in c. diuerſis fallaciis. de cle. coniu. Sed contrarium tenuit in c.
veniens, de filiis presbyt. Ioan. in gl. ſuis, fuit etiam ſibi contra-
rius. nam vnum tenuit in c. ſi qui ſine. 81. diſt. & aliud in c. qui
in aliquo. 51. diſt. Hoſt. hic videtur approbare dictum Inno. hic
in notorio, vel ſaltē famoſo, ſecus in occulto, quia tunc vr̃ im-
putandum teſti, qui hoc tacuit, argu. in eo quod legitur, & no.
in c. expoſuiſti, de corpo. vitia. & de præb. c. cum non ignores.
No. hoc vlt. ꝙ imputandum eſt ei, qui aſſumitur ad officiū pu-
blicum, ſi non detegit inhabilitatē ſuam occultam. Et clarius
reperio hoc tenere Bar. in l. 2. C. ſi ſer. aut liberti, ad decu. aſpi. li.
c 10. & dicit, ꝙ ex hoc poteſt puniri c per illum tex. quod no. & vi
de quod dico in c. ſciſcitatus, de reſc. Sed quoad primum, an vi
deatur diſpenſatum, no. ſing. opi. Hoſt. qua poſſumus limitare
dictum Io. And. & aliorum in c. 2. de ſchiſma. qui dicunt, quod
ſi tunc præmiſſa cauſæ cognitio, videtur diſpēſatum, alias ſecus.
Nam hoc poſſet procedere, vbi inhabilitas eſſet notoria, vel fa-
moſa, & pro hoc alle. gl. ſing. q̃ hoc tenuit in d. c. qui in aliquo;
licet gl. tenuerit contrarium in d. c. ſi qui ſine. Sed pro primo di
cto multum bene facit iſte tex. & l. Barbarius cum ibi no. ff. de
offi. præto. quod habeo pro indubitato quoad principem pro-
mouentem; ſed quo ad inferiorem diſtinguerem, an ſubeſſet
cauſa diſpenſandi; & videtur diſpenſaſſe, ne præſumamus deli-
ctum. aut non ſuberat, & ſecus, pro hoc quod no. Inno. in c. cū
ad monaſterium, de ſta. reg. prope fi. Glo. ante p. colligit, ꝙ infa
mes repelluntur a denunciando. Tu diſtingue plenius, prout
dixi in c. nouit. ſup. de iudi. & no. 2. q. 1. c. ſi peccauerit. Et ad hūc
tex. dic, ꝙ non probat dictum gl. ſed ſolum probat, ꝙ infames
repelluntur a teſtimonio, vel ꝙ eccleſia non debet habere of-
ficiales infames. Nam iſti, qui conſtituuntur, debent eſſe vera-
ciores, iuſtiores, & honeſtiores totius parochiæ, vbi conſtituun
12 tur, vt in c. epiſcopus in ſynodo. 35. q. 6. Glo. vlt. quærit, † quan-
d do teſtis dicatur dictum ſuum corrigere incontinenti? d Et dat
tres ſol. Prima, ꝙ hoc faciat antequam loquatur partib. Secun-
da, ꝙ hoc eſt conſiderandum ex qualitate perſonæ. Tertia re-
mittit ad l. continuus, ff. de verb. obl. & ad l. quod ait. ff. de adul.
Et videtur hoc ſentire, quando nullum actum contrarium in-
terpoſuit. Alij ex gl. poſuerunt quartum intellectum, dicentes,
ꝙ hoc poteſt vſq; ad ſniam. ſicut principalis; quod non placet
Goff. & bene, quia principalis hoc non poteſt, niſi probet erro
rem, vt in d. c. fi. de confeſ. & l. error. præal. Quinto Inno. nota-
biliter diſtinguit, an teſtis velit corrigere dictum ſuum, an ad-
dere. Primo caſu hoc facere poteſt antequam exeat conſpectū
iudicis, ſeu partibus loquatur. Si autem fecerit poſtea, ſtabitur
primo dicto, argu. in c. ſicut, de teſti. debilitatur tamē primum
per contrarium ſm, quod bene no. Si vero vult addere, hoc fa-
ciat, antequam exeat conſpectum iudicis, & licitum eſt, vt hic.
Si autem hoc faciat, poſtquam potuit partibus loqui, audiēdus
eſt; ſed minor fides ſibi adhibetur, argu. hic, & in Auth. de teſti.
§. quia vero, & notabis bene hanc differentiam. Et vide circa
hoc, quod dixi in c. per tuas, ſup. tit. prox. Hoſt. vr̃ inhærere ſecū
dæ opinioni gl. Dicit. n. quicquid circa hoc dicatur, putat ipſe
hoc eſſe arbitrarium, conſiderata qualitate perſonæ, & quanti-
tate interualli, colloquio partium, & reliquis circunſtantiis; &
iudex ipſe ſecundum hoc qñq; correctionem admittit, quādo-
que non; hæc opinio ſatis mihi placet. Quid. n. ſi cā eſt inter vi-
e les, & epiſcopus vel alia notabilis perſona e producitur in teſtē,
qui ex interuallo corrigit dictum ſuum, quia melius recorda-
batur, debemus ne dicere ꝙ præſumatur corruptus à vili ruſti
co? Minime, argu. in c. & ſi qõnes, de ſimo. & maxime per illā
reg. iu magis ſcire potes, quanta fides ſit teſtibus adhibenda, de
teſti. l. 3. & 4. q. 3. c. ſi teſtes. Glo. in fi. oppo. ꝯ tex. de c. ꝙ quis cō-
miſit. 35. q. 9. Rñde, ꝙ non tangit hoc, & d. hoc vide quod no.
ibi in gl. 1. Illud enim loquitur ſecundum Io. And. in alienatio-
ne rei eccleſiaſtice indebite facta, quæ reuocatur etiā ex inter-
uallo, & per ſucceſſorem: Iſtud in teſte, qui propter timorē ſub-
ornationis, ex interuallo ſe non corrigit, tu dic, vt ſup. dixi poſt
13 Hoſt. † Poſtremo ſcias, ꝙ Inno. ponit hic quis dicatur ſibi con-
tradicere, variare, vel vacillare, vide hic per eum, & quod not.
Bar. in l. eos, ff. de fal.

ADDITIONES.

a Iterum iurent. Quid autem ſi teſtis vult declarare dictum ſuum, an debeat
parte citari; Bal. in auth. hodie, C. de iura. calum. tenuit, ꝙ non, ſed contra
rium ſenſit Bar. in l. ab executore, col. 3. verſic. quæro, qñ fiet. ff. de appel.
Sebaſt. Sapia.

b Inhabilem. Vide Abb. in c. fraternitatis, in col. 2. inf. de ſchiſ. & Mod. in l. qui
dam conſulebant, ff. de re iud. Fel. in c. nonnulli, col. 16. verſi. confirmatur
à ea quarta fallentia, ſup. de reſcri. Cald. in conſi. Anci. an exiſtens, ſub titu.
de reſcrip. & in conſi. 22. incip. papa reſeruat, ſub titul. de reg. et in mult a
alleg. per eundem Felin. in cap. poſtulaſti, in 15. columna, ſup. de reſcript.
Sebaſt. Sapia.

c Poteſt puniri. Adde Ro. conſi. 77.

d Incontinenti. Gl. vero in d. c. apud. 32. q. 1. videtur velle, ꝙ diceretur inconti
nenti corrigere, ſi corrigat antequā redigat in ſcriptis. poſtquam aūt eſt re
dacta in ſcriptis per notarium, ſecus eſſet, & reputatur ad hoc ſing. mihi
non placet.
Adde, an teſtis poſſit errorem ſuum corrigere, Ro. conſi. 49.

e Notabilis perſona. Facit quod dicit hic Bal. in c. curauit, in 3. colum. de prob.
ꝙ ille, qui eſt bonæ, & ſpectatæ fidei, poteſt corrigere dictū ſuum, & poſt
apertas, & dudum teſtificata nouos teſtes producere, quia in eo ceſſat ti-
mor ſubornationis teſtium.

C A P. VIII.

SVper his. Cum de fama, vel vitio falſitatis
inquirunt, cogendi ſunt teſtes. ita
ſummat Io. And. ſed nimis reſtringit, iudicio meo.
non enim apparet, quare his caſibus, & non aliis
cogantur teſtes: ideo lege tu, & ſumma, vt ex inf. di
cendis apparebit. Caſus liter. Quidam electus fuit in epiſcopū
Lucan. quidam canonici oppoſuerunt ſe, dicentes, ꝙ erat ma-
le famæ, & ꝙ matrimonium contraxerat cum vidua, & literas
contra ipſum nomine capituli ad dominum Papam miſerūt.
Super his articulis commiſit papa inquiſitionem. Dubitabat,
an ad hæc probanda eſſent compellendi teſtes. Rñdet Papa, ꝙ
teſtes, qui ad hæc probanda nominati fuerint, compellantur.

B. Not.

B. Not. ꝙ contra eos procedi poteſt, qui nomine Capituli præſentant literas, quarum Capitulū, vel maior pars eſt inſcia. Et intellige hoc per ea, quæ habentur in c. tam literas ſup. ti. prox. & in c. quanto, de his, quæ fi. a præla. Opp. contra tex. de c. dilectorum. inf. eo. vbi teſtes in criminali non compelluntur. Gl. remittit ad ibi no. Extra glo. dantur quatuor intellectus. Primus, ſm Vin. ꝙ hoc procedat, cum de cauſa aliter non poteſt liquere, ſ. c. peruenit, & ſit hoc, ſm eum, quia ciuiliter agebatur. Secūdus intellectus, ſecundum Inn. quia in modum inquiſitionis hic ꝓcedebatur, & not. hunc caſum, quia eſt multum generalis. Tertius ſecundum eūdem, quia delictum commiſſum fuit lite pendente, vnde fit hoc fauore iudicum, ne ipſorum iuriſdictio eludatur, no. etiam hunc caſum generalem. Quartus, quod eſt ſpeciale, ne indignus in epiſcopum præficiatur, & quilibet poteſt ſuſtentari, ſed generaliter dic, vt in contrario dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ad iſtud capitulum.*

CAP. IX.

CVm contra. Super crimine falſi, cogēdi ſunt teſtes. ſic ſummat Ioan. An. ſed certe non elicitur hoc ſimpliciter ex tex. quia mandat ſub conditione, ſi ſe gratia, odio, &c. & ſic nō ponit ſpeciale in crimine falſi, quia ſic loqtur in alijs cauſis criminalibus, ſup eo. Communis diuiſio. Secunda ibi. Nos igitur. Caſus literal. Magiſter Rodulphus impetrauit literas à ſede Apoſtolica. Dum ipſe per ſe, vel procuratorem illis literis vteretur, obiectū fuit ei, ꝙ eſſent falſæ, quod cum ipſe negaret, pars aduerſa voluit hoc probare, petens, ut teſtes, quos ad hoc probandum nominaret, compellerentur quæſiuit Archiepiſcopus, vtrū teſtes ſuper articulo falſitatis huiuſmodi eſſent compellēdi. Reſpōdet papa, ꝙ ſi ſe odio, amore, vel timore ſubtraxerint vt veritati teſtimonium perhibeant, compellat eos. Ber. Gl op. de c. dilectorum, inf. eo. & remittit pro ſolutione ad ibi no. & videtur ſentire ibi, ꝙ de iure ciuili non compellantur teſtes in criminali, cuius contrariū ſentit in d. c. dilectorum, & apertius hoc probatur in c. ſuper eo, ſup. eo. vbi dixi. Sed gl. hic loquitur argumentatiue. Iono. ponit hic vnum intellectum, ꝙ loquitur, cum agitur de falſitate ciuiliter, ne. ſ. quis per falſas literas fatigetur, & perdat ius ſuum, & pro tanto videtur peccatum tacere veritatem
1 illarum. † Ego dico, ꝙ nullum ſpeciale ponit hæc litera, quia ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter ageretur, loquitur determinate ſecundum alia iura. vt patet in c. j. & c. ſuper eo. ſup. eo. & ideo debet intelligi ſecundum quod ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *In caſibus, in quibus teſtes cogendi ſunt cenſura eccleſiaſtica, compelluntur per iudicem eccleſiaſticum, per iudicem vero ſecularem imponitur mulcta.*

2 *An & quando teſtes ſint cogendi, tam in cauſa ciuili, quam in criminali, tā de iure ciuili, quam canonico, & nu ſeq.*

3 *Mediatores uel proxenetæ quo caſu compellantur ad teſtificandum.*

CAP. X.

DIlectorum. Nō ſummatur, nec diuiditur, & merito, propter varietatem lect. Caſus liter. Inter Capitulū Vulteranum ex parte vna, & epiſcopum eorundem ex altera, ſub diuerſis articulis per conuentionis & reconuentionis modum, quæſtio vertebatur. Procuratoribus vtriuſque partis in præſentia papæ conſtitutis, lite cōteſt. mandat papa quibuſdam iudicibus, quatenus teſtes, qui fuerint nominati, ſi ſe odio, gratia, vel timore ſubtraxerint, præterquam ſuper criminibus, per cenſuram eccleſiaſticam compellant teſtimonium veritati perhibere. No. hic tex apertum, quod cauſæ criminales, & ciuiles non per omnia regulantur eiſdem regulis, maxime in compulſione teſtiū.
1 † Secundo, no. quod eccleſia,[a] compellit teſtes, qui ſe à teſtimo
a nio ſubtrahunt per cenſuram eccleſiaſticam. Ex quo infertur, quod peccant mortaliter, argumen. 11. q. 3. c. nemo, & c. nullus. Iudex autem ſecularis, ſecundum Vinc. hoc caſu indicit mulctam, ff ſi quis ius di. non obtem. l. j. vel capit pignora, ſicut in tutoribus, & curatoribus nolentibus ſatisdare, quorum officium eſt publicum, ſicut teſtium Inſti. de ſatiſ. tu. §. pen. & de excu. tu. 1. reſpon. Sicut etiam parens nolens filium alere. ff. de lib.
2 agno. l. ſi quis a liberis. § ſi quis. † Oppono, & videtur, quod iſte tex generaliter diſponens, vt in criminalibus teſtes non compellantur, ſit contra c. ſuper eod. c. peruenit, c. ſuper his, & capi. cum contra ſup. eo. Solutio. gloſ. noſtra, ad quam quotidie ſit remiſſio. multum laborat in declarando, an, & quando teſtes ſint compellendi, & principaliter proſequitur duo membra. Primo quid iuris in cauſa ciuili. Secundo quid in cauſa criminali. In primo glo. ponit regulam, & duos caſus exceptos. Regula
3 eſt, † quod ſi requiſiti nolunt teſtificari, compellūtur. Fallit pri-
b mo in mediatoribus, qui alias proxenetæ[b] appellantur, qui non compelluntur, niſi de conſenſu partium, ſecundum gloſ. Secundo fallit in perſonis priuilegiatis, vt non teſtificentur. Iu de hoc vltimo dic melius, vt dixi ſ. c. j. ſ. e. Et de mediatoribus dic, vt no. gl. in Auth. de teſte. §. quia. ꝗ ex mente illius literæ colligit tres caſus. Primus, ſi partes conſentiunt, vt teſtificentur, & tunc compelluntur. Secundus, quando partes ambę conſentiunt, vt non teſtificentur, nec compelluntur. & iſti duo caſus ſunt clari. Tertius, quando altera pars tantum conſenſit; & tunc poſſunt teſtificari, ſed non compelluntur indiſtincte, vt dicit ibi gl. quia præſumptio eſt, ꝙ ſint affecti ad cauſam, tum propter lucrum, quod habuerunt, vel quod ſunt habituri, tum quia præſumuntur velle, vt res per eos inchoata habeat effectum. Dicit Io. An. hic, ꝙ hęc ratio concludit, eos etiam non admittendos, ſi volūt altera parte non conſentiente. Aliter hic Io. An. non dicit, quaſi tacite ſentiat, ꝙ non debeant admitti, niſi vtraque parte conſentiente, quaſi tunc admittantur, & compellantur, & non aliter. Idem videtur velle gl. in c. j. de teſt. li. 6. in verſi. ciuiliter. Sed certe hoc videtur contra mentem illius § quoniam. & aperte contra gl. ibi poſitam. Ideo dicerē, ꝙ altera parte conſentiente admittuntur, ſi volunt. ſed quanta fides eis ſit adhibenda, iudex conſiderabit ex circunſtantijs, & qualitate perſonarum, & cauſæ. Circa primam regulam prædictam dic, vt inf. dicam. In ſecūdo membro ſ. quid in cauſa criminali. gl. latius inſtat, primo allegando pro & contra. Secundo ponit vnam opi. in verſi. ſup hoc. Tertio illā reprobat, ibi. Sed huic diſtinctioni. Quarto ponit opinionem ſuam, ibi. Ideoque. Quinto reſpondet ad cōtraria, ibi. Qualiter reſpondebis. Sexto redit ad opinionem primā, quam reprobauerat, dādo alium intellectum ad iſtum tex. ibi. Sed ſupradictis. Septimo in fine ponit opi. Inno. commentatoris. Et per hanc diuiſionem habes gl. declaratā, quæ in effectu po-

ADDITIONES.

a Eccleſia. Qualiter compellantur teſtes teſtificare, vide Spe. in ti. de teſte, § iſtum compulſione, ver. ſed qualiter coguntur. Et adde quod teſtis, qui non vult iurare, tenetur parti ad intereſſe, vt dicit Spe. in ti. de teſte. §. ſequitur, in fi. & de q. hic poſita per do. An. vide Flo. in l. 1. ff. de teſt. vbi recitat quandam doctri. Barto. in l. 1. §. 1 ff. de fal. qua dicit, quod iudex debet tunc formare inquiſitionem de falſo contra teſtem, ex quo accepit pecuniam, vt non teſtificetur, & debet condemnari de falſo, & per hoc ille timore, ne cōdemnetur, cogetur teſtificare, ſed Flo. in d. l. 1. non ſequitur illam doc. Bar. Ad ſe quilam cautelam Bar. in d. l. 1. § j ff. de fal. multum commendat, & ſequit do. Maria crep. c. quanter, il 2. 10 95. q. 10. q. prin. etr. prin. de accu. ſed tu vide q̄ eleganter ſcribit Bal. 10 l. presbyteri, in prin. vij. col. ver. deinde hic videtur, C. de epi. & cle. vbi dicit, quod licet teſtis occultans veritatem non poſſit puniri de falſo, niſi prius alias ſumpſerit officium teſtificandi, vt no. Inno in c. j de cri. fal. tamen iudex poterit eum punire crimine ſtellionatus, vel ciuiliter tenebitur parti actione de dolo, arg. eorum, quæ no. Cy. in l. 1. C. de ſepu. vio. ſed Fl. in d. c. 1. de teſt. dicit quod illo caſu melius eſſet teſtes extraordinarie puniri propter contumaciam. Item, quando eſſet talis perſona teſtis, quod in eum non poſſet indici mulcta, vel non poſſent capi pignora, neque extrahi de domo, prout contingit in mulieribus, quæ ratio exeūt domum, tunc iudex ad compellendas eas poterit practicare doct. Bar. in d. l. 1. ff. de fal. & doct. Bal. in d. l. presbyteri. Poterit etiam ad compellendam eas venire ad teſtificandum, practicare doct. Barto. per quam in cauſa ciuili quis inuitus extrahitur de domo, quam ipſe ponit in l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecul. Item adde hic, quod quando teſtis fuit compulſus venire ad iudicium, ſi teſtis poſtea teſtificatur, dicitur ſponte teſtificatus, ſecundum Bal. in l. parentes, in ult. col. C de teſt. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe, & idem dicit Hug. in l. lege Iul. ff. de teſt. Item an ualeat dictum teſtis, qui fuit attractus per capillos, dic quod ſic, ſecundum Bal. in l. ſi quando. cir. prin. uer. no. etiam hac C. de teſt. Item pro eo, quod dixi teſtem, qui non uult teſtificari, teneri ad intereſſe parti, facit quod no. do. An. in c. cum cam. 1. in 6. col. ſup. eo. & qd no. referendo dictum Ray. in ſum. Item uide Bal. in d. l. presby. in ſi. la. 1. C. de epi. & cler. ubi dicit quod teſtis uel notarius non ſolum tenetur ad intereſſe parti ratione falſitatis commiſſæ, ſed etiam ratione erroris, quia error in notario, & in teſte dī culpa lata, ſecus tamen dicerem de obliuione teſtis, quod dictum iudicio meo non ſolum procederet in foro iudiciali, ſed etiam in foro conſcientiæ per ea, quæ ſcribit Inn. in c. ſicut dignum, uerſus ſi. de hom. ſed io contrarium in quantum dixi de teſte, allega. tex. in c. homines de fal. & c. is autem, & quod ibi no. in tex. 22. q. 2.
An teſtis nolens teſtificari, poſſit puniri, dicas quod teſtis compellitur, mulcta indicta, & captis pignoribus ad deponēdū, ita Bal. in l. an quibus dictis in prin. in uer. no. itud prin. ff. de cond. & demon. & hē per Inn. in c. 1. ubi etiā per gl. & Doc. de teſti. cog. Porro teſtis nolens teſtificari præſumitur ſubornatus ab aduerſario, & tenetur parti ad intereſſe, etiam ſi ſtatim, ut non examinetur, ita Bar. in l. 1. ff. de fal. ita Ang. & Pau. de Caſt. ibi, & per Alc. in l. argentarius, 10 § cum autem, ff. de eden. & uide Bald. in l. presbyteri 2. col. C. de epi. & cle. ubi dicit eum teneri de crimine ſtellionatus, & etiam debere extraordinarie puniri, tamen Inno. quem omnino uide in c. 1. de fal. dicit, quod tenetur pęna fal. Ant. Fran.

b Proxenetæ. An proxeneta poſſit eſſe teſtis, & quando, dicas, quod de conſenſu utriuſque partis non ſolum poteſt eſſe teſtis, ſed etiā cogitur teſtificari. neutra uero parte uolente repellitur ex toto, altera tamen parte uolēte, poteſt eſſe teſtis uolens, nō inuitus, ut per Ang. plene in §. quoniam uero, in auth. de teſtibus & uide bon. gl. in c. 1. in uer. mediatores, de teſt. in 6. quæ dicit eſſe ſpeciale, ut admittantur in crimine ſimoniæ. & uide etiam gl. in uer. in teſte, in c. Romana, de teſt. in 6. & uide per Alex. in conſi. 7. in 4. par. conſi. & per Spe. in ti. de teſte, in §. 1. uer. quid de proxeneta. & uide omnino Alc. in conſi. 128 in 2. par. conſi. & in l. Lacierre, ff. de in. iu. ubi inter cætera dicit, quod non repellitur officio iudicis, ſed tantum parte opponente, de quo et per do. Ant. in c. cum dilectus, de conſi. & per Alex. in l. 4. 5. hoc autem iniquum, ff. de dam. inf.

Digitized by Google

ponit tres opi. Prima, ꝙ ſi agatur directe in modum accuſationis, non ſunt teſtes compellendi. Si vero agitur de crimine ciuiliter in modum exceptionis, denunciationis, vel inquiſitionis, tunc compelluntur. Secunda opi. ꝙ ſuper criminibus teſtes cõpellendi nõ ſunt, ſiue directe, ſiue indirecte agatur de crimine, vt hic. & contraria iura ponunt caſus ſpeciales, vt in hac gl. Tertia opi. ꝙ ſi non eſt peccatũ tacere id, ſuper quo teſtes inducuntur, non compelluntur; alias ſecus. Et hæc eſt opinio Inn. quam ipſe poſuit, non hic, ſed in c. 1. ſup. eo. vbi latius eam proſequitũ. & ibi dat primum exemplum, qñ nõ eſt peccatum tacere. ſ. qñ agitur criminaliter, vel ciuiliter excipiendo, vel alio modo ad pœnam tñ; quia tunc peccatum non eſt, ſed meritorium, celare crimen fratris, argu. 1. q. 1. c. ſi peccauerit, quod dicit verum niſi perſeuerauerit in crimine, quia tunc eſſent cogendi teſtes, vt pœna, reuocet à malo, quem Dei timor à malo nõ reuocat, argu. c. vt clericorum, de vita & hone. cleric. 22. q. 4. c. hoc vi. Et hoc in manifeſtis; in occultis vero non compellerentur, niſi crimen occultum eſſet periculoſum, ſicut hæreſis, dilapidatio, & ſimilia, & quæ ſine periculo diſſimulari non poſſunt. Idem dicit ibi Inn. ſi dicatur, quis condemnatus de crimine; tunc. n. sũt cogendi teſtes, quia cum per ſententiam ſit notorium, peccatum eſt hoc celare. Idem de fama, vel infamia probanda. Quid de ſnĩa excom dicit, ꝙ cogẽdi ſunt teſtes ad eam probandam, cum illa non ſit crimen, cum poſſint ſine peccato excommunicari, de ſent. excom. c. inquiſitioni, & latius ibi proſequitur. Aliam theoricam, ſeu opi. ponit Inno ſup. c. proxi. licet videaẽ incidere cum præcedenti. Dicit enim ꝙ ubicunq; ex probatione criminis quis conſecututus eſt ſententiam lucroſam, vel vitaturus eſt damnoſam, ſemper cogendi ſunt teſtes; qa tunc peccatum eſſet in alterius præiudicium tacere veritatem; & ſic habes opin. quartam. Quintam opin. iudicio meo, poſſumus colligere ex dictis eiuſdem Inno. in d. c. j. ſup. eo. vbi dicit, ꝙ deficiẽtibus alijs probationibus, ſemper cogendi ſunt teſtes, etiam in cauſa criminali, per c. peruenit. il 2. ſup. e. Sextam opi. ponit Hoſtien. qui tenuit præciſe in criminali teſtes cogendos, vbicunq; crimen venit puniendum per depoſitionem, priuationem, vel aliter. Et ad iſtam decr. reſpondet, ꝙ loquitur de compulſione non fienda, qñ probato crimine, criminoſus ex eo non puniretur, ſed ſolum de facto infamaretur; vt in crimine probato ꝯ teſtem, vel accuſatorem. tunc enim non cogerentur teſtes, ſecũdum eum, niſi magnum præiudicium fieret parti, vt inf. c. pxi. Et hoc dicit ipſe de mente iuris, quicquid habeat conſuetudo eccleſiæ Romanæ. & ꝯtria opin. multis rationibus impugnatur ſecundum eum. Nam per eam Deus offenditur, reſp. læditur, proximus corrumpitur, materia delinquendi, & corrumpendi teſtes miniſtratur, mens vtriuſq; iuris peruertitur, obediens, q remunerandus eſſet, opprimitur, & punitur; inobedientes, qui pœna debent affici, de ſua malitia gloriantur. Ad has ergo abſurditates euitandas, & vt criminoſi, & crimina puniantur, cõcludit ipſe, teſtes in criminibus compellendos. Nec obſt. ſecundum eum, ꝙ quædam iura dicunt teſtes in ciuilibus compellẽdos, quia ſuppletur per alia, quæ idem dicunt in criminalib. Et huic opin. ſuæ dicit illam ſecundam opin. Inn fauere, quia per probationẽ criminis, accuſator eſt vitaturus damnoſam, & cõſecuturus lucroſam ſnĩam, ſ. euitando pœnam talionis, ſi non probaret, nec eſt fauendum reo in occultatione veritatis. Septimam opin. poſuit Ioan. de Amelia in opere ſuo de teſt. vt hic recitat Io. And. vt teſtes compellantur in criminalibus, etiam ſi agatur de pecuniaria pœna, vt ſit per ſtatuta, ſi vero agaẽ ad pœnam corporalem, non. Vnde dicebat etiam hic Hoſt. ꝙ vbi agitur ad pœnam ſanguinis, etiam coram tpali vicario epi, qui vtrunque habet gladium, non eſſent compellendi teſtes, quia non ſpectat hoc ad officium iudicis eccleſiaſtici. inf. ne cle. vel mona. c. ſententiam Dicit Io. And quod hoc eſt clarum, de clerico. Sed quid de laico, qui forte aſpirat ad clericatum, & ideo non vult deponere in cauſa ſanguinis. Honeſtum eſſet ſecundum eum non cogi, etiam in foro ciuili. Nota, quia non dicit neceſſarium, & ſic ſentit, ꝙ in foro ciuili laicus poſſit compelli, etiam in cauſa ſanguinis. Et dicit Io. And. quod ex prædictis poſſet formari vtilis diſtinctio, quam poſtea Ioã. Cald. ſecutus mentem prædictorum, formauit. & omiſſis alijs opin. antiquorum, quæ ſatis colligi poſſunt ex his, quæ dixi in c. ſuper his, & c. contra eum, & c. peruenit. ſup. eo. ſubmitto, quæ talis eſt, videlicet: aut teſtes nominantur ſuper cauſa mere ciuili, aut ſuper crimine. Primo caſu, aut non ſunt perſonæ priuilegiatæ, & tũc indiſtincte compelli debent, vt in hoc ti. quaſi per totum, & C. de teſt. l. ſi quando Aut ſunt perſonæ priuilegiatæ, de quib. 4. q. 1. c. ſi teſtes. § itẽ in criminali, & c. ſeq. §. item leg. Initia iudiciorum, & duobus verſ. ſeq. & tales ſecundum leges non compelluntur, vt in dictis iuribus, volentes tamen admittuntur. 3. q. 5. c. 1. De mediatoribus dic, vt ſup. Sed ſecundum canones æque diſtinguitur, ſecundum Hoſt. Aut per alios veritas a poteſt haberi, & tunc non compelluntur. Aut per alios haberi nõ poteſt, & tunc compelli debent. Si vero nominantur ſuper crimine, aut directe propoſito, aut per exceptionẽ oppoſito. Primo caſu, aut d illo agiẽ ciuiliter, aut criminaliter Primo caſu sũt cõpellendi, ſup. e. c. ſup his. & ſup. c. peruenit. il 2. Si criminaliter, aut agitur in foro eccleſiaſtico, aut ſeculari. Primo caſu indiſtincte compelli debent. ſup. c. proxi. & c. peruenit. il 1. Si agitur in foro ſeculari, aut quoad pœnam pecuniariam, forte per ſtatuta, vel aliter, aut corporalem. Primo caſu debent compelli laici, vt in d. c. peruenit. il 2. ſed clerici non ſunt cõpellendi, ſi per alios veritas haberi poteſt Si autem per alios veritas haberi nõ poteſt, compellentur etiam clerici teſtificari: tamen iurabũt in manibus alicuius clerici, & fit compulſio per eccleſiaſticum iudicẽ ipſorum clericorum, & non per ſecularem, vt in c. quanquã 24. q. 2. Si autem coram eccleſiaſtico iudice agitur ad pœnam corporalem, tunc laici compelluntur. ſup. eod. in fi. Sed clerici non compelluntur, etiam coram iudice loci, qui eſt de temporali iuriſdictione prælati eccleſiaſtici, pp irregularitatis timorẽ, d. c. ſententiam, & de rapt. in c. in archiepiſcopatu. & melius 11. q. 1. c. teſtimonium. Item ſecundum Ioã. And. honeſtum eſſet hoc caſu non cogere laicum, qui intenderet clericari etiam in foro ciuili. Si autem de crimine excipitur, tunc aut probato crimine punitur is, contra quem excipitur, puta, quia repellitur à promotione, vt inf. de accuſ. c. ſuper his, & tunc ſunt compellẽdi, ſup. eo c. ſuper his. aut non punietur, vt puta, quia excipitur contra accuſatorẽ, vel teſtem, vel procuratem, ſup. de or. cog. c. 2. & hoc caſu non debent compelli teſtes pp odium talis reprobationis, ex qua ſola infamatio ſequitur, & ita intelligi dẽt hæc decr. Hoc verum ſecundum Hoſt. niſi magnum fieret parti pręiudicium, quo caſu eſſent compellẽdi. inf. c. prox. Hæc ſunt verba Cal. quæ in effectu, licet per alia verba, ſequi videatur d. An. hic tñ ſi bene conſiderabis, vt plurimũ ſunt extracta ex dictis Hoſt. hic, & ſup. eo. c. j. Et omnia prædicta poſſunt ad hanc breuẽ diſtinctionẽ reduci, ꝙ in cã ciuili indiſtincte compelluntur teſtes, tã de iure canonico, quã de iure ciuili, niſi perſonę ſint in hoc priuilegiatæ, q̃ tñ cõpelluntẽ alijs probationib. deficientib. In criminali vero, vbi agitur directe de crimine ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter, compelluntur in vtroq; foro: clerici tñ non cõpelluntur in cã ſanguinis, & honeſtum eſt idem ſeruare in laicis, qui volunt eſſe clerici. Si aũt de crimine excipitur, aut ſequiẽ aliquis effectus punitionis, puta, quia repellit a promotione, & compelluntur teſtes; ſecus ſi nulla punitio inde ſequatur, vt puta, quia repellit tantum a teſtimonio, vel ab accuſatione, quod intellige, niſi magnum parti fieret præiudicium. hoc voluit in effectu tota diſtinctio Cald. Sed certe hoc indiſtincte tenere, eſt peruertere totum iſtum tit & maxime ea, quæ dixi in d. c. 1. & c. ſuper eo, ſup. eo. videntur enim ibi concludere, ꝙ tunc ſolum in crimine non compellãtur, cum excipitur ad nudum finem repellẽdi, quod aperte eſt ꝯ. c. ſuper eo, vbi agebatur directe de crimine, ſm cõem intellectum ibi traditum: & tñ dicit ibi text. ꝙ teſtes monendi ſunt, non cogendi, niſi cõſtiterit, quod odio, &c. vt ibi. & ſic faciendo ibi exceptionem, firmat regulam in ꝯtrarium, in c. dominus 12. q. 7. Item ſm hanc opin. Hoſt. & Cal. nulla eſſet differentia in hoc inter ius canonicum & ciuile; & tñ tex in d. c. ſup eo, voluit in hoc aperte differentiã denotare, ut ibi dixi. Item in ciuili tex. in c. 1. ſup. e. ponderat, ſi ſe ſubtrahunt timore, & odio, &c. & tunc dicit teſtes compellendos, & facit quod dixi in d. c. 1. Item tex. inſ. c prox. ponderat defectum probationum, & tex. in c. peruenit. il 2. ſup. eo. ponderat, ꝙ teſtimonium erat ibi neceſſarium. Ridiculoſum ergo eſt dicere, quod tam in ciuili, quam in criminali indifferenter teſtes ſint compellendi. Vnde puto de iure canonico ſic dicendum, ꝙ in cauſa ciuili teſtes primo ſunt monendi, & ſi requiſiti teſtificari nolunt, ſunt cogendi, quia præſumiẽ, quod timore, vel gratia, &c. niſi ſint priuilegiati, vel niſi alia præſumptio hanc elidat. Hoc verum, niſi aliæ probationes deficiant. quia tũc indiſtincte omnes ſunt compellendi. hoc declara, vt dixi in dicto c. 1. ſup. eo. in criminali vero ſi veritas aliunde haberi non poteſt, dico idẽ, vt in c. ſi inſ. eo. ſup. e. c. peruenit. il 2. Expedit. n. reipublicæ peccata nocẽtium eſſe nota, & vt crimina puniãtur, ſaltem ad aliorum terrorem, ff. de iniu. l. eum qui nocentem. & infra de ſenten. excommu. c vt famæ, & vt multis graſſantib. locus ſit exẽplo, l. aut facta §. fi. ff. de pœnis, vnde ſaltem reſpubli. eſt conſecutura lucroſam ſententiam, quæ eſt magis fauorabilis, quam perſona priuata, ff. ſol. mat. l. j. & quod ibi nota. de poſtu. prælat. c. bonæ Et puto hoc procedere, etiã ſi de crimine excipitur contra teſtes. nam ſi teſtes criminoſi admittantur, cũ præſumptio ſit contra eos de falſitate, vt no. ſup. proxi. c. teſtimonium, reus reportabit iniuſte damnoſam ſententiam, & ſic punietur innocens,

ADDITIO.

a Veritas. Sic etiam cogitur laicus dicere teſtimonium contra clericum in cã criminali, quando aliter veritas haberi non poteſt, vt not. fir. D. Abb. in c. de cætero, vbi do. Fel. ſequitur, ſupra de teſta. & ſequitur etiam Alexã. in l. maritus, in apoſt. ff. de quæſtio. 1. & ibi dicunt, ꝙ tale dictum laici facit indicium ad torturam contra clericum.

Digitized by Google

cens, quod ſonat in abſurdū. maior enim eſt fauor, vt innocens
non puniatur, quam vt puniatur nocens. Nam vt dicit l. abſen-
tem, ff de pœnis, ſanctius eſt nocentem impunitum relinque-
re, quam innocentem damnare, facit c. ſacris, de ſepul. Si ergo
compelluntur teſtes, quando agitur, vt puniatur reus, fortius
quando reus certat, vt iniuſte nō damnetur. Si vero adſunt aliæ
probationes, tunc non coguntur, niſi conſtet, quod malitioſe
reus ſubtraxerit teſtes, vt in c. peruenit. 1 ſup. eo. No. Inn. in d. c.
ſuper eo. vel niſi timore aduerſæ partis ſe ſubtrahant, vt in d. c.
ſuper eo, & quod ibi dixi. Ad hanc diſtinctionem puto reducē-
da omnia iura, quæ obuiare videntur. Ad hoc c. poteſt reſpon-
deri, quod non conſtabat alias probationes deficere, vel, vt ſen-
tit Hoſt. excipiebatur hic de crimine contra teſtes, & leue pręiu-
diciū inferebat̃ parti ex nō compulſione: ſecus ſi magnū, vt ꝑ-
dixi. Promptum enim eſt iura iuribus cōcordare, de elc. c. cum
expediat, lib. 6. & per hoc tollitur ↄ̃riū, quod formari poſſet de
ↄ̃rio intellectu huius literę, dum innuit teſtes in criminali non
cōpellendos, ēt ſi ſe ſubtrahant odio, timore, &c. vacat hic arg.
a ↄ̃rio, quia iura dicunt communiter in hoc oppoſitum.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit coniuratio, & conſpiratio.*
2 *Ex defectu probationis legitimæ ex natura criminis, admittitur probatio minus legitima.*
3 *Relaxatio iuramenti illiciti, non eſt neceſſaria.*
4 *Conſpirantes contra epiſcopum, vel facientes tumultum cōtra aliquem, qua pœna plectantur.*

CAP. II.

VEnerabilis. Ad detegendam veritatem cō-
iurationis coguntur ſocij, & iu-
ti. Diuiditur. Nā in prima parte ponitur iuſta peti-
tio. In ſecunda ipſius exauditio, ibi. Ideoque. Caſua
liter. Ciues Ceruicenſes, cum duobus M. & L. quō-
dam clericis eccleſiæ Rauēnatenſis, quandam fecerunt coniu-
rationem contra Archiepiſcopum Rauennatenſem, dātes eiſ-
dem clericis quandam pecuniæ quantitatem. & ad hæc cęlāda
ſe iuramenti vinculo adſtrinxerunt. Archiepiſcopus ſuper his,
& quibuſdam alijs articulis contra ciues & clericos prædictos
ad Bononien. Epiſcopum, & eius cōiudices impetrauit literas.
vnde cum intentionem ſuam probare non poſſet, niſi teſtimo-
nio ciuium prædictorum, ſupplicauit do. Papæ, vt ſibi prouide
re ſuper hoc dignaretur. Ne ergo pro defectu teſtium ſua iuſti-
tia deperiret, mandat Papa eiſdem iudicibus quatenus moni-
tione præmiſſa, per eccleſiaſticam cenſuram compellant illos,
quos viderint compellendos; aut ab huiuſmodi iuramento ab
ſoluant illos, quos Archiepiſcopus ad teſtimonium duxe-
rit producendos, nihilominus, ſi illi ſe gratia, odio, vel timore
ſubtraxerint, ſimili cenſura compellant eoſdem ad perhiben-
1 dum teſtimonium veritati. † Not. 1. ꝙ is, contra quē fuit con
iuratum, poteſt agere contra coniurantes ad pœnam eis impo
nendam, vel ad ſatisfactionem iniuriæ. Et dr̃ coniuratio, quaſi
conſpiratio facta cum iuro contra aliquem in damnum illius.
Et dr̃ conſpiratio, quaſi ſimul ſpiratio, quia ſimul ſpirant, & tē-
dunt contra illum, & de hoc in c. conuerſationum, & c. conſpi-
rationum. 40. q. j. per Innoc. & Doct. in c. cum I. & A. de re iudi.
& c. exhibita, de iudic. Scias tamen, quod aliquando fit in partē
bonam, ut cum fit contra prælatum dilapidatorem ad ſibi reſi-
ſtendum, vel quid ſimile, ad hoc c. ſanc. 16. q. 7. not. in d. c. cum
I. & A. Prima tamen fronte præſumitur illicita, ſecūdum Vin.
2 vbi ſupra, quod no. † Not. 2. & tene menti, ꝙ in defectum a pro-
a bationum, cum ſ. ex negocij, ſeu criminis natura, non pōt ha-
b beri probatio legitima, admittitur probatio minus legitima, b
& alias inſufficiens, & vide bon. tex. cum gl. in c. cū dilectus, de
elc. & in c. præterea, ſupra de teſti. & no. etiam in hac glo. 1. in
c fi. Nam admittūtur hic in teſtes, criminoſi, & participes c de
licti, & de ſe confeſſi, contra c. 1. de confeſſ. & vide quod leg. &
no. in c. 1. de teſt. lib. 6. Tertio not. ꝙ in criminibus compellun
tur teſtes, non ſimpliciter, ſed in defectum aliarum probatio-
3 num, & no. quod ſi ſe ſubtrahunt gratia. &c. † No. quod vbi iu-
ramentum eſt illicitum ex parte recipientis, poteſt compelli re
cipiens ad illud relaxandum; & ſi ille non vult relaxare, iudex
hoc faciat. Sic intelligas būe tex. in ver. nihilominus, ſecundū
Inno. & idem no. in c. debitores, de iureiure. & ibi dicam, & in
c. j. eo. tit. Hic tamen non erat neceſſaria relaxatio, ſed fit potius
ad cautelam, ſecundum gl. 2. & bene, quod probo duplici ratio
ne. Prima, quia illud iuramentum non poterat ſeruari ſine ſalu
tis interitu, ideo non obligat, de iureiur. c. quāto. 12. q. 4. per to.
Secunda, quia iuramentum ſimpliciter pręſtitum de non reue
lando certum quid, non obligat, ſi iurans producitur in teſtem;
quia non extenditur ad illum caſum, ſi fuit ſimpliciter præſti-
tum; & ſi fuit cogitatum de hoc caſu, fuit illicitū, quia ad hoc
non pōt quis ſe obligare, cum non ſit in ſua facultate. Nā offi-
cium teſtificandi eſt publicum in ſe, vt dixi ſupra ſuper rub. &
4 ſic concludit no. Inno. in c. qualiter, & quādo, inf. de accu. † Gl.
d 1. quærit qua pęna ſunt puniendi coniurantes cōtra Epiſcopū d
proprium? Rñdet, quod ſi ſunt clerici, deponuntur; & tradunt
curiæ ſeculari per iura alleg. in ea. Intellige tu hanc gl. quando
ſunt incorrigibiles, & ſic debent intelligi iura in ea alleg. & ad
hoc quod no. in c. nouimus, de verb. ſig. Et dic vt plenius dixi in
c. cum non ab homine, & c. at ſi clerici, de iud. laici vero excōi-
cantur, &c. Addit Io. And. pſt Hoſt. quod etiam ſunt ſinguli in
vna libra auri condemnandi, vt in conſtōne. Fe. de pa. tenen. l.
hac edictali, § conuenticulas. Et ſi quis tumultum cōtra aliquē
fecerit, vel ſeditioſas voces emiſerit, capitalis eſt pœna, C. de
his, qui ad eccle. confu. l. denunciamus, C. de ſedi. l. j. & 2. & ff.
de pęn. l. aut facta, j. reſpon. & C. de epi. & cle. l. conuenticulam,
& ff. de vi publ. l. qui cœtu. Et in his reperies, quod nec cœtum,
nec turbam debet quis congregare, quia omnia hæc, & ſimilia
ſunt prohibita, niſi reperiantur conceſſa, ff. de collc. illi. quaſi p
to. Glo. 2. eſt declarata per prædicta. & quia opp. de c. venerabi
lem, de elect. & non ſoluit; dic, quod procedit, quando iuramē
tum eſt dubium. tunc enim illud eſt ſeruandum. Sed nos loqui
mur hic, vbi eſt certum, illud eſſe illicitū, & de iure non ſeruan
dum, ſed tunc ad cautelam propter opin. vulgi fit abſolutio.

ADDITIONES

a In defectum. Vide do. Iaſ. in lect. Pad. C. de ſum. Trin. & fid. cath. Seb. Sap.
b Minus legitima. Adde Alex. conſ. 34. lib. 3.
Adde de iſta reg. remiſſiue, & ad nauſeam vſque, per Hipp. de Mar. ſingu. 63. incip. plures ſunt, & ibi multum no. qualiter debeat intelligi prædicta regula, quòd in defectum probationis legitimæ, admittatur probatio minus legitima. Zach.
c Et participes. Quod participes delicti admittantur in teſtes, quando aliter veritas haberi non poteſt, tenet Bald. in l. quoniam, C. de teſtam. & Aret. in conſ. 6 . incī. in cauſa illorum, in fi. Seb. Sab.
d Contra Epiſcopum. Adde Ro. ſin. ſuis, fol. 21. & ſic habet feudum, cui applicetur, vide Old. conſ. 17.
Adde præmiſſis, quod no. in apo. ad iſtū, in c. at ſi clerici, nu. 34. io apo. in ver. deponi, vt ſupra de iudi. Zach.

De fide inſtrumentorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum capitur ſtricte, large, & largiſſime.*

Continuata eſt hæc rub. ſecundum Io. And. ſup. in rub. de te
ſtib. Vel dic tu ſic. Supra viſum eſt de vna ſpecie probationis,
quæ ſ. fit per teſtes. nunc ſubiicit de alia, quæ fit per inſtrumen-
ta. Et dicit Io. And. hic, ꝙ inſtrumentorum appellatio compre
hendit omnia, per quę inſtruitur cauſa, ſup. tit. prox. c. peruenit
il 1. Sed tu dic hoc verum, late ſumpto vocabulo, vt ibi dixi, nō
autem ſemper. Et dictum Io. And. ſimpliciter hic recitatum ap
patenter confunditur hic ex diuerſitate huius tit. & ſupra de te
ſtit. Nam ſi hic appellatione inſtrumentorum venirēt etiam te
ſtes, non debuiſſet hic poni rub. ſpecialis, ſed ſub iſto ti. de vtro
que tractari. Vnde dic, ꝙ in iſto titulo inſtr̃m capitur ꝓ ſcriptu-
ra redacta in aliqua materia, quę differt ab inſtructione, quæ
fit per teſtes, vt patet per totum iſtum tit. & vide tex. qui ponit
iſta duo, vt diſtincta, in c. forus, de verb. ſign. in verſ. cauſa autē.
1 & vide quod dixi in d. c. peruenit. † Et ſcias, quod inſtumentū
poteſt capi lariſſime, late, & ſtricte. Primo modo appellatione
inſtrumenti, venit omne vas domus, ſeu inſtrumentum, quo
a fundus exercetur, a de quo. ff. de fun. inſtru. quaſi per to. vnde,
& mulieri, quę eſt ita ſtricta, vt mater fieri nō poſſit, dicitur de-
eſſe naturale inſtr̃m, vt in c. fraternitatis, & c. ex literis, infra. de
frig. & malef. Secūdo modo capitur pro omni eo, quod habet
cauſam in iudicio deductam inſtruere. & hoc caſu veniunt te-
ſtes, vt in l. 1. ff. de fide inſtr. & d. c. peruenit. Tertio modo capit̃
pro ſcriptura, quæ fit ad probationem alicuius rei in futurū fa-
ciēdam: & hoc modo capitur hic & de his per Hoſt. in ſum. eo.
b tit. Et per hoc dico, quod ſcriptura priuata, b quæ tamen fidem
facit, dicitur inſtrumentum, quia inſtruit cauſam, quod proba-
tur in rubro & nigro, in quo tractatur etiam de ſcriptura priua
ta, vt infra c. 2. Idem dico de qualibet ſcriptura, ſiue contineat
priuilegium, ſiue cōtractum, ſiue depoſitionem, ſiue quicquā
aliud, ex quo fit ad fidem faciendam in futurum ad inſtructio-
nem cauſæ, vt probatur in nigro iuncto rubro, & vide Bar. in l.
ſi quis legatum, ff. de fal. qui appellat inſtrumētum ipſam char
tam ſcriptam contractū vero, qui agitur inter partes, vnde par
tes dicuntur contractum facere. Princeps dat priuilegium, vel
quid ſimile, notarius vero habet facere inſtrumētum. Et idem
in qualibet ſcriptura, quę fidem facit, vt prædixi, & hoc notabis
pro ſtatutis.

ADDITIONES.

a Fundus exercetur. Adde Franc. Are. conſ. 160.
b Scriptura priuata. Adde Roma. conſ. 22. Franc. Aret. conſ. 51. vbi quid in ſtatuto.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non poteſt dare fidem ex poſtfacto ſcripturæ non authenticæ, de potentia ordinaria.*
2 *Quæ ſit publica, quæ priuata, & quæ authentica ſcriptura.*

Quæ

Digitized by Google

3 *Quæ requirantur ad hoc, vt ſit inſtrumentum publicum.*
4 *Notarius à quibus debet eſſe rogatus, vt in inſtrumentum valeat.*
5 *Inſtrumentum facit fidem in fauorem alterius ex mandatoribus.*
6 *Notarius qualiter debeat eſſe rogatus.*
7 *Notarius an teneatur ſcire iura.*

C A P. I.

SI ſcripturam. Breue eſt, & ſummaĩ ſic, ſm ipſius mentem. Inſtrumenti
exemplum non ſolemniter ſumptum, fidẽ non fa-
cit abſq; originali. Caſus liter. faciliter ex litera pa-
tet. B No. quod ſcriptura faciens fidem, dr̃ authentica, ſecus ſi fi
1 dem non facit, vt j. c. prox. & hic. † Not. 2. quod ẽt princeps nõ
pt̃ dare fidem ex poſtfacto ſcripturæ nõ authenticæ in præiudi
2 cium alterius a partis. Nam, vbi negatiua præcedit verbum, pt̃,
denotatur neceſſitas, vt dicit gl. no. in reg. 1. de regu. iur. lib. 6. Et
hoc puto abſolute verum in his, in quib. princeps non habet li
beram facultatem. ar. in cle. paſtor. de re iud. in alijs vero proce
dit dictum de ordinaria poteſtate, non aũt de abſoluta, arg. in c.
propoſuit, de conceſ. præb. facit ꝙ no. gl. in c. conſtitutus, de re-
ſcrip. & per Inno. in c. 1. de confir. vti. vel inut. Venio nunc ad de
clarationem materiæ, in qua eſt aduertendũ, ꝙ hæc litera hẽt
duas partes, quoad intellectũ. In prima parte tractatur de ſcri-
ptura auth. In ſecunda de exemplata ab auth. Prima glo. intrat
a primam partem, ſecunda ſecundã. † Quæro igitur capiẽdo pri-
mam partem, quæ ſcriptura dicatur auth. Gl. ponit exempla, &
aliter non declarat, nec ex ea potes bene inſtrui. Sed ponit Inn.
aliquid hic, & in c. ſeq & nititur oſtendere differentiam inter
publicam, & authenticam. ſed iudicio meo nõ bene declarat,
ſed multũ intricat materiam, ideo dicta ſua in hoc omitto. Et
breuiter dico, ꝙ ſcriptura publica eſt illa, quæ confecta extitit a
publica perſona, ſcilicet a notario cum ſolemnitatib. requiſitis.
Hoc probatur infra c. ſeq. iuncta glo. in ver. publicam manum.
Auth. vero dr̃, quæ per ſe fidem facit, ſiue ex appoſitione ſigilli
authẽtici, ſiue alio modo, ita ꝙ ad ſui validitatem non requirit
aliud adminiculum, vnde pt̃ dici authentica, quaſi ex ſe autho-
ritatem habens, hoc ſatis pt̃ probari per c. ſeq. Ex hoc infertur, ꝙ
oĩs ſcriptura publica eſt authentica, ſed non oĩs authentica, eſt
publica. habẽt enim ſe, vt ſuperius, & inferius. Ex hoc ẽt infero,
ꝙ ſcriptura priuata, anteꝗ̃ ſit confeſſata, vel per teſtes iurata, nõ
pt̃ dici authentica, ſed poſtea ſic. Itẽ infertur, ꝙ ſcriptura perfe-
cta per aliquẽ officialem ſuper pertinentibus ad officium ſuũ,
licet ſit authentica, non tñ eſt publica, quia non eſt confecta a
notario cum ſolemnitatibus requiſitis. hoc vltimũ ſentit Bart.
in l. quędam, in §. nummularios, cum l. ſeq. ff. de eden. Idẽ dico de
ſcriptura, quę reponitur in archiuo publico, vt ſi non habeat ſi
gna publicitatis modo prędicto, dicatur auth. ſed non publica,
vt ſentit idem Bar. in auth. at ſi ꝯctus, C. de fide inſtrum. & glo.
ordin. in auth. ad hæc, eodem titu. Quęlibet ergo ſcriptura, quę
ex ſe fidem non facit, antequam fides ſibi imponatur, põt dici
priuata, quia non publica, nec authentica, quaſi a priuato, ideſt,
non habente officium publicum conſcripta. Ex his habes bre-
b uiter, & clare, ꝗ̃ dicatur ſcriptura publica, [b] & quę priuata, & ꝗ̃
authen. Et ſm prędicta debes limitare, & reſtringere exempla
poſita in gl. j. licet Inno. hic, & inf. c. proxi. & Spec. eo. tit. §. nunc
dicendum, in prin. aliter ſentiat, & maxime ponẽs ſex modos,
quib. ſcriptura dr̃ publica, ſed non placet. & vr̃ ibi Spec. quaſi ꝯ-
cordare cum iſta gl. & vide bon. tex. in l. cõparationes, verſi. ſed
tantummodo, C. eo. vbi aperte probatur, quod ſcriptura priua-
ta, & teſtibus ſubſcripta, & approbata, non dr̃ publica, licet poſ
ſet dici publice conſcripta, vt in prin. huius l. Et ibi etiam proba
tur iuncta auth. ſeq. ꝙ ſcriptura alias non confecta per tabellio-
nem, non dr̃ publicum inſtrumentum, licet producatur ex ar-
chiuo publico, licet ſi auth. Nam ſi eſſet publica, fruſtra illa au-
then. hoc adiecciſſet de nouo, cum in l. antiqua præcedenti fuiſ-
ſet facta mentio de publico inſtrumento. & hoc aperte tenet
gl. in dicta auth. ad hęc. licet aliter, & minus bene d. An. poſt In-
no. hic, & in d. c. ſeq dicat. Et ſcias, ꝙ ſcriptura qñque conficitur
a iudice, ſeu prælato, vel ipſius authoritate cum ſigilli appoſi-
tione, & teſtium ſubſcriptione, vel ſine his. Et an & qñ faciat fi-
dem, ita vt dicatur auth. non tracto hic, quia pleniſſime fuit di-
ctum in c. poſt ceſſionem, de probat. & aliquid in c. cum a no-
bis, ſupra de teſti. Qñque fit a priuato, & inter priuatos, & an &
qñ talis ſcriptura faciat fidem, dicam inf. c. ſeq. Quandoque &
tertio ſcriptura eſt facta, vel exemplata a tabellione, & de hoc
aliquid, pro inſtructione ſaltem generali, dicemus, hic. nam lon
giſſimus eſſet iu hoc tractatus. vnde proſequemur ꝗdam gene
ralia, quæ requiruntur ad hoc, vt talis ſcriptura fidem faciat, &
3 primo de originali, ſecundo de exemplato. † Dẽt n. in ſe conti-
nere multa, quæ enumerat glo. in l. generali, C. de tab. lib. 10. &
Spe. eo. ti. ſ. de inſtru. edi. in prin. Et primo ſecundum Specu. dẽt
c continere inuocationem [c] nominis Domini, dicendo, in noĩe
Domini, vel ſimilia verba. Vr̃ hoc tñ limitare in arduis & ꝑpe-
tuis inſtrumentis. In minorib. vero non eſt neceſſariũ, licet de-
cens. Ego vero dico, ꝙ de iure hoc non ꝓbatur, ẽt in magnis, vt
ſit de neceſſitate, ſic, ꝙ alias non valeat inſtrumentũ, ſed hone
ſtũ eſt ſẽp ponere, & ꝓ hoc vide bon. tex. Actuũ 17. & in c. nõ li
ceat 26. q. 5. vbi ponitur dictũ Apoſtoli. Oĩa ꝗcunque facitis in
verbo, aut in opere, in noĩe Dñi noſtri Ieſu Chr̃i facite. Et p illũ
tex. iuncta ꝯſuetudine, ꝗ̃ viget hodie, vt apponatur in oĩ inſtru-
d mento, poſſe dici inſtrumentũ publicũ, [d] aliter non valere, ad
e hoc ꝙ inf. dicã de annis Dñi. Secundo exigitur, [e] vt apponatur
annus Domini, ſm Spe. vbi ſup. Dñt tñ quidã, ꝙ potius de ꝯſue
tudine, ꝗ̃ de iure apponitur. Fatentur tñ, ꝙ ſi non apponatur,
non valet inſtrumentum ꝑp conſuetudinem, hoc tenet glo. in
Auth. vt præpo. no. Impe. in prin. Et quidã alij, vt refert Spe. vbi
ſup. Sed ipſe Spe. dicit hoc de iure induci per c. in nomine Do-
mini. 23. diſt. quod no. Ibi enim inuocatur nomen Domini, &
apponitur annus eiuſdem, ibi tñ non dr̃, vt ſic fiat. Sed pt̃ dici, ꝙ
conſuetudo eſt ibi de iure approbata. Tertio nomen Imperato
ris, vel papę, vel Regis illius loci, vt in Auth. vt ꝑpo. no. Impera.
Quatenus dicit de noĩe Regis, vel Papę, intelligo in loco, vbi
papa, vel Rex hẽt iura imperij. Pro hoc ꝙ in ſimili no. Bar. ĩ l. in
famẽ, ff. de publi. iud. & vtile eſt, vt apponatur nomen vtriuſq;,
& dies coronationis, ſeu annus imperij, ſeu papatus, ꝙ idẽ eſt,
& hoc eſt neceſſariũ, vt in dicta Auth. vt prępo. nomen Imper.
Quarto nomen Conſulis anni illius, ſecundum d. l. generali.
Sed dic, quod hodie non ſeruatur, vnde non eſt neceſſe pone-
re, vt no. in gloſ. in capitu. quoties. 1. q. 7. Quinto debet apponi
f locus contractus, [f] vt in c. abbate ſane. de re iudi. lib. 6. & ibi no.
quare.

A D D I T I O N E S.

a In præiudicium alterius. Adde Ro. ſing. ſuis, fol. 2 1. & vide quod voluit Old.
conſi. 73.
In præiudicium alterius vide not. per Abb. in c. cum a nobis, col. 2. ſupra de
teſt. & ibi do. Fel. tangit, an papa poſſit facere, quod ſcriptura non auth. pro
bet, & de conſuetudine, an valeat, traditur in c. cum dilectus, inf. eo. vbi di
cetur. Sebaſt. Sapia.
b Scriptura publica. Adde Rom. conſi. 77. Alex. conſi. 65. 4. lib. Et an inſtrumen
tum antequam ſit publicatum, dicatur publicum, vide Io. de Ana. conſi. 33.
Ant. de But. conſi. 11.
c Inuocationem. Vide latiſſime per do. And. Sicu. in repe. rub. de fi. inſtru. col.
19. cum pluribus ſeq. & ibi proſequitur omnia, quæ requiruntur in inſtru-
mentis. Seb. Sap.
d Publicum. Facit quod no. Bal. in rub. de pa. Conſt. vbi dicit, quod ſi in inſtru-
mento non interueniant ſolemnitates requiſitæ de conſuet. non valet in-
ſtrumentum. Seb. Sap.
e Exigitur. Adde hic Domi. in c. vt officium, §. ad compenſandas, in fine. de hæ
re. in 6. vbi dicit, quod quando extenditur inſtrumentum, debet in inſtru-
mento apponi dies rogationis, & non extenſionis. Item adde hic gloſſ.
mag. in princi. in §. item verborum, inſti. de inu. ſtipul. Item adde hic, quod
no. Specu. in titu. de inſt. edi. §. inſtrumentum. vide Bald. in l. ſi quis, §. 1. ff. de
vulg. & pup. vbi dicit, quod ſi notarius capit ſcribere inſtrumentum die io
uis, & perficit ſcripturam die veneris, debet in inſtrumento dicere ſe roga
tum fuiſſe die veneris, quia attenditur tempus perfecti inſtrumenti. Et
quod requiratur dies in inſtrumento, tenet Ang. in l. oppi. cir. fi. C. de con-
trah. & com. ſtip. nam. Bald. in d. l. ſi quis eum, §. 1. pro ſuo dicto alleg. Inno-
cen. in c. conſuluit, de offic. dele. ſed pro ipſo optime facit quod no. Bald. in
l. teſtamentum, C. de teſtam. & circa hoc de die, vide bon. gloſ. in c. ſi qua
beneficia, 25. q. 2. Et ſi inſtrumentum fuit factum de nocte, an vitietur, ſi no
tarius ſcribat fuiſſe factum tali die, cum ipſe intelligeret de die naturali, vi-
de do. An. poſt Innocen. in c. conſuluit, in 4. colum. de of. deleg. & per Bald.
in l. non minorem, C. de tranſact. Et an valeat conſuetudo, quod in inſtru-
mentis non apponatur dies, dic, quod non, ſecundum Dom 1. de Ro. deciſ.
ſua 65. in nouis, quæ incip. verum valeat. Et quid ſi notarius in vno inſtru-
mento apponit diem & conſulem, in ſequentibus vero non. Et quid ſi in
vltimo ponit, & non in præcedentibus, vide plene per Barto. in l. ſi quis ex
argentariis, §. ſi initium, ff. de eden. vbi ponit aliquas pulchras quæſtiones
circa hoc. & ſcias, quod in epiſtola non requiritur dies, de hoc eſt pulcher
tex. in l. cum taber. §. idem quæſit, ff. de pig. & ibi Bald. plene examinat, an
in inſtrumento requiratur dies. Et ſi ſtatuto cauetur, quod in inſtrumento
apponatur nomen diei, puta die martis, vel die lunæ, & ſi non fuerit appo-
ſitum, vitietur inſtrumentum, vide Alber. in prima parte ſtatut. q. 155. Et an
in ſcriptura priuata ſit neceſſarius dies, vide eleganter, & multum ſolemni
ter per Bal. poſt Iac. But. in 2. conſtitu. C. §. quibus. 2. col. Adde tu quomodo
ſolemnitates requirantur in inſtrumento, Ang. conſi. 273. Et adde etiam, ꝙ
Bal. conſi. 63. 5. lib. conſuluit, quod valeat ſtatutum Corronen. diſponens ꝙ
inſtrumentum non vitietur, licet non ſit indictio, nec dies, & quod ſoli no-
tario credatur abſque loco, & teſtibus.
f Locus contractus. De hoc, an locus ſit de ſubſtantia inſtrumenti, vide per
Arch. in c. cum redemptor, 12. q. 2. vbi uidetur concludere quod ſic. Et idẽ
dicit glo. 1. in data ſeati. & uide per Bal. in l. contractus, in 4. col. uerſic. mo-
do quæritur, C. de fide inſtrumen. Et quod requiratur locus in inſtrumen-
to, tenet Ang. in d. l. optimam, circa fi. quod in inſtrumento debeat poni lo-
cus loci, tenet Domini. 23. diſ. ca. in nomine domini, in 10. col. Et adde hic
ad materiam Ange. in conſi. 128. ubi dicit, quod ſi in protocollo notarii nõ
eſt indictio, neque locus generalis vrbis, caſtri, uillæ, nec ſignum notarii,
& in eo apparet notarium non eſſe rogatum, nullius eſt momenti, neque
ex eo poteſt leuari publicum inſtrumentum. & uide quod no. Bart. in l. 1. §.
ubi autem, ff. de ui & ui arma. ubi dicit, quod in libello accuſationis non de
bet inſcribi locus loci.
Locus contractus. Hoc intantum procedit, quod non ualeret conſuetudo
in contrarium, ſecundum Rot. deci. 6. in titu de conſuetu. in antiq. Sequitur
Ro. in l. in illa. ff. de uerb. oblig. & And. Sicul. in conſil. 3. colum. 2. uol. 3.
Seb. Sapia.

Digitized by Google

quare. Et an debeat poni locus loci, dic, vt ibi nota. Sexto, menſis, & dies inſtrumēti. Septimo, indictio, & quid ſit indictio, no. in c. inter dilectos, inf. eo. Et quid ſi anni Domini non concordant cum indictione: not. per Io. And. in data lib. 6. & per Bart. in l. ſi librarius, ff. de reg. iur. Octauo, ſeries facti. Nono, teſtes. Et aduerte, quia Spe. ſimpliciter requirit, quod teſtes inſcribantur per notarium; non autem requirit ipſorum teſtiū ſubſcriptionem, vt clarius ponit in d. §. j. alias 2. verſi. poſt locum. vbi ponit practicam inſcribendi teſtes. Sed gl. in d. l. generali, videtur ſubſcriptionem teſtium requirere. Et idem dicit ibi gl. de ſubſcriptione partium contrahentium & notarij. Fateor hoc de notario, vt in Auth. de inſtru. cau. ſed de partibus, & teſtib. licet poſſint ſe ſubſcribere, argu. c. cum inter, de re iudic. non dr̄ hoc neceſſarium in ſcriptura publica, qa nullibi probatur, ſed potius inuenitur contrarium in §. ſed & ſi inſtrumenta, in Auth. præal leg. & ibi glo. & hoc tenet aperte in verſi. adijciatur, in prin. Dicit ī ñ in hoc ſeruandam conſuetudinem, & aperte ſentit Inno. in c. j. de his, quæ ſi a præla. vbi dicit, quod ſubſcriptio proprijs manibus, nunquam eſt neceſſaria, niſi in caſibus à iure expreſſis, & bene facit c. inf. proxi. ibi. Si teſtes inſcripti. & c. & c. cum a nobis, ſup. de teſt. An autem teſtes debeant eſſe rogati. Spec. in d. verſ. poſt locum. dicit, quod non eſt neceſſarium, licet ſoleat dici quod fuerunt rogati, concludens, quod de neceſſitate non requiritur, ꝙ teſtes ſint rogati, niſi in quibuſdam caſibus, de quibus remittit ad titu. de teſte. §. 1. prope. fin. verſi. item quod non fuit rogatus. Idem tenet gl. præalle. in d. Authē. de inſtru. cau. in verſic. adijciatur. Idem glo. in §. de his 3. q. 9. prope fin. quæ not. dicit, quod ſi contractus ſit inſcriptis, teſtes debent eſſe rogati, & ſic debet intelligi authen. rogati, C. de teſti. alias ſecus, niſi in quibuſdam caſibus, de quibus in gl. in §. ſi debitum, ea. cauſa & quæſtio. Intellige contractum fieri in ſcriptis, vt infra ſubijciā.

a Decimo requiritur, ꝙ notarius apponat ſignum a ſuum ſolitū, ſecundum Spec. vbi ſup. & idem glo. in d. § ſed & ſi inſtrumenta, in ver. oportet. dicitur tamen, quod illud ſignum nihil ſigni-

b ficat, b ſed ponitur ad comparationem faciendam, ſ. in caſu dubij, quod no. Et videtur Bar. velle in prima conſtit. fforum, qđ non valet inſtrumentum, niſi habeat ſignum notarij, & vide p Gul. de Cun. in l. comparationes. C. de fide inſtru. Sed Io. And. in addi. Spec. in tit. de inſtru. edi. §. 2. in verſ. in fine autem, tenet quod ſignum notarij non eſt de ſubſtantia inſtrumenti, qa nō reperitur cautum iure; & ſic ponitur de conſuetudine potius, quam iuris diſpoſitione. Item quia omiſſio modicæ ſolēnitatis non vitiat, ff. de vent. inſpi. l. j. § fi. Item, quia Accu. illud omiſit in d. l. generali præal. & ſic tranſi hic D. Ant. Sed non viderūt iſti, iudicio meo, Acc. qui hoc aperte tenet per illū tex. ibi ſupra allegatum, ſ. in §. ſed & ſi inſtrumenta. Vnde ſequor Bart. quod vitietur iſtrumētum; tum quia tex. videtur hoc requirere in d. § ſed & ſi inſtrum cota: tum quia ſubeſt cōſuetudo, ad hoc qđ ſupra dixi de annis Domini; tum, quia hoc ponitur ad facilius veritatem inueniendam, maxime, quando inſtrumentum eſt de facto antiquo. Not. tamen in practica opin. Io. Andr. quia nō eſt modicæ authoritatis. Aduerte tamen, quod id, quod prędixi de ſubſcriptione teſtium, procedit regulariter. Sed fallit in actibus iudicialibus, de quo tamen dic, vt dixi in c. quoniam cōtra, de proba. no. Spec. de inſtru. edi. § reſtat, ver. ſed cum literis. Itē ſecundum Inno. hic, vbi ſubeſſet conſuetudo, argu. c. cum dilectus, infra eo. Tertio, qñ inſtrumentum ſit coram populo in publico parlamento, & nota hoc ſign. quod ponit Specu. in loco proxime alle. & dicit, quod fuit dictum Vber. arg. C. de his qui in eccleſ. ma. l j. C. de teſta. l. omnium, prope prin. & C. de Lati. lib. tol. l. vnica. Vbi autem teſtes debent ſcribi, quot requirātur, dic, ꝙ ad minus duo, ita not. dixit gl. in d. §. ſed ſi inſtrumēta, in verbo, adijciatur. Sed vide pleniorem diſt. quam ponit in auth. eadem, prope fin. in verbo, ſanctum, & omnino vide Bar. & gl. in auth. ſed nouo iure. C. ſi cer. pet. & Ioan. And. in reg. pluralis locutio, de re iud. li. 6. vbi reperies pleniſſimam, & notabilem glo. in materia. Vndecimo requiritur ex parte ſolemnitatis extrinſecæ, ꝙ ſcriptura confecta per notarium; ſit coram partib. lecta, alias non valeret inſtrumentum, ſecundum Ioā. And. in addit. Spec. eo. tit. § oſtenſo, verſi. illud quoq;, C. de fide inſtr. l. contractus. Et ſic recitando hoc dictum, tranſit ſimpliter hic Io. And. Sed tu dic melius, hoc dictum procedere duntaxat in contractibus, qui fiunt in ſcriptis, i. in quib. ſcriptura eſt de ſubſtantia ex contrahentium conuentione, & ſic loquitur d. l. contractus. & hoc ponit Bart. in d. l. contractus, & l. Gallus. §. idē credendum. ff. de liber. & poſthu. Et per illam l. contractus, notabiliter dicit ibi Bar. quod vbicunq; ſcriptura eſt de ſubſtantia, vt in ſententia, appellationibus, & ſimili, poſtquam ſcriptura eſt lecta, nihil poteſt addi, vel minui, nec aliqd valet, niſi tota ſcriptura legatur, quod bene notabis. Secus dic in alijs, quæ redigētur in ſcriptis, non vt ſcriptura ſit de ſubſtātia, ſed potius ad pbationem conſeruandam. Tunc enim non eſt neceſſe, vt legatur coram partibus, quia contractus poteſt ſcribi abbreuiate, vt in c. cum P. tabellio, inf. eo. ſufficit ergo in illis notariū eſſe rogatum. Duodecimo requiritur extrinſece ex parte ſcribētis, ꝙ fuerit conſtitutus tabellio ab habente poteſtatē. Et quis in hoc dicatur habere poteſtatem, notabitur plene. infra eod. c. cum P. tabellio. Et circa hoc dubitatur, quid ſi non cōſtat, illum, qui

eſſe omnia,quæ in Epiſtola continentur.l.ſi filius.ff.ad Macedo. in clem. 1.
de procura.& in l.cum tabernam.& ibi Bar.no.expreſſe in vltimo notabili,
ff.de pignori.Idem do.Bar.in l.quo enim.§.1.ff.rem ratam haberi.Bal. in ru
bri.C.eo.de fide inſtr.in 18.col.ver.quid de literis tranſmiſſis,& in l.ſi lite
ras,ad fin.C.mand.& in l.fi.C.ad Mace.& in l.ſi defunctus,& in l.ſi procu-
ratori,ff.de proc.& in l.ſi abſentis, C.ſi cer.pe.Bal.Raph.Ful.in l.emptor, §.
Lucius,per illum tex.ff.de pact.do.Ale.de Imo.in conſi.inci.in cauſa & lite
vertente inter Bar.in 2.col.Ex hoc habes mirabilem modum extorquendi
confeſſionem,vel conſenſum mediante ſcriptione literarum facta in præ-
ſentia teſtium,qui ſint informa de contentis in literis,vt in ſpecie no. do.
Matt.in no.23.& do.Bar.Vero.in cautel.24.vbi illud ſing.limitat,vt ibi per
eum,contra quam limitationem facit dictus §.Lucius,vt ibi per Bal.& Ful-
go.Secundo limita & intellige,quod epiſtola probat,ſi peruenit ad eũ, cui
mittebatur viuo adhuc mittente,ſecus ſi eſſet mortuus mittens ante, quam
epiſtola perueniret ad illum,ad quem mittebatur.Ita in ſpecie limitat Cu.
in d.l.nuda,in pe.col.in fi.Pro quo ſignificanter facit,quod decidit do.Ant.
de Bu.in c.fi.in 7.col.de confeſ.vbi dicit,quod licet confeſſio extraiudicia
facta abſente parte,fiat per epiſtolam,vel in ſcriptura libri rõnum, præiudi
cat confitenti non ſolum quo ad probandum ſed etiam quo ad obligandũ
l.Publia,§.fi.ff.depoſ.eo,quia talis ſcriptura ſemper loquitur,ut not.in d.l.
nuda.Tñ dicit ſe putare hoc verum viuente eo,qui confitetur,eo ante mor-
tuo ſcriptura eius non loquitur.ideo credit ſcripturam eum non obligare,
vel hæredem per no.in c.cum dilectus,de ſuc.ab inte.Et facit optime quod
decidit ſin.Ion.in illo c.cum dilectus,circa me. quod confeſſio extraiudicia-
lis præiudicat confitenti eo viuo,ſed eo mortuo,quia non põt dare intelle-
ctum ſuæ confeſſioni,arg.c.cum dilectus,de accu.non præiudicat , & hoc
ſequitur ibi D.Ant.in vlt.col.Ang.in l.1.ex came.ff.de confeſſ.Quid aũt de
literis commendatitijs,an obligent ſcribentem?vide Io.de Imo.in c.frater
nitati,de cle.non reſi.Bal.in l.ſi literas,C.mandati.& in l.inſtitor,ff.de inſti.
Gl.in verſi.Diœceſanis,in clem.1.de iure patro.Et ad materiam epiſtolæ vi
de quæ no.Bal.in procu.ſſorum,in vlt.col.& do.Iaſ.de May. in ſua notabili
repe.l.admonendi,in 300.col.cum ſeq.& ſeq.
Adde,quando epiſtola probet,Raph.Comen.conſil.76.& uide quæ poſui
poſt nouiſſ.in l.admonendi,in apoſt.ad Bar.in impreſſis de Tortis.Ale.cõſ.
70.1.lib.do.de Ro.deci.43.in antiquis de prob.

tur per ſolam comparationem literarum, ſi negantur. Et hanc
a opin.Bar.ſequit ſimpliciter do. Ant.hic.Sed a certe ſi bene pon deretur text. Auth.de inſtru.cau. non patitur hanc reſtrictionē Bar.loquitur.n.indiſtincte,& maxime in princ.vbi facit mētionem in genere de leg.permittentibus comparationem, & poſt modum ſubijcit rationem generalem cuilibet ſcripturæ conformem,dicens, ꝙ occaſione legis permittentis comparationem ſine augmento teſtium, homines multum adulterabantur documenta, adeo ꝙ ſemetipſos ad immutationem literarum exercebant.ideo volens prouidere ſubiectis,& obuiare falſitatib.ſtatuit,vt ſola comparatio non ſufficiat, maxime, qa eſt ꝓbatio fallax pp ſimilitudinem literarum. Vnde nullam rationem ſpecialē induxit magis in apocha, quam in alijs, cum facilius poſſit quis falſificare epiſtolam, quæ ſcribitur ad abſentē, ꝙ apochā,quę fit inter pſentes.Verū,ex quo tex.correctiuus loqtur indiſtincte, & rō ſua eſt vniformis dēt vniformiter intelligi. 31.q.1. qđ ſi dormierit,& in c.maiores, de bap. Nec ob. ſi dicat, qđ tex.in §.ſi quis igitur,in ver.ſi tamen quiſquam, videatur loqui de apoca,ſeu contrahente conſultiue;quia dico,ꝙ facit mētionem de contrahente conſultiue.Non enim potuit ſic cōſulere ei,cui epiſtola dirigitur, cum non ſit in ſua poteſtate propter abſentiam.Item inquantum loquitur de contrahentibus, pōt intelligi ēt de libro rōnum,quia quandoque contractus redigitur in libro rationum,ff. de eden.l. quædam. §. nummularios. Inſuper eſt aduertendum pro opin.prædicta, ꝙ text. in d. Auth.in correctione,non fundat ſe ſuper negligentia partis in non exhibendo teſtes,ſed potius ſuper malitia hominum, qui ſunt proni ad falſitatem,& quia illa probatio eſt fallax. Et poſtquam hanc opi. tenui,reperi Bar.in Auth.at ſi contractus, qui videtur hoc idem velle in epiſtola. Dicit enim ꝙ ſi negatur,debet probari,ſicut apocha,& ſolum videtur perſiſtere in libro rationum, vt ſufficiat ſola comparatio. æquitatem habet hoc dictum,licet iure non probetur. Debuit enim eſſe cautus a principio,quando contraxit cum illo,& ſibi prouidere iuxta conſilium illius Auth.& non ſe exponere fortunæ. Et ſic ceſſat ratio Bart. ꝙ non eſt quid ſibi imputetur,quia imo eſt; non dico tpe
b ſcripturæ libri,ſed tempore,quo ꝯxit,& hæc bene notabis,quia
9 non diſcuſſa per alios.† Venio ad tertiam ſpeciem, [b] ſcilicet li-
c brum e rōnum,in quo facit tria membra. Aut quæritur, nunquid probet ꝓ ſcribente,aut ꝯ ſcribentem, aut ꝯ tertium. Primo caſu dic,quod in dependentibus a volūtate ſua, probat ſm omnes,vt in l.Neſennius,ff.de neg.geſt.facit c. fin.de ſucceſ. ab inteſta.Aut ſumus in alijs,& reperio tres opin.Vna quod nihil probat.Idem no.gl.hic in fi.& in clem.1. de vſur. l.exemplo.C. de ꝓba.Hoc voluit Bar.in l.nuda.ff.de dona. Idem clarius dixit in l.admonendi,vbi clare dicit,quod nihil probat ſed notanter limitat,niſi ſit ſcriptura alicuius defuncti,q fuit bonus homo, tunc facit aliquam præſumptionem,ita vt cum alijs adminiculis ꝓbet.Adducit l.rōnes.C.de ꝓba.in co ꝙ dicit ſolas rōnes nō probare,q.d. ꝙ per ſe non plene ꝓbent,ſecus cum alijs, facit l.q cum maior.§.pe.ff de bo.lib. Secunda fuit opin. quorundam,vt recitat Io.An poſt Nico.Ma.in addi. prædicta, ꝙ ſcripturæ etiā mercatorū,ēt ꝓ ſe ſemiplene credit,vt ſit locus iuri in ſupplementū ꝓbōnis. Quæ quidem opi.cōmuniter non placet Doct. nec Cy.i l.inſtrā,C.de ꝓba.Nō.n.pōt plus operari ſcriptura vniꝰ hoīs,ꝙ ipſius viua vox.ſed vox viua nōt pōt īducere ſemipleuā ꝓbōnē,cū nō admittat in teſtimoniū ꝓ ſe,vt 25.q.2.in prin.9. q. 3.c.nullus idoneus,&c.Itē abſurdū vr̄,vt det ſibi iuſm, cū tunc tota ꝓbatio depēderet ab authoritate ſua, & ſic idē bis ꝯputaretur,& faceret maiorē fidē in facto ꝓprio,ꝙ in facto alieno. Tertia eſt opi.ꝓdicti Nic.q dixit,ꝙ cū alijs adminiculis ꝓbat ꝓ ſcribēte,ꝑ l.inſtrā,ꝑ alle.Illa tñ lex poſſet intelligi alio modo, vt ibi no.Dy.ſ.qñ inducit inſtrm domeſticū ꝯ ſcribētē.Tene opi.Bar. ꝙ vr̄ hic ſequi D.An.nec eſſet malū dicere, ꝙ ēt pro viuente faciat qualemqualē fidē,ſm qualitatē ſcribentis,& cāæ, quia non eſt veriſimile,ꝙ bonus mercator debeat ſuū librum falſificare, maxime ꝓ modica quātitate.arg.c.ad audientiā,de præſe. & ī l. rōnes,de ſi.inſtru. quę licet loquat in libro defuncti, tñ eadē rō
10 eſt in viuēte rōne ꝓdicta.†Scđo caſu, nunquid faciat fidē ꝯ ſcribētem? Bar.in d l.admonēdi,ſimpliciter dicit, ꝙ ſic,ꝑ l. quædā. §.nummularios.ff.de eden. & ſimpliciter ipſum ſecutus eſt do. An.hic.Sed idē Bar.latius hoc aſſumpſit examinādū in d.l. nuda. Nam vr̄ huic dicto obſtat l.certū.§ ſi qs abſente,ff. de ꝯfeſſ. cū ibi no.Nō.n.valet ꝯfeſſio ēt viua voce abſente parte facta,licet ꝑ notariū ſit redacta in actis cāæ,ergo fortius nō dēt valere, qñ in ſtatione ſua in abſentia partis quis ſcribit librū rōnis. Sol. Bar.ꝙ in ꝯtrio fuit ſimpliciter ꝯfeſſio, licet eſſet redacta in ſcriptis ꝑ aliū,vt ꝑ notariū cāæ.Sed in caſu nrō fuit ſcriptura,ꝙ ſemper loqt;iō nūc,cū ꝑuenit ad te,tibi loqtur,ſicut in epiſtola,quā tibi mitto. Et de epiſtola,ꝙ faciat fidē,ꝓbat in d.l.Publia.ī fi. & ex hoc dat vnam reſtrictionem, dicit.n.ſe putare, ꝙ ſi in libro rationum quis fecit ſcribi per alium,hoc non probat ꝯ ſe,ſi fuit hoc actum abſente parte,ſicut in confeſſione in iudicio facta parte abſente,& in ſcriptis redacta,d.§.ſi quis abſente,quod dicit notandum.Sed Bal.quem ſequitur do.Ang.de Peru. impugnat hoc dictum,ſ.primum,dicēs, ꝙ aliud in epiſtola, quæ mittitur ad abſentem quia,ſic mittendo, voluit in partis præſentia confiteri,vt d.l.Publia.Sed liber conficitur in abſentia ad inſtructionem ſcribentis,nec habuit animum confitendi in partis pſentia:ideo illa cōfeſſio non deberet valere Ioā.Andr.poſt Nic. Ma.ſequitur primum dictum,vt faciat fidem ꝯ ſcribentem,alle.l.de ætate,§.1.ff.de interro.act.quæ tñ non multum facit: qa
d loquitur in confeſſione facta n partis pñtia.ſed ego, [d] cui placet

ADDITIONES.

a Sed. Et hanc opin.contra Barto.tenent etiam Bald.in fi.in 14. colum. in 5.q. & idem Sal.C.de edi.di.Adr.toll.Ange.in d.l.comparationes,& eſt de mente Iac.de Bel.in §.fin.in Authen.de inſtrumen.cau. & iſta opi. etiam magis places domino meo,dom. Iaſ.in d.l.admonendi,in 99. colum. quantum ad comparationem literarum idem ſit in epiſtola, quod in apocha. vt nec ibi comparatio literarum plenem fidem faciat, & ſic in vtroque ſit correcta dicta l.comparationes. Et ad iſtam materiam epiſtolæ, quam fidem faciat, vide quod pulchre ſignanter decidit Specul. in titul. de obliga. & ſolut. § prænotandum, in verſiculo pone mercator, & per Bald. in rubrica. C. de conſtitu.pecca.in 3.col.verſiculo modo quæro circa literis mercatorum.

b Ad tertiam ſpeciem.Vide Bal.in l.comparationes,C.de ſi.inſtru.Ange. in l.1. §.cum editiones,ff.de eden.Et an valeat conſuetudo,quod libris,mercatorum credatur,vide Are.in conſi.45.incip.viſis, vbi præſupponit valere, ſed vide Bar.Vero.in conſi.40.incip.Lucius,in 6.dub.vbi dicit,quod non ualet talis conſuetudo,quod omni ſcripturæ mercatorum credatur, quia eſſet indiſcreta, & tenderet ad falſum committendum, quod etiam tenet Bald.in conſ.349.inci.ſi hoc quæritur,in 5.parte.And.Sicu.in ru.ſup.de conſue.col. pe.Alex.in conſ.3.inc.cauſa & lite,col.2.in 2.vol.Iaſ.in l.de quib.col. 17.ff. de leg. Seb.Sapia.

c Scilicet librum. Vtrum libris rationum ſit adhibenda fides, & de hoc vide per Imol.in clemen.prima in 10.column. de vſur.Et de hoc an credatur libris rationum,vide per Bald.& Sal.in l.1. C. de edend.per Bald. in l.rationes,C.de proba.& in rub.C.de fide inſtrumen.in 18.colum. verſicu. ſequitur videre, de ſcripturis quorundam officialium.& vide Roma.in l.nuda ratio,ff.de donatio.poſt Barto Et adde inquātum, dicit,quod liber defuncti, qui fuit bonus homo,facit aliqualem præſumptionem pro hærede,& idem tenet domi. Anto. hic, in 5. colum.& in capitu.fina.infra de iureiurando. Idem tenet Bald.poſt Nic.de Mat. in l.rationes, C. de proba. & facit quod dicit Bald.in l.comparationes, in penul. colum. in princip. C.de ſi.inſtrumen. intellige & limita, vt procedat in libro rationum defuncti habente formam debitam rationis, & ſic continente data & recepta, ſecus ſi eſſet ſimplex ſcriptura vnius debiti tantum,quia nihil probaret. Ita nota. limitat Bald.poſt Nic.in d.l.rationes.ſequitur Pau.de Caſt.in d.l.admonendi,in penu.colum & do.Alex.hic in duobus locis.ſ.2a.col.& in 19. Et circa iſtum primum caſum,vide omnino per d.Iaſ.de May.in ſua no.repe.l. admonendi,ff.de iureiu.facientem regulam negatiuam cum ſex fallentijs, in 2. col. cum 8.col.ſeq.

Adde,an liberis rationum ſit danda fides,eundem Abba.conſilio 51. 2. libr. & 93.libro 2 Rom.conſilio 356. & vide quod ibi vult Paulus de Caſt. conſilio 161.Alexand.conſi.53.2. lib.Et quid de libris officialium, vide Alex. conſi.81.2.libro.

d Sed ego plus.Imo plus dico, quod ſi mercator negaret ſcripturam, quæ reperitur in libro rationum ſuarum ſua manu,vel ſua voluntate ſcriptam, nihilominus plene probat contra eum, ſecundum Nic. de Mat. quem refert & ſequ. Ioan. An.in d. §.nunc dicendum, in add.magna, poſita ſuper verſicu. priuatorum,in 5.colum. de inſtrumen. edi. Ita expreſſe tenet Bald.ſed Ioan.Andr.non alleg.in rubri.C.de ſi.inſtrum. in 13.colum.verſicu. ſed hic quæro plene,quod in lib.mercato.Lud.Rom.in d.l.nuda,in penulti.colum. ff.de do.limitat, niſi pars tali lib. rationum primo expreſſe contradixiſſet, quia ſi poſtea in ſui fauorem velit ſtari tali libro contra ſcribentem,non eſt audiendus,vt in reg.ex eo,in 6.Ita ſpecifice,& bene limitat Lud. Rom.in d.l.nuda, in 3.colum. facit optime quod in ſimili dicimus in materia poſitionum,nam ex poſitione,quam quis ſemel negauit,fundare ſe non poteſt, vt no.Dom.in capitu.1.de confeſ.in 6.Ange.& idem Lud.Rom.plene, in l. 1.§.ſi quis ſimpliciter,ff.de verbo.obliga.Confirmat etiam D.meus Do. Iaſ. in d.l.admonendi, per aliud bonum ſimile, quid ſi quis negat acta cauſæ? non poteſt poſtea ex illis ſe iuuare, ſecundum Bald. ſing. l.1.ad fina.C.de confeſſ.ſicut in ſimili,ſi reus negat contenta in libello eſſe vera, non poteſt poſtea ex illis ſe iuuare,ſecundum Bald.in l.cum præcum, & ibi no. Sal.C. de libe.cau.Barto.in l.generaliter,§.nihil,ff.de ac qui.poſ.in 6.colum. Confirmat etiam ex eo,quod ſing.no.Bald.in l.3.in 2.no.per illum tex.C.de repud.hæred.ubi no.quod qui non acceptat expreſſe verba aduerſarij, etiam ſi diſſimulet, non poteſt ſe ex illis iuuare, quanto minus in propoſito noſtro, poteſt ſe iuuare, ſi expreſſe contradicit? Ad quod vltimum dicit eſſe videnda nota. per Cyn. in l.1.in 6.q.& ibi per Salic. in l. generaliter, C.de non nu.pec.& in l.iubemus,C.de lib. cau. Floria. de S. Petro, in l. fina. ff.de interrog.actio.Secundo limita dictum Barto. & Panorm. hic in hoc ſecundo caſu, vt procedat in libro rationum, in quo cōtinue ſcribuntur per mercatores data & recepta, iuxta l.ſi quis ex argentarijs, §. rationem, ff.de ede. ſecus ſi ſit ſcriptum in aliquo memoriali,vel in aliqua ſchedula, quia dato quod illa reperiatur in libro mercatorum,tamen non probant contra mercatorem,ita Bald.in d.rub.in 12.col.in verſi.item dubitatur, vtrum illa ſcriptura.Idem in rub.C.de conſti.pecu.ſequitur expreſſe Lud.Rom.in d.l.nuda,in 3.col.imo fortius ſubiungit Bal.in d.rub.C.de ſi.inſtru. quod etiam ſi reperiatur ſcriptum in lib.mercatorum,ſed non ſit ſcriptum in forma rationis,quia forma rationis eſt,quod contineat data & recepta.Nam ſi contineret vnum actum tantum,puta vt quod vulgo dicimus vnam poſtam, ſi eſſet ſcripta abſente parte, non probaret contra ſcribentem, & ita tenet etiam Bal.in l.rationes,in 1.col.ad ſi.C.de probatio.& ſequitur in ſimili Pau. & d. Alexan.in d.l.admonendi,& domi.Iaſ.in 71.col.qui dicit,quod eſt diligenter notandum.

Adde,an libris mercatorum credatur,Franc. Are.conſi. 44. & ſi ſtatutum diſponat quod credatur,an debeat intelligi etiam de his, quæ non pertinent ad mercantiam,per eundem conſi.33.

Digitized by Google

net illud dictum, allego tex. no. in cle. vnica, de vſur. iuncta glo.
no. in ver. rationum. Nam liber ibi producitur, vt fidem faciat
ꝯ ſcribentem, nec eſt ſpeciale in hoc contra vſurariũ, quia etiam
confeſſio viua, ſibi non præiudicat, ſi in abſentia partis confeſ-
ſus fuerit, vt no. in c. 2. de uſur. lib. 6. Nec fecit ſibi librum rõne
officij, quia tunc de iure etiam fuiſſet compulſus. vt d. l. quædã,
ff. de eden. & dixi in c. 1. de proba. ſed fecit ad ſuam inſtructio-
nem, & nihilominus probat contra eum. Solum enim induxit
ſpecialitas, vt compellatur edere proprias rationes, vbi alias nõ
cõpelleretur, vt in c. 1. de prob. cum ibi no. Nec debemus dice-
re, ꝙ ſit alia ſpecialitas, ſ. reſpectu probationis ꝯ vſurarium, tum
quia duæ ſpecialitates non debent concurrere circam idem l. j.
C. de do. promiſ. tum quia hoc nõ colligitur ex illo tex. & aper-
te ſentit hoc ibi glo. & facit gl. in l. inter chartulas, C. de conue.
fiſci debi. lib. 10. Sed nunc vltra alios moueo tibi dubium. pone,
ꝙ liber rõnis aliquid contineat pro ſcribente, aliquid contra, &
a ſic factum concernens eandem perſonam, a nunquid poſſit il
la perſona approbare librum, quatenus facit pro ſe, & nolle ſta
re, quatenus facit cõtra ſe? Pone. n. in facto, ꝙ mercator ſcripſit
in libro ſuo, ꝙ Titius depoſuit penes ſe centum; poſtea ſcripſit,
ꝙ ex illis reſtituit ſibi quinquaginta, vel quid ſimile. Dico, ꝙ po
teſt approbare pro ſe, & nolle ſtare, quatenus facit ꝯ ſe, de quo
vr̃ tex. ſecundum communem lecturã; quam etiam ſequitur
Bar. in l. Publia. § ſi ff. depoſi. & licet loquatur in epiſtola, tamẽ
eadem ratio eſt in lib. Idem Bar. in alia ſcriptura, in l. Aurelius,
§. idem quæſiit, ff. de liber. leg. & per Cyn. in l. 1. C. de confeſſ.
Non tamen pro ſe, ſicut dicimus in confeſſione viua voce ema
nante in diuerſis orationibus. Pro hoc facit, quia licet poſſit qs
teſtificari contra ſe, non tamen pro ſe 14. q. j. in princi. & hoc te-
ne, licet domi. Card. aliud ſenſerit in cap. bonæ, il 2. de poſtula.
prælat. per c. cum olim, de cenſib. Sed iſtud poteſt intelligi in
11 inſtrumento publico, & dic vt ibi no. per Innoc. † Tertio caſu
principali, nunquid faciat fidem liber rationis contra tertium?
Dicit Bartol. in d. l. nuda, quod aut liber fuit confectus authori-
b tate publici b officij, ſicut olim faciebant nũmularij, & facit fi-
dem, vt d. l. quædam. §. nũmularios, ff. de eden. facit. ff. de admi-
niſt. tuto. l. Lucius. § tutelæ. Si vero non eſt confectum ratione
publici officij; & tunc non facit plenam fidem, vt nota. in d. §.
nummularios, ſupple niſi hoc habeat conſuetudo. pro hoc c.
cum dilectus, inf. eod. Dicit tamen, quòd cum hodie campſo-
res & mercatores, qui iurant in arte ſua, ſuccedant in locum il
lorum, qui erant officiales publici. licet non habeant hodie of-
ficium publicum, dicendum eſt, vt eorum libris ſit credendũ,
quoad ſemiplenam probationem, ſi ſint homines probati, &
bonæ fidei, & famæ, per not. in d. § nummularios, & ſic poteſt
intelligi ſecundum alium intellectum glo. in d. l. admonendi,
& in d. l. in bonæ fidei, quæ dicũt, ꝙ priuata ſcriptura facit ſemi
plenam probationem. Et notabis ſing. hunc intellectum ad il-
las glo. nam ſupra dedi alios intellectus. Et hanc opi. approbat
c idem Bar. in d. l. admonendi, c maxime cum hoc habeat cõſue
tudo, quæ in talibus multum eſt attendenda, vt no. Innoc. in c.
ſup. proxi. probatur in d. c. cum dilectus. Et aduerte, quia Bart.
loquitur de his mercatorib. qui ſunt approbati in eorum arte;
ſecus videtur, vbi quis propria authoritate aſſumit ſibi artem:
tunc enim non debet facere ſemiplenam in præiudicium alte
12 rius, cum ſit omnino priuata perſona. † Sed quæro, an iſte liber
d debeat habere diem & Conſulem. Vide Io. And d in addi. præ
dicta, vbi poſt Nic. dicit, ꝙ quatenus producitur ꝯ ſcribentem,
non eſt neceſſe, ꝙ habeat dictas ſolẽnitates, vel ſimiles; ſed qua
tenus præiudicat alteri, debet habere ſuas ſolẽnitates, quia ęqui
paratur ſcripturis argentariorum vt ſup. dixi. Item debet conti
e nere ex qua cauſa e recipit, vel expendit, & ſimilia; non tñ requi
ritur, ꝙ habeat teſtes inſcriptos, ſicut nec illi argentarij ad hoc
f arctabantur. Item dicit, quod iſti poſſunt p alios f libros ſcribe-
re, ſicut hodie communis vſus habet; & ipſi videntur ſcribere,
quorum nomine ſcribitur, ff. de reg. iur. l. qui per alium ff. de ad
miniſt. tut. l. ita. §. geſſiſſe. Et idem in tutoribus & curatoribus,
13 quod no. † Poſtremo in hac materia quæro, qualis debeat eſſe
ſcriptura, ex qua fit comparatio? Solu. habemus quoad propo-
ſitum duplicem ſcripturam. Vnam, ad quam probandam fit
comparatio, de hac qualis debeat eſſe, & qualiter probetur, ſa-
tis plene. ſup. dictum fuit. Alia eſt, ex qua fit comparatio. i. quæ
producitur ad comparationem faciendam cum illa, quæ nega
tur, & iſta debet habere vnam ex quinq; qualitatibus, quæ enu-
merantur, in l. comparationes, iuncta Auth. ad hæc. C. eod. vt
ſit ſcriptura publica, vel facta in iudicio, vel chirographum pri
uatum cum ſubſcriptione trium teſtium, vt prius ſibi fides
imponatur, vel producta ex archiuo publico, vel aduerſariuſ-
met, tanquã propria, ea vtatur in iudicio. Ex alia vero ſcriptu-
ra non poteſt fieri comparatio, ſecundum gl. & Bar. in d. Auth.
ad hæc, & in Auth. ſi contractus. Et hoc facit ad notabilem qõ-
g nem, nunquid deficiente ſcriptura g qualificata modo prædi-
cto, poſſit iudex negantem compellere ad ſcribendũ de nouo,
vt ſic, poſſit fieri comparatio? Bar. in d. Auth. at ſi contractus, te
net, ꝙ non, per tex. in d. l. comparationes iuncta gl. in ver. licet
in ſemetipſum, & gl. in d. Auth. ad hæc, vbi vr̃ innui, ꝙ extra ca-
ſus prædictos non fit comparatio, ẽt ſi pars confiteatur ſuã eſſe
ſcripturam. Do. Car. dicit, ꝙ vtrunq; dictum eſt cõtra tex. illius
Auth. de inſtru. cau § ſi quis igitur. Nam qñ pars confitetur ſuã
eſſe ſcripturam, illa habet vim publicæ, quantum ad compara-
tionem fiendam, & in præiudicium ſcribentis; & ꝙ poſſit com
pelli ad ſcribendum, eſt tenendum ſecundum eum, ad facilio-
rem expeditionem iudiciorum, ſicut interrogat partes in qua-
cunq; parte iudicij, vt in c. cum Ioannes, inf. eod. & l. vbicunq;
ff. de interroga. actio. Ego idem puto, latius tñ materiam expli-
cando, quam ipſe faciat. Nam fateor, ꝙ ex leg. C. ſ. l. comparatio
nes. C. de fi. inſtru. non fiebat comparatio ex ſcriptura priuata,
niſi haberet ſubſcriptionem trium teſtium; ſed poſtea ſuperue
nit Auth. de his, qui ingre. ad appella. § illud. quæ diſponit, ꝙ ſi
pars vtitur ſua ſcriptura, vt propria, poteſt ex illa fieri compara-
tio; & ſic tacite innuit, ꝙ vbicunq; certum eſt ſcripturam eſſe ꝓ
priam, poteſt ex illa fieri comparatio. Hinc poſtea ſuperuenit
Auth. de inſtru. cau. vbi narratur, ꝙ quidam, exorta dubitatio-
ne, fuit compulſus ad ſcribendum, vt ſic poſſet deueniri ad cõ-
parationem, quaſi innuit dubitatum eſſe, quem poſſe compel
li ad ſcribẽdum. Item adduco duas alias rõnes extrinſecas. Pri-
ma, ꝙ lex non debet eſſe impoſita verbis, ſed rebus, in c. cõmiſ
ſa, de elec. lib. 6. Ad quid ergo exigi debet ſubſcriptio teſtiũ, vel
ꝙ pars vtatur in iudicio, ex quo certũ eſt, ꝙ ipſe illam ſcripturã
fecit? Iſtæ. n. ſolemnitates requiruntur, vt liqueat illã ſcripturã
eſſe propriã; q̃ ceſſare debẽt, ex quo clarius liquet eam eſſe pro
priam, vt quia confitetur, vel ſcribit in præſentia iudicis, de ap-
pell. c. cum ceſſante. Et fruſtra fit per plura, quod expediri po-
teſt per pauciora. Non enim debet ius vti ſuperfluis remedijs,
l. hæc

ADDITIONES.

a Eandem perſonam. Vide Rapha. Cum. in conſ. 136. incip. viſis inſtrumentis, col. 2. vbi vult quod ita demum liber rationum probet contra ſcribentem, dummodo etiã fides adhibeatur verſa vice his, quæ ſunt pro ſcribente. con trarium conſuluit. Ro. in conſ. 346. incip. in hac cauſa. ſed Math. in no. 28. in cip. no. mirabilem doctrinam, diſtinguit vt ibi per eum. vide etiam Alex. in conſ. 182. inci. lectis, in 3. col. & in 2. vol. vide etiam Ful. conſ. 135. vbi ponit, an probet pro ſcribente, qñ ſcripſit in lib. alterius? Et Pau. de Caſt. in conſi. 385. inci. in cauſa arbitrali. ſecundum antiquam impreſſionem. Seb. Sap.

b Publici. An hodie adhibeatur fides libris campſorum, vide quod ſuper hoc ſcribit Bal. in rub. C. de fi. inſtru. in 14. col. & de libris mercatorum, vide per Bal. in ſuo tract. conſtit. in 3. col. & vide do. Ant. in c. ſi cautio, in 4. col. verſ. ex his decidit. inf. eo. & vide quæ latiſſime ſcribit Bal. in c. fi. in pen. & vlti. col. de confeſ. adde, ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ adhibeatur fides libris mercato-rum, intelligitur de ſpectantibus ad ſuam mercantiam, ſecundum Bal. in l. fi. C. ad Mace. pro quo facit tex. in l. 3. §. eo modo. ff. nau. cau. ſta. & in l. ſi q. ſ ex argentarijs. §. rationem. ff. de eden. item de q. hic poſita per dom. Ant. in terminis, vide latiſſime per Ro. poſt Car. in l. nuda, ff. de dona. in 3. col. verſ. 7. inquantum, & Bar. in l. quædam. §. nummularios, hic alleg. vbi etiam po-nit, an adhibeatur hodie fides libris gabellariorum. Et vide Bal. in l. cunctos populos, in lec. in pe. char. ver. vlt. quæritur. C. de ſum. tri. vbi dicit quod va let ſtatutum, ꝙ credatur ſcripturæ campſorum vel mercatorum, tanquam inſtrumento publico.

Adde Io. de Ana. conſ. 14.

c L. admonendi. Idem tenet do. Ant. in c. fi. inf. de iureiur. Idem tenet Ia. But. & Nico. ut refert Bald. in d. §. nummularios, niſi ſcribens eſſet perſona ſu-ſpecta. Idem ibi ſequuntur Mod. Pau. de Caſt. & Alex. pro iſta opi. bene fa-cit, quod dicit Bal. in rub. C. de conſti. pec. in pe. col. vbi dicit, ꝙ mercatores hodiernis tpis quamuis non habeant publicum officium, prout olim habe-bant argentarij, gerunt tñ quaſi publicum officium. Et idem Bal. in rub. C. de fi. inſtr. in 16. col. dicit, quod mercatores & campſores hodiernis tempo-ris, habent magnam ſimilitudinem cum illis nummularijs antiqui tempo-ris. Et idem Bal. in d. l. inſtrumenta, & Sal. in l. 1. in ult. colũ. circa medium, C. de eden. Sed Imo. in l. nuda ratio, ff. de don. in vlt. col. circa med. repro-bat iſtã opi. prout optime refert do. meus do. Iaſ. in d. repe. l. admonendi, in 95. col. cum ſeq. Et communis opi. eſt quod, liber rationum mercatoris, vel campſoris iurati, vel matriculati, ſemiplenam probationem facit pro tertio contra alium, ſecus ſi non iuratus. Limita tamen niſi perſona mercatoris eſ ſet infamis, vel aliter ſuſpecta. Secundo, quando eſſet liber continens for-mam rationis, & ſic recepta & data, ſecus ſi vnam poſtam tãtum. Tertio in ſpectantibus ad eius exercitium, & non aliter.

d Io. And. Idem tenet D. Ant. hic in 1. col.

e Ex qua cauſa, ꝙ liber rationum debeat continere cauſam debiti, ad hoc, vt probet contra ſcribentem, vide omnino Bar. in d. l. nuda, in 1. col. in fi. & ſe. & ibi Lud. Ro. in 1. col. tribus modis pulchre limitantem Spec. in tit. de con feſ. §. nunc videndum, in ver. ſed quæ eſt ratio, & verſ. ſeq. Bar. & Bald. in l. ſcripturas. C. qui po. in pig. habe. Bal. in l. inſtrumenta, C. de probatio. tex. & Doc. in c. ſi cautio, hoc eod tit. tex. in l. non ſolum, §. an debitor, & ibi Bart. ff. de pecu. & Ang. de Are in §. actiones autẽ de pecu. in 2. col ultra mediũ, in ver. ſ pretermitto, Inſt. de actionib. Bal. in rub. C. de fi. inſtru. in 13. col. verſi. ſed quæro, ſi in libro mercatorum, & c. Subdit tamen ibi no. Bal. ꝙ iſto caſu ſufficeret coiecturalis probatio cauſæ propter ſcripturam libri rationum, vbi alias oportet probari de vera cauſa.

f Per alios. No. ꝙ non refert, an liber rationum ſit ſcriptus manu propria, an per ſuos factores, vel alium, vt plene probet contra ſcribentem. Et idem te net do. Anto. hic in 5. col. & idem no. Bal. in rub. C. de fi. inſtr. in 72. col. ver. ſed hæc quæſtio, pone ꝙ in ſumerca.

g Deficiente ſcriptura. Vide Bar. in auth. ſi quis vult, ad finem, C. qui potio. in pigno. habea. & in d. l. comparationes, colum. 4. C. de fide inſtrumen. Seba-ſtia. Sapia.

Digitized by Google

l. hæc ſtipulatio, §. diuus, ff. vt leg. no. c. & in c. ſicut, de probatio. & quod ibi dixi. Secunda ratio magis vrgens; video n. quod iudex compellit partem ad reſpondendum poſitionib. alterius partis, ad releuandū illam ab onere probādi, in c. 2. de teſtib. lib. 6. & cle. ſæpe, de verb. ſign. cum ſimilib. ergo fortius debet poſſe cogere ad ſcribendum, vt fiat comparatio. Et dicit hic D. Car. quod ipſe Bart. mutauit in hoc opi. ſuam, vt reperit in quibuſdam ſcriptis ſuis, & certe ſi non mutauit, debuit mutaſſe per prędicta, quod notabis. Et ex prædictis potes colligere multas ſpecies ſcripturę authenticæ.

14 † Nunc venio ad ſecundum principale dictū hu
a ius cap. videlicet ad materiam ſigilli, a ex qua reſultabunt ſpēs aliquæ ſcripturæ authenticæ, & omittam hic, quæ notauit Inn. ſup. c. proxim. & ſic an & quando credatur ſigillis prælatorum, quia plene dixi in c. poſt ceſſionem, ſup. de probat. Sed reliquā materiam ſigilli hic tactam per eum, breuiſſime concludā per quinque quæſtiones. Prima ſit, quale debeat eſſe ſigillum, vt fidem faciat. Secunda an ſufficiat ſigillum eſſe chartæ impreſſū, an vero requiratur, quod ſigillaris exprimat ſuum ſigillū appoſuiſſe. Tertia, an poſſit qs ſignare alieno ſigillo, ſeu annulo. Quarta, an Epiſcopus poſſit alicui perſonæ ſigillum ſuum committere, vt vice ſua ſigillet. Quinta & vltima, an ſigillum appoſitū ſchedulæ, ſeu chartæ vacuæ, data cō miſſario poteſtate poſtea ſcribendi, faciat fidem reſpectu ſcripturæ poſtmodum factæ. Quoad primam concludit poſt Inno. quod ſigillum debet habere certos characteres, vt ſic poſſit cognoſci, vel certas literas legibiles, cum aliter non probet, ut in c. inter dilectos, inf. eo. cum alia vero re, puta corrigia, quæ non ſit diſpoſita ad ſignandum, vel ſigillandum, ſigillari non poteſt. Ad hæc l. ad teſtium. §. ſignum, ff. de teſt. c. ſignificauit. inf. de ap. lieri dēt eſſe authenticum, puta Epī, vel alterius magni viri, & hoc qū præſtat authoritatem ſcripturæ principaliter, puta quia ſigillat in facto ſuo, & ita loquitur hic. Si vero nō præſtat authoritatē principaliter, ſed ſecundario; quia ſigillat ut teſtis, tunc ſufficit ſigillum ſuū priuatum apponere, dummodo ſit certum, modo prædicto. d. l. ad teſtium. §. pen. & ff. quemad. teſt. aperi l. 2. cum ibi notatis. Idem eſt, ſi ꝯhens obligat ſe ſigillo proprio, licet priuato. ff. depoſi. l. publia. & l. 2. C. de reb. alie. non alie. & ſup. dixi. Et quod dictum eſt de ſigillo, idem eſt in annulo, dūmodo ſit ſculptus ad modum ſigilli mō prædicto. Nam non eſt fienda vis in nominib. arg. ff. de procur. l. petitio. Nam ſecū dum Inn. quod nos vocamus ſigillum, ius ciuile appellat annulū, & hodie multi tales annuli reperiuntur & vide bo. tex in c. in noīe patris. 72. diſt.

15 † Ad ſecūdam qōnem, an ſufficiat ſigillum eſſe chartæ impreſſum? Inno. ponit duas opiniones. Prima, vt non ſufficiat, niſi is qui appoſuit, dicat ſe appoſuiſſe, arg. ff. de teſti. l. pen. & C. de reſta. l. ſi vnus, & l. hac conſultiſſima. Secūda opi. cui vr̄ ipſe Inn. inhærere, eſt, vt ſufficiat, ſi in charta ꝯhentium, & loquentium contentorum, ſigilla apponantur, ēt ſi non exprimant, quod ſigilla ſua appoſuerunt. C. arbi. tute. l. fi. & inf. eod. c. inter dilectos. Hoc tamen limita verum, ſi talia ſunt ſigilla, quibus credendū eſt, vt ſigilla Epōrum, & inferiorum prælatorum, ſaltem in his, quæ ſpectant ad iuriſdictionem ſuam, reſpectu iſtorum inferiorum. Credo, quod Inn. non loquatur perfecte. vnde diſtinguo ſic; quod aut ſigilla inſerta ſunt ipſorum, quorum nomine ſūt inſtrā, & procedit hęc ſecunda opi. Nam præſumuntur appoſita ad ꝓbendam fidem ſcripturæ, & de conſenſu ipſorum, niſi aliud ꝓbetur, ut in l. 2. C. de reb. alie. non alienan. & in c. tertio loco, de prob. & hoc caſu non requiro ſigillum authenticum, ſed ſufficit priuatum ipſorum contrahentium, vt ſ. dixi. Aut ſunt ſigilla aliorum, & ꝓcedat prima opinio, vt non ſufficiat appoſitio ſola; ſed oportet, quod ipſi ꝯhentes, vel is, cuius eſt ſigillum, atteſtētur ad quid illud ſigillum fuit appoſitū: alias præſumitur adulterinum in dubio, & falſo appoſitum: cum in dubio ſigillū debeat ꝯgruere dignitati ſigillantis, & materiæ deſcriptæ in charta ſigillata, vt aperte probatur in c. inter dilectos, infra eo. & facit, quod dicam in ſeq. qōne.

16 † Ad tertiam qōnem dicit Inno. quod ſi quis habet ſigillum proprium, tunc ipſo, & non alieno ſigillare debet, alioquin nō prodeſt, niſi ex cauſa fiat, ut ſequitur. Nec mirum, quia nec proprium prodeſt, ſi ad aliud officiū eſt deputatum, vt in d. c. ſignificauit. de appella. Si autem nullum ſigillum proprium hēt, vel non hēt præ manibus, vel non poteſt aliud haberi de facili, tunc poteſt vti alieno ſigillo; dēt tñ exprimere, ſecūdum eum, cuius ſigillo ſignat, & quare alieno. Et potiſſima ratio eſt, vt uidelicet diſcerni poſſit quo, & a quo, & ex qua cā ſignatum eſt inſtrm. Nam ex multis, & diuerſis cauſis, apponuntur in literis ſubſcriptiones, & ſigilla. Qñq; n. in ſignū conſenſus. 12. q. 2. c. ſine exceptione. & ſup. de ꝓcur. c. 1. Qñque in ſignum teſtimonii. ff. de pig. actio. in l. cuius. Qñque in ſignū authoritatem preſtantis. 12. q. 2. c. ſacrorum, & c. cum redēptor. Quandoque in ſignum confirmationis, vt inf. eo. c. inter dilectos. & multis aliis ex cauſis. Ex quo infertur ſecundum eum, quod ſemper debet exprimi, cuius eſt ſigillum, & a quo apponitur. Et notabis hæc verba, quia quotidiana, & faciunt ad ea, q̄ dixi in præcedenti qōne. Dicit tñ Inno. quod ſi in litera hæc non ſpecificentur, non habent vitiare, dummodo ex aliis circunſtantiis poſſint hæc deprehendi. Epſ tñ ſigillando cum ſigillo eccleſię non intelligit vti alieno ſigillo, ſm̄ Inn quod no. alleg. c. in nomine patris. 93. diſt. & 7. q. 1. c. ſcire. Qd ego intelligo, qñ eſt ſolitus cum illo ſigillare; ſecus, ſi tm̄ Capit. cum illo ſigillat, argu. in c. ſignificauit, de appellatio.

17 † Venio ad quartam qōn. in qua
b dicit Inno. Epiſcopum b poſſe alicui honeſtæ perſonæ ſigillum ſuum committere, & ſecūdum poteſtatem ſibi datam poterit is, cui ſit commiſſio, ſigillare de his, quæ pertinent ēt ad Epm, puta cauſas committere, citare, & cōfirmare, & generaliter oīa alia, quæ ſibi commiſſa ſunt, poterit expedire & ſigillare, etiā ſi prælatus, cuius ſigillum eſt, eas nō viderit ſigillare. Sic enim videmus Papam uti. inf. de cri. fal. c. dura, & multos alios prę latos: dicit tamen, quod in contractibus aliarum perſonarum nō debet nomine Epiſcopi ſigillum teſtimoniale apponere, niſi & ipſe Epiſcopus interfuerit ipſi contractui; cum teſtimonium ſit tantum ve viſu & auditu, & de his quæ teſtis nouit. 3. q. 6. c. teſtes, & ſic loquitur auth. de tabel. §. nos autē credimus. Si vero haberet conſuetudo, vt is, qui habet ſigillum, talia inſtrumenta ſigillaret, etiam abſque ſcientia Epiſcopi, non damnat Inno. conſuetudinem, nec etiam Hoſt. Nam videtur hoc fieri nomine ipſius, cuius eſt ſigillum, & hoc notabis, maxime in eo, quod Innocentiꝰ ſigillum Epiſcopi dare authoritatem inſtrumentis ſuper contractibus & ſimilibus, licet non pertineant ad officium epiſcopi, & ſatis pro hoc facit iſte tex. & vide quod plene dixi in d. c. poſt ceſſionem, de probat.

18 † In vltima quæſtione dicit Inno. quod aut tradita eſt poteſtas ad certum articulum inſcribendum in huiuſmodi ſchedulis, & tunc ſi aliud inſcribat ibi, & de hoc conuincatur, poterit tanquam falſarius puniri. Aut data fuit generaliter poteſtas ad ſcribendum & quicquid placuerit, in hoc ponit tres opi. Prima, quod valet quicquid ibi ſcribit: etiam alium obligando, dummodo tale quid inſcribatur, ad quod conſtitui potuit procurator. Secunda opi. quòd nihil poterit ſcribere ad obligandum alium, niſi ſolum illum, cuius eſt ſigillum. Tertia opi. in qua videtur reſidere Inn. quod nec illum, cuius eſt ſigillum, obligare poteſt, nec aliquid ſcribere, quod de iure valeat. quoniam ille, cuius eſt ſigillum, dat authoritatem ſigillo, & ſigillū dēt dare fidem, ſcripturę & ſcriptura ꝯtui. Sed in caſu nr̄o hoc non poteſt contingere, quia ex quo ſcriptura non eſt facta tempore, quo apponitur ſigillum, non eſt aliquid, cui ipſum ſigillum præſtet authoritatem, & pro hoc optime facit capit. ad audientiam, de eccl. ædifi. Item multa inconuenientia inde poſſent ſequi, quæ vide hic per Innoc. in capitu. ſecundo. de ſolu. & notabis iſta, quia ſæpe Princeps, & prælati dant eiuſmodi ſchedulas vacuas ſigillatas eorum procuratoribus, & nunciis, vt ſcribant in eis ſecundum temporum & locorum indigentiam, ſeu exigentiam. Quandoque dant ſigillum ſimpliciter. Si enim de hoc conſtaret, non faceret talis ſcriptura fidem, nec ſcribens eſſet immunis a falſitate: cum ſcribat literas in vno loco, & in charta ſcribit alium locum, & tempus, vt literæ appareant datæ in partibus.

ADDITIONES.

a Sigilli. Not. hic pleniſſime materiam ſigilli. Quam autem probationem faciat ſeu inducat ſigillum, vide pleniſſime per Inno. in c. 1. in 9. col. ſuper glo. in ver. literis, de procur. & Rom. in repe. l. admonendi in 6. col. de iureiur. Et de iſta materia vide plene per Pau. de Leaza. in d. c. cum dilectus, inf. eo. & ꝑ c. tertio loco, de proba. Adde Rom. conſ. 345.

Sigilli. Vide Alexan. in l. pacta nouiſſima, poſt glo. ibi. C. de pact. Fel. in capi. poſt ceſſionem, ſupra. de probatio. vbi late de materia ſigilli. Rota. deci. 7. incipien. non creditur, de proba. in antiquis, & deciſ. 8. incipien. verum crederetur, in tit. de offic. delega. in antiq. Card. in clem. 1. in princip. de procur. Bald. in l. ſi quis per calumniam, colum. fi. verſi. quæritur hic Gul. C. de epiſ. & cler. Sebaſt. Sap.

b Epiſcopum. Et de iſto ſigillo epiſcopi vide quod no. dom. Anto. in capi. poſt ceſſionem, in 9. & 8. colum. de probat. & bon. tex. in capit. peruenit, de fideiuſ. & uide Old. conſil. 85. & ſeq. An autem credatur ſigillo legati de latere, vide per Spe. in titu. de leg. §. ſupereſt, in 9. colum. verſicu. creditur quoque ſigni. legati.

Circa iſtam materiam de ſigillo, dicas, quod ſigillatio obligat ſigillantem, qui prius legit ſcripturam, quam ſigillat, alias non l. 2. & ibi Bal. poſt glo. in ver. conquiſita, C. de reb. alien. & uide Ange. Ioan. de Imo. & Alex. qui multas concor. all. in l. ſi ita ſtipulatus, in §. Chryſogonus, ff. de verb. obl. Et vide Inno. in c. quanto, de his, quæ fi. a præl. vbi dicit, quod poteſt ſigillare, ſchedula non lecta, & uide Pau. de Caſt. in conſilio 342. incipien. in caſu præſenti. Et adde, quod ſigillatio poteſt fieri etiam cum alieno ſigillo, dummodo de hoc fiat mentio, vt in l. ad teſtium, in §. ſecundo, & ibi per Bar. de teſta. & §. poſſunt. Inſt. de teſta. Et vide per Bar. in l. ſi procuratorem, ff. de procu. & vide Spec. in tit. de inſtru. edi. in §. reſtat videre, in verſi. item quod ſigillum, & in §. 13. in ver. illud. Et an ſigillum poſſit alteri committi, uide Bar. in d. l. teſtium. & Bald. in l. diſtrahente. C. de re. alie. Et adde, quod ſigillans videtur approbare, & conſentire. l. tribunus, in §. 1. ff. de teſt. mil. & uo. Bart. in l. in fraudem, in §. ſicut, eo. ti. per Bal. in c. 1. de pa. Conſtan. & adde, quod ſigillans cum ſigillo ſuperioris, aut principis, vel alterius domini, vel ēt epiſcopi abſentis, vel ignorantis, non dicitur falſarius in dolo, ſi conſueuit ſigillare in perſona domini, quia conſuetudo excuſat eum a dolo. Ita Bald. in rub. C. de fi. inſtru. in 5. col. Ant. Franc.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Cancellatio non tollit diſpoſitionem fauorabilem, quando non eſt facta conſulto.*
2 *Quid ſit reſcriptum, & quid priuilegium, & facilius præſumitur falſitas in priuilegio, quàm in reſcripto.*
3 *An aliquis poſſit abradere inſtrumentum, ſi conſtat de errore.*
Notarius an poſſit abradere inſtrumentum.
4 *An raſura in narratione facti, & in nominibus poſſeſſionum, vitiet reſcriptum.*

CAP. III.

EX literis. Reſcriptum apoſtolicũ pp raſuram
in loco non ſuſpecto, non cenſetur vi
tioſum. h. d. ſm mentẽ c. Communis diuiſio. ſecun
da ibi, Dicimus. Caſus literalis. Inter magiſtrũ A. &
R. vertebatur q̃ ſuper capella de Ambitoria, quę fuit commiſ
ſa quibuſdam iudicibus Partibus corã iudicib. ↄſtitutis, dictus
R. poſtulauit ſibi copiã literarum oſtẽdi, qui cũ eas inſpiceret,
cępit illas arguere de falſo ꝓ eo, ꝙ in narratione facti, vbi ſcri-
ptum erat, iura parochialia, &c. erant abraſa. Iudices ſuper hoc
dubitantes quęſierunt, an pp hoc debeant dici falſæ. Rñdet pa-
pa, ꝙ pp abraſionem illam, literæ non poſſunt dici falſæ, nec ſu-
ſpectæ, quia ẽt priuilegia in nominibus poſſeſſionum abradun
tur, & literæ, ſi in narratione facti erratũ eſt, poſſunt abradi. No.
ibi, Copiam, iuncta gl. ꝙ reſcriptũ impetratum per alterã par-
tem efficitur cõe, ſaltem poſt citationẽ, vide in hoc ꝙ dixi in c.
2 ex cõqueſtione, de reſtitutio. ſpoliat. † No. ꝙ abraſio facta in nar
ratione reſcripti, vel priuilegij, non cenſetur facta in loco ſuſpe
cto. Quod tñ intellige, vt inf. dicã, de quo a ↄtrario colligitur, ſecus
eſſe, ſi foret facta in verbis diſpoſitionis, ꝙ procedit ẽt in alijs
inſtrumentis, vt in c. cum venerabilis, de relig. domib. ſed fallit
in diſpoſitione fauorabili, vt in legato liberationis, vt in l. prox.
in fi. ff. de his, quæ in teſta. delen. Vnde quantumcunque fiat
ibi cancellatio, non per hoc vitiatur legatum liberationis; &
hoc intellige, qñ dubitatur, an teſtator voluerit illud legare, an
incõſulte hoc proceſſerit vt ibi no. Si aũt apparet de voluntate,
tunc in dubio tolleretur legatum, ad hoc l. cancellauerat. ff. eo.
& l. ſi vnus, C. de teſta. vbi notabiliter dicit Bar. legatum ad pias
cauſas, iudicandũ vt legatum liberationis, quoad priuilegium
2 ſupradictum. † No. ꝙ reſcriptum ad lites non dr̃ priuilegium.
Eſt. n. reſcriptum ſm ius, qa mandat ius in petranti fieri. Priuile
giom vero eſt propriẽ ↄ ius. 3 diſt. c. priuilegia. de quibus vide ꝙ
no. in c. olim, de verb. ſig. & in l. in beneficium, ff. de conſt. prin.
No. pen. ꝙ ſtrictus iudicatur priuilegium, q̃ reſcriptum ad lites.
vnde facilius præſumitur falſitas in priuilegio, q̃ in reſcripto,
ad hoc c. pen. de crimi. falſi, & ꝙ no. Inno. in c. epiſcopi, inf. de
rebus eccleſ. non alien. Vltimo collige, ꝙ licite abraduntur in-
3 ſtrumẽta in loco non ſuſpecto, ſi deprehenditur error. † An aũt
poſſit quis corrigere, & abradere, ſi deprehẽdit errorem. Doc.
hic tenent cõiter, ꝙ nõ, quinimo ſi hoc præſumeretur, careret
omni commodo reſcripti. Vnde dicit Hoſt. ꝙ in curia eſt canõ
latæ ſententiæ excommunicationis in quemcũque alium ab
officialib. ſuper hoc in curia deputatis, q̃ in reſcripto bullato,
vel notato aliquid, ſaltem vnam figuram, vel literam, vel ẽt di-
midiam abraſerit, deleuerit, diminuerit, compleuerit, vel mu-
tauerit, ſine illius, ad quem ſpectat, data licẽtia. Et dicit ꝙ ſæpe
hoc publicat in curia, vt non poſſit quis pꝛętẽdere ignorantiã,
ff. de inſti. l. ſed & ſi palam, & inſ. de iud. c. ita quorundam, & 16.
diſt. c. quod dictis. & ita ſtricte hoc ſeruat curia, vt cum magna
difficultate abſoluat ligatos, poſſet tñ impetrans ſine aliqua pę
na totam literã dilaniare, ac ẽt bulla, ſi illa non vult vti, & no.
a hoc vltimum. Nam licitũ, eſt cuilibet iuri ſuo renunciare, a &
vide de hoc, ꝙ plenius dixi in d. c. ex conquæſtione. Habes etiã
ex prędictis, ꝙ ſimplex notarius, qui literas apoſtolicas ſcripſit,
non pt illas corrigere, ſine licentia officialis ad hoc deputati.
b Vnde facit hoc ad qõ. an in alijs inſtrumentis, poſſit notarius b
corrigere, vel addere, ſi cõperit ſe erraſſe? Quod tractauit dom.
An. ſed tu vide plene p Ioan. An. ſup data, li. 6. in nouella, & per
Bar. in l. Barbarius, de off. præ & p Archi. 15. q. 7. c. 1. in Spe. de in
ſtru. edi. §. inſtrumentũ, ver. ſed nunqd confecto. & ibi in addi-
tion p Io. An. & per eundẽ e. ti. §. oſtenſo, ver quid de ↄtctibus,
& p Spe. in d. §. inſtrumẽtorũ, verſi. quid ergo ſi Innoc. Vnum tñ
c tene menti, ꝙ vbi notarius c facit vnam interlineaturã, & abra-
d ſionem, ſi vult ꝙ oĩs ceſſet ſuſpicio, atteſtetur d in fine inſtrumẽ
ti, ꝙ ipſe illam interlineaturam, vel abraſionẽ fecit, ad hoc Bar.
& tex. in l. 1. §. & ideo, ff. de his, quæ in teſta. delen. & per dictum
Archi. in d. c. 1. & ſi pars corrigit, vel abradit inſtrumentum, dẽt
puniri, de quo vide gl. in d. l. in verbo, ſubſtitutus, & tex. cum ibi
nota in c. olim, de reſcr. & in c. cum olim, de off. deleg. Et intelli
ge qñ doloſe facit circa ſubſtantialia, vel circũſtantias negotij.
Nam ſine dolo nõ committitur falſitas, ad hoc l. 1. & 2. ff. de fal.
Secus putarem, ſi per ſimplicitatem corrigeret aliquid, quod
eſt extra ſubſtantialia, vel circumſtantias negotij, vt cognomẽ,
vel quid ſimile, & ad hoc quod no Inno. in ſimili in c. fraterni-
tatis, de hære. & per Bar. in d. l. 1. Op. ↄ tex. & vĩ ꝙ propter abra-
ſionem reddaẽ inſtrm ſuſpectũ, vt in l. fi. C. de edi. diui Ad. Sol.
gl. 2. ꝙ hęc fuit rõ dubitandi in tex. ſed rõ decidendi in contra-
rium redditur in litera. Non enim procedit cõtrarium, ſi abra-
ſio fuit facta in verbis narratiuis, & in nominib. poſſeſſionum.
4 † Sed contra hoc, & contra tex. op. Nam & in verbis narratiuis
& in nominibus poſſeſſionum, tam in priuilegijs, quam in re-
ſcriptis poſſet fieri fraus. Pone enim ꝙ priuilegio cõceditur mi
hi vna res parua, & illa cãcellata, reſcribitur res magna. Itẽ po-
ne, ꝙ in reſcripto repoſui rem magni valoris, adiecta clauſula
generali, vt ſic poſſim tranſire ad partes, quod alias nõ licebat,
vt in c. ſedes, de reſcri. Sol. propter hoc contrarium Inno. & Ab
ba. dicunt hunc tex. non procedere in priuilegijs, ſeu reſcriptis
originalibus, ſed in confirmatorijs duntaxat. q. d. ſuſpicionem
tolli in confirmatorijs per originalia. Et idem dicit tenendum,
eadem ratione in inſtrumentis donationum, vel aliorum con-
tractuum, & hoc videtur tenere etiã Io. And. ſuper glo. vltima.
Sed certe hæc eſt nimia reſtrictio, & nullo modo, iudicio meo,
literæ huic conſentanea, quinimo dic potius ex litera colligi
contrarium, quia cum tex. hic arguit fortiori de priuilegijs ad
reſcripta, ſi tex. intelligeretur de confirmatorijs & veritas appa
reret in originalibus, nullum fuiſſet dubium. Item eſt maxima
diuinatio ad tex. & maxime cũ non ſoleant in reſcriptis emana
re duo paria literarum, ſcilicet originalia & confirmatoria. Itẽ
ſi veritas paruiſſet hic in originalibus, hoc cap. fuiſſet de indubi
tatio, nec papa reſpondiſſet per ſimile priuilegij, arg. in ca. cum
in iure, de off. deleg. & fugiendi ſunt intellectus tortium, qui re-
ducunt iura ad caſum non dubitabilem, vt in l. 1. ff. ad mun. &
in l. quod Labeo, ff. ad Car. Et forte ob hoc Goff. poſuit hic aliũ
intellectum, intelligendo, ſcilicet tex de modica mutatione li-
teræ, vel ſyllabæ; ſecus dicit, ſi in toto nomen raderetur, argu.
ſup. c. 2. de do. & contum. niſi, ſecundum eum, conſtaret raſum
per manum eiuſdem ſcriptoris, quod etiam per comparatio-
nem eiuſdem literæ conſtare poterit, ad hoc. C. eo. titu. l. com-
parationes. Domi. Ant. in effectu videtur hic ſequi mentem
Inn. & Gof. vt intelligatur litera, qñ ex pcedentibus & ſequenti
b. ↄſtat de veritate reſcripti in abraſo loco, vel qñ p aliã ſcriptu-
rã apparet de veritate, vel qñ correctio fuit facta de eadẽ manu.
Hoc vltimum, ꝙ ẽt fuit Gof. mihi non placet. nam duo requi-
runtur, vt abraſio nõ vitiet. Primo, ꝙ in loco nõ ſuſpecto. Secũ-
do ꝙ repoſita ſit ſcriptura de eadẽ manu, vt no. i d. c. cũ venera-
bilis, de relig. do. Non ergo ſufficit, ꝙ eadẽ videatur manus, ſi in
loco ſuſpecto eſt facta, quia de facili ſimulatur litera alterius. vn
de

ADDITIONES.

a Renunciare. Adde Alex. conſi. 34. li. 1. Io. conſi. 443.
b Poſſit notarius. An, & quando notarius poſſit corrigere errorem ſuum, vide Bal. in l. ſi vnus. C. de teſti. & in l. ambiguitate in fi. eod. ti. Et vide multa, quę circa cancellationem ſcribit, Bald. in l. noſtram. C. de teſt. & de hoc arg. hic poſito per do. Ant. vide per Bal. in l. ea, quæ. C. commi. vel epiſt. & q. hic poſitam in terminis vide per Bal. in rub. C. de fid. inſtrum. in 11. colum. ver. ſed pone, quod tabellionis imbreuiatura. & vide quod nota. Ange. de hoc in conſi ſuo 283. & vide Pau. de Caſt. in l. iudex poſteaquam, ff. de re iud. vbi de iſta q. ſe remittit ad Bar. in l. ſi librarius, vbi pleniſſime, ff. de re iud. & adde Spe. in ti. de inſtrum. edi. §. poſtremo, ver. ſed nunquid confectum. Sed tu vide, quæ de hoc ſcribit Bar. in l. diuus, la 1. §. item ſenatus, ff. de fal. & vide Bal. in l. edictum. §. ſi autem. in 1. col. C. de edi. diui Adria. & ibi etiã vide Bal. in l. fi. 1. col. ver. 4. oppo. Et de hoc etiam vide Cyn. & Bal. in l. Imperator, & ibi etiam plene Bar. ff. de ſta. ho. & Bald. eleganter in l. 1. & ibi etiam plene Bar. in au. de no. C. com. & multum late per Do. in c. abbate ſane. §. fi. in vlt. col. de re iudi. in 6. vbi refert Io. An. in addi. Specu. Item de iſta materia vide elegantiſſime Bal. in c. publicato, in 1. col. de elec. vbi refert quoddam contrarium Lamber. de Rampo.
Circa hoc de errore notarij dicas, quod ſemper præſumitur potius errare, quam falſum committere, ſecundum Bal. in l. erroris, C. de errore aduoca. & in l. errore, C. de teſtamen. & per Bal. in l. quoties, in §. ſed hoc, ff. de hæred. inſt. & per Alexan. in l. ſi quis in brepſerit, ff. de fal. vbi dicit hoc eſſe verum, niſi ex coniectura conſtaret de dolo, de quo per Bal. in l. 1. ff. de legi. & per Ang. in l. iuris gentium, in §. quod fere, ff. de pact. & per Alex. in l. iubemus C. de teſta. Et dicit Bal. in d. l. errore, quod notarius præſumitur ſcripſiſſe quic quid habuit à partibus in mandatis, & vide etiam Ale. in l. iubemus, C. de teſt. & in l. ſi librarius, de re iu. Et vide de materia Alex. in conſi. 74. & in conſi. 27. in 2. par. conſ. & vide Bar. in l. quoties, C. de hæred. inſti. & Bal. in l. imperator, ff. de ſtatu homi. & vide no. per docto. in c. ad audientiam, de reſcrip. Et adde quod notarius poteſt corrigere errorem ſuum, antequam detur copia inſtrumenti, vel teſtium examinatorum parti, alias nõ, vt per Bar. in l. Imperator, ff. de ſta. ho. & ibi per Ale. vbi ponitur, quando hoc debet facere de licentia iudis, & vide Bald. in ti. de pace Conſtan. in §. pacta, in fi. & plenius per eundem Bal. in trac. de tabel. in 8. q. Et adde quod ſi notarius errans non poteſt corrigere errorem ſuum, tenetur parti ad intereſſe, vt per Bar. i d. l. Imperator, & per Bal. in l. presbyteri, C. de epi. & cle. & de iſta correctione erroris facienda per notarium, vide Io. An. in addi. Spec. vbi etiam per Bal. in ti. de inſt. edi. in ver. rogatus, & ver. notarius non poteſt, & ſequẽti. & vide Bal. in l. fi. in pen. col. C. de eden. & vide Alex. in conſ. 103. in 2. parte conſi. Ant. Fran.
c Notarius. Et ad idem vide Bar. in l. ſi vnus, in fi. C. de teſ. Et an debeat exprimere cauſam cancellationis, vide Bal. in l. noſtram. C. de teſt.
d Atteſtetur. Idem tenet Bar. in l. in fraudem, §. ſicut, ff. de teſt. milit. Quid aũt ſi notarius dicat interlineaturam fuiſſe factam de voluntate partium, an credatur, uide Bal. Pau. de Caſt. & Ang. in l. ſi unus, C. de teſta. late per Alex. in conſi. 49. incluſo proceſſu, col. 3. in 2. uol. Seb. Sapia.

Digitized by Google

a de hæc probatio,* quæ fit per ſolam comparationem,eſt fallax
vt dicit tex.in Authent.de inſtru.cau.in princ.per primam col.
D.Car.ex alio capite impugnat dictum Gof.qui intelligit lite-
ram de mutatione literæ,vel ſyllabæ,quæ fit in loco ſuſpecto,
de quo nos loquimur,intelligendo prout ſup.dixi.Vnde dat ip
ſe tertium intellectum,vt litera intelligatur,tam in priuilegiis
origiualib.quam confirmatorijs,& in alijs reſcriptis,& hoc qñ
abraſio eſt facta io narratione facti,quia illa ſubiacet probatio
ni.Sed certe iudicio meo hoc non tollit ɔ̃rium eius, quod ſup.
formaui,maxime dum dicit litera de poſſeſſionibus.Item po-
tuiſſet quis narrare falſitatẽ improbabilem,& timens carerere
commodo reſcripti,iuxta cap.ſuper literis,de reſcrip.abraſit il-
lam narrationem,& aliter narrauit negotium. quis.n.negabit
reſcriptum eſſe falſum?Quare dico ponendo quartum intelle-
ctum,literam intelligendam,qñ in loco non ſuſpecto facta eſt
raſura;& nõ ſit ita magna,ꝙ inducat præſumptionem fraudis.
Hoc apertiſſime voluit hæc litera,dum ponderauit narrationẽ
facti,cũ nõ ſit veriſimile,ꝙ quis falſet literas de iuſtitia,quę faci
liter obtinẽtur,vt in c.pc.de cri.fal.& ita intellige de nominib.
poſſeſſionum.pone enim priuilegium conceſſum per hæc ver
ba.Concedimus tibi omnes eccleſias,q̃ ſunt in tali caſtro,quas
his vocabulis duximus exprimendas,eccleſiam S.Nicolai &c.
certe abraſio in nomine non habet vitiare,cum ad cautelã fue
rit facta ſpecialis mentio,cum comprehenderetur ſub genera
lib.verbis.Vel pone,ꝙ eſt tali modo conceſſum,ꝙ ſubiacet ꝓ-
bationi,puta,Concedimus vobis oẽs eccleſias per vos conſtru
ctas,quas præſentibus duximus nominib.exprimendas,eccle-
ſiam S.Antonij,&c.Certe abraſio in nomine non vitiabit,quia
oportet probare,ꝙ eccleſię fuerint per eos cõſtructæ,iuxta no.
in c.inter inf.e.Et idem dicit in ſimilibus.non enim poteſt in
his dari certa regula;ſed bonus iudex ex varijs circũſtãtijs hoc
b arbitrabitur.Vltimo quæritur,pone ꝙ raſura b ſit facta in loco
ſuſpecto,nunquid vitiabit totum inſtrumentum an ſolum illã
partem,cui inhæret?Old.tenet,ꝙ non vitiat totum, vt recitat
Bal.in l.fi.in 4 contrario.C.de edi.diui Adri.toll. ſecus in dicto
teſtis.Nam illud vitiatur in totum rõne partis falſæ; quia teſtis
ex hoc redditur periurus,vt probatur in c.pura.3.q.6.quod no.
Et intellige quando inſtrumentum habet plura capitula ſepa-
rata,ad hoc,quod no.Inno.in c.fraternitatis,de hær.allego etiã
bo.tex.in c.ſi eo tpe,de reſcri.lib.6.vbi patet, ꝙ ſurreptio com-
miſſa in vna gratia,non vitiat reſcriptum reſpũ alterius gratiæ.
Et hoc ſatis mihi placet,ſi qñ reſcriptũ,vel aliud inſtrm eſt can
cellatum in certa parte.Sed magis dubium eſt,qñ continet fal
ſitatem pro parte,nunquid vitietur in totũ?De quo vide bonã
glo.hoc diſputãtem.8.diſt.c.ſi ad ſcripturas,& per Inn.& alios
in d.c.fraternitatis,& per Spe.in ti.de inſtr.edi.§.inſtrumentũ,
verſi.quid ſi aliquod inſtrumentum,& hæc ſufficiant.

ADDITIONES.

a Hæc probatio.Vide Dec.poſt Iaſ.in l.fi.col.6.C.de edict.diui Adria.tollen.&
Bar.Soci.in ſuis fallentijs,fallentia 1. Seb.Sap.

b Quod raſura.Vide Bal.in l.iubemus,C.de teſt.Fel.in c.fraternitatis,col.5.ver
ſic.fallit autem iſta concluſio.inf.de hæret.Iaſ.in l.ex falſis,circa finem, C.
de tranſact.vide tamen Iaſ.in d.l.fi.C.de edi.Diui Adria.toll.vbi vult,ꝙ vi-
tiat inſtrumentum raſura in loco ſuſpecto,ſed reprehendit Dec.ibi,& not.
in d.l.ſi vnus,C.de teſtam.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum iudicis non debet obſeruari, ſi eſt difficile, vel periculoſum; &*
poteſt ab eo pars appellare, & quod dicatur facile, ſtatur arbitrio iudi-
cis.

2 *Præceptum Papæ,quamuis durum,eſt ſeruandum, ſi non contineat pecca-*
tum.

3 *Volenti accuſare de falſo,poteſt ſtatui terminus peremptorius,quo elapſo, nõ*
poteſt accuſare.

4 *Quis lacerans literam ſcriptam in præſentia iudicis contra ipſum latam, te-*
netur ad intereſſe partis, & punitur arbitrio iudicis.

5 *Prælatus lacerans priuilegia partis aduerſæ,an noceat eccleſiæ.*

6 *Prælatus præiudicat eccleſiæ ſuæ, ſecundum terminos l.diffamari,de inge.*
manum.

7 *An & quando inſtrumentum dicitur falſum,debeat iurari de calumnia,vel*
malitia.

CAP. IIII.

Accepimus. Redargucnti priuilegium de
falſo,iudex faciet illud exhibe
ri coram iudice,& paucis,& in loco congruo & ſe-
curo,& interim ſtabitur ſententiæ latæ per illud. In
prima ponitur partis deciſ. petitio.In ſecunda Papæ prouiſio,
ibi,Cum priuilegia.Caſus lit.Inter archiepiſcopum Cantuariẽ.
& monaſterium S.Auguſtini,orta fuit controuerſia ſuper ſtatu
& libertate ipſius monaſterij.Ex parte monaſterij exhibita fue
runt priuilegia,quorum obtentu lata fuit ſententia pro mona-
ſterio Poſtmodum Archiepiſcopus dicens illa priuilegia eſſe
falſa,ſententiam ſeruare nolebat.Abbas timens aggrauari, ab
ipſo,appellauit ad ſedem apoſtolicam,& Archiepũs tulit ſentẽ-
tiam interdicti in eccleſias monaſterij, propter quod Abbas
do.Papæ fuit conqueſtus.Super hoc ſcribit Papa Archiepiſco-
po Eboraecn.& eius coniudicibus,dicens,ꝙ priuilegia non in
ſpecta, non poſſunt argui de falſitate; & quia difficile eſſet &
periculoſum ea apud ſedem Apoſtolicam exhiberi, præcipit,
vt exhibeantur prædicto Archiepõ Cantuarienſi in clauſtro ip
ſorum Fratrum,vel in alio congruo & ſecuro loco,vſq; ad na-
tiuitatem proximam S.Io.Baptiſtæ.Si vero nõ venerit,nec ſuf-
ficientem reſponſalem miſerit,imponant ei perpetuum ſilen-
tium ea vlterius arguendi. interim verò non vult papa illa pri-
uilegia vacillare,præcipiens ſñiam,quæ eorum authoritate la-
ta eſt,inuiolabililiter obſeruari,& Archiepiſcopũ in inſpectio-
ne priuilegiorum duodecim hominum numero faciant eſſe
contentum.No.ꝙ etiam ſñia lata ſecundum tenorem priuile-
giorum,pñt ipſa priuilegia de falſo redargui,cõcordat in ſimi-
li ſup.de prob.c.licet.No.2.caſum,in quo quis compellitur ip
ſa originalia parti oſtendere palpãda,& examinanda.ſ.cum ea
1 vult de falſo notare.† Nota,ibi.Difficile ſit,& periculoſum , ꝙ
non debet quis compelli ad producendum originale in loco
remoto ꝑꝑ periculum;& ideo conſilium eſt,vt prius ſolemni-
ter exemplentur,iuxta materiam tradendam,inſ.eo.c. fi. Et ex
hoc,& ex tex.arguit Hoſt.nil difficile,vel periculoſum debere
præcipi per iudicem,aliter ſm cum poſſet appellare hac cauſa
expreſſa,quod eſt bene notandum,per quod alle. bonum text.
in c.ex parte.1.de appell.& cle.paſtoralis,de re iud. Et de præce-
ptis extraiudicialibus,vide pulchre per Inn.in c.ad aures,de tẽ-
po.ordi.dicit tamen hic Hoſt.ꝙ inter difficile,& facile,& inter
periculoſum,& non periculoſum,arbitrabitur bonus iudex,ar
gu.inf.de ſponſa.c.de muliere,& ĩ,vt li.non conte.c.accedens,
2 il 2.† Ego papæ dico obediendum , etiam ſi mandatum ſit du-
rum:cũ ex certa ſcientia præcipit,vt in c.memoriam.19.di.dũ-
modo non contineat peccatum;vel ſcandalum inde timeatur,
vt no.Inn.in c.inquiſitioni,de ſen.excom.vide Ioã.And.in c.ſi-
3 gnificauit,de of.or.& in c.cum adeo,de reſcri.† No.& tene mẽ
ti,ꝙ ſemel impugnanti priuilegia ad falſitatem,poteſt per ſupe
riorem ſtatui certus terminus peremptorius ad probandã falſi
tatem, & ſi in termino non fecerit,imponet ei ſilentium in ꝑ-
petuum:& ſic feretur ſñia diffinitiua,lite non conteſt.cum aga
tur conditione ex l.diffamari,C.de inge.ma.& vide per Inno.
in c.conquerente,de offi.or.& in l.Titia,ff.de accu.& ibi de hoc
plene per Bar.& hoc procedit ẽt , vbi infamaretur perſona, vt
in iuribus præal.No.vltimo,partem non cõpellendã ad oſtẽ-
dendum originalia in iudicio,nec ẽt ad ea exhibẽda, niſi locus
alias ſit tutus a perſonarũ multitudine.Sufficit ergo,ꝙ ipſa ori-
ginalia diligenter inſpiciãtur,& copia partibus tradatur, vel in
iudicio exhibeatur,vbi opus eſt,vt inf.c.prox.& vide quod no.
in c.qm contra,ſup.de probat.& in c.cum in iure,de off.deleg.
Sed quæro,quare archiepũs non poſſit hre ſecum tpe inſpectio
nis priuilegiorum,niſi 12.homines?Reſpondet,Tancre.ne vio
lentia monachis inferatur.Et dicit Hoſt.ꝙ etiam qualitatẽ iſto
rum 12.debet iudex arbitrari.Debent enim eſſe tales, de quib.
non ſit veriſimile,ꝙ aliquam violentiam committant,argum.
de off.ordin.c.ut iuxta.Item conſuluit Hoſt.vt iudex prius dili
genter ipſa priuilegia examinet,voluat,& reuoluat, vt cogno-
ſcat,ſi nouum quid accidat.Ego do conſilium prædictũ , & vt
pars faciat ſolemniter exemplari; credo,quòd hoc caſu poterit
fieri exemplatio ſine partis citatione,ex quo timetur de ipſius,
vel ſuorum violentia,argu.c.quoniam , vt lite non conteſt.ſed
4 periculo ſublato , poterit fieri cum ſolemnitatibus debitis. †
a Sed pone,qđ iſte Archiepiſcopus patenter, & violenter a in ꝓ-
ſentia

ADDITIO.

a Et violenter.Violans literam,ſeu inſtrumẽtum aduerſarij, debet puniri acri
ter,ſi fiat in præſentia iudicis.Et adde quod Lud. dicit hoc ſingulare in ſuis
no.Et idem dico,ſi aufert,licet non violaret,per tex.no.in l.ſi quis id,quod.
§.doli.ff.de iuriſ.om.iu.Et adde,quod iſtud dictum Io.And.refert , & dicit
non eſſe alibi Bal in l.fi.C.de fide inſtru.Sed quod diuerſimode puniri de-
beat corrumpens,& auferens,eſt optima gl.in uer. condó relata ad illum
tex in l.argentarius.§.fi.ff.de eden.Imo.vr quod ſubtrahens inſtra aduerſa-
rio,debeat perdere cauſam,per l.ſi de poſſeſſione.C.de proba.ad quod no.
poſt do.Ant.in c.peruenit,il 1.ſup.tit.1.Sed in ɔ̃rium facit tex.in l.ſub præ-
textu,C.de tranſa.Item adde hic Bar.in l.Paulus,ff.de falſis. vbi dixit quod
qui extraxerit bullas de literis papalibus,incidit in pœnam falſi.Item adde
quod pro gl.in l.argentarius,allego optimum tex.in l.furtum,§.ſi quis ra-
dicitus ff.arb.fur.Sed in contrarium opti.facit d.l.Paulus, & in d.l.1.§.qui
in rationibus ff.de fal.& gl.in c.ſi quis de clericis.11.q.1.& tex.in l.eum,C.
de fal.vbi ſurripiens,vel celans inſtrumẽtum,punitur l.Cor.de fal.ſicut pu
niretur falſans,pro quo vide elegans verbum Bal.in d.l.eum,de notario ne
gante ſe fuiſſe rogatum.quod dictum etiam ponit Bal.in l.qui accuſare, C.
de eden.ſed illud dictum ſing.limitat Io.And.in add.Spe.in ti.de inſt.edi.
§.inſtrumentum,in prin.Adde,an lacerans inſtrumentum puniatur pœna
fal.pulchre Pet.de Anch.conſ.175.in ordine meo.
Ad iſtud,de lacerante,vel ſurripiente inſtrumentum, dicas quod lacerans
ſcripturam de libris communis,vel fiſci,debet puniri pœna l.ſi quis id, qđ
in §.1.ſecundum Bar.ibi,ff.de iuriſ.omn.iud.& lacerans inſtrumenta aduer
ſarij facientia contra ſe,quomodo puniatur,vide Bal.in l.1.C.de fide inſtr.
& vide Flo.in l.Aquilia.in §.qui tabu.ff.ad leg.Aquil.& dicit in l.1.quod vl
tra perditionẽ cauſæ, punitur arbitrio iudicis, de quo vide etiam Ale.in l.
reſpiciendum,in §.delinquunt,ff.de pœnis. Ant.Fran.

ſentia iudicis literã ipſam lacerauit. dicit Hoſt. ꝙ iudex debeat
a acriter lacerantem extraordinarie a punire, ar. ff. de publ. l. licitatio. §. quod illicite. Et experiri dẽr talis violẽtus iudicis anthoritatem deluſam, ſ. pęna docẽte. ar. ĩ. ti. ꝓx c. puenit. il. 1. cum cõcor. ſuis Ego dico hoc procedere quoad iudicis contẽptum puniendũ; ſed quo ad intereſſe partis aliter procederetur. Nã credo perinde procedendum, acſi plene priuilegia probarent ꝯ lacerantem, ad hoc bonus tex. l. ſi de poſſeſſione. C. de probat. & c. ſi quis clericis. 11. q. 1. facit c. olim, de reſcri. & c. cum olim, de off. dele. Nam de eodẽ delicto poteſt quis puniri ciuiliter ad inteſſe partis, & crimininaliter pp iudicis & reipub. contemptũ & offenſam, vt d. §. quod illicite, vide ad hoc quod notanter dicit. Bar. in l. inter oẽs. § recte, ff. de fur. Et hoc iudicio meo in dubio procederet, qñ ageretur de præiudicio iuris priuati ipſius
5 lacerantis. † Sed an præiudicet eccleſiæ, ſi cã eſt eccleſiæ? Text. in d. c. ſi quis, facit ꝙ non; ad idem reg. delictum, de reg. iur. li. 6. In ꝯtrium facit quod no. gl. in reg. delictum, præalleg. quæ dicit ꝙ in iudicijs, delictum Prælati nocet eccleſiæ, per c. cum olim, de cenſi Pro & contra facit quęſtio, quam ponũt hic doctores. Quærunt enim, an in caſu quo archiepiſcopus iſte contumaciter non compareret, pro ut hic dr̃, an ſnia, per quam imponitur ſibi ſilentium ſuper facultate arguendi priuilegia de falſo; præiudicet ſuis ſucceſſoribus? Et videntur primo Hoſt. & Goff. ſentire, quod ſic; dicunt enim ꝙ hic in antiqua erant illa verba, Et ſuis ſucceſſorib. & c. ſed fuerunt detracta, ſecundum eos, qa intelliguntur tacite, argu. in c. 1. de ſolut. Vel ideo, quia ſi doloſe omitteret, nõ obeſſet ſucceſſoribus, arg. 18. q. 6. c. ſi epiſcopũ, de reſti. in integ. c. 1. lib. 6. quod verius eſt, ſecundum Hoſt. Et ex his verbis ſentit, ꝙ cum dolus non debeat obeſſe eccleſiæ, non imputabitur ſucceſſoribus, & ſic fortius nõ deberet obeſſe, qñ priuilegia lacerauit. Contrarium facit, ꝙ non debent illi priuilegiati iure ſuo ſic priuari ſine aliqua culpa. Ego de q. illa generali, an & qñ delictum prælati ſolius, vel etiam capituli noceat eccleſiæ, dixi plene in c. 1. de dolo & cont. Sed in qõne ſpãli dicerẽ, ꝙ aut laceratis originalibus, poteſt fides aliter fieri; & illud delictum prælati, vel alterius ſingularis perſonæ, non nocebit eccleſiæ, ad hoc allego[illegible] tex. in c. cum venerabilis, de exceptio. Hoc. n. delictum, ſicut delictum falſitatis, oĩno eſt alienum a negotiis iudicialibus, arg. in l. ſi pocurator, ff. de condi. in deb. Sed ipſe lacerans punitur in proprijs facultatibus ad intereſſe partis, vt in d. c. ſi qs de clericis. vbi bonus tex. pro iſto mẽbro. Aut non poteſt aliter de continentia priuilegiorum cõſtare; & credo, ꝙ procederetur perinde, ac ſi plene continerent, ꝓut pars allegabat, non ex capite, vt eccleſia puniatur ex delicto iſtius ſingularis; ſed quia preſumptio eſt, ꝙ ſic dictarent priuilegia; & probatio eſt reddita iſtis impoſſibilis ex facto prælati. facit quod legitur, & notatur in c. fi. quod metus cauſa, & in l. ſi quando C. vnde vi, & hoc habet æquitatem, quæ omnia nota-
6 bis, quia non diſcuſſa hic per aliquem. † Item notabis bene ex dicto Hoſt. & Gof. ꝙ ſnia contra prælatum lata non nocet eccleſiæ, non ſolum, qñ probationibus factis fuit lata, & ſic diſcuſſo iure eccleſiæ, ſed etiam qñ prælatus noluit comparere ad docendum de iure ſuo, iuxta l. diffamari, C. de inge. manu. quod non memini alibi legiſſe, niſi prælatus malitioſe diſtulerit, ſm
7 eos. † Gloſ. ſunt faciles, prima iñ aſſumit tacite diſputationem, an volens dicere priuilegium, vel inſtrũm falſum, teneatur iurare, ꝙ calumnioſe hoc non dicat. Et primo dicit, quod ſic, per l. fi. C. eo. ti. refert alios dicere, ꝙ illa l. loquitur, qñ de falſo agitur criminaliter, ſecus ſi ciuiliter, vt hic agebatur. Gl. tñ. v. f. placere primus intellectus: quem tñ limita, qñ de calumnia in cauſa iuratum non eſſet, & idem Hoſ. inſ. c. prox. & ſic trãteunt hic ſimpliciter Doct. [illegible] aduerte, nam gl. in d. l. fi. videtur tenere ſecundum intellectum. Sed certe principiũ illius legis facit ad vtrũque modum intelligẽdi, ſed quatenus poſtmodum ſubijcit de ſubſcriptione, facit quod intelligi debeat, qñ agitur criminaliter. Sed poſſet reſponderi, tenendo alium intellectum, ꝙ ſi agitur ciuiliter, ſubſcribit ſe ad pœnam extraordinariam, argu. in c. ſuper his, inſ. de acc. & ſic vtroq. modo poteſt illa l. intelligi. Sed inquantum iſta gl. dicit, ꝙ ſi fuit prius iuratum de calumnia, nõ debet amplius iurari, Cy. ſentit ꝯtrium in d. l. fi. quia hoc iurm̃ tẽdit ad deciſionem alterius litigij. ſ. falſi. Sed puto poſſe diſtingui, ꝙ aut deducitur qõ falſi criminaliter, & ſic inſtituto nouo iudicio, & debet iurari, quia eſt nouum iudicium; & ſic procedit opinio Cyn. Aut deducitur ciuiliter per viam exceptionis in iudicio iam inchoato, & procedit iſta gl. Nã primũ iurm̃ extenditur ad totã litẽ, vt in hac gl. Vel dic, ꝙ ille text. non loquĩ de iurto calumniæ, ſed malitiæ, quod poteſt ad voluntatẽ iudicis exigi in quacunque parte iudicij, etiam ſi prius fuit iuratum de calumnia, vt in c. 2. §. fi. de iuram. calum. lib. 6. Ex quo infertur, quod etiam præſuppoſito, ꝙ illa lex loquatur, cum de falſo agitur criminaliter, nihilominus cum agitur etiam ciuiliter, poterit ratione preſumptionis exigi illud iuramentum malitiæ, illa tamen lex videtur magis loqui cum agitur criminal[illegible] bene per omnia ponderetur, ſed quoad iurame[illegible]

per prædicta. Vltimo notabis gl. 3. quam intellige, qñ pręceſſit infamatio; alias regulariter non debet quis compelli ad agendum, ſeu accuſandum, vt l. vna. C. vt nemo inu. & no. in l. diffamari, & l. Titia, & c. conquerente, præall. Item inquantũ gl. ſequens opponit de c. ſi. extra de teſtib. & non ſoluit, ſed remittit ad ibi no. dic, ꝙ ẽt ibi non ſoluit, ſed ſolutio eſt, qa tex. hic loquitur quoad effectũ conſummatum. Nam ſnĩa hic erat lata, quæ non debebat vacillare ex inſtõne accuſationis de falſo. Sed in ꝯtrio agitur de actu futuro. ſ. vt reddat teſtimonium. Item in teſte requiritur idoneitas, reſpũ tpis teſtificãdi, vt ſic teſtis opinio in nullo vacillet. Hinc eſt, ꝙ poſt factũ nõ nocet defectio inhabilitatis, l. 1. C. de teſt. ita in caſu nr̃o. Nam tpe ſnĩæ teſtes, ſiue inſtrumenta in nullo vacillabant, ideo, & c. & ſic ceſſat contrarium.

ADDITIO.

a Extraordinarie, Hoc dictum dicit ſingulare Ro. in ſing. 356. incip. dum contra aliquem. vbi dicit, quod non reperitur, quod probetur contra lacerantem per iuramentum. Sed vide Bal. in l. qui accuſare. C. de eden. & in l. ſi de poſſeſ. C. de probatio. vide eundem Bal. in c. peruenit. 1. ſup. de proba. vbi dicit, quod ſi fiat laceratio, vt ueritas occultetur, punitur pœna falſi. alias vero punitur extraordinarie.

SVMMARIVM.

1 *Vtens priuilegio, vel alio inſtrumento in iudicio, non tenetur originale dimittere apud acta.*

2 *Allegans ſtatutum, non tenetur edere uolumen ſtatutorum, & quid in inſtrumento.*

CAP. V.

Contingit. Inſtrumẽtum, vel priuilegiũ quo quis vtitur corã iudice, aduerſario integraliter legi non debet, ſed ſolum illud capitulũ, de quo agitur, edi dẽt. Cõis diuiſio. Secũda, ibi. Conſultationi. Caſus literalis. Abbas & Cõuẽtus S. Secundi, quandocunq; litem habentes parti aduerſæ cõpellebantur priuilegium ſuũ, quo in in iudicio vtebantur, integraliter exhibere, vnde accidit, ꝙ occaſione vnius capituli, ſup quo conueniebantur, plurima litigia ſuſcitarentur. vnde a domino Papa ſibi ſuper hoc prouideri petierunt. Reſpõdet eis Papa, vt quandocunq; ſuper exhibendo priuilegio, vel indulgentia, ſeu inſtrumẽto fuerint requiſiti, præſente iudice, vel aliquib. viris iuridice ad hoc deputatis, tantummodo reciterur, audiẽte parte aduerſa. Et ſi pro vno capitulo tãtum qõ fuerit, id ſolummodo reſcribatur, & parti aduerſæ eius copia fiat. Nota primo, ma
1 xime iuncta glo. 1. † qđ vtens priuilegio, vel alio inſtrumento in
a iudicio, nõ tenetur originale dimittere a apud acta, ſed ſatis eſt præſentare in iudicio, pñte parte ad fidem ei imponendam, & copiam illius capituli, de quo eſt qõ, edere, quod bene notabis. Et facit ad idem c. cum perſonæ, de priuile. lib. 6. 1. reſpon. in fi. & videtur tex. iuncta gl. fi. & ibi Bar. C. eod. l. fi. No. ſecũdo, arg. quod ex ſimplici lectura inſtrumenti non præſumitur audiẽs, vel legens plene inſtrui de ꝯtentis in eo, ſaltẽ eo modo, quo inſtructus fuiſſet, ſi apud eũ longa mora fuiſſet. Facit ad ea, q̃ dixi in c. vltra tertiã, ĩ. ti. proxi. No. ꝙ ſicut teſtes producuntur parte aduerſa pñte, ita & inſtra edi & legi debent. Ex quo ſumo efficax arg. quod in exemplatione inſtrumenti ſolemniter fiẽda, pars aduerſa dẽt requiri, de quo dixi plene in c. Alb. de teſtib. & aliquid dicetur infra eod. c. fi. Nota, ꝙ in vno inſtrumento poſſunt multa, & diuerſa priuilegia contineri. Et ponit exemplum in priuilegio Bonifacij, quod conceſſit Prædicatoribus, & Mi-
2 noribus, in quo concluſit effectum quaſi omnium priuilegio-
b rum Ordinis, quod vocatur mare magnum. † Not. hic argum.b & quaſi

ADDITIONES.

a Originale dimittere. Tu adde de hoc per Lanfran. de Ori. in c. quoniam contra, numero 11. ver. attendite quod ibi litteræ. ibi, & eſt aduertendum ſecundum Spe. ſupra de proba. Zacha.
Circa hoc an inſtrumenta producta in iudicio, debeant dimitti apud acta, dicas, quod non debent dimitti penes notarium actorum, ſed debent regiſtrari, ſecundum hoc c. & in c. 1. de proc. & hr̃ per Bal. in additio. Spec. in ti. de proc. in v. 1 procuratorium, & per eund. Bal. in l. inſtrumenta, C. de fidei inſt. & per eundẽ Bal. in addi. Spe. in ti. de inſtru. edi. in § 5. & in l. eos, in § ſuper, C. de ap. De quo tñ uide per Ale. poſt Car. in l. fi. finita, in § Iulianus, ubi concluditur, qđ dẽt originale dimitti apud notariũ. Quod forte procedit qñ non regiſtraretur apud acta, ut poſſet ſemper inſpici per iudicẽ, & ꝑ partem, & uide Ang. in auth. ut ſponſa. larg. in § hoc inſuper, ubi dicit, qđ habens originale inſtrm, non auditur uolens producere copiã, niſi forſan copia eſſet auſculata, & reperiretur eſſe conformis cum originali, & de hoc atteſtaretur notarius apud acta, ut ibi late per eum. Ant. Franc.
b Vide Bar. & Bal. in l. fi. [illegible] fi. C. de prec. Impe. offe. Et adde hic Bart. & An. in l. fin. C. de bon. auth. iud. poſſ. ubi dicit, quod petenti edi copiam inſtrumenti non debet edi niſi illa particula, quæ pertinet ad petentem. Item uide quod no. Bald. inſtitut. de ſuſpec. tu. § 7 h. in fi. Item facit ad hoc, optime, qđ de editione teſtamenti ſcribit Ang. in conſi. 162 & Bar. in l. Publi. de teſtam. Item uide tex. in l. 2. C. quemad. teſt. ape. Fortius, & ſingularius dixit Bar. in l. 1. ad fi. ff. de cur. bo. da. ſeriis, qđ tutor, niſi confecerit inuentariũ rerum pupilli, non habet adminiſtrationem, pone, tutor aget contra unum debitorem pupilli, debitor opponit, quod nõ fecit inuentarium, oportet, quod tutor det ſibi copiam inuentarij, nunquid dabit copiam inuentarij cum omnibus rebus inſertis? dicit quod non, ſed ſatis eſt, quod detur ſibi principium.

Digitized by Google

a & quaſi expreſſum, quod allegans ſtatutum a non tenetur edere totum volumen ſtatutorum, ſed ſatis eſt edere illud qđ facit ad materiam, de qua agitur, ſicut videmus hoc obſeruari in inſtrumento continente plura, & diuerſa capitula, quod tenet Bar. de noui ope. nuncia. ſuper rub. In hoc tamen eſt diuerſitas, quia cum allegatur ſtatutum, vel liber rationis, non eſt neceſſe producere totum librum ſtatutorum, vel rationis ad inſpiciendum, ſed ſatis eſt producere totam illam rationem, vel ſtatutũ, de quo agitur, vt tenet Bar. vbi ſupra, & allegat tex. in l. argentarius. §. edi. ff. de eden. Sed inſtrumentum, quantumcunque magnum, debet totum produci ad inſpiciendum, & legendũ, ſed ſolum illud capitulum, quod quæritur, parti editur, vt hic, & hodie habetur clarius in d. c. cum perſonæ: & vide quod ibi notatur in gl. in verbo, integraliter. Et rationem diuerſitatis credo fore, quia in priuilegio, ſeu inſtrumento nonnunquam, apponitur vna clauſula in fine, quæ limitat omnia præcedentia, vel ſaltem declarat, vt in l. ſi ſeruus plurium, & l. qui filiabus. ff. de leg. 1. & in c. cum dilecti, de donat. non ſic faciliter contingit in libro ſtatutorum, vel rationum, cum quodlibet capitulum per ſe ctum habeatur loco vnius inſtrumenti. Ex quo infero aliud, quod ſi capitulum, ſeu integrum ſtatutum habet plures partes, ſatis eſt integrum ſtatutum in iudicio producere ad legendum & parti ſolum fienda editio illius partis, quæ tangit materiam ſubiectam. Et idem dic de ratione, quod tota ratio iudici exhibeatur, ſed ſolum edatur particula imminens. Sic intellige Barto. in loco præalleg. & Ioan. And. hic ſuper gloſſ. fina & vide ad materiam, quæ dixi in cap. 1. de probat. Gloſſ. ſunt faciles, & per ſupradicta declarare.

ADDITIO.

a Allegans ſtatutum. Vide Alexan. in conſil. 82. colum. 2. volum. 2. Card. conſil. 71. in fi. & Aret. conſil. 154. colum. 1. & Fely. in c. 1. colum. 2. & ſequen. de re iud. Et de inſtrumento, an ſufficiat edi particula, uide Feyn. in c. 1. col. 15. ſupra de proba. Bal. in l in ciuile, ff. de legi. Bar. in l. omnes populi, in fi. ff. eo. ti. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus eccleſiæ collegiatæ poteſt agere, nomine dignitatis ſuę, & conueniri ſine mandato capituli.*

2 *Fructus poſſunt peti in genere, ſi acceſſorie petuntur.*

3 *Fractura ſigilli, vel perdito, non vitiat inſtrumentum, quando eſt publicum.*

4 *Quę detrahant fidei ſigilli, & faciant ſigillum vacillare.*

5 *An quis poſſit eſſe Comes, & Epiſcopus.*

6 *Fama cum adminiculis, quæ faciant ſemiplenam probationem, in factis antiquis probat.*

7 *Notarius, an poſſit per alium ſcribere inſtrumentum, & poſtea ſe ſubſcribere.*

8 *Vbi non valet conceſſio, non valet confirmatio, & non valet confirmatio inſtrumenti falſi, etiam ſi Princeps vtatur his verbis, ſupplentes de plenitudine poteſtatis.*

9 *An probationem prius conceſſorum, an ſufficiat probare confirmationem, Confirmatio an præſupponat confirmatum validum*

10 *Clauſula, ſaluo iure addendi, & diminuendi, eſt neceſſaria in libello.*

11 *Donatio Conſtantini facta eccleſiæ ualet.*

12 *Conſumptio & vaſtatio quibus locis inducant ſuſpicionem.*

13 *Indictio debet poni in inſtrumento.*
Indictio quid ſit, & quando probetur falſitas per indictionem, & annos Domini.

14 *In priuilegijs facienda eſt mentio ſententiæ, uel compoſitionis, ſi priuilegium tendit contra ſententiam, uel compoſitionem.*

15 *Res inter alios acta alijs non præiudicat, quomodo intelligatur in terminis tex. noſtri.*

16 *An, & quando conductor poſſit opponere de dominio locatori.*

17 *An ſcholaris recedens poſſit alium ponere in domo, uel camera ab ipſo conducta.*

18 *In materia odioſa, ſcholares ſtantes in eadem domo non ueniunt appellatione ſociorum, ſecus in materia fauorabili.*

19 *Scholaris inſolens poteſt ab alijs eijci.*

CAP. VI.

INter dilectos. Reus abſoluitur, cum iura actoris ſunt obſcura, vt quia ipſius inſtrumenta ſunt obſcura, vel literæ, vel ſcripturæ ſigilli deletæ. Ego ſummo ſic, vt faciat magis ad titulum. Inſtrumentum publica manu non confectum, habens ſigillum, cuius literæ non ſunt legibiles, vel ſculpturæ deletæ, vel quod enormem patitur fracturam, non probat, & eſt caſus quotidianus, & notabilis pro iſtis ſigillis antiquis. Diuiditur in tres partes. in prima parte petitio & iura, & allegationes, actoris. In ſecunda reſponſiones rei, ibi, ſed contra. In tertia ſententia, ibi, cum autem. Caſus literalis. Inter Abbatem S. Donati de Scozula ex vna parte, & Archiepiſcopum Mediolanen. ex altera vertebatur quæſtio ſuper pluribus articulis. Petebat Abbas nomine monaſterii ſui, habens a capitulo ſuo mandatum, a procuratore Archiepiſcopi Mediolanen. eccleſiæ reſtitui monaſterio ſuo portum, Scozulæ cum honore, diſtrictu, & iuriſdictione ipſius loci, dicens hæc omnia ad monaſterium pertinere. Et hoc idem dicebat de hominibus, qui habitant in curte Beruncenſi, & tenent res monaſterii in gratia, de quibus monaſterium obtinuerat in iudicio poſſeſſorio coram Epiſcopo Verõ. hæc omnia petebat cum omnibus fructib. inde perceptis. Ad omnia iſta probanda inducebat primo priuilegium Luthardi comitis quondam epiſcopi Lucani, qui monaſterium fundauerat, & præmiſſa omnia donauerat monaſterio. Secundo inducebat inſtrumentum ſententiæ Archiepiſcopi Mediolanen. quam olim tulit ex delegatione Ludouici Imperatoris ſuper prædictis contra nepotem Luithardi prædictiqui ſuper his monaſterium moleſtabat. Tertio priuilegia Roma. Impera. præſertim Henrici, qui omnia ſupradicta monaſterio cõfirmabat, vel etiam conferebat. Quarto per inſtrumenta locationum, teſtes etiam ſuper hoc induxit, per quę omnia intendebat prædicta probare ad ſuum monaſterium pertinere. Contra prædicta fuit ex aduerſo reſponſum. Et primo, priuilegia Luthardi, contra quod multa proponabantur: primo, quod conſumptum erat in annotatione indictionis. Secundo charta vetuſtiſſima videbatur, ſcriptura autem recẽtior apparebat. Tertio, quia falſum ſigillum videbatur appoſitum, & hoc apparebat per imaginẽ ipſius ſigilli, & per literas ipſius, quæ proprium nomen Luthardi non videbatur exprimere, ſed potius hoc nomẽ Lotharius. Itẽ cęra ſigilli ab interiori parte vetuſtiſſima erat, & cęra, quę videbatur appoſita ab exteriori parte, quaſi ad cõſeruationem ſigilli, recens erat, & mollis. Quod cum diligenter inueſtigatũ fuiſſet, repertum fuit, quod charta ſub vetuſto ſigillo fuerat pforata, & per glutinum nouę cęrę, quæ poſita erat exterius, quaſi ad conſeruationem ſigilli, vitioſe fuit ipſi chartę ſubiunctũ, & eadem fere ſpecie falſitatis cætera priuilegia Romanorum Imperatorum præter priuilegium Hẽrici, vel falſa recepta ſunt vel falſata. Sed priuilegium Henrici ad fidem faciendam non ſufficiebat, quia non erat publica manu confectum, nec ſigillum habebat authenticum, ex eo, quod erat ex media parte cõſumptũ. Nec plus de proprio nomine apparebat, niſi hæc vox, icus, cum hac adiectione, Dei gratia, ita, quod ex literis illis nõ poterat magis probari. quod eſſent Henrici, quam Ludouici. Inſtrumentum quoque ſententiæ multis modis videbatur ſuſpectum, tum quia quædam literę apparebãt in ipſo, tum quia ſubſcriptio notarii videbatur alterius manu fuiſſe, quam ſubſcriptio inſtrumenti, & tamen notarius confitebatur ſe propria manu inſtrumentũ ſcripſiſſe, & litera recentior videbatur, quã charta, & a qua videbatur in clauſtrum infectum, vt antiquius appareret. In omnibus autem Imperialibus priuilegiis, quæ poſteriora erant, nulla de ipſa ſentẽtia mentio habebatur, & ſi inſtrumentum ſententię legitimum eſſet, per illam tamen ſentẽtiam nullum Mediolanen. Archiepiſcopatui pręiudicium poterat generari, cum ipſa ſententia inter alios lata fuerit, & res inter alios acta non nocet aliis. Nec atteſtationes nocebant, cum inter alias perſonas receptę fuiſſent, ſed priuilegium Henrici videbatur confirmatorium, & donatoriũ extitiſſe. Vnde videbatur, quod Henricus dominum rerum donaratum monaſterio contuliſſet, quamuis ex forma petitionis, quę in ipſo priuilegio continetur, confirmatorium videretur Vt ergo intelligatur eo modo, quo magis valere poſſit, diſtinguendum videbatur, vt Henricus alia donauerit, & alia confirmauerit, quia eadem nõ poſſunt confirmari, & donari. Confirmantur enim prius habita, & poſſeſſa donantur, quę adhuc habita non ſunt, vnde illa non poterant intelligi, per priuilegium illud donata, ſed confirmata, quia quod meum eſt, ex alia cauſa meum fieri nõ poteſt, niſi deſierit eſſe meum Cum ergo priuilegium Henrici confirmatorium tantum fuerit, quoad illa, quę deducta fuerant in iudicium, ſi principale non tenuit nec acceſſorium. Per inſtrumẽta vero locationum non eſt probata proprietas, nec, poſſeſſio, cum ad probationem rei ſuę, ſiue ad defenſionem, nõ ſufficiat locatio facta. Poſtquam vero ſuper his fuerat litigatum diutius, quia legitime probata non fuerant, quę petebantur ad monaſterium pertinere, ab impetitione ipſius procuratorem Archiepiſcopi dominus Papa abſoluit nomine Mediolanen. eccleſię quoniam cum obſcura ſunt iura partium, conſueuit contra eũ 1 qui petitor eſt iudicari. Bern. † No. primo, quod prelatus eccleſię collegiatæ, ſiue ſit ſecularis, vel regularis, poteſt agere nomine dignitatis ſuę, & conueniri etiam ſine mandato capituli, & hoc tene, quicquid dixerit hæc gl. 1. diuinando. quod Abbas iſte habuerit mãdatum. Nam videmus, quod hic Archiepiſcopus ſolus procuratorem conſtituit, vt dicit Hoſtien. ſuper gloſſ. 1. & bene, & de hoc dic, vt plene no. in cap. edoceri. de reſcrip. Et ex hoc, & ex tex. nota, quod prælatus non ſolum ſolus per ſe agit nomine eccleſiæ ſuæ, ſed etiam ſolus procuratorem conſtituere poteſt. Et pro hoc facit dictum Innocen. in cap. cum I. & A. de re iudic. vbi dicit quod regulariter, qui in iudicio per ſe eſſe poteſt, etiam procuratorem conſtituere poteſt. Item no. quod prę latus, quantumcunque magnus, agit, & conuenitur ſuper iuribus

Digitized by Google

bus eccleſię non nomine ꝓprio,ſed eccleſ.* & vide circa hoc,
quod plene dixi in c.3. de dilat. No.quod ad monaſterium poſ-
ſunt pertinere aliqua loca,cũ honore, & iuriſdictione & diſtri-
ctu,& ſic monaſterium monachorum eſt capax iuriſdictionis
temporalis. Quid autem in monachis Ciſtercien.vide quod le
gitur & notatur in cap. recolentes. de ſtatu regula. Et de hono-
re,iuriſdictione, & diſtrictu,vide quod legitur in c.licet,de pro-
a batio. vbi dixi. † Not.ibi,cum honore,&c.& ibi,cum omnibus
fructibus, &c. quod ſatis eſt libellum eſſe certum in repetitis
principaliter, in acceſſoriis autem libellus poteſt eſſe incertus.
Et maxime nota, quod fructus poſſunt peti in generale. quod
intellige, vt prędixi, quando veniunt acceſſorie,ſed poſtmodũ
poterunt in probatione declarari,de quo vide Innoc.in cap tã-
ta,de exceſ.pręlato.Bart.in l.& ex diuerſo.ff.de rei vendica.&in
l.1.ff. de eden. & Cyn.in l.cum te.C.ſi quis ſibi,vel alteri.& Inn.
in c.2.de libel.obl. & credo ibi plene dixiſſe,& aliquid in capit.
cum ad ſedem. de reſtit. ſpolia. Et not. quod ſufficit petere fru-
ctus perceptos, nec eſt neceſſe petere percipiendos poſt litem
conteſtatam, quia illi veniunt officio iudicis, ſecundum Hoſti.
ff.de ædil. edi.l. ædiles. §.item ſciendum,de offic.delega.c.cum
olim, il 1.Not. quod quis poteſt eſſe epiſcopus & Comes,quod
eſt contra glo. in cap. pręſens.20.queſtio.3.quæ dicit,quod per
clericatum deſinit quis eſſe Comes. Et primo adduco cap.ſi.ne
cleri. vel monac.lib.6.Et quod ibi notatur per Ioan.And.& inf.
a dicam latius. No. quod pręlatus [a] poteſt eſſe delegatus Impera
toris, concor. c.in archiepiſcopatu.de rapto:vide quod nota.in
c. te quidem.11. queſtio.1.dixi plene in c.2.de iud.Nota ibi,&
quod publica, &c.quod cautum eſt in fine articulorum genera
liter capitulare de fama publica, reſpectu omnium petitorum
ſeu articulorum, & ſic hodie habet communis obſeruantia,&
circa hoc vide quod dixi in c.veniens,1.ſupra,de teſtib.& Bald.
in l.de minore.§.tormenta.ff.de queſt.Ex ſecunda parte in ver.
ſed contra nos.ibi,conſumptum &c.iuncto tex.infra,in ver.in-
ſtrumentum quoque. nota tria detrahentia fidei inſtrumẽti. Pri
mo, ſi eſt conſumptum,vel abraſum,ſeu ſubtilizatum in loco,
ex quo facilius potuiſſe falſitas deprehendi, vt in annotatione
indictionis,vel huiuſmodi. Secundo,ſi charta exiſtente,vel ap-
parente vetuſtiſſima, literę ſeu ſcriptura videatur recentior,&
ideo cautum eſt,vt ſemper capiatur charta recẽs.Dicit tamẽ no
tabiliter Innocẽ. quod hoc ſuſpicionem inducit,non probatio
nem, cum & nouus contractus ſecundum eum in charta, ve-
tuſtiſſima ſcribi poſſit.Sed hęc. & alia quę hic præſumptiue tã-
guntur,onerant aduerſarium ad probandum id verum eſſe.qđ
not. Tertio cum ſubſcriptio notarii eſt alterius literę, quam to-
tus tenor inſtrumenti, cum tamen notarius fateatur ſe inſtru-
3 mentum propria manu ſcripſiſſe. † Ex quo videtur, inferen-
dum, notarium poſſe inſtrumentum per alium ſcribere,dum-
modo in ſua ſubſcriptione hoc ipſum fateatur, quod an ſit ve-
rum, infra ſubiiciam. Adde quartum, quando fuit non publica
manu confectum, nec habet ſigillum authenticum. Et dr̃ non
autheticum, ſecundum Innocẽ.ſi literę non ſunt legibiles,vel
non eſt integrum,quod bene probatur hic.dixi ſupra eo.cap.2.
Et ex hoc, & tex.nota ſingulariter, quod fractura ſigilli non vi-
tiat inſtrumentum, ſi fuit a principio publica manu cõfectum
cum debitis ſolemnitatibus. Et clarius hoc tenet Innocen.hic
dicens, quod ſi tempore donationis nõ fuiſſet ipſa donatio ſcri
pta manu tabellionis, & tali, inſtrumento, fuiſſet, vt moris eſt,
ad cautelam ſigillum appoſitum,valeret inſtrumentum habẽs
ſubſcriptionem teſtium, licet ſigillum eſſet perditum. Quod
placet Hoſtien.niſi vbi ſigillum eſſet de ſubſtãtia,quia hoc fuiſ-
ſet a principio conuentum, argumẽ. in l.contractus.C.eo.Hoc
tamen raro accidit, quia ſemper ponitur ad cautelam,quando
4 inſtrumentum eſt publicum. † Nota quatuor detrahentia fidei
ſigilli, & facientia illud vacillare. Primo, cum non congruit in
ſculpturis dignitati ſigillantis:non enim pręſumitur ſigillum
fuiſſe illius,cui adſcribitur, ſi ſibi non cõuenit. Ex quo dico hic
eſſe caſum de eo, quod dixi ſupra, c.2. quod ſigillum alienum
appoſitum inſtrumento,fidem non facit, ſi non dicitur,quare,
& a quo fuit appoſitum. In dubio enim pręſumitur vitioſe &
falſo appoſitum.Secundum eſt,cum literę ſigilli ſunt non legi-
biles, vel leguntur ita paucę,quod neceſſario non concludunt
b ſigillum eſſe illius,cui aſcribitur, [b] ſed oritur ęquiuocatio,facit l.
duo ſunt Titii.ff. de teſtamẽ. tut. Et idem ſi ſculpturæ ſunt con-
ſumptæ,nec aliter poteſt certificari, cuius ſit illud ſigillum. Ter
tio, quando patitur enormem fracturam, ita qđ ex reſiduo nõ
poteſt clarè colligi,cuius ſit. Quarto,quando charta ſigilli inte-
rior eſt vetuſtiſſima, ſed per glutinum nouę cętæ fuit chartæ
connexum. Et aduerte tu ad hoc diligẽter,quia certum eſt om-
nia iſta ſimul iuncta onerare, & arctare aduerſarium ſuum ad
probandum ſigillum, ſeu priuilegium eſſe verum,vt colligitur
ex tex.& expreſſius hic Innocen. Sed an ſingulariter conſidera
ta ſufficiant, Innoc.inſtat,& ſentit,quod enormis fractura ſuffi-
ciat. Idem quando deficiũt tot literæ, quod ſenſus variatur:alias
vero per ſe non ſufficiunt, ſed ſimul iuncta ſic.Ego credo totũ

hoc deferendum ad arbitrium boni iudicis, ſicut dicimus in ꝓ
batione teſtium l.3.ff de teſta.4. quæſtio.3. cap.ſi teſtes.No.ibi,
c Non erat ſpacium &c. quod ex qualitate [c] & quantitate extre-
morum,præſumitur de mediis. Vide in ſimili bo. gl. in cap.ac-
cedens,de conuer.coniu.ver.proceſſu.No.quod ſicut tertio nõ
pręiudicat ſententia,ita nec atteſtationes.iudicantur ergo à pa-
ri.Sic è conuerſo, cui præiudicat ſentẽtia, & atteſtatione etiam
præiudicant,vt no. Innocen.in cap. cauſam,quæ,ſup.de teſti.&
Barto.in l.3. ff. iudi.ſol.Dixerunt tamen quidam,quod atteſta-
tiones ideo hic non nocuerunt Archiepiſcopo, quia non fue-
runt publicatę,quod eſt falſum, ſecundum Innocẽ.quia idem
ſi fuiſſent publicatę.publicatio enim nihil facit ſecũdum eum,
niſi quod prius non erat authenticum, poſt publicationem ef-
ficitur authenticum, & valet inter perſonas,inter quas actum
eſt,& quando ad idem agitur,quod not. Et ex hoc ſentit,quod
atteſtationes non, publicatæ fidem non faciunt,etiam inter ꝑ-
ſonas,inter quas fuerunt receptæ, ex quo aliud non eſt iudiciũ,
cuius contrarium ſemel Innocen. tenuit in cap. Albericus,ſu-
pra, de teſtib.Sed tu dic vt plene dixi in d.capit.cauſam,quæ,in
ver.cęterum. No. bonam limitationem ad id,quod dicitur,vi-
delicet, quod ex forma petitionis interpretanda eſt reſponſio,
vel conceſſio,vt Inſtit. de inut. ſtipu. §. præterea. Illud enim ꝓ-
cedit, niſi ex reſponſione, ſeu conceſſione aliud clare colliga-
tur,procedit ergo in dubiis illa regula. Nam hic, quia ex forma
petitionis priuilegium Henrici erat pure cõfirmatorium,quia
in eo dicebatur, Confirmamus, & donamus ſit interpretatio,
quod alia confirmauerit, & alia donauerit. Alia vtilia pro pro-
uectis colligi non poſſunt, ſed tu iuuenis collige,quod priuile-
gium eſt in dubio ita interpretandum,vt potius valeat, infra de
verb.ſign.c. Abbate.& ff.de ver.obl.l.quoties.Item, quod inter
donantem,& confirmantem debet eſſe diſtinctio perſonarum
Simile de inſtit. cap.fin Item, quod meum eſt ex vna cauſa,ex
alia meum fieri non poteſt, niſi deſinat prius eſſe meum. Hoc
limita ſecundum no.per Ioan.And.in cap.cum perſonę.de pri
uileg.libro 6.ſuper glo. vltima. Item, quod vbi confirmatio in-
nititur priori conceſſioni,ſi prima conceſſio ex aliquo vitio re-
peritur nulla, etiam illa confirmatio corruit,de quo infra.No.
d ibi ex eo, vel ob id, quod annullato principali,[d] corruunt om-
e nia ſecuta, mediate, vel immediate.Nam dictio,ex, [e] denotat
cauſam propinquam,dictio vero, ob, denotat cauſam remotã.
Vide

ADDITIONES.

a Quod prælatus.Vide Card.late conſi. 6. in tit. de leg.Dec.poſt Abb.pleniſſi-
me in c.decernimus,col.8.ſupra de iud.Roman. in conſi.403. incip.quo ad
primum,in 5.dubio.

b Cui aſcribitur. Vide quod ex hoc per iſtum tex. dicit do. Abb.in c.fi.in 1.no.
ſupra de reſcrip. Seb.Sap.

c Ex qualitate.Vide Matth.in no.517.inci. no. mirabilem doctrinam, Alexã.in
conſi.39.inci.viſis ſcripturis,col.2.in 2.vol. And.Sic.in conſi.37. incip.ſcri-
bitur ſapienter.col.10. ver. præterea dico rationem.& in conſi.35.incip.ſa-
pienter ſcribitur.col.3.in 2. volu.vbi plura adducit ad hanc regulam,quod
probatis extremis probantur media. Seb.Sab.

d Annullato principali.Vide And.Sic.in conſi.49.colũ. 7.vol.4. & in conſil.52.
col.11.eod.volu. Nunquid autem annullato principali,corruat quod venit
occaſionaliter,vide Bal.in c.nam concupiſcentiam,ſupra de conſti.vbi ſin-
gulariter tradit,quod non,per tex.in l. verum. ff. de fur. & vide ibi late de
hac regula. Seb.Sap.

e Dictio ex.Denotat cauſam proximam, & immediatam, ſed dictio,ob,deno-
tat cauſam remotam,& mediatam.Adde tex. & ibi Barto.no.illum in l.non
dubium.C.de leg.in vlt.colum. & alii omnes ibi,& Bart. in l.1. §.ſi ex incẽ-
dio.ff.de incen. rui. nau. vbi tamen dicit Bar. quod hoc quandoque fallit,&
late Bar.in l.cum filius.§.hæres.ff.de lega.2. & in l. prætor ait.§.1.ad fi.ff.de
bonis author. iudic. poſ.& quod dictio, ex, denotet cauſam proximam,&
immediatam,adde tex.in l.2.vbi Docto.notant,& ibi latiſſime Bal. de variis
dictionibus. C.ſi ſer. exte. Bal.in l.ex hoc iure.in 6.colum.ff.de iuſti.& iure.
Bar.in l.ex arrhali.C.de actio.emp. & in l.3.§. quæcunque.ff.de ireiut.vi-
de tex.cum gl.in c.auditis,de procu.& tex.cum gl.in fin.c. fi.de rerum per-
mu.can.in c.1.de ope.no.nunc.& Innoc.in c. qualiter. de elect.Item de na-
tura huius propoſitionis, ex,vide tex.no.in §.hoc. Inſtit.de vi bono.rap.fa-
cientem differentiam inter prępoſitionem,in,& ex.Item adde idem eſſe in
dictione,de,quæ denotat cauſam proximam, & immediatã, tex.eſt de vtro
que valde no.in l.1.§.nunc videamus.ad fi. ff.de coniun.cum eman.lib.vbi
dixit tex.Hoc enim non, de bonis ait ſed propter bona eis accreſcit.& di-
cit ibi Bar.in §.emancipatus,quod non habemus alibi tex.ita expreſſum,
per quem decidit,no.Bal.in l.non dubium poſt Iaco.Bu.in 5.no.quod ſtan-
te ſtatuto, quod bannitus de homicidio non poſſit rebanniri,pone aliquis
mãdauit fieri homicidium,& factum eſt, propter quod fuit bannitus, an po
terit rebanniri,non obſtante ſtatuto, determinat no. quod ſic,quia ſtatutũ
dicit,bannitus de homicidio. Pondera,quod dictio,de, denotat cauſam ꝓ-
ximam,& immediatam.oportet ergo, quod ipſe immeditate fecerit homi-
cidium.Et no.quia pul.ſecũ.eſt& per hoc refert ibi Dom.meus Dom.Iaſ.de
May.ſecus eſſe,ſi ſtatutum diceret,bannitus propter homicidium, cum di-
ctio, propter denotet cauſam remotam. Et ibidem confirmat per aliud,qđ
no.decidit Bal.in l. de pecoribus.C.ad lege Aquil. ubi determinat ſtante ſta
tuto, quod de percuſſionibus ſanguinolentis non poſſit fieri pax, ſed impo
ſitam certa pœna.Pone ego percuſſi vnum pugno & propter percuſſionem
cecidit in terram, & fregit caput cum ſanguinis effuſione, nunquid er-
mus in caſu iſtius ſtatuti, determinat no. Bald. quod non,quia ſtatutum lo
citur de percuſſionibus ſanguinolentis, & dictio, de, denotat cauſam proxi-
mam

Digitized by Google

ximam, & immediatam, oportet ergo, quod immediate fecerim ſanguinē. Io contrarium tamen, quod dictio, de, denotet cauſam remotam, alle. tex. quem ad hoc expreſſe ibi no. Bar. in l. ſi finita. §. j. ff. de dam. infe. Seb. Sap. An dictio, ex, denotet cauſam proximam, & immediatam, vltra hic alle. vide Bal. in c. iniuria. ad fi. de pace iur. a fir. in vſi. feu. & Bar. in l. 1. in §. ſi plures. in 4. col. ff. de exerci. & in l. ex tempore. in §. ſeruus. ff. de pecu. & Bal. in l. maximum vitium. in 3. col. C. de li. præte. ibi dicunt, quod denotat cauſam immediatam. vide Pau. de Caſt. in conſi. 39. & Oldra. in conſi. 49. vbi plene ponunt de natura iſtius dictionis, & in locis prædictis etiam ponitur de dictione, propter, & de dictione, ob, & vide Pet. de Ancha. in c. ſi propter. de reſcrip. li. 6. & glo. in c. prudentiam. in §. fi. de officio delega. Et adde quod dictio, ex, denotat ſeparationem, adeo quod ſi dicatur, ex tali die, facit non computari de momento ad momentum. vide per Bal. in l. fi. C. de iure dot. impe. & per Alex. in l. miles. in §. ſexaginta. ff. de adult. Ant. Fran.

Vide Card. in l. liberorum. ff. de verb. ſig. Item, quod inſtrumenta locationis nō ꝓbant proprietatem rei locatæ, nec poſſeſſionem. Ratio, quia non ꝓbat hoc eſſe, quod ab hoc ꝯtingit abeſſe, in c. 2. de transla. epiſc. ſed locari pōt res aliena, & ab ipſo poſſeſſa. l. nemo. C. loca. ergo &c. & de hoc aliquid cum glo. anrep.
5 †Vltimo not. finem cap. & regulam quæ ex illo colligitur, quæ quotidie allegatur. antequam deſcendam ad glo. quæ non ſunt magnæ importantię, annectam quædā dicta doct. quę veniunt ad declaratione prędictorū, & tex. Et primo opponitur ī eo, qđ hic innuitur, iſtum Luithardum fuiſſe Epiſcopū, & Comitē, nō enim vr̄ iſtas dignitates poſſe ꝯcurrere in eadem perſona, arg. ī c. præſens 20. q. 3. Solu. Abbas ſpecifice nō tetigit hoc ꝯriū, ſed tacite ſenſit. Dixit enim, quod iſte hic appellatur Comes iuxta conſuetudinem Lombardiæ, quę eſt, qđ ſi in aliquo genere fuit vnus Comes, oēs de genere iſto comites appellantur, ſed ſigillū ſculpi non dēt cum imagine comitis, niſi comitis principalis, qualis iſte nō erat, ſcđm eum. Ex hoc ſenſit, quod iſte nō fuit verus comes, & ſic ceſſat ꝯrium. Et tunc dic, qđ iſtud ſigillū cū imagine comitis erat vitioſum, quia non cōgruebat illi ſed comiti principali. Secundo dicit, ꝙ præſupponendo, quod iſte eſſet verus comes: tñ donationem fecit eo tpe, quo factus erat epſ. Et iō ſigillum ſuum repræſentare debebat imaginem epi, non principis ſecularis. Vnde cum principis ſecularis imaginē repræſentaret, nō videbatur bonū priuilegium, & hunc intellectum ſatis innuit litera iſta, quæ ſimul appellat hunc epm, & comitem, ſm eum, & facit mentionem de comitatu, qa de rebus ꝓpriis donationem fecerat, non de rebus eccleſiæ. Inde eſt, qđ Imperator cām iſtam delegauit. Hæc ſunt in effectu verba abbatis ſatis bona, ex quibus ſunt notanda duo. Primo, quod comes pōt ꝓmoueri in epm, & ſibi comitatum retinere. Secūdo, quod ſi diſponit in factis comitatus, non dēt ſigillare ſigillo repræſentante imaginem principis ſecularis, ſed potius epi, qa iā deſiit eſſe ſecularis. Dic ergo, qđ litera pōt intelligi multipliciter. Primo, ꝙ iſte erat de genere comitum, & nō comes, eo qđ hēt comitatum, ad ꝙ vide bonam glo. 24. q. 1. c. ſi. Scđo, qđ erat comes rōne epiſcopatus, vt quia habebat dignitatē comitatus, vt eſt epiſcopatus Parmenſis. Tertio, quod erat comes ꝑ prius, nec incurrerat irregularitatem. Et iſte intellectus eſt magis lr̄æ conſentaneus, cū appellet prius comes, q̄ epſ. Et ita vidi in pſona quondā Neapolitani Archiepiſcopi, q fuit de ꝓgenie illorū Comitum de Rubeis in diœceſi Parmenſi. Erat enim comes ratione pr̄imonij, & poſſidebat Comitatū, & nihilominus erat Archiepſ, & vr̄ ꝓbari poſſe in c. fi. ne clerici, vel mona. lib. 6. iuncto eo, ꝙ ibi no. ꝑ Ioan And. Et ad cap. præſens, alleg. in ꝯrium, dic, quod forte ille ſponte renunciauerat. Non enim dicitur ibi, ꝙ aliter non poſſet eſſe clericus. Si enim epſ, vel abbas, ſeu alius prælatus iſta poſſidere pōt rōne eccleſiæ, fortius rōne ꝓprij patrimonij, vt in d. c. fin.
6 †Secundo oppo. quia hic fuit ꝓbatum, ꝙ publica fama habebat, hæc omnia pertinere ad monaſterium, ergo debuit ſufficere, cum factum eſſet antiquum, & ꝯcurrerēt alia adminicula, vt in c. cum cām, ſup. de ꝓba. & c. præterea, de teſti. Solu. Ioan And. non format directe hoc ꝯrium, ſed ipſum ſentiendo, dicit primo, ꝙ ideo hic contemnitur hæc probatio famæ, ita vt de ea nulla fiat mentio, qa etiam in antiquis factis ſola fama non ꝓbat. Secūdo dicit poſſe dici, ſm Hoſt. ꝙ iō hic non curatur de fama, quia alia indicia ſic euidēter reprobātur, ꝙ prællāt adminiculum ꝯ famam, quæ potuit oriri ex falſis inſtrumētis, de qbus ſequitur, alias ſuffeciſſet fama cum alijs adminiculis, de quo remittit ad d. c. pręterea. Not. bene ex primo dicto Hoſt. ꝙ fama non releuat, qn aliæ probationes reprobantur. Secundo perpetuo nota, ꝙ fama cum alijs adminiculis probat dominium in antiquis factis. Quod tamen ego ſimpliciter non admitto, niſi ſaltem illa adminicula facerent ſemiplenam probōnem, de quo vide quod dixi latius in c. veniens. il 1. ſup. de teſti. vbi tractaui effectum famæ, & per Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt, & vide Inno. in c. illud. de præſump. in fi. & quod dixi in c. cum ad ſedem, de reſt. ſpolia. Tertio ad iſtum tex. reſpondet Io. An. ꝙ hic pars nitebatur probare famam, ſed non probauit, vt colligitur ex tex. ibi, nitebatur. & per hoc euitatur aliud ꝯrium, quare teſtes nō releuauerunt abbatem, cū depoſuerunt, ꝙ a ſexaginta annis, & infra &c. nam teſtes nō ſic depoſuerūt, ſed abbas nitebatur ſic probare. Vel dic, & quarto, vt dixi in c. licet ex quadam ſup. de teſtib. quod in factis antiquis, quæ ſui natura nō poſſunt ꝓbari, niſi ꝑ famā, tunc fama multū operatur. Secus in alijs, quæ ſui natura potuiſſent vere probari, licet per negligentiam partis probatio propter antiquitatē ſit
7 facta difficilis, vt in domino probando. †Oppo. 3. contra vnum
a notabile, & contra tex. Innuit enim a iſte text. in ver. inſtr̄m, qđ
b notarius b poſſit per alium, inſtr̄m ſcribere, ꝯ tex. in Authē. de tabellio. §. nos autem. vbi text. videtur velle, quod notarius debet per ſe totum complere. Soluit hic Hoſt. quod licet tex. hoc innuere tacite videatur, non tamen eſt verum, ſi hoc facit ſcribi per manum priuatam, ſed nec etiam per publicam, niſi iudicis authoritas interueniat, vt in d. Auth. & infra eod. c. pe. & vlt. Io. An. remittit ad Spec. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. qđ de hoc. & ibi Spec. nil approbat. Sed Io. An latius ꝓſequit̄ poſt Nic. Matt. ī §. inſtr̄is. ver. itē ponitur, vbi in effectu vr̄ velle, ꝙ ſi tabelliones ſunt ꝑ ſe ſine ſtatione, tunc ipſi, q fuerūt rogati dēnt ꝑ ſe inſtr̄m totum ſcribere, & ꝯplere, vt in d. § nos aūt. niſi ſubſit conſuetudo, vt notarius poſſit ſcribere inſtr̄m ex ꝓtocollo alterius, quæ ſeruanda erit, arg. c. cum dilectus. inf. eo. & l. 3. C. quæ ſit lon. cōſuetu. Si aūt in ſtatione eſt magiſter, & diſcipulus, & ambo audiunt, tūc pōt diſcipulus ſcribere, & magiſter ſe ſubſcribere, nec hoc impugnat d. §. nos autem. Aduerte tamē, quia glo. ibi intelligit, qn etiam diſcipulus fuit rogatus, & credo, quod etiā fuit de mente Io. And. in loco prealle. vbi vide latius per eum Do. Ant. lente hic tranſit. dicit. n. ſe putare, quod de iure toleraretur inſtr̄m, ſi ambo eſſent rogati, & quilibet ſe ſubſcriberet, & vnus ſcriberet, & ſic dicit ſeruari Bon. Sed de hoc non dubito. nā impoſſibile eſt, quod ſcribant ambo. videtur tamen D. Ant. ſentire, qđ regulariter notarius, q nō eſt magiſter, nō poſſit ꝑ alium ſcribere. Idem ſentit gl. in l. generali. C. de tabu. lib. x. & in c. cum P. inf. eo. Do. Card. inf. eod. dicit ſe conſuluiſſe notarium poſſe per aliū ēt priuatū ſcribere inſtr̄m, dū modo ipſe, qui fuit rogatus, ſe ſubſcribat, ad hoc. 12. q. 1. c. cū redēptor. & hoc c. inducēdo. vt ī. & in Auth. de tabellio. §. antepe. & pe. & in Auth. de inſtru. cau. §. in his vero. Mouet̄ hac rōne, qa induſtria tabellionis non eligitur in ſcribendo, ſed vt det fidē geſtis, q̄ ſatis præſtat, in ſe ſubſcribendo. Et hoc mihi ſatis placet, & in multis locis de ꝯſuetudine obſeruatur. Nec ob. §. nos aūt. qa dico, ꝙ conſiderata ipſius mente, potius facit ꝯ. Nam emanauit ibi illa prouiſio, qa ille, qui rogabatur, non audiebat verba ꝯhentiū, ſed alij cōmittebat, & ipſe poſtea ſe ſubſcribebat; ſecus ergo ſi ipſe rogatus fuit p̄ſens, & poſtea ſcribat per aliū, maxime eo dictante, & in fine

ADDITIONES

a Innuit. n. Vide Alex. in l. quædam. §. nihil, col. 3. ff. de eden. & in conſi. 12. inci: viſo tenore, in 1. col. Pau. de Ca. in conſi. 125. in 2. par. ſecundum nouiſſimā impreſſionem. Seb. Sap.

b Notarius. An quis poſſit ſcribere inſtrumentū per alium, de quo vide per gl. fi. in c. cum P. infra e. & per D. Ant. in c. qm contra, de prob. & late in c. fi. de offi. dele. in vlti col. & vr̄ ꝙ ſic, dum modo ſe ſubſcribat maxime per dictum Ang. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus. ff. de verb. obli. ubi dicit, ꝙ ſi ſtatutum dictat, ꝙ ſcriptura priuata manu debitoris, faciat plenam fidem, habebit locum ſtatutum, ſi ſit ſcripta manu alterius, & ſubſcripta manu debitoris. Pro quo facit tex. in l. ne in arbitris, C. de arb. Et de qō. hic poſita per Abb. Pan. uide Bal. in l. 1. §. ne autem, in 3. col. C. de cad. tol. & in l. repetita, C. de epi. & cle. uide Bar. in l. quædam, §. nihil intereſt, ff. de eden. ubi dicit, ꝙ ſi notarius eſt impeditus, longo tempore duraturo impedimento, poteſt ex ſuis protocollis facere fieri inſtrumentum per alium, ar. l. ſi longius. ff. de iudi. de quo uide per Bar. in l. diuus, la 2. § item ſenatus. ff. de fal. & adde ad hoc tex. & gl. in uerſi. ſua uice, in c. cum inter uos, de re iudi. Et de q. hic poſita uide in terminis per Bal. in rub. C. de fide inſtru. in 12. col. in uerſ. ſed tamen hic dubitatur, & Do. in c. ſi propter, de reſcr. in 6. ubi per illum text. qui dicit, ſcripta litera, dicit, ꝙ ille, qui ſcribit per alium, ſatis dicitur ipſe ſcribere quod dicit facere ad ſtatuta loquentia de ſcribente, pro quo alle. optim. tex. in c. cum in poſitionibus, prope fi. de iureiur. in 6. An autem notarius poſſit partim ſcribere per ſe, partim per alium, dic ꝙ non, quia tunc ſcriptura inſtrum. non diceretur munda prout eſſe debet, ſed eſſet ſuſpecta. Ita dicit no. Bal. in l. contractus, in 5. col. uer. demum quæro, ſi apparet. C. de fi. inſtr. Item adde hic, ꝙ quando quis tenetur ſe ſubſcribere in actu, ſi neſcit, uel non poteſt, debet facere hoc per tabelli, ad hoc ſolum deputatum, tex. eſt in l. fi. §. ſi autem dubius, C. de iure delibe. Sed ꝙ tūc ſufficiat ſcribere per alium, probare uidetur tex. in l. libellorum, ff. de accu. Adde, an notarius poſſit per alium ſcribere, Alex. conſi. 128. 1. lib.

Circa hoc, an notarius poſſit per alium ſcribi facere inſtrumentum, & illi ſe ſubſcribere, quando forſan eſt impeditus ipſamet ſcribere, dicas, quod ſi ſcribens ſcribit de mandato notarii rogati de inſtrumento, de quo mandato notarius ſubſcribens debet in ſubſcriptione fidem facere, ualet talis ſubſcriptio perinde, ac ſi ipſe notarius principaliter ſcripſiſſet, quia ſubſcribēs ſe ſcripturæ alterius manu ſcriptæ de ſuo mandato, cenſetur totam ſcripturam ſcripſiſſe. l. ſi ita ſtipulatus, in §. Chryſogonus. & ibi per Barto. in penu. col. & per Ange. & Alex. ibi, ff. de uer. obliga. & habetur per Bal. in l. hac conſultiſſima. & in l. cum antiquitas. in ulti. col. C. qui teſta. facere poſ. & habet per Bal. in Authen. contra qui propriam. C. de non nume pecu. & per Alex. in conſi. 167. in 1. parte conſi. Et adde, quod ſubſcriptio notarii archiui publici copiæ inſtrumenti dandæ alicui ſufficit, licet teſtes tranſumptioni nō interfuerint. Ita Bal. in rub. de fide inſtru. in 2. col. & de ſubſcriptione notarii facienda inſtrumento, uel ſententiæ, qualiter fiat, & quid operetur, uide per Specu. in titu de inſtrumen. edi. in §. inſtrumentum. in uerſi. item quod nuo eſt a tabellione. & in titu. de ſenten. prola. in § in autem. in uerſi. notarius. Ant. Fran.

Digitized by Google

fine ſe ſubſcribat, vt in reg. ꝙ p aliũ, de reg. iu. li. 6. & in c. mulieres. § 1. de ſen. excõ. vbi mandãs, dr̃ vere facere quoad iuris effectũ. Itẽ de hoc vr̃ tex. hic a ꝯrio, non cauillando literã. † Quarto
8 op. p rõnẽ literæ, ꝯ tex. Nã dicit litera. Qđ meũ eſt ex vna cã, &c. ſed iſta nõ erãt monaſterii, qa priuilegiũ Luithardi erat falſum, ergo donõ Imperatoris debuit valere, arg. de reſt. in integ. c. cõſtitutus. Sol. dicit Inn. & Hoſt. poſt eũ, qđ ideo non valuit factũ Imperatoris, qa non intẽdebat illa bona de nouo donare monaſterio, cũ crederet pp dõnẽ pcedentẽ Luithardi, q̃ credebat tenere illa bona eſſe monaſterii. Reperta. n. falſitate primi priuilegii, corruit ipſo facto ꝯfirmatio. Nã in donõne intentio eſt neceſſaria, Inſti. de don. §. & in ſumma, & C. de don. l. nec ignorans. Itẽ ſicut nõ tenet ſnĩa lata ex falſo inſtrõ, ita & priuilegiũ ex falſa cã, vel falſo inſtrõ ꝯceſſum non tenet, C. ſi ex fal. inſtr. l. 1. & 2. qđ bene notabis. Si aũt in primo originali priuilegio non apparuiſſet falſitas, vel illi nõ inniterẽt princeps, ſed diceret. Talia & talia ſibi ꝯcedimus, & ꝯfirmamus tũc non q̃rerẽt, ſm Inn. q̃ ſint ꝯceſſa, & q̃ ꝯfirmata, qa in quib. non valet ꝯfirmatio, p ꝯñs non valet ꝯceſſio. Hæc. n. vr̃ Principis intentio, quaſi diceret in omnẽ euentũ volumus, vt monaſteriũ hęc hẽat, ſiue vt donata, ſiue vt ꝯfirmata. Et hoc verũ ſm eũ, niſi p ſurreptionẽ, a
a priuilegium ſit obtentũ, vt inf. c. prox. & hæc verba bene notabis, qa faciunt ad multa. Dic ẽt, ꝙ in priori caſu ceſſaret interpretatio Papæ, ſi ſub ꝯdõne donaſſet, puta ſi dixiſſet. Donationem tamen ꝯfirmamus, ſi tenuit, & ſi non tenuit, de nouo damus, vt voluit hic Io. An. & bene. Itẽ dico diſpõnem huius c. procedere circa prædicta ẽt ſi Princeps ꝯfirmaſſet, appoſita illa cła, Supplentes de ptãtis plenitudine, ſi qs defectus interuenit, &c. Rõ
b quia per illam cłam ſolum ſuppletur defectus b cõmiſſus circa iuris ſolemnitatẽ: ſecus ſi alius ſuberat defectus, puta, qa illegitimus, vel falſarius literarũ, vel quid ſimile. Ita no. dicit Spec. in tit. de leg. §. nunc oſtendendũ, ver. 18. Sentit Hoſt. in c. de tranſa. & idem vbi eſſet defectus ptãtis, vt in cle. paſtoralis, §. cæterum, de re iud. Fortius ergo, vbi eſſet defectus ꝯſenſus, vt puta, quia priuilegiũ fuit falſo fabricatũ, vt hic. Princeps. n. non inten
d dit talia ꝯfirmare, quia nec proprie in talib. cadit ꝯfirmatio. cũ nullum ſubſit fundũ. Facit qđ no. Inn. in c. qđ ſicut, de elec. Idẽ dico eadem rõne. vbi confirmaſſet ex certa ſcientia. Non enim vr̃ velle ſupplere hos defectus naturales, argu. l. nec ignorans, pꝛalleg.
9 † Et hæc poſſunt adduci ad q̃õnem quotidianã, an præ-
c ſuppoſita ꝯfirmationis validitate, ſufficiat ad probõnem prius ꝯceſſorum producere ipſam confirmationem, an ſit opus probare aliter ipſa prius donata & ꝯceſſa, & poſtea ꝯfirmata? Sol. ex dictis Inn. q̃ ponit hic obſcure Io. An. vt iacent, colligi pt: & credo ꝙ Inn. poſuerit hæc in add. quia cõiter in originali Inno. hæc non rũperetur. Dicit. n. ꝙ priuilegia cõfirmatoria ſunt hic meliora, quę conceduntr̃ ad inſtar, qa in confirmatoriis di de re aliqua, quæ ſit donata, vel vendita, & pro tali hr̃, nec intelligitur per prædicta verba donatio ꝯfirmata, licet in priuilegio dicat̃ in principio, Confirmamus oĩa habita, & habenda, niſi ea, quæ dantur, vel ſtatuuntur, principaliter innitantur ꝯfirmationi. ita ꝙ confirmatio eſt principalis cã quare ſit donatum, vel ſtatutũ, & non ponitur confirmatio narratiue tm̃. & dicit repetenda, q̃ no. in ſumma, C. de ſal. cau. adi. leg. Secus dicit, qñ in priuilegio ꝯtinetur, ꝯcedimus hoc priuilegium, ad inſtar, quia tunc oĩa, q̃ continentr̃, & ſequuntur, conceſſa intelliguntur ad inſtar: vnde, ſi ſequatur in eodem priuilegio, Et donamus vobis talẽ eccleſiã intelligendũ eſt ad inſtar. & idẽ, ſi dicat Decernimus, vel ſtatuimus. Et idem ſi dicat, adiicimus, ꝙ hẽatis ius in tali eccleſia: vel ſi dicat, eam eximimus, quia ſemper intelľr ad inſtar. Et intendit per hæc verba Inn. ſm Ioã. And. ꝙ neceſſe ſit hoc vltimo caſu probari iſtud, ad quod ſit relatio. Facit inſ. de pręſcr. c. auditis. Hoc patet ẽt ex eo, qđ ipſe Inno. ſubdit, dicens, ꝙ qñ in priuilegio dr̃. Eximimus oẽs eccleſias veſtras, quæ per vos ſum pſerunt regulam Auguſtini, in quib. has duximus exprimẽdas. hæc verba ponuntur narratiue, arg. 3. q. 6. c. hęc quippe, & ideo nulla eccleſia expreſſe probatur exempta, niſi per eos probeẽ, ꝙ ſumpſerint regulam Auguſtini. Hæc ſunt verba Inno. quæ ad literam refert hic Io. And. quę vt vides, ſatis ſunt obſcura in primo membro. Et credo, ꝙ mens Inn. fuerit diſtinguere inter priuilegia confirmatoria, & illa, q̃ cõceduntur ad inſtar, vt primo caſu, ſi ꝯfirmatio ſit ex certa ſciẽtia, puta, qa narrat ſerioſe priorem ꝯceſſionem, & eam poſtea ꝯfirmat, tunc non ſit neceſſe exhibere primam ꝯceſſionem, ſed ſufficiat ſola ꝯfirmatio, ſecus vbi ita non narrerẽ prima conceſſio, vt ſi ſimpliciter, & generaliter diceret, Confirmamus oĩa habita & habenda, & poſtea narratiue aliqua de donatione exprimeret. & hoc apertius voluit Spec. in tit. de inſtr. edi §. nunc aũt, in 1. col. Sed in ſcđo mẽbro, vbi dicit ꝙ ad inſtar talis pdeceſſoris noſtri ꝯcedimus, &c. tunc .n. ſemper oportet, ꝙ doceat̃ de prima ꝯceſſione. Et idẽ vbicũque ꝯcedens refert ſe ad aliud, quia tũc dẽt probari illud, ad qđ ſit relatio. & hæc notabis in practica. Nam quotidie impetrantur talia priuilegia cõfirmatoria, vel ad inſtar, & originalia ſunt perdita. Venio nunc ad gl. & primæ quatuor ſunt faciles, & ex-

10 peditæ per ſupra dicta. † Gl. 5. quærit, an hæc clauſula ſaluo iure addẽdi & minuendi, ſit neceſſario apponenda in libello? Reſpõdet, ſecundum quoſdam, ꝙ ſic, arg. huius literæ. Sed concludit contrarium, dicens, ꝙ ad cautelam poni poteſt, ſed non de ne-
d ceſſitate, d quia ſi apponatur, vel nõ, libellus mutari poteſt vſque ad lit. conteſt. & non poſtea, vt l. edita. C. de eden. No. bene gloſ. & idem tenẽt hic communiter Docto. & Specu. in tit. de
e libe. conce. §. nunc videndum, circa ſi. Sequitur Bar. e in l. edita, præalleg.

ADDITIONES.

a Surreptionem. Priuilegium confirmationis impetratũ a Papa, vel a Principe, ſi ſit ſurreptitium puta, quia ſit confirmatorii alterius inſtri, quod erat falſum vel alicuius contractus ſimulati, & de his non ſit data notitia Papæ vel Principi confirmanti, talis confirmatio nihil penitus operatur, ẽt qđ eſt fortius, ſi in cõfirmatione apponantur illa verba, confirmamus actum, ſi de ſe eſt validus, alias de nouo concedimus, imo nihil operatur, ẽt ſi adeſſet, qđ eſt fortius, clauſula, ſupplentes de plenitudine ptãtis oẽs defectus tam iuris, quã facti, ſi qui ſunt, nam adhuc ſtantib. omnib. iſtis clauſulis, confirmatio nil valet, & nihil operatur pp vitium ſurreptionis, vt hic latius per illũ, quod no. quia frequentiſſimum eſt ad prædicta ẽt facit illud, quod no. Bar. in l. 1. per gl. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. ubi ẽt alii Doct. ꝙ ſi Papa confirmat priuilegia alicui eccleſiæ, uel princeps confirmet ſtatuta alicuius ciuitatis, intelligitur ſolum confirmare, quæ iuſta ſunt, & non alia. Idẽ dicit Bal. in c. in pñtia, in 5. col. de prob. & in l. cum oportet, in prin. poſt Cy. ibi. C. de bo. quæ li. & in l. 1. in 1. col. ff. de conſti. prin. & in c. 1. ubi oĩno videas aliqua pulchra ad propoſitum, in tit. per quos fiat inueſt. & in l. 1. C. de mono. & in l. 3. C. de prec. Impera. offer. Lod. Ro. in conſi. 222. inc. viſo inſtrũ & tit. q̃õnis, in antep. col. Sicut videmus in confirmatione feudorũ, quæ princeps facit, quia ſolum uera & legitima feuda dr̃ confirmaſſe, & non alia, tex. eſt de hoc valde no. in c. 1. & ibi Bal. no. in tit. per quos fi. inueſt. & in aliis locis prælle. Et ſic vides, ꝙ Papa, vel Princeps confirmando priuilegia, non ſemper intelligitur de nouo dare, ẽt ſi ſint inualida. Accedat ẽt illud, quod pulchre voluit Bal. in l. oẽs populi, in 8. col. ſup. de iuſt. & iu. vbi elegãter dixit, quod ſi Papa vellet, poſſet expreſſe confirmare ſtatuta condita contra libertatem eccleſiæ, tñ in generali confirmatione ſtatutorum non intelligitur confirmaſſe ſtatuta contra libertatem eccleſiæ. De quo dicto, & eius ueritate, ibi vide latius per Bal. & D. meũ D. Iaſ. de May. ad prædicta ẽt faciunt no. p Ale. Imo. & latius per D. Iaſ. in l. moræ, in 10. col. & ſeq. ff. de iur. om. iud. Adde, quid operetur clauſula, ſupplentes omnem defectum, Alex. cõſi. 50. 1. lib. & de confirmatione papæ quoad ſtatuta eundem, conſi. 69. 2. lib. & vide quoad quæſtiones Abbatis. Are. conſi. 8. & conſi. 13. & 62.

b Defectus. Vide Fel. in c. poſtulaſti, col. 15. de reſcri. vbi alleg. concor. Seb. Sap.

c Præſuppoſita. Vide Car. in conſi. 119. inci. monaſterium S. Iuliani, col. 6. Gem. 1. c. 1. in prin. col. 4. de ſen. excom. in 6. Ang. in l. ſi donatio, C. de don. Fel. in c. 2. col. 18. uer. leges incertæ. ſup. de reſcri. Seb. Sap.

d De neceſſitate. Quod prædicta clauſula nil operetur, concludunt Doct. communiter in d. l. edita. Sed Iaſ. ibi col. 1. limitat tripliciter, primam tamen limitationem reprobat Dec. in c. licet cauſam, colũ. 16. ueri. ſed primo limita, de prob. Seb. Sap.

e Bar. Et cum Bar. tenent ibidem alii, præſertim Sal. in 11. col. Bar. in l. non ſolum, §. morte, in 10. col. ff. de ope. no. nuo. & in l. cum procurator. §. ſi dominus, ad fi. 1. col. eo. tit. & in l. Neſennius, in 2. no. per illum tex. ff. de neg. geſt. cum aliis concord. ibi ſignanter per do. Alex. Imo. Bene facit, quod decidit Bal. in l. tres denunciationes, ad fi. in vlt. q. C. quo & qñ iud. confirmat iſtam deci. vltra alios d. Iaſ. de May. in l. edita, in antep. col. C. de edẽ. per illud, qđ ſing. & fortius decidit Bal. in auth. hodie, ad fi. C. de tur. cal. vbi decidit Bal. ꝙ poſt li. con. non eſt licita emendatio, vel mutatio libelli, nec poſſet fieri ẽt de conſenſu vtriuſque partis, quantominus propter ſolam proteſtationẽ vnius. & de illa clauſula. ſaluo iure addendi, uel minuendi, uide oĩno Bald. in d. l. edita, in rep. Paduana, in 2. colũ. pen. char. ma. in uer. item dubitatur, an clauſula ſaluo iure, &c. ubi inter cætera limitat ſingulariter deci. Bar. & cõem, procedere, quando clauſula ſuit concepta ſub uerbis, quibus vtitur Bar. ubi ſup. & Abb. Pan. hic videlicet, ſaluo iure addendi, uel minuendi, qa tunc ẽt ſi aduerſarius conſentiret, illa clauſula adhuc nihil operaretur. Rõ, quia proteſtans ad ius ſe retulit, dum dixit, ſaluo iure, ſecus ſi ita diceretur ſaluo mihi arbitrio addendi, vel minuendi, tunc illa clauſula operaretur, quod poſſet emendare, uel mutare poſt lit. con. alle. tex. in l. 3. in rõne ſui, ibi, ad ius retulit, C. de hæ. inſti. quod reputat valde no. Sed do. meus d. Iaſ. dum legeret, d. l. edita, dixit hanc limitationem Bal. nullo modo ſibi placere, eo, quia arbitrium non importat, neque reſpicit meram uoluntatem, ſed iuris diſpõnem, prout declarant Bar. & Doc. in l. ſi ſic, ff. de leg. 1. Ergo illa verba, ſaluo arbitrio, regulantur ſecđm diſpõnem iuris: ergo non eſt dicta dicere, ſaluo iure, uel ſaluo mihi arbitrio. Imo plus tenuit ibi, quod ẽt ſi clauſula iſta proteſtationis conciperetur per uerba importantia liberam & abſolutam uolun. tamẽ adhuc ipſa nihil operaretur, nec eius uigore poſſet aliqua emendatio, uel mutatio fieri poſt terminum iuris. Hoc probat primo p rõnem Bar. ubi ſup. quam refert ibi Abb. Pan. quia quando aliquid non pẽdet a uoluntate partium ſed ſtat in diſpõne iuris certe proteſtatio partium, quomodocunque concipiatur, nihil poteſt operari. Secundo, quia ſi de conſenſu vtriuſque partis non põt iſta mutatio, uel emendatio fieri, ut ſup. proxime dixi in uer. confirmat, quantominus poterit fieri per ſolam proteſtationem vnius partis tantum. Et ſi diceretur, quod poſtquam iam lis eſt conteſtata, & iam per lapſum termini præcluſa eſt uia, tunc conſenſus utriuſque partis nihil operaretur. Sed nos loquimur, qñ proteſtatio ſit tpe congruo, quo caſu poſt li. con. & ſic poſt terminũ iuris debuiſſet eſſe licita emẽdatio vel mutatio, quaſi trahatur retro ad tps factæ proteſtationis, & rñdet, quod hoc nihil ualet pp duo. Primo, per reg. l. quod ſponſæ, C. de don. ante nup. quam ibi no. Bar. nunquã fallere. Secundo per aliam reg. quæ ſumit ex aureo tex. l. 1. honorum. ff. rẽ ratã hab. gl. in reg. ratihabitionẽ, in 6. in prin. declarat profunde Bar. in diuina repe. l. ſi is qui pro emptio. ff. de viuc. Dicit ẽt Bal. in d. l. edita, in rep. Paduana, in 3. col. & in d. l. Neſennius, in 4. col. ff. de neg. geſt. qđ quamuis illa clauſula. ſaluo iure addendi. &c. nihil operetur, quantum ad facultatem emendandi libellum, &c. operatur ſaltem illum effectum ſecundum eum, quod ille, qui ſic proteſtatur, non videtur conuexe agere, ſed incluſum, & ideo non uidetur ad aliquid ſe adſtringere.

prææalleg. in pen. col. vbi dicit quod hæc clauſula nihil operatur,
& probat ratione. Mutare libellum non dependet a voluntate
libellantis, ſed a legis diſpoſitione, vt d. l. edita, & in Authē. qui
ſemel C. quomo. & quan. iud. ergo proteſtatio patris nil opera-
tur, vt no. in ſi. in l. alimenta, C. de neg. geſt. & in c. cum M de cō
ſti. An, & quando libellus poſſit mutari, addendo, vel minuen-
do, vide plene per Barto. in d. l. edita, & dixi aliud in c. 2. de lib.
obla. Quæro, quod ius deduxit Abb. in hoc iudicio? Gloſſ. 6. di-
cit, ꝙ omne ius competens monaſterio, quod dicit patere per
a verbum, pertinere, a poſitum in tex. & no. in hoc gl. & Idē Inn.
in c. cum eccleſia Sutrina, de cā poſſ. & proprie. Et ex hoc, & ex
tex. no. ꝙ in rei vendicatione poteſt actor concludere, rem re-
ſtitui, prout petebat iſte Abb. vt patet in prin. non tamen intelli
gitur de nuda poſſeſſione, ſicut quando agitur poſſeſſorio. Nec
mireris, quia rei vendicatio poſſeſſionem auocat, C. de alie. iu-
dicis mutan. cauſa fa. l. vna, & tenent hic Goffred. & Io. And &
vide quod no. in c. 2. de dolo, & contu. per glo. Inſti. de actio. io
21 prin. † Quæro dicitur hic in tex. ꝙ priuilegium Henrici, confe-
rebat, vel etiam confirmabat. Videtur enim hoc impoſſibile,
arg. in c. fi. de inſti. Sol. gl. in ver. vel etiam conferebat, ꝙ Henri-
ci. cōferebat, tanꝗ dominus prædicti Comitis, quia ille Comes
non potuit alienare feudum, etiam in eccleſiam, ſine licentia
domini. Not. hoc dictum, ſed die de hoc plenius, & melius, vt
no. in c. fi. de rebus eccle. non alien. & in c. quæ in eccleſiarum,
de conſti. Secundo ſoluit, vt dr̄ in tex. ꝙ ad alia referebatur cō-
firmatio, & ad alia ꝯceſſio. Alii aliter dicunt, quæ referre nō cu-
ro, quia textus met hoc declarat, & ſupra aliqua tetigi circa vir
tutem huius confirmationis. Nam dicebant quidam, ꝙ confir-
matio reſpicit hoc caſu vtile dominium, quod habebat vaſal-
lus, in quo transferendo licentia, domini erat neceſſaria. Colla
tio vero reſpicit maius, & directum domininm, quod habebat
dominus, quod tamen non placet Inn. quia non eſt credendū,
ꝙ dominus per hæc verba voluerit a ſe directum dominiū ab-
dicare. Nec etiam potuiſſet, ſi voluiſſet, ſecundum Hoſt. arg. in
l. legatus, ff. de off. præſi. Hoc vltimum eſt falſum, quia ſecundū
hoc non fuiſſet valida Conſtantini donatio facta in Eccleſiam:
Cuius ꝯtrium communiter tenetur, & probatur in c. fundamen
ta, de elect. lib. 6. eum ſim. Item dic, ꝙ primum eſt ꝯ hunc tex. q
interpretatur donationem referendam ad alia bona, quæ cum
22 non fuerint expreſſa, per nos exprimi non poſſunt. † Gl. in ver-
bo conſumptum, quærit, in quib. locis conſumptio, vel abraſio
inducat ſuſpicionem? reſponde, vt in ea, quam not. Idem dicūt
Io. & Vinc. in teſtium coactione, vel in iuris narratione. Item ſe
cundum Inn. & Io. And. in nominib. iudicum, vel partium, vel
rerum, ſuper quib. eſt litigium vel in data, vel in narratione, ſeu
concluſione iuris, vel correctione attеſtationum, & in multis
aliis, quæ iudex diſcretus poterit intueri: & vide de hoc qđ nota
tum fuit ſupra co. c. ex literis. Dicit tamen Inn. iudicem debere
attendere, ſi contra iſtas ſuſpiciones appareant aliæ in contra-
rium, vt in c. pe. & vlt. de crimi. falſi. Dicit etiam, ꝙ plus reddit
reſcriptum ſuſpectum raſura, quam conſumptio, per c. fi. infra
23 co. & de confirma. vti. vel inuti. in c. cum dilecta, ꝙ no. † Glo. in
ver. indictionis, facit quatuor. Primo quærit, an indictio ſemper
debeat inſeri in inſtrumento, & dicit, ꝙ ſic. Addit quædam alia
inſerenda. Tu de hoc dic, vt plene dixi in c. 1. ſup. eo. titu. Secun-
do quærit, an inſtrumentum, debeat edi cum die & Conſule,
Dic, vt plene dixi in c. 1. de prob. Tertio quærit, quid ſit indictio
& reſpondet, ꝙ eſt quidam numerus annorum, conſtans ex tri-
bus luſtris, &c. vt in glo. Et dic, quod quinque anni faciunt vnū
luſtrum, ff. loca. l. item quæritur. §. qui impleto. Et dicitur indi-
ctio ab indicēdo, quia in ſingulis 15. annis indicebantur tributa
Romanis. Nam in primis quinque annis indictionis, dabat̄ Ro
manis tributum in ferro pro armis, in ſecundis in argento pro
ſtipendiariis, in tertiis in auro ſeruando pro republi. & de hoc.
C. de Iuſti. Co. confir. l. vna, in fi. & per gl. in Auth. vt præpo. no.
Impera in verbo, indictionis. Simile no. de triplici corona Im-
peratoris, quarum vna eſt ferrea, alia argentea, alia aurea, in cle
men. Romani, de iureiur. Quarto, & vltimo quærit gl. quomo-
do poſſit perpendi falſitas inſtrumenti ex falſa indictione, & ꝯ-
ſequenter quæritur, quomodo dignoſcatur quota indictio cur-
rebet anno confecti inſtrumenti: Reſpōdet in effectu, quod de-
bet prius videri, quotus annus Domini currebat tunc, & diui-
datur anni Domini per xv. & quicquid ſupereſt a xv. ita, ꝙ nō
compleat xv. additis tribus annis, talis debet eſſe indictio in in-
ſtrumento, & ſi non eſt talis, falſum eſt inſtrumentum, ſecundū
gl. No. plura ex hac particula glo. primo regulam ad indictionē
inueniendam, vt diuiſis annis Domini per 15. addantur 3. anni
reſiduo, & dic, quod illi tres anni adduntur, quia anno natiuita
tis Domini tertia erat indictio. Secūdo no. quod ſi indictio eſt
falſa, puta, quia non concor. modo prædicto cum annis Domi
b ni, redditur inſtrumentum falſum b. Hoc non eſt indiſtincte ve
rum, ſed dic, vt no. Io. And. ſuper data. 6. li. in nouella. & per Bal.
in l. ſi librarius, ff. de reg. iu. & per Spec. in titu. de inſtru. edi. §. 1.
iuxta prin. & §. inſtrumentum, ver. item, quod non eſt, & Arc.
23. q. 5. c. de Liguribus. Item no. tertio ex gl. ꝙ anni Domini cō
c putantur a natiuitate. Quidam tamen computant ab incarna
tione, vt in c. in nomine Domini. 23. diſt. prima tamen compu-
tatio videtur rectior, de quo vide per D. de Ro. ſua deciſ. 44. An
autem dies, & Conſul, & ſimilia, debeant poni in inſtrumento
priuato, plene dixi in d. c. 2. ſup. eo. per quæ decido, quæ hic no
tauit Hoſt. de procuratore conſtituto per literas confectas ſine
die, ibi dixi. No. gl. io ver. magis, quę innuit Chronicam in iudi
cio probare, & vide gl. in c. venerabilem, de elec. in ver. transtu-
14 lit, & Bar. in l. 1. §. ſi cer. pet. † Gl. in ver. mentio, colligit, ꝙ in pri-
uilegiis fienda eſt mentio ſentētiæ, ſicut & compoſitionis, &c.
Ego hoc credo verum, quando priuilegium eſſet contra ſentē-
tiam, vel compoſitionem, quia princeps in dubio non intelligi
tur, ſeu præſumitur velle venire contra ſententiam, vel compo
ſitionem, de eis mentione non habita, vt in c. ex multiplici, de
deci. & io c. cum olim, de præſcrip. Si autem priuilegium eſſet
ſecundum ſententiam, non video ad qđ ſit neceſſe facere mē-
tionem de ſententia, cum quis poſſit multiplicare titulos, vt in
c. poſt electionem, de conceſ. præb. & inf. in glo. in verbo, quod
15 menm, in fi. † Opp. contra tex. in ver. nec atteſtationes: & vide-
detur, ꝙ iſtę atteſtationes debuiſſent valere inter alias perſonas,
vt in c. cum cauſam, & cap. conſtitutus, ſup. de teſti. Reſpondet
gl. in verbo, nocumentum, ꝙ partes non compelluntur tales at
teſtationes recipere, vt hic, ſed bene poſſent communi conſen
ſu approbare, de quo vide, quod dixi in d. cap. cum cauſam. Sed
ꝯ hoc, & ꝯ tex. opp. Vr̄ enim ꝙ ex neceſſitate iſtæ atteſtationes,
& ſnīa debuiſſent præiudicare Archiepiſcopo, cum ipſe tulerit
ſnīam pro monaſterio, & ſic in fauorem monaſterij, ad hoc inf.
de re iud. c. quamuis. & l. ſæpe, ff. de re iud. ff. de pig. l. fideiuſ. §. 1.
Sol. multiplex. primo ſecundum Inn. iſte Archiepiſcopus iudi-
cauit ex neceſſitate officij, non autem voluntate. officium au-
tem neceſſarium, non debet eſſe alieni damnoſum, de ele. c. cū
non deceat. lib. 6. Iura autem ꝯtria loquuntur, quando quis pōt
alium remouere a iudicio, & non remouit, de quo in d. c. quam
uis, vel quando ſubſcripſit ſe, vt teſtis in re ſua, quæ alteri obliga
batur, vt in d. l. fideiuſ. Item, quando exerceret aliud officium
voluntarium, vt quia eſſet aduocatus, vel teſtis. l. antepen. ff. de
inoffi. teſtam. in c. ex literis. cum ibi, no. de tranſa. Sed officium
iudicandi eſt neceſſarium, ff. de munc. & hone. l. munerum. §.
iudicandi. No. bene hanc ſol. quæ cōiter approbatur a Doctori
bus, & relata ad tex. probat hoc dictum procedere etiam in iu-
dice delegato, qualis erat iſte Archiepiſcopus, ſed ego dubito,
an ſit vera, maxime relata ad tex. quia cā fuit hic commiſſa per
Imperatorem, qui non habebat iuriſdictionem in Archiepiſco
pum, & per conſequens non neceſſitabat eum, & ſic non pote-
rat dici officium neceſſarium, ſed poterat ſe excuſare, & fuiſſet
iuſta cā non acceptandi, vel alteri non ſubdelegandi, vt not. in
c. paſtoralis, de offi. deleg. Item notarius hēt officium publicū,
& dicitur ſeruus publicus, & tamen ſi ſcribit aliquid contra ſe,
facit ſibi præiudicium, vt eſt tex. in l. vxori, in fi. ff. de fal. In con-
trarium tamen pro dicto Inn. facit c. ſuborta. inf. de re iudi. Sed
certe

ADDITIONES.

a Pertinere. Idem dicit Inn. in c. certificari, de ſepul. in ſimpliciter agente, vt vi
deatur intentaſſe omne ius ſuum, vel ſibi competens, ſiue ſit ius commune,
ſiue conſuetudinarium, & intelligitur illud deduxiſſe, quod ſibi plus cōfer
ret ad victoriam obtinendam, & refert, & reputat no. Bal. in l. generaliter,
in 2. col. ad fi. C. de epiſ. & cle.
Adde Alex. conſi. 121. 2. lib.

b Falſum. Vide late per do. And. Sic. in rep. rub. de fide inſtr. col. 19. Bal. in l. Im-
perator. 1. col. 4. ff. de ſtatu hom. Seb. Sap.
An vitietur inſtrumentum, ſi reperitus falſitas in indictione, uide do. Ant.
in c. cum venerabilis, circa fi. de reli. do. & per Bar. in l. ſi librarius. in 2. col.
verſi. quandoque eſt erratum, de re iudi. & per do. Ra. in l. nominatim. ff. de
condi. & dem. & dicit ibi Bar. quod non vitiatur inſtrumentum, ſi notarius
omiſit indictionem per errorem, de quo etiam per Bal. in l. Imperator. ff. de
ſtat. homi. Et adde hic. q. quæ fuit Senis in facto. Producebatur inſtrumentū
confectum Pariſijs, quod non habebat indictionem, aduerſarius oppoſuit.
allegabatur, quod conſuetudo Pariſijs dictabat, quod non apponeretur in
dictio, quæ conſuetudo valet, vt optime probatur in c. cum dilectos. inf. eo.
Deficiebat aduerſarius probare conſuetudinem, quia difficile erat ire Pari-
ſios pro teſtib. Repertum fuit dictum ſing. Bal. in l. 1. in fi. C. ad Velle. ubi di-
cit, quod ſi pars uolens probare conſuetudinem, producit in iudicio ſex
vel octo inſtrumenta Pariſijs confecta, in quibus nulla eſt indictio, ꝙ la-
tus erat probata conſuetudo, ꝙ eſt dictum eius.
Adde, an omiſſio indictionis vitiet inſtrumentum, Rom. conſi. 235. Et an ꝓ-
betur conſuetudo ex eo, ꝙ octo inſtrumenta confecta ſunt abſque indictio
ne, vide quod voluit idem Abb. conſi. 53.
Circa materiam indictionis, ſ. q̄ūo dicatur, & qualiter connumeretur, & qñ
annus iuriſdictionis incipiat, & quomodo apponat in inſtrumentis, & qua
re ſit inuenta, uide plene per Spec. in tit. de inſtru. edi. in §. 1. in ver. poſt an-
nos, & in uer. breuiter, & ſe. & uide gloſſ. 1. in 2. conſti. C. & aliam gl. in rub.
de iud. C. lib. 10. Ant. Frac.

c Computant. Qualiter computādi ſunt anni domini, uide gl. or. in fi. in Auth.
vt præp. no. Imper. quæ dicit, quod a natiuitate, ſed Imo. in l. de diuiſione, ff.
ſol. mat. diſtinguit, ut ibi per eum, & uide Do. poſt Arch. in c. 1. de re. do. vbi
dicit, quod anni Domini computantur ab incarnatione, & ita etiam tenet
Do. in d. c. in nomine domini, in 20. no. 23. diſt.

Digitized by Google

certe potius facit ꝓ, ſi bene ponderẽ. Nam loquitur in ordina-
rio. Itẽ papa ibi proteſtatus eſt de ſuo iure. Secundo ſoluit Inno.
ꝙ Archiepiſcopus tulerat hic ſnĩam ſuper poſſeſſione tñ, nũc
aũt agebatur petitorio; merito ſibi non debebat præiudicare, ff.
de acq. poſſ. l. naturaliter, §. nihil. Hæc ſol. licet ſit vera in ſe: & ꝓ-
betur in c. fi. de cau. poſ. & prop. tñ nõ congruit literæ, q̃ fundat
ſe, ꝙ res fuerat inter alios acta, non qa ad aliud nunc agebatur.
Tertio ſoluit, ꝙ ex nouo iure potuerunt poſt ſnĩam ad Mediola
nenſem eccleſiã peruenire. Hæc ſol. mihi non placet, quia mo-
naſterium ſm hoc debuiſſet obtinere, niſi Archiepiſcopus oſtẽ
deret de iure ſuo, quia ſemel dominus, ſemper præſumitur do-
minus, niſi probetur ꝯrium, vt in l. ſiue poſſidetis, C. de prob.
dixi in c. cũ ad ſedem, de reſt. ſpo. Quarto ſoluit Hoſtien. dicens
cum effectu, ꝙ ſnĩa lata per Archiepiſcopum non potuit præiu
dicare eccleſiæ, quia aut Archiepiſcopus ſciebat factũ, & deli-
ctum non debuit præiudicare eccleſiæ, vt in reg. delictũ, de reg.
iu. li. 6. & de in inte. reſt. c. 1. li. 6. Aut ignorabat, & dẽt eſſe proba
bilis ignorãtia excuſata, vt in d. c. Apoſtolicæ, de ele. excom. Cõ
tra hãc ſolutionem facit, quia tex. nõ fundat ſe ſuper hac rõne,
ſed qa res ĩter alios acta. vnde litera iſta magis facit ꝓ prima ſo
lutione Inn. niſi obſtarent ꝯria ſup. formata. Sed euitando oĩa,
credo poſſe dici, ꝙ reſpectu eccleſiæ, cuius noĩe agebatur, ſatis
dr̃ ſnĩa inter alios acta. Nam Archiepiſcopus tulit ſententiam
non nomine eccleſiæ, vel tanq̃ eius miniſter, ſed potius vt dele
gatus Imperatoris, q ſorte tanq̃ dominus feudi delegauit. No.
tñ ex prædictis cautum eſſe, ꝙ proceſſus ſubſtantialis cum ſnĩa
publicetur, ſicut hic factum fuit. Nam, vt vides in inſtrumento
ſententiæ ↄtinebantur oẽs atteſtationes, vt ſic, ſi ꝯ proceſſum
aliquid obijciatur, poſſit fides fieri per inſtrumentum ſnĩæ. Sed
vt dicit Io. An. olim de facili hoc fieri poterat, quia breues erãt
depoſitiones teſtiũ, ſed hodie tanta eſt interrogatoriorũ proli-
xitas, ꝙ hoc facile fieri nõ poſſet. Gl. in verbo, valere, in fi. oppo-
nit, & non ſoluit. Io. And. remittit ad no. in reg. vtile, & in reg. ꝯ
eum, de reg. iur. li. 6. Gl. in ver. confirmari, op. de tribus iuribus,
& nõ ſoluit. ſed Io. An. dicit ꝙ in c. in ſynodo, improprie ponit
confirmatio. Ad c. in nomine Dñi, dicit, ꝙ ſpeciale eſt, cuius rõ
patet ſupra de elec. c. licet. Et dic, ꝙ illud c. non facit in oppoſi-
tum. Solum enim probat, ꝙ electus in papã adminiſtrat ante ↄ
firmationem, ſeu inſtallationem. Ad c. cũ inter, dic, ꝙ ille alio
iure elegit, & alio confirmauit, ſ. tanq̃ alter. vt ibi no. & in c. vt
circa. de ele. li. 6. Gl. in ver. ꝙ meam, allegat primo ↄcor. ſecũdo
opponit de l. poſſideri. § ex plurib. ff. de acq. poſ. So. ꝙ licet poſ-
ſeſſio poſſit ex pluribus cauſis haberi, non tñ dñium, vt hic, ad
hoc c. vt qs duas, de elec. li. 6. Bar. in d. §. ex pluribus, dicit, ꝙ ex
diuerſis cauſis eodẽ tpe concurrentibus, p̃t vna res effici mea.
l. ſi creditori, §. Marcellus, ff. de le. 1. Secus, ſi concurrant diuerſo
tpe, & vide de hoc ibi plene per eũ, & aliquid per Io. An. in d. c.
cum perſonæ, de priui. li. 6. Tertio gl. q̃rit an debeat ſuccumbe-
re allegans diuerſos titulos ſui dominij? Et vr̃ velle, ꝙ ſic, ſi vult
rem naneiſci, ex diuerſis titulis nõ cõcurrentibus, ſecus ſi rõne
vnius egit, & rõne alterius vult excipere. Et no. in hoc gl. & pri
mum membrum vr̃ probari in d. c. vt quis duas, vt patet, ex no.
in c. poſt ceſſionem, de ↄceſ. præb. vbi dixi. Et vide ꝙ no. in reg.
nullus pluribus, de reg. iu. li. 6. Gl. in verſi. nec acceſſoriũ, primo
allegat ↄcordantias: ſecundo allegat in ꝯrium, de iureiu. c. debi-
tores. vbi iurm acceſſorium ad ꝯctum non ſortitur naturam ꝯ
ctus imo tenet, licet ꝯctus vſurarum ſit nullus. Rñdet, ꝙ eſt ſpe
ciale. Tu dic melius, vt ibi plenius dicetur. Poſtea opponit iterũ
16 & ſoluit, vide ad materiam ꝙ no. in reg. acceſſoriorum, lib. 6. † Gl.
a in verſi. non ſufficiat facta locatio, a op. ꝙ imo locatio probet
dominium. nam videmus, ꝙ ꝯ locatorem agentem non p̃t in-
quilinus referre qõnẽ dominij, vt in l. ſi quis conductione, C.
b loc. ſicut nec contra agentem commo vel pignor. Soluit b glo.
quod contrarium procedit, ſi ageretur actione locati, ſed hic
agebatur rei vendicatione, q̃ proponitur tanq̃ ꝯ quemlibet ex-
traneum. Ideo locatio non probat dominium, cum conductor
poſſit rem conductã alteri locare, l. nemo. C. loc. & non probat
hoc eſſe, & c. vt ſup. dixi in notabilibus Et dic clarius quoad ca-
ſum noſtrum, ꝙ hic non agebatur ꝯ ↄductorem, quo caſu poſ-
ſet diſceptari, an ꝯ locatorem poſſit conductor excipere de do
minio, ſed agebatur rei vendicatione ꝯ extraneum; & ſic opor-
tebat probare dominium, ꝙ non probatur per locationem, per
ſupradicta. An aũt & quando poſſit conductor excipere de do
minio ꝯ locatorem, vbi per Bar. in l. ſi quis conductionis, C. loc.
vbi poſt diſcuſſionem materię, ſic diſtĩguit. Aut enim locator
agit cõdictione, l. ſi quis conductionis, & non excipitur nec de
dñio proprio, nec alieno, ſed oportet ꝙ prius res reſtituat̃ loca-
tori. Et fuit illud inductũ in odiũ illorum, qui ꝑ varias exceptio
nes volebant eludere locatores. Aut agit actione locati, & aut
dubitat̃ de locatione, & poteſt excipi de dominio, vt l. litibus,
C. de agri. & cenſi. li. 6. Aut conſtat de locatione, & ſi excipit de
dominio proprio, auditur, quia exceptio reſoluit contractum
locationis. l. qui rem propriam. C. loca. Aut excipit de alieno, &
tunc aut ille dominus aſſiſtit, & non admittitur l. bona fides, ff.
depo. Aut non aſſiſtit, & non admittitur, quia non reſoluit ius
agendi. cum non dominus poſſit locare, d. l. nemo. Aut agit lo-
cator rei vendicatione, & poteſt conductor excipere de domi-
nio, quia agitur contra eum, tanquam contra quemlibet extra-
17 neum, vt dixit gl. & bene. † Vltimo ſcias, quod finis huius gloſ-
c ſæ adducitur ad quæſtionem; an ſcholaris c recedens, poſſit aliũ
ponere loco ſui in domo, vel camera? Et dicendum quod ſic,
quia cõductor poteſt locare, &c. Sed dubium eſt, an poſſit hoc
d facere, inuitis ſocijs? Glo. d Inſt. loc in fine, dicit, quod licet poſ-
ſit, alteri locare iure locationis, vt ſup. dixi, ratio tamen ſocieta-
tis prohibet, quæ præualet, cum videatur electa induſtria perſo
næ, Inſti. de ſocieta. §. ſoluitur. Idem Specu. in titu. de compe. iu-
18 di. ad §. 1. verſicu. circa hoc quæritur, vbi latius per eum. † Ex
his no. quod iura loquentia de ſocijs, poſſunt adaptari ad ſcho-
lares, & alios in eodem cœnaculo habitantes: quod clarius te-
nuit Azo per l. perceptione, ff. de his, qui deiect. vel effu. vt re-
e citat Specu. in loco præalle. vnde dicit, quod ſi ſcholaris e non
verſatur in domo, vt deberet, poteſt contra eum agi actione ꝓ
ſocio, agitur tamen vtili actione pro ſocio, vt ibi no. Et eſt ratio,
quia directa actio datur, quando ſocietas contrahitur ad com-
modiorem vſum, & vberiorem quæſtum, & illa dicitur pro-
prie ſocietas, de qua leges loquuntur, vt no. Specu. in præalle. §.
verſicu. hoc etiam nota, Per hoc dixi in quæſtione facti, quod
in materia odioſa, appellatione ſocij non veniet ſocius in do-
mo, & ideo ſi ſtatutum dictat, quod ſocius teneatur pro ſocio,
non tenebitur ſcholaris pro ſocio in domo duntaxat, quia illa
proprie non eſt ſocietas. Et in odioſis debemus capere verba
ſtricte, vt in l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. & in capitu. in no-
19 ſtra, de iniu. † Inſuper etiam puto, quod ſi ſcholaris male verſa
tur in domo, nec compeſci poteſt a ſua inſolentia, poterit expel
li, per l. ſi conuenerit, in fi. ff. pro ſocio, & 5. q. 4. capit. in loco. &
hæc ſufficiant.

ADDITIONES.

a Locatio. Quod per actum locationis non probetur proprietas, vel dominiũ vide tex. in c. cum venerabilis, de reli. domi. & tex. in l. ſolemnib. C. de rei ven. & in l. ad probationem, C. loc. gl. in ver. quodam iure, in d. cap. cum vene. & glo. in l. qui vniuerſas. §. quod per eo. ff. de acqui. poſſeſſio. & vide Bar. in l. quamuis, ff. eo Item vide Domi. de Ro. in anti. dec. 103. alias. 113. Item verum per perceptionem penſionis probetur poſſeſſio, vide per D. An. in c. cum veniſſent. 14 col. de reſt. ſpo.

No. ad intellectum l. ſi quis conductionis, C. loc. Et adde, quod eius diſpoſitio habet locum in contractu commodati, & in alijs contractibus, vt dicit Paul. Caſt. in l. commodare, ff. commo. Ita dicit nota. in l. rem alienam, ff. de pigno. act. Et dicit ipſe domi. Pau. in d. l. rem alienam, quod Docto. dicunt, quod habet locum in omni alio contractu, ex quo oritur obligatio, rem reſtitui, & ibi eſt glo. volens, quod d. l. ſi quis conductionis, habeat locum in contractu precarij. ſupradicta limita & declara, vt per Pau. de Caſ. in l. qui rem ſuam, ff. depoſi.

Adde, an per locationem probetur dominium, Alexand. conſ. 10. & 12. & 43.

b De hoc, an probetur dominium per inſtrumentum locationis, dicas quod non probatur, niſi probetur titulus, & quod etiam fuit locatori ſoluta penſio. vide per Bar. in l. ad probationem, C. loc. & vide Pau. de Ca. in conſ. 281. Dicit tamen Bar. in l. non ab re. C. vnde vi, ꝙ licet non probetur dominium per talem locationem, facit tamen talis locatio locãtem præſumi dominũ, de quo per Ale. conſ. 10 & 12. in 4. parte conſ. Et de multis modis probandi dominium, vide per Spe. in ti. de lo. in §. 6. in verſ. 55. & ſeq. & in ver. 148. & vide etiam per Bar. & Bal. in l. cum res. C. de probatio. Ant. Fran.

c Scholaris. Et vide Pau. de Ca. in l. & hæc diſt. §. cum fundum, ff. loc. Et ſi non poſuerit, dato quod alius ſocius, qui remanſit, vtatur tota domo, debebit ſoluere partem penſionis, quæ contingebat ſocio, qui ſe abſentauit, ſecundum Imo. in d. l. duo fratres, ff. de acq. hær.

Circa, hoc, ꝙ hic dicitur de ſocio, dicas ꝙ ſocius poteſt inuito ſocio vti re communi, vel conducta ad uſum deſtinatum, puta domo ad habitandum, naui ad nauigandum, ſylua ad incidendum ligna, ut eſt gl. 1. in l. in arboribus. in §. nauis, in uer. nauigetur, ff. de uſuf. Et poteſt etiam ducere in domũ communem, uel communiter conductam amicum ſuum, ſocio inuito, ut per Bar. Ang. & Alex. in l. ſi ſtipulatus fuero per te, ff. de uer. ob. Quod tamẽ intellige uerum, niſi uellet inducere in domum inimicum ſocij, ipſo ſocio inuito. Ita Bal. no. in l. 1. in 3. col. C. qui teſt. fac. poſ. Nec poſſet inducere, aut retinere concubinam, uel inducere meretrices, inuito ſocio, in domum. Ita Bal. in l. ſi conuenerit, ff. pro ſocio. Et adde, ꝙ ſocius poteſt alium loco ſuũ æque idoneũ, inducere inuito ſocio, & hoc habebit iudex arbitrari, an ſit æque idoneus uel ſit honeſta pſona, ut per Bar. late in l. 1. in ult. col. C. qui teſta. facere poſ. Ant. Fran.

d Gl. Vide moderni late in l. 1. C. qui teſt. fac. poſ. ubi Bal. dicit gl. in d. §. fi. inſti. loca. eſſe ſingularem, & de ueritate uide per Ale. in l. ſerui electione. §. Labeo, ff. de leg. 1. & Ang. in l. duo fratres, ff. de acq. here. ubi ponit, an ſi plures ſcholares conducunt domũ, & unus recedat, an illi, qui remanent, debeat ſoluere pro parte illius, qui receſſit. Seb. Sap.

e Scholaris. Vnde ſi unus ex ſocijs ſcholaribus, qui ſimul conduxerũt domum, ita alte legit, quod impedit alium ſtudere, poteſt cõpelli utili actio pro ſocio, vt ab hoc deſiſtat, ut hic per do. An. & adde quod etiã unus ex ſcholaribus non poteſt inuito ſocio retinere meretrices in domo, ut dicit glo. in l. non aliter, ff. de uſu & habi. imo p̃t repelli ſocius de ſocietate ſcholarium, ſi alias ſit rixoſu & ſcãdaloſus, ut l. ſi cõuenerit, ff. pro ſocio, & eſt bon. tex. in c. ex literis, de conſti. & tenet do. An. in proœ. Gre. in 3. col. & uide quędam alia ad propoſitum, quæ ibi ſcripſi poſt eum. & uide ad prædicta Ang. de Are. in §. fi. inſt. loca. in pe. col. & dicit Bal. in l. 1. C. ſi de mom. poſ. fuerit app. ꝙ ab hac ſententia non poterit appellari, quia celeritatem deſiderat, ſi tamen ſcholaris uagando in ſcholis Doctorem legendo impediret, non per hoc debebit a legendo deſiſtere, ut eſt gl. 43. diſt. c. ſcimus, quam ad hoc alle. Ro. in l. 1. ff. ſol. ma. ſecundum Alex. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales ex commiſſione papæ diſpenſant circa votum vltramarinum pro Terræ ſanctæ ſuccurſu.*
2 *Literæ impetratæ præter ſtylum curiæ, ſunt de falſitate, vel ſurreptione ſuſpectæ.*
3 *Vouens ſimpliciter, poteſt compelli pro executione voti.*
4 *An quinque ignota ſigilla, vel vnum notum probent.*
5 *An ſit credendum cardinalibus, vel eorum ſigillis, vel prælatis alijs.*

CAP. VII.

Quod ſuper. Non valent literæ ſuper abſolutione voti per Cruce ſignatū impetratæ, tacita veritate, vel expreſſa falſitate. Communis diuiſio. Secunda, ibi. Ad quod &c. Caſus litera. In Archiepiſcopatu Cantuarien. erant quidam Cruce ſignati. mādauit Papa Cantuarien. Epiſcopo, vt eos ad voti executionem compelleret. Et dum ipſe eos compellere vellet ad votum exequendum, ipſi ſuper abſolutione voti redeuntes ab Apoſtolica ſede oſtendebant Cardinalium ſigilla ignota, cum ſuper impedimentis, quæ exponebant non eſſet eis de leui credendū. Quæſiuit Archiepiſcopus, quid agere dēat ſuper his: & Papa reſpondit, ꝙ quando literas talibus concedit, reſcribit illis, qui ſciunt perſonas, & facultates eorum, hoc modo, vt diligenter inquirant veritatem ſuper impedimentis expoſitis ſuper hoc, quod animarum ſaluti, & ſuccurſui Terræ ſanctæ magis nouerint expedire, ſtatuant, prouidētes ne in fraudem voti aliquid fiat. Vnde, ſi tales literas impetrauerunt tacita veritate, vel expreſſa falſitate, ſiue ſint Cardinalium, ſiue etiam Papæ, & non ſolum dubiæ, ſed etiam certæ literæ, illæ non valent, & eis non obſtantib.
1 debent ad voti executionem compelli. Bern.† Not. primo arg. quod Cardinales diſpenſant circa votum vltramarinum, pro Terræ Sanctæ ſuccurſu emiſſum. In contrarium tamen videtur tex. in cap. ex multa. iuncta gl. 3. infra de voto. vbi patet, ꝙ circa hoc votum nullus citra Papam, ſine ipſius ſpeciali licentia diſpenſat, ideo intellige iſtum tex. ꝙ ex ſpeciali commiſſione Papæ, quæ ſæpe fit Cardinalibus viuæ vocis oraculo, Cardinales diſpenſant. Not. ſecundo, ꝙ ſigilla Cardinalium ſunt authenti-
2 ca, dum tamen ſint nota.† No. tertio, ꝙ literæ impetratæ præter
a ſtylū a curiæ, ſunt de falſitate, vel ſurreptione ſuſpectæ. Ad hoc quod legi. & no. in c. cauſam quæ, il 2. ſup. de teſt. in c. quam graui, de crimine falſi, & in c. ea literis, de conſti. Et no. formam literarum cum ſcribimr pro abſolutione Cruce ſignatorū. Et dicuntur Cruce ſignati illi, qui emiſſo voto pro ſuccurſu Terræ Sanctæ, aſſumunt Crucem in ſignum peregrinationis, eorū pectoribus annectentes. Idem tamē eſſet, ſi emiſſo voto Crucem non aſſumpſiſſent, quia non minus ſunt obligati. No. ibi. Careæ volumus, &c Ex hoc enim ego arguo, ꝙ literæ ſurreptitiæ ſuper voti abſolutione ſunt ipſo iure nullæ, quod probo per c. uouit, iuncta gl. fi. infra de his, quæ fiunt a præla. Facit quia negari nō poteſt, quin in alio ſint gratioſæ, ergo irritæ intercedēte ſurreptione, de fil. presbyt. c. 1. & 2. lib. 6. & quod no. in c. ad audiē-
3 tiam, de reſcrip.† Vltimo no. ex fi. literæ, ꝙ vouens ſimpliciter, poteſt compelli ad executionem voti. Ad idem ca. ex parte, de cenſib. Simplex enim votum obligat, etiam de iure ciuili. l. 2. ff. de pollic. hinc dicit Inn. ꝙ ſi aliquis ſimpliciter vouit intrare aliquod monaſterium, poteſt monaſterium inſtare, vt compellatur intrare. Ita no. in d. c. ex parte, & vide per eum in c. ſcriptu-
4 ræ, de voto, & bo. tex. in c. licet, eo. tit.† Opp. contra tex. de cap. poſt ceſſionem, de proba. vbi ſtatur vni ſigillo, donec probetur contrarium, ad idem ſupra eo. c. 2. Glo. 3. hic inſtat, & in effectu concludit, ꝙ aut ſigillum eſt notum, & loquitur contrarium. Aut ignotum, & non creditur ei ſoli, ſed oportet, ꝙ ad minus ſint quinque, vt in c. 1. de cleri. peregr. Vtrunque membrum limitatur hic ꝑ Doct. Nā circa primum, quando non eſt votū, dicit Hoſti. ꝙ ſi is, contra quem producitur, negat illud eſſe verum ſigillum eius, cuius eſſe dicitur, ex quo reputatur notum, ei incumbit onus probandi, vt in c. tertio loco, de proba. Poſſet tamen fieri collatio cum alijs ſigillis illius, ſi habeātur, ſicut fit collatio literarum, l. comparationes. C. eo. titu. Intellige tu hoc dictum in caſibus, in quibus ſigillum facit fidem, quod quādo ſit, dixi in c. poſt ceſſionem, prælleg. aliquid ſupra cap. 2. Secundum membrum, vt ſtetur quinque ſigillis, quando ſunt ignota limitatur hic per Ioan. And. quando nulli fit præiudicium. Tu dic melius, ꝙ aut ſigilla & illi, quorum nomine ſigillatur, ſunt penitus ignota, & non creditur, etiam ſi eſſent mille, quib. cadē ratio eſt in mille ignotis penitus, quæ in vno, vt dixit gl. no. in c. 1. 98. diſt. Aut habetur aliqualis cognitio ſigillorū, vel ſigillantium, & tunc ſi non agitur de alterius præiudicio ſpeciali, creditur, ſi ſunt quinque, & ſic intellige iura ſuperius alleg. quod ſenſit Inno. in d. c. 1. de cle. peregr. Aut tractatur de præiudicio alterius, & non creditur, & ſic intellige limitationem Ioā. hic pro hoc, quia vbi agitur de præiudicio alterius, debēt probationes eſſe claræ, vt in c. in præſentia, de proba. & probatur ad propoſitum, ſupra c. prox. in fi. in ratione ſui, & in reg. cum iura partiū ſunt obſcura, lib. 6. Sed contra prædicta facit iſte text. ſaltem a contrario, in quo innuitur, ꝙ ceſſante ſurreptione, ſtatur ſingulis ſigillis ignotis Cardinaliū, & ſic non requirunt quinq; ſaltē. Sol. Innocē. dupliciter Primo, ꝙ in contrarijs, vbi requiruntur quinque, non ſolum ſigilla erant ignota, ſed etiam Epiſcopus & epiſcopatus. Vel ſecundo, ibi erat maius periculū, quàm hic, & idem Abb. Facit c. quieſcamus 42. diſt. vbi creditur alteri, ex quo nō agitur de alterius præiudicio Sed contra hoc facit, nam hic agitur de præiudicio Terræ Sanctæ. Credo poſſe dici, quòd hoc capitu. procedit, quando literæ impetrantur in forma iuſtitiæ, licet aliquam contineant gratiam, vt probatur in verbo, ad quod: vnde ex quo de Cardinalibus habetur certa & indubitata notitia, non obſtat ignorātia ſigillorum, cum in his, quæ ſunt quaſi iuris, nō ꝓſumatur de facili, falſitas vt in c. pe. de cri. fal. Eſt enim iuris, vt dato impedimento procedatur, prout dicitur hic, in ver. ad quod. & de impedimento eſt fienda fides coram commiſſario. Secus, vbi ſimpliciter abſolueretur a voto, tunc enim militaret, quod ſupra dixi. Et ſic limita prædicta, &
5 bene probatur hic.† Sed nunc attingēdo ſpecifice, an ipſorum
b Cardinalium relationibus, & ſigillis, b ſit certa fides adhibēda, quæro, an ſit eis credendum, vel eorum ſigillis, de quibus minime dubitatur, quod ſint ipſorum Cardinalium? Reſpondeo aut
c Cardinalis c dicit ſe eſſe Legatum, & ei creditur, maxime, quia non cōſueuerunt exire curiam ſine legatione. Sed ſi diceret aliquid ſibi conceſſum ſpecialiter vltra debita legationis officio generali, non crederetur, niſi fidem per literas faceret, de quo plene per Io. And. in c. 1. de offic. deleg. lib. 6. & in c. ad iminentiam, de ſent. excom. facit quod leg. & no. in cap. nobiliſſimus. d
d 97. diſt. & per Spec. in tit. de leg. §. ſupereſt, verſi. quid ſi delegati iuriſdictione. Ibi tamen dicit, quod raro eius poteſtas in dubiū reuocatur, & raro literas oſtendit: vide Bald. in l. exemplo, C. de probat. Aut aſſerit ſe eſſe delegatum Papæ, & maxime, cum dicit Papam ſibi viuæ vocis oraculo commiſiſſe certum negotiū: Dom. Ant. dicit, quod ſi literis ſuis hoc atteſtatur, credendum eſt ſibi, vt alteri prælato ſcribenti. Ego credo, quod ſit in hoc differentia inter prælatum inferiorem, & Cardinalem, vt Cardinali hoc atteſtanti credatur, cum ſibi credatur circa maiora. ſcilicet, cum aſſerit ſe legatum, fortius ergo circa partem, argum. in c. paſtoralis, ver. item cum totum, de offic. deleg. & videtur probari in iſto tex. Nam vt dixi, Cardinalis non poteſt abſoluere
e a voto e vltramarino, ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſt. de qua hic fides non fiebat, ſed ſtatur ſolum literis Cardinalium aſſerentibus

ADDITIONES.

a Præter ſtylum. Adde Fel. in c. ſecundo, col. 10. ver. ſtylus curiæ ſupra de reſc. noca, io apoſtil. ad iſtum in cap. ex literis, in apoſtil. in uerſic. ſtylus curiæ. ſupra de reſcrip. & in c. cum dilecta. eodem uer. numero 1. eodem titu. Zacha.

b Et ſigillis. Vide Rom. conſil. 59. incip. ad diſcutien. in 4. dub. & multa allega. per d. Iaſ. in repe. l. admonendi, col. 73. uer. Adde etiam, quod dicto Cardinalis, ff. de iureiu.

An, & quādo credatur literis, vel dicto Cardinalis, adde hic, quod no. poſt gl. & do. Abb. in c. ſicut, de ſen. excom. Et de hoc uide per do. Ant. in c. quoniam contra, in 18. col. & quod ibi no. de prob. Item uide quod de hoc late ſcripſit Rom. in l. ſciendum, uer. 14. deciditur, de uer. ob. ubi latiſſime hoc examinat, & dat ampliſſimas remiſſiones. Nā vltra hic all. per d. Ant. allegat In. in c. cum dilecti, de accu. & in c. cum olim eſſemus, de priuil. Lap. all. iua 15. circa princ. & alleg 33. vltra medium. Bar. in l. 1. C. de iud. lib. 10. Bal. in l. exemplo, in fi. C. de prob. qui alleg. Io. And. in c. ex literis, de in integ. reſti. per Bal. in l. ſi quis per cal. C. de epi. & cler. in ult. col. uerſi. deinde quæro legatus. & tu etiam uide Bal. in l. iuriur. C. de teſtib. & in l. ea quidem, in 4. colum. C. de accu. Item uide domin. de Rota in antiquis, deciſio. 101. vbi dicunt, quod legatus, qui exigit procurationem, non tenetur oſtendere originale.

Adde, an credatur Cardinali quoad præiudicium tertii, eundem Abb. conſi. 18. & cum aſſerat ſe habere maiorem commiſſionem, quam oſtendat, per eundem conſi. 63.

c Cardinalis. Adde Doct. relatos per Cottam, in uer. Nobilitas. Iacob. Anel.

d Nobiliſſimus. Adde, quia Spec. in tit. de leg. §. ſupereſt, in uer. quod tamen dicunt, uidetur ſingulariter ampliare illud c. nobiliſſimus, vt illud, quod dicitur de Cardinali, extendatur ad quemlibet alium notum, & non ſuſpectū, quod clarius etiam dicit Spec. in tit. de leg. §. excipitur, in 7. col. uer. item excipitur, quod non extendit, & pro hoc eſt gl. in c. cum olim, in gl. mag. qua ibi ad hoc no. do. Ab. cir. fi. de priu. Et uide qd ibi no. gl. Adde Ro. conſil. 59.

e Voto. Vide hic do. Ant. vbi dicit, ꝙ diſpenſatio in voto eundi ad S. Iacobum vel Romam, non eſt reſeruata papæ. Item pro hoc uide, quod not. S. Tho. in 4. ſent. diſt. 38. qō. 1. art. 3. ubi dicit, quod rari ſunt caſus, in quib. ſolus papa poſſit diſpenſare, ſicut eſt uotū religionis, & alia huiuſmodi uota, quæ ſunt perpetua, ſed in alijs uotis temporalibus ſicut peregrinationis ieiuniorum, uel huiuſmodi, poſſunt epiſcopi diſpēſare, niſi papa aliquid horum ſibi reſeruauerit, ſicut eſt diſpenſatio in uoto terræ ſanctæ.

Circa hoc, an Cardinali credatur ſine literis papæ, uide Bar in l. 1. C. de ſuperindi. lib. 10. & Bal. in l. ſi qua per calumniam, C. de epiſ. & cle. in ult. col. & uide Inn. in c. cum olim, il 1. de priuile. ubi dicit, quod creditur ſibi in cōmiſſis ei a papa, & uide et Bal. in l. iuſiurandi, in 2. col. C. de teſti. Dicas tamē quod dicto Cardinalis in his, quæ concernunt alterius præiudicium no creditur, ſicut nec dicto unius, et excellentiſſimi tantum ut eſt gl. multum no. in c. ſicut nobis, in gl. fi. de ſen. exc. & ibi plene per d. Abb. & uide Ang. in l. quæcunque. in §. fi. ff. de pub. ubi dicit ſe ita conſuluiſſe apud Veronam, & eſt illud conſi. Ang. in nu. 132. quod incipit mandatum principis. Et adde, quod ſi Cardinalis legatus aſſerit ſe hēre certas commiſſiones, puta legitimandi, reſtituendi infames, creandi notarios, & ſimilia, quamuis non oſtendat literas

Digitized by Google

tera ſuæ commiſſionis, ſi tamen ita publice, & communiter exiſtimatur eũ habere talem poteſtatem, ualent tales actus ratione communis erroris. Ita Bal in l.exemplo, in fi.C.de prob.& in d.l.ſi qua per calumniam, & no.in c.ex literis, de reſti.ſpol. Et adde, quod Card.in titulo ſui Cardinalatus dicit habere iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, ut no in c.eũ in eccleſiis, de ma.& obe.c.1.eo.tit.lib.6. & no.in c.cum te, de re iudi. & ideo dicimus, ꝙ non poteſt audire cauſas abſque delegatione papæ, niſi ſit in epiſcopatu ſuo, ut per Spec. in tit. de li.concep.in §.iam nunc, il 2.in uer.Cardinales. Et adde, quod parochia Car.habetur pro diœce.& in ea tenet locum Epiſcopi, quia tituli Card. comparantur eccleſiis parochialib. & parochiis epiſcoporũ, ut plene per do.Car.in cle.1.in §.irritum, in 3.q. de ele.ubi etiam dicit ꝙ ſunt præferendi Epiſcopis, non quia habeant maiorem dignitatem, ſed quia habent maius officium, de quo etiam per Alex.in rub.de iuriſd.om.iud.& habetur per Bar.in l.1.in §.ſi quis, ff.de app.& uide gl.in c.quanquam.2.q.7.& vide do.Abb.in c.cum eccleſia Vulterana, in pe.&n.col.de elect. Et adde, ꝙ Cardinales poſſunt diſpenſare cum infamibus, ita Bart.in l.infamem, in fi.col.de pub.iud. Quod intellige collegialiter ſede vacante, non ſingulariter, ut per Inn.in d.c.cum te, de re iu.& per Pet. de Anch.in conſi.ſuo, quod incipit, Reuerendiſſime in Chriſto pater.& vide Card. in d.cle.2.in §.irritũ, & ibi etiam dicit, ꝙ numerus Cardinalium debet eſſe, certus ad inſtar diſcipulorum Chriſti, tamen aliquando fuerunt plures, & aliquando pauciores, & dicit Card.in clemen.ne Romani, in §. porro, ꝙ tempore Pontiani fuerunt 36. quod etiam dixit Arch.in c.ubi periculum, in 1.col.de ele.lib.6.& dicit Car.in cle.2.in §.1.in 5.q.de æta.& quali.quod Cardinalis, ad minus debet eſſe diaconus, quod etiam voluit Hoſt.in c.2.eo.tit. & de prærroga.Card.uide per Spec.in tit.de leg.in §.4.cir.princi.& iu tit.de adu.in §.nunc de exordiis, & iu tit.de teſte, in §.reſtat, de nu.cir.prin.& uide Ro. in conſi.199.incip.uos eſtis lux mundi, & uide Io.And.in c.ad liberandã, de Iudæ & Hoſt.in c.cum ex eo, de pœn.& remiſ.& uide gl.in cap.1.in uer.ſede vacante, de ſchiſmati.lib.6. Et an Cardinalis non Epiſcopus poſſit vti inſignibus Epiſcopalib maxime ſi eſſet presbyter Cardinalis, vide Ioan.And.in c.1.de ſupp.neg.præla. Dicas tamen quod non poſſunt diſpenſare circa ſacrum Concilium, diſponens circa electionem Papæ, de quo in c.ubi periculum, de elec.li.6.& habetur plene per Bal.in trac.ſchiſmatis, in 2.col. Et adde, quod canonici eccl.ſiæ Rauennat.dicuntur canonici Cardinales, de quo uide ẽt per Spec.in tit.de iur.cal.in §.reſtat uidere, in uer.quid ſi aliquid, & ibi uide ẽt per Io.And.in add.& uide Car. in cle.1.poſt gl.1. in prin.de elec ubi dicit idem eſſe in eccleſia Compoſtellana, quæ habet etiam canonicos Cardinales. Et de amplitudine & præſtantia Cardinalium, & eorum, prærogatiuis, vltra ea, quæ habentur per Spec.in tit.de leg.in §.4.uide plene per And.Sic.in trac.quem fecit de præſtantia Cardinalium.

recitibus de commiſſione, & maxime, quia hę commiſſiones, quotidie fiunt Cardinalibus in curia. Si tamen[a] aliquid atteſta-
a retur vltra generalem, commiſſionem in pręiudicium partis, non puto ei credendum, vt tenuit gl.no.in c.ſicut, de ſent. excõ. & facit in c. cum a nobis. ſupra de teſtib. Inferiori vero prælato hoc aſſerenti non puto credendũ niſi, plene doceat de manda-
b to,[b] vt in d.c. cum in iure, de offic. deleg. & quod no.in d.cap. poſt ceſſionem. Ad idem l.vnica C.de mand. prin.& ꝙ no do, de Ro. deciſ.284.in fi.vbi dicunt, ꝙ etiam per teſtes probari nõ poteſt extra curiam Romanam de commiſſione facta per Papam, ſed oportet probari per ipſius literas, ad hoc d.l.vnica. Poſſet tamen dici, ꝙ ſi eſſet valde illuſtris perſona, ſibi crederetur, argum. c. nobiliſſimus, præalleg. de ſtylo tamen curiæ ſeruatur contrarium, vt non credatur ſine literis. Quandoque Cardinalis legatus, vel non aliquid aſſerit literis, vel verbo vltra cõmiſſionem generalem, vel ſpecialem ſibi factam, & de rigore iuris non eſt ſibi credendum in alterius pręiudicium, vt no.in d.c.ſicut, & ſic dicebat Clemens Papa, vt refert Io.And.in c.conſtitutus, de app. ſed de conſuetudine ſecus, ideo dixi de rigore, & facit tex.in d.c.conſtitutus, & vide Spec.in tit.de teſte. §.1. ver.qd ſi aduocatus. Ego tamen non crederem in graue alterius præiudicium, per d.c.cum a nobis, maxime iuncto fine. Et vide circa hęc, quæ dixi in c. poſt ceſſionem, de prob.& quod dicam in c. fi.de confir.vti. vel inuti. Et prædicta faciunt pro dicto Hoſt.in c. eccleſia.2 de elect. vbi dicit, quod Cardinalis eſt maior Epiſcopo in officio, & facit quod no.Io.Mo.in c.ſuper eo, de hære.lib.6 Ego allego tex.notabilem in cap.per venerabilem, qui fil.ſint leg.in ver.rationibus, vide ad materiam bonum text.cum gl.in c quanquam, 2.q.7.alia hic ſunt clara.

ADDITIONES

a Si tamen. Vide quod dicit hic do.Ant.& ad idem adde dom. Ant.in c.cum in iure, in 6.col.de off.deleg.& in c.ſua, de off.vica. & do.Abb.in c.quod tranſlationem, de off.leg.& uide Ang.in conſ.ſuo 280.ubi dicit, quod creditur dicto legati de latere aſſerenti ſe habere poteſtatem legitimandi & diſpenſandi a papa abſque literis. Et idem quod do.Ant.hic in hoc tenet Lud.Ro.in l.ſciendum, uer.13.deciditur, de uer.obl. ſed aliter uidetur decidere ſaltem de conſuetudine, & ſtylo curiæ Lap.allega.33. & cum dicto do.Ant.hic concordat in terminis Bal.in l. ſi qua per calumniam, in ult.col.uer.deinde quæro, legatus, C.de epiſ.& cle. & Do.in c.eos, qui §.1.cir.fi.de ſent.exc.in 6.pro quibus allegat tex.& meliorem de iure in uerſicu.ſcriptis, in l.1.C.de manda princip.

b De mandato. Hoc intellige procedere, quando princeps qui fecit mandatũ, eſt abſens, ſecus ſi eſſet præſens, ut per Iaſ.in l.2.in 2.uol.ff.ſi quis in ius uoc.non ierit, & per Fely.hic. Seb Sap.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra extrauagantem, non eſt ipſo iure nulla, ſicut quando fertur contra ius incorporatum.*
2 *Allegans ſtatutum, non tenetur illud producere, nec extrauagantem publice notam, ſed conſuetudinem debet probare.*
3 *Quando extrauagans dicatur iuri communi diſſona.*
4 *Iudex an teneatur conſulere ſuperiorem.*
5 *Reſcriptũ contra ius, non eſt ſeruandum niſi dicatur non obſtante tali iure.*

CAP. VIII.

PAſtoralis. Si de extrauaganti dubitatur, an decretalis ſit authentica, aut eſt iuri conſona, & tunc iudicatur ſecundum illam, aut diſſona, & tunc papa conſulitur, & ſecunda, ibi. Verũ. Caſus itera. Aliquando allegantur decretales in iudiciis, de quibus decretalibus non cõſtat per bullam. Quęſitum fuit a papa, quid iuris eſſet? Statuit papa, vt ſi aliqua decretalis allegatur, de qua iudex dubitet, ſi illa ſit conſona iuri communi, ſecundum illam non dubitet iudicare, ſed ſi iuri communi ſit diſſona, non iudicet ſecundum ipſam, ſed conſulat ſuperiorem de illa. Bern.
a No. argum. ꝙ vbi allegatur ſtatutum, vel conſuetudo[a] iuri cõmuni conſona, non eſt neceſſe de illa fidem facere, quia iudex non tam ſecũdum illam, quam ſecundum ius procedere videtur, ſicut vides hic in extrauagãti, de qua dubitatur an ſit decretalis. Not. ibi, Iuri communi, ſit conſona &c ꝙ appellatione iuris communis non venit ſtricte extrauagãs, ſed id, quod in corpore iuris redactum eſt. No.3.ꝙ quandoque non immerito du-
b bitatur de extrauagãti,[b] an ſit decretalis. Et facit in hoc iſte tex. multum bene, ꝙ ignorantia extrauagantis ſit probabilis. Nam ſi iudex, vel epiſcopus merito quandoque dubitat, vt in tex.iuncta ſupraſcriptione, fortius inferior, qui in talibus non verſatur. Sed primo quæro, quando dicitur merito dubitari, reſpondet Inno. quando non eſt in compilatione approbata, vel non eſt ſub bulla. Item non ſemper ſufficit bullam pendere in litera, argum.in l.2 C.de leg.quia poſſet dubitari, an ſit ius generale, vel ſpeciale reſcriptum reſpectu certarum perſonarum, vel locorum. His & ſimilibus caſibus, poſſet iudex merito dubitare. De decretalibus tamen, quę fuerunt ante iſtam compilationẽ Gregorianam editę, dic, vt in prœmio Gregoriano: de aliis vero, quę fuerunt ęditæ poſt hanc compilationem, ante compilationem Sexti libri, tene quod habes in prœ. Sexti libri. Item ſecũdum dubium, poterat eſſe in litera diuerſa, & contraria, quam diuerſimode habent libri. Pone exemplum de electio.c.nemo,
1 lib.6.& quod ibi no in gl.† Et hæc faciunt ad quęſtionem notabilem, & quotidianam, an ſententia lata contra decretalem ex-
c trauagantem[c] ſit ipſo iure nulla, ſicut quando fertur contra ius incorporatum. Et intellige, quando error exprimitur in ſententia, alias quæſtio nõ eſt dubitabilis, vt no.in c.j.de re iud.& 2.q.6.c.in ei, qui, §.item ſententia cõtra ius, & in l.2. C.quando prouoc.non eſt ne. Bar.in l.cum prolatis, ff.de re iudi. tenet, ꝙ non, quia in ea eſt probabilis ignorantia, & eſt ibi text.ſecundũ vnũ intellectum. Hanc opi. ſequitur hic dom. Ant & communiter Mod. Dicit tamen do.Ant. hoc verum quando fertur ſentẽtia, antequam papa ſit conſultus, ſecus ſi poſtea, quia tunc eſſet certus de extrauaganti. Sed ego non dubito, quin idẽ ſenſerit Bar. Nam ipſe ſuſtinet ſententiam propter probabilem ignorantiã, vt innuit tex.in d.l. cum prolatis, quæ ceſſat ſecuta reſponſione papæ, inſtit. de iur. natu. gen. & ciui.§ ſed & quod principi. Sed dico, ꝙ aliter eſt limitandum dictum Bar.ſ. quando in loco probabiliter dubitatur de extrauaganti. Si autem eſt publice nota, & pro tali habetur, licet non ſit incorporata, vel ſub bulla, erit nihilominus ſententia contra eum lata, nulla. Pone exemplum in extrauag.execrabilis, Io.22.ad hoc infra de poſt.præla.& c. quod dicitis. 16.diſt. Ceſſat enim tunc probabilis ignorantia. Et ratio huius literę, ibi. De qua iudex merito dubitet, &c. Et hanc limitationem ſentit Bal.in l.leges ſacratiſſimę. C. de legi. Sed contra hoc dictum inſiſto ſic. Conſtitutio papę ligat poſt duos menſes a tempore publicationis in curia Romana, licet non promulgetur in prouincia, vt eſt gl.no.in data 6. lib. Et idẽ tenet ibi Io.Mo.ꝙ quilibet pręſumitur ſcire conſtitutionem, vt in d.c.conſtitutionem, & in c.propoſuiſti.82.diſtin.& in prœ. clem. etiam ſi conſtitutio non ſit redacta in volumen iuris, vt eſt tex.in c.ſi Romanorum. 19.diſt. quinimo non eſt de ſubſtãtia iuris, vt redigatur in ſcriptis, vt plene no.per Io. And.in reg.nemo poteſt, de reg.iu.lib.6.in Merc.& per do.de Ro.228.dec.

videtur

ADDITIONES.

a Conſuetudo. Contrarium tamen ſentit Bar.in l.1.colum pen.ff.ſi cer.pet.ubi dicit, quod quando allegatur authoritas generalis, & publica non probat, niſi producatur ſcriptura, niſi dixeris, quod Bar. loquitur in teſte, alias ſecus, vt patet ex no.per eundem in l.omnes populi, colum.penult.& fi.ff.de iuſti.& iur. Seb.Sap.

b De extrauaganti. Vide de hoc do.Bar.de Bellen.in c.1.de re iud.& vide Bal.in c.1.circa prin.in tit.quot teſt.ſint neceſ.ad proban.in uſagra.ubi dicit, ꝙ quando dubitatur de aliqua extrauag. melius eſt in dubio, reg.iur.deſeruire, & alleg. iſtud c.

Adde, an ſententia lata contra extrauagantem ſit nulla, Ro.conſil.265.

c Contra decr.extrauagantem. Adde, ut paucis abſoluam, quod remiſſi ue nouiſ, ſup.in prœ.in apo.in ver. extrauagantium, in fi. Zach.

Extrauagantem. Vide late per Fel.in cap.1.colum.6.uer. limita.4.infra de re iudica. Seb.Sap.

Digitized by Google

videtur tex. in c. 1. de renun. lib. 6. Cum ergo hęc ſententia lata ſit contra ius ſcriptum, non deberet valere, per iura hoc dicentia. ſupra alleg. & maxime præſumitur hęc ſcientia in epiſcopo, qui tenetur indagare, an in curia Romana ſit edata aliqua cõſtitutio, vt in c. ego. N. de iureiu. Item & fortius vide, ꝙ vbi Papa vult conſtitutionem ſuam ligare a tempore publicationis, licet ignorantes non inuoluantur culpa, tamen actus contra ↄſtitutionem geſtus eſt nullus, licet probabiliter ignoretur, vt eſt gl. in cle. 2. de hær. in verbo, nunc. Fortius in caſu noſtro ſententia debet eſſe nulla, quando præſumitur ſcientia, vt quia longo tempore præceſſit conſtitutio extrauagans Et hæc opinio forte eſt verior de rigore iuris licet communis opi ſit in contrariũ, ſed non probatur aliquo iure. Nam l. cum prolatis, prealleg. ſuper qua illa opinio fundatur, hoc non probat quia nõ loquitur, quando fuit error iuris expreſſus in ſententia, ſed quando allegata conſtitutione, iudca putans non facere ad cauſam, tulit ſententiã in contrarium, vel loquitur quando in intellectu cõſtitutionis erat probabile dubium, quo caſu non puto ſententiam eſſe nullam, etiam, ſi ſit ius incorporatum, de hoc l. 2. ff. de iu. & fac. igno. & quod no. Innoc. in c. ſpeciali, de app. & in c. P. & G. de off. deleg. Sed ſi vis opinionem communem tenere, potes dicere, ꝙ licet præſumatur ſcientia conſtitutionis quo ad effectum rei: tamen quoad pœnam nullitatis ſententiæ, vel vt quis puniatur de contemptu legis, non præſumitur ſcientia, ex quo merito poteſt dubitari, vt hic, & facit c. 2. de conſti. Sed contrarium videtur, quia retractatio actus videtur hoc caſu ꝓuenire ex natura ipſius actus, qui fit contra legem, C. de legib. l. non dubium. Hæc tamen opinio, communis eſt æquior, & facit vt idem dicamus in ſtatutis, vt ſententia lata contra ſtatutũ incorporatum, in volumine ſtatutorum ſit ipſo iure nulla, ſecus ſi reperitur lata contra aliquam reformationem extrauagãtem, de qua probabiliter dubitatur, facit quod no. Barto. in d. l. cum prolatis, & Bal. in d. l. leges ſacratiſſimæ, facit tex. iuncta gl.
2 in c. ſi in laicis 38. diſtinct. † Item faciunt prędicta, & iſte tex. ad
a quæſtionem, an allegans a ſtatutum in iudicio, teneatur illud producere, vel de eo fidem facere? Nam poſſumus dicere, ſicut in allegatione iuris communis, vt ſi ſtatutum ſit eiuſdem loci, & incorporatum, non ſit neceſſe aliter producere, ſicut nec cõſtitutionem iuris incorporati. Nam ſtatura loci habentur pro iure communi, vt l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. & Hinc eſt quod appellantur ius ciuile. 1. diſtinct. c. ius ciuile. Si vero ſit extrauagans, puta reformatio quedam extra volumen ſtatutorũ, aut eſt publice nota, & non eſt neceſſe producere, argumen. in cap. 1. de poſtu. præla. Aut probabiliter ignoratur, & debet produci authentica, ſicut hic dicitur de extrauaganti. Idem dicendum de conſtitutione alterius loci, quæ probabiliter ignoratur, vt hic, & in cap. ſi qui ma. accu. poſ. no. Innocen. ſuper rub. de conſuet. ſic videmus, quod conſuetudo debet probari, tanquam extrauagans, de conſuetud. quaſi per totum, & hęc vidõtur de mente Bat. in l. omnes populi, præalleg. prope ſi. quæ no.
3 † Sed quæro, quando extrauagans dicitur iuri communi diſſona, dicit Hoſtien. quando eſt contraria iuri diuino, vel canonico, infra de accuſ. cap. qualiter. 2. & de elect. cap. ſignificaſti, de iuramen. calum. cap. 1. vel iuri ciuili & iuri noſtro non contraria, de no. oper. nuncia. cap. 1. vel naturali rationi, deficiente iure. 1. diſtin. c. conſuetudo. Inſtit. de iure. na. §. quod vero naturalis ratio: vel conſuetudini, Inſtit. de iure natura. § ex non ſcripto de conſu. cap. i. cum dilectus. Sed hoc vltimo caſu non puto neceſſarium conſulere principem, quia conſuetudo vincit legẽ, niſi dubitaretur de probabilitate conſuetudinis. An autem iudex teneatur conſulere principem, prout hic dicitur. Pet. & Io. And. quod non: vnde licet poſſit, non tamen arctatur, ex quo ſibi non conſtat, ꝙ ſit decre. In contrarium iudicio meo facit iſte tex. in ſi. qui loquitur per verba imperatiui modi, ibi, ſuperiorem conſulat, &c. Vnde puto, quod aut nulla notitia habetur extrauagantis allegatæ & procedat prima opin. Doctorum, quia videtur allegata in fraudem, dilationis cauſa. Aut habetur aliqualis notitia, ſed iudex dubitat de validitate, & tunc iudex tenetur cõſulere. Et hoc voluit iudicio meo iſte tex. dum dicit, de qua iudex merito dubitet, &c. fateor tamen, ꝙ ſi Papa non conſulto, ferret ſententiam non annullaretur ſententia ex hoc ſolo, quia principem non conſuluit, ſed ipſe veniret puniendus facit in arg. c. venerabilem, de electio & hoc videtur ſenſiſſe hic
4 glo. ſi. † Glo. 1. quærit, quid ſi producitur reſcriptum contra ius, nunquid debeat obſeruari quod hic dicitur in extrauaganti: Reſpondet, quod non, imo ſtatim tale reſcriptum eſt abuciendũ, quia reſcriptum contra ius non valet, 25. quæſtio. 2. cap. dicentis. §. reſcripta. Hoſtiẽ. dicit hoc verum, niſi in reſcripto dicatur, non obſtante tali iure, de quo vide bonam gl. in c. 1. de conſtit. lib. 6. quæ incipit, eſt contra, & plenius notatur in cap. nonnulli, de reſcrip. vbi dicam, maxime concludendo aliqua not. per Ioan. And. in cap. 1. de excep. lib. 6. Alia, quæ tractantur hic in gl. ſunt clara. Vl. dicit hic Hoſt. ꝙ licet in aliquo vol. Dec. ſit aliqua decretalis ſcripta, non per hoc habebitur pro decretali, niſi cõmuniter in libris aliis habeatur quod nota, quia idem dicendũ, quando litera reperitur varia, vt recurrendum ſit & tenendũ, quod in voluminibus communiter habetur.

ADDITIO.

a An allegans. Vide Are. in conſil. 154. colum. 1. & Alexan. in conſi. 72. colum. 1. in 2. uol. Pet. de Anch. in repe. c. canonum ſtatuta, charta 32. inf. de conſt. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio & publicatio atteſtationum, non ſunt de ſubſtantia, ut aliter ſententia non ualeat.*
2 *Conſuetudo poteſt dare alicui poteſtatem tabellionatus, & iudex ex conſuetudine poteſt ſcribere acta cauſa.*
3 *Caſus, in quibus poſt concluſionem in cauſa poſſunt produci inſtrumenta.*
4 *An pars poſſit producere inſtrumenta ante concluſionem, ſi intra tempus ſtatutum a iudice ad producenda inſtrumenta non produxit.*
5 *Inſtrumenta, quibus adhibetur fides ex conſuetudine, faciunt fidem in foro eccleſiaſtico, & in negocijs eccleſiaſticis.*
6 *Conſuetudo ualet, ut credatur inſtrumento ſine teſtium ſubſcriptione.*
7 *An inſtrumentum confectum per notarium infamem, ſit ipſo iure nullum.*
8 *Per concluſionem, non ſolum renunciatur probationibus, ſed etiam allegationibus.*
Concluſum in cauſa, quando dicatur.

CAP. IX.

a CVm dilectus.[a] Poſt publicatas atteſtationes, vſq; ad concluſionẽ poſſunt inſtr͞a produci. hoc primo. Conſuetudo loci[b]
b facit inſtr͞m authenticũ. hoc ſecundo. Secunda pars ibi, ſuper tertio. Caſus liter. Quia appellatione inſtr͞orum continentur teſtes, & poſt publicationem teſtium, alij teſtes non p͞nt ꝓduci, dubitatũ fuit an poſt publicationem teſtium inſtr͞a poſſint produci: R͞ndetur, ꝙ inſtr͞a produci poſſunt vſq; ad ſ͞niam antequam ſit concluſum in cã. Super tertio vero articulo, Conſuetudo erat in partib. Scotię, ꝙ aliquis per inſtr͞a Regis probabat intentionem ſuam in iure, dubitauerunt iudices iſti, vtrum inſtr͞a Regis admittere deberent in cauſis: R͞ndet Papa conſultus, ꝙ ſi conſuetudo illius patriæ obtinet approbata, vt fides adhibeatur inſtrumentis illius Regis, & ipſi poterunt ea in cauſis admittere, præſertim cum Rex ipſe rantæ fuerit honeſtatis, q͞d inſtr͞a ſua, maxime habeantur authoritatis in partib. Scotianis. B. No. terminum excluſiuum productionis inſtrumentorum. ſ.
c concluſionem c in cauſa, vſque ergo ad concluſionem poſſunt inſtrumenta a qualibet parte produci, & poſtea regulariter nõ licet, quando dicatur in cauſa concluſum, dicetur. inf. cum gl. No. ibi ſentẽtię calculum, &c. ꝙ calculus q͞nque appellatur ſententia. Eodem modo capitur. in c. ſi inter. 6. q. 4. Quandoque capitur pro carbone. 8. q. 1. c. in ſcriptis, in fin. Q͞nque pro ratione, ſeu numero C. de erro. calc. per totum. Datur verſus, Calculus
a eſt rõ, numerus, ſententia carbo. † No. ꝙ in cauſa ſit atteſtationũ publicatio, & concluſio. An autem iſta ſint de ſubſtantia, vt aliter ſ͞nia non valeat. Circa primum Bar. in l. prolatam. C. de ſen. & interlo. tenet, ꝙ licet ſit de iuſtitia, non tamen de ſubſtantia. Id enim eſt de ſubſtãtia actus quo remoto remouet͞r actus. Sed ſ͞nia bene poteſt ferri ſine publicatione atteſtationũ, vt puta, ſi teſtes

ADDITIONES

a Cum dilectus. Hanc Decr. ſolemniter commentatus Pau. de Ele. & adde hic Bar. in l. diui fratres, ff. de pęn. ubi dicit, quod etiam poſt concluſionem in cauſa poſſunt produci inſtrumenta in cauſa ciuili. & uide Do. de Ro. in antiq. dec. 172. An autem poſt concluſionem in cã poſſint produci inſtrumenta de nouo reperta, uide per Bar. in l. admonendi, ff. de iurei. & ibi latius per Pau. de Caſt. in fi. 4. col. ſuper diſtinguentem.

b Conſuetudo loci. Vide Old. in conſi. 105. inci. vĩ dicendum. & Card. in conſi. 72. inci. Titius, col. 2. cum duob. ſeq. & Abb. in conſi. 53. incip. in prædicta cã, in 2. uol. ubi dicitur, quod ad hoc ut ſcripturæ non authenticæ detur fides, oportet probare, ꝙ tali ſcripturæ fides fuit adhibita. Seb. Sap.

c Concluſionem Inſtrumenta & probationes non poſſunt admitti, uel produci poſt concluſionem in cauſa. Hanc regulam ampliat ſing. Lud. Roma. in l. admonendi, in 6. col. ff. de iureiur. ut procedat non ſolum, quando inſtrumenta producerentur ad probandum, ſed etiam ſi producerẽtur ſolum ad declarandum alia prius producta, quia ſecundum eum non poſſunt poſt concluſionem in cauſa produci aliqua inſtrumenta, ſiue tendentia ad probandum, ſiue ſolum ad declarandum iam probatũ. Caſum dicit eſſe de hoc no. in c. auditis, de in integ. reſt qui tex. ſecundum do. meum D. Iaſ. de May. ibi in 45 col. non ſufficienter probat, & in cõtrarium facit trita regula, quę habet, quòd qui ſolũ declarat, nihil de nouo dat. l. hæredes palam, §. ſi quid poſt, ff. de teſt.

Adde, an poſt concluſionem in cã poſſint produci inſtrumenta, Ro. conſil. 20. Et an in criminalib. concludatur in cã, & multa de concluſione in cauſa per eundem conſi. 176. & an ſententia lata omiſſa publicatione teſtium, valeat habetur per Pet. de Anch. conſi. 137.

An poſt concluſionem in cã poſſint, produci inſtr͞a dicas, quod in cã principali non poſſunt produci, ſed in cauſa appellationis bene poſſunt produci, ut per Inn. in c. cum ueniſſent, de teſtib. & uide per Inn. in c. in tua, qui ma. acc. poſ. & Spec. in tit. de proba. §. uidendum, an uero quod ſi data, & [illegible] de Caſt. in l. oratione in fi. ff. de ſen. & per Aleſ. in l. 1. in §. edenda, ff. de eden. & uide gl. in cle. ſæpe. §. & quia, de uer. ſig. & per Bar. in l. manca. de ope. leg. & uide Do. de Ro. in dec. 58. incip. item fuit dubitatum. Ant. Fran.

teſtes non fuerunt in cauſa producti, inf. de præſum. c. afferte. ergo non eſt de ſubſtantia ſententiæ. Ide ſenſit Inn. in c. cũ I. & A. de re iu. & Io. An. in addi. Spe. de renun. & cõclu. in prin. & hoc teneas, & vide per Bar. in d. l. prolatã, vbi proſequitur actus multos, qui ſunt de ſubſtantia ordinis iudiciarij, & per glo. 2. q. 1. in ſumma, & in c. vxor. 17. q. 4. De concluſione vero vide gl. bonã in cle. ſæpe, de verb. ſig. iuncto tex. & Io. An. in addi. Spe. in loco præal. vbi ſenſit, ꝙ non ſit de ſubſtantia, Dic tñ, ꝙ eſt de inſtitia, quia ſpeciale eſt in cauſis ſummarijs, vt poſſit iudex ad ſententiam procedere, concluſione non facta, vt in d. cle. ſæpe, & vide in hoc quod no. in c. paſtoralis. de cauſa poſ. & ꝓpne. No. ex ſecunda parte, ꝙ non creditur inſtrumento alicuius præſidẽtis, etiam ſi ſit Rex. Nam creare tabellionem, ſpectat ad Imperatorem, de quo dicam plenius, inf. e. c. cũ P. & vide quod legi.
2 & no. in cle. literis, de proba. † No & tene menti, ꝙ valet cõſuetudo diſponens circa ſolemnitates alicuius actus, circa Principi reſeruata, concor. c. ſuper quibuſdam, de ver. ſig. Nam vt hic vides, cõſuetudo pt dare alicui poteſtatem tabellionis. Et licet loquatur in Rege, eadem ratio eſt in alia pſona inferiori, quod tenet per illum tex. Io. An. in c. ſeculares, de foro comp. li. 6. in nouel quod no. Idem Bar. l. ſeruus communis, ff. de ſtipu. ſeruo. vbi per iſtum tex. plus dicit, ꝙ iudex pt ſcribere acta, & ei fides adhibebitur, ſi hoc habet conſuetudo, quod ſingulariter nota pro limitatione c. quũ contra, de prob. facit quod no. Inno. ſup. c. 2. Ceſſante aũt conſuetudine, ſolum hoc poterit, ſi ẽt eſt notarius, & hoc fecerit in his, q̃ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vel in paruis cauſis, in quibus pt procedi ſine ſcriptura, ad hoc glo. & plenius p Bar. in l. iubemus. C. de ſa. ſan. ecc. facit Auth. niſi breuiores, C. de ſen. ex peri. reci. Et quia gl. hic multum lente tranſiuerunt, expediam prius quædam pulchra pro intellectu, & li
3 mitatione vtriuſque partis c. † Et primo, circa primam partem, quæro, an indiſtincte poſt concluſionem non liceat inſtrumẽta producere? Dic, ꝙ non: imo fallit in multis caſibus, quorũ aliquos notabiles hic collegi ego vltra alios doc. Et primo in caſu c. paſtoralis, de cauſa poſ. & proprie. Secundo in his, in quibus iudex procedit ex officio, ſi hoc viderit expedire. nã ſibi nihil
a eſt præcluſum, a arg. d. c. paſtoralis. Hoc tenent do. de Ro. deci. 7. & vide pro limitatione, quæ dixi. ſup. de teſti. c. cum clamor. Tertio in criminalibus cauſis, cum reus vult etiam innocentiã probare, arg. in l. diui. ff. de pœn. & ibi hoc expreſſe tenet Bar. & in l. 1. ff. de quæſtio. in fi. Plus dicit, ſ. ꝙ etiam poſt publicationẽ, poterunt in prædicto caſu teſtes de nouo recipi. poſt ſentẽtiam autem aliquo remedio non ſuſpenſam, ſoli principi licet beneficio ſpeciali admittere probationes, etiã de nouo repertas, ad probandum innocentiam condemnati, vt in d. l. diui. notabiliter, & ſingulariter probatur, vide tamen in hoc, quod no. in c. 2. de purg. vul. Quarto in cauſis communibus, i. etiam vbi proceditur ad inſtantiam, ſi inſtrumenta ſunt de nouo reperta, vt l. admonendi. ff. de iureiur. ſecundum vnam lectu. quam proſequitur ibi Bar. Quinto ſi de facto recipiuntur, tenet receptio, & vt a concluſione receſſum, eo ꝙ partes non contradixerunt, vt
b no. do. de Ro. dec. 5.[b] Regulariter autem non poſſunt recipi, &
c ſi recipiuntur, poſſet altera pars appellare, c arg. hic, & in d. c. pa
4 ſtoralis. † Nunc quæro, an liceat indiſtincte ꝓducere inſtrumenta vſque ad concluſionem? iſte text. videtur aperte probare, quod ſic. Quod indubie procedit, vbi iudex prius non præfixit terminum ad illa producenda. Si autem præfixit certum terminum, nunquid eo elapſo liceat citra concluſionem. Quæſtio eſt notabilis, & multæ ſunt opi. Ioan. And. hic ſenſit, ꝙ non liceat poſt terminum, & eſt opi. Spe. in titu. de dila. §. videndum, ver. quid ſi datus. Sed ipſemet Ioan. And. plenius hoc tractauit in gl. ordinaria, quam fecit in cle. ſæpe, præall. in ver. non obſtante. & ibi tenuit opi. quorundam diſtinguentium, ꝙ aut ius aduerſarij eſt illæſum, & tunc licet etiam poſt terminum. Aut læſum, vt quia perierunt teſtes, quibus potuiſſet reprobare inſtrumenta, ſi fuiſſent in termino producta, & non licet, & ꝓ vtroq; membro facit l. manciporũ, ff. de optio. leg. Tertij dicunt, ꝙ indiſtincte hoc licet ante concluſionẽ, quia non potuit pars cogi inſtrumenta exhibere, anteq̃ eis eſſet vſurus, ad hoc iſte text. & l. 1. § eden. ff. de eden. Pau. vbi dicit, ꝙ iudex nõ poteſt prius partem compellere, quã ſit concluſum in cauſa, vt hic. Sed ſi ſponte recipit terminum, ſibi præiudicauit Bar. in d. l. mancipiorũ, dicit, quod ſi iurauerit inſtrumentum ad eum de nouo perueniſſe, admittetur. alias non, argumen. opt. in ſimili, in c. paſtoralis, inf. de excep. Sed tu aduerte. nam d. l. mancipiorum, multũ facit pro opi. Ioan. And. in glo. præall. nam ibi fuit terminus per iudicem ſtatutus ad ſeruum eligendum cum comminatione, ꝙ poſt terminum nõ audietur, & nihilominus auditur poſt terminum re integra, etiam ſine iuramento, ſi præteritio diei damnum aduerſario non intulit. Ad idem poteſt adduci c. ſi tibi abſenti, & quod ibi no. de præb. li. 6. quod quaſi idem in alijs terminis diſponit. Sed his non obſt. dico, quod l. mancipiorum, habet aliam rationem decidendi. loquitur enim quando re exiſtente integra poſt terminum ceſſat omnino cauſa, propter quam ſtatutus fuit ille terminus, vt clare innuit ille tex. & ſic ceſſante cauſa, ceſſat effectus, vt in c. cum ceſſante, de app. & ſic etiam loquitur c. ſi tibi abſenti, facit c. ſi. qui ma. acc. poſ. Sed in caſu noſtro poſt lapſum terminum, etiam iure aduerſarij illęſo exiſtente, non ceſſat omnino cauſa, propter quam fuit terminus ſtatutus, quia terminus ſtatuitur non ſolum, vt parti alteri ſit facultas reprobãdi, ſed principaliter ſtatuitur ad faciliorem, & breuiorem exitum litis, vt patet in c. paſtoralis, de exce. & c. a. finem, de do. & contuma. & hæc cauſa non ceſſat, licet ius aduerſarij circa reprobationem ſit illæſum. Et per hoc dico, quod poſt terminum non debet audiri, niſi in caſibus, de quibus in d. c. paſtoralis, de exce. Et credo per illũ tex. iudicẽ poſſe ante ꝯcluſionẽ ſtatuere hunc terminũ, qa boni iudicis eſt lites pręcidere, & breuiores facere, q̃ pt, vt in l. quidam æſtimauerunt, ff. ſi cer. peta. & in iurib. ſup. alleg. Nam terminus lit. conteſt. ſtatuiť a iure pro excluſione dilatoriarum, vt legi. & not. in capitu. inter monaſterium, de iudi. & tamen poteſt iudex prius terminum ſtatuere certum ad omnes dilatorias proponendas, d. capitu. paſtoralis. Item vſque ad publicationem atteſtationum, poſſunt de iure teſtes reproban, vt in d. capitu. præſentium, ſup. de teſti. & tamen iudex poteſt per prius pręfigere terminum, intra quem producantur ſimul teſtes approbatorij, & reprobatorij, vt in cap. licet, de prob. & in capi. cum cauſam. ſup. de teſti. Item ad proſequendum appellationem, & finiendum, iura pręfigunt annum, & tamen iudex abbreuiare poteſt reſpectu proſecutionis, vt in capitu. cum ſit Romana, & capitu. perſonas, de app. & ſic in multis ſimi. Et ſic poteſt iudex ex cauſa abbreuiandi lites, hunc terminum ante cõcluſionem præfigere. Et ſic tollo illam opin. Pau. & talis terminus hominis cenſetur loco termini iuris, vt no. Innocen. in ſimili in capi. ex ratione, de appel. Ideo ſicut non admittitur poſt concluſionem, ita nec poſt hũc terminum. Poſſet tamen ex quadam æquitate dici, quod cum in mora modici temporis non ſit magnum periculum, vt l. ſi debitori, ff. de iud. quod duobus concurrentibus, poterit admitti poſt terminum, ſ. ſi ius aduerſarij non ſit leſum, & parũ poſt lapſum terminum hoc petijt, arg. in d. l. mãcipiorũ, & ſic poſſet ſingulariter limitari d. c. paſtoralis, quod tamen loquiť indiſtincte. Hoc verum, niſi in pęnam negligẽtis aliud ſtatuatur, & ſic intelli-

ADDITIONES.

a Præcluſum. Iudici nunquam concluditur in cauſa, ſed ſemper vniformiter viget eius officium vſque ad ſententiam incluſiue. Ita pul. inquit Ang. in conſil. 291. incipien. viſis atteſtationib. teſtium productorum, &c. in vlt. colum. Et licet ipſe non dicat, ratio poteſt eſſe ſecundum domi. meum domi. Iaſ. in d. l. admonendi, quia concluſio in cauſa dicitur renunciatio probationum, quam faciunt partes, per quod vinculum, non debent manus iudicis ligari, per reg. cap. cum clamor. ſup. de teſti. l. ſi vnus. §. ante omnia, ff. de pact.

b Quæ incipit, item ſi poſt concluſionem. Idem etiam dicit ipſemet Abb. Panor. in c. quoniam contra falſam, ſup. de proba. in 13. colum. ſequuntur. do. Anto. de But. & Innocen. in c. auditis, in fi. de procur. do. Card. Flo. in clem. ſtelib. in 2. colum. de teſti. Bald. in l. peremptorias, in 2. colum. C. ſenten. reſcin. non poſ. do. Alex. de Imo. in d. l. admonendi, in 14. colum. ff. de iureiu. & do. Iaſ. de May. in 46. col. quamuis in contrarium teneat, & male Pau. de Caſt. in 11. colum. quem in hoc ibi ſpecialiter reprẽdbat idem do. Ale. Item adde, quod allegatio notoria facti, vel q̃ patet ex actis, poteſt opponi poſt concluſionem in cauſa. vnde, ſi opponatur inhabilitas teſtis, quæ patet ex actis, poteſt opponi, & detegi etiam poſt concluſionem in cauſa, ſecundum ipſum Abb. Pan. in c. dudum, el 1. in 2. col. & ſeq. de ele. vbi limitat verum, dummodo ſit notorium facti permanentis, ſecus ſi ſit notorium facti tranſeuntis, vt ibi per eum. Idem etiam no. ibi do. Anto. de But. in 2. colum. vbi etiam notat. do. An. quod licet ſit concluſum in cauſa, nunquam tamen intelligitur præcluſa via allegationibus iuris, quin ſemper iura, & leges allegari poſſint, quantum ad hoc. n. nunquam intelligitur eſſe clauſum os parti. Ita etiam no. inquit Bald. in auth. iubemus, in vlt. col. C. de iud. alle. l. quamuis indubitati, C. de adulte. & in Auth. vt cum de app. col. in prin. Et ita debet intelligi, & limitari dictum Innocen. in d. c. paſtoralis, de cauſa poſſ. & propr. vbi dicit Inno. quod poſt concluſionem in cauſa nil poſt allegari, vel de iure, vel de facto. Nam debet intelligi, niſi allegatio conſiſteret in ſolo iure. vide etiam Abb. ipſum Pan. in d. c. paſtoralis, in fi. de cau. poſ. & proprieta. vbi ponit alium caſum, in quo poſſunt fieri probationes poſt concluſionem in cauſa. Quoſdam alios caſus vltra prædictos, in quibus probatio admittitur poſt concluſionem in cauſa, vide per Spec. in tit. de renuncia. & conclu. §. 1. verſic. & ſcias per Bald. in l. 1. in 1. colum. C. vt quæ deſunt aduoca. Item adde, quod iudex ex officio etiam partibus inuitis poteſt cõcludere in cauſa, ſeu pronunciare, quod ſit concluſum in cauſa, quando ſufficientes dilationes datæ ſunt, quæ ſunt tranſactæ, glo. eſt ſing. in cle. ſæpe, circa fi. in verſi. concluſione, de verb. ſign. quæ etiam ponit, nunquid de iure canonico, & in fo. cano. ita ſemper concludatur in cauſa, ſicut de iure ciuili. Et an vna pars poſſit cogere aliam ad concludẽdum in cauſa, diſputat Bal. & videtur concludere, quod ſic, poſt Old. Lau. in c. 1. in 3. col. ſi de inueſti. inter do. & vaſal. lis oriatur.

c Appellare. Adde alium caſum, in quo poſt concluſionem in cauſa licet teſtes producere, videlicet, quando teſtes ſunt legaliſſimi, Spe. in tit. de edi. §. fin. verſi. ſed pone ecce, quod inſtrumento. Sequitur Ale. in auth. iubemus, col. 3. in prin. C. de iudi. Alium caſum ponit Bal. in c. cauſam, col. 1. ſup. de prob. videlicet, quando recipiuntur teſtes ſuper cicatrice remanſura, de quo tradit Marſ. in ſin. c. 6. inci. publicatis atteſtationibus. alios caſus enumerat idem Marſ. in l. 1. §. ſi quis vltra, ff. de quæſ. Sub. Sap.

intellige c.ſi pluribus.de præb.lib.6.& hæc quo ad primam par
5 tem.† Venio ad ſecundam partem,in qua quæro,an iſtis inſtru
mentis, quibus adhibetur fides ex conſuetudine, credēdum ſit
in foro eccleſiaſtico, & eccleſiaſticis negocijs? Et ꝙ in foro ec-
cleſiaſtico ſit credendum, caſus vr̄ hic iuncta ſupraſcriptione.
Apertius tenet Io. And.in c.ſeculares,de foro compe.lib.6.Re-
ſpectu vero negociorum dicit hic Hoſt. ꝙ creditur ſuper ciui-
libus, & temporalib. reb. confectis, ſecus ſi ſuper ſpiritualib.qui
remittit ad not. in c.ſicut te,ne cle.vel mona.Fatetur tamen,ꝙ
vbi talia inſtrumenta inducuntur,vt priuilegia ab ipſo Rege ꝯ-
ceſſa,vel quo ad feudalia, bene facerent fidem,de fo.compe c.
ex tranſmiſſa. Pe.autem, & Abb. vidētur hic ſentire,ꝙ indiſtin-
cte credatur talibus inſtrumentis. Dicūt.n.ꝙ dubitatio hic fuit,
ꝙ laici ſuper eccleſiaſticis negocijs,ptātem non habent,vt in c.
eccleſia S.Mariæ,de conſti.Sed ꝯtrium hic ſtatuitur, vt vides,mi
hi placet indiſtincte, vt credatur, quia notarius eſt quidam te-
ſtis.l.Domitius Labeo, ff.de teſt. vnde ſicut laicus perhibere pt
teſtimonium in cā ſpirituali, ita & inſtrumenta conficere:Nec
eſt hoc iuriſdōnis contentioſæ, & ſic ceſſat c. eccleſia S. Mariæ,
ſed voluntariæ, quia auditur ſuper confectione inſtrumenti,fa-
cit,c.1.de procu lib.6.Item ſicut dicimus in ſimili,ꝙ inſtrumē-
tum notarii confectum intra territorium conſtituentis,facit fi-
dem extra territorium.(ita no. Bart.in l.cunctos populos.C.de
ſum. Trin. & quia circa ſolemnitates actus inſpicitur ſola con-
ſuetudo loci,vbi actus geſtus eſt,vt l.1.C.de emanc.lib.& not.in
c.per venerabilem,qui fil.ſint leg.) ita ſatis eſt iſtum haberi pro
notario in patria ſua, vbi confecit inſtrumentum nec curandū,
an fecerit ſuper tpalib. an ſpiritualib. Et hoc teneo,quicquid alii
ſcribant in d. c.ſicut te, & vide quod no.Gaſp. de Cald.in d.c.p
venerabilem,& Spec.in tit.de inſtr.edi §.reſtat,ver.& no.& ſeq.
6 † Vlterius quæritur, an credatur huic inſtrō ſine ſubſcriptione
teſtium, ſi hoc habet conſuetudo? Inno.& Hoſti.ꝙ ſic,allegant
no. in c. 2. ſup. eo.quod no. Et hoc infero valere conſuetudinē,
7 vt inſtrō notarii credatur ſine teſtium ſubſcriptione.† Quæro,
a quid ſi iſte Rex a fuiſſet malæ famæ,& vilis opinionis,nunquid
crederetur?Hoſt.dicit, ꝙ non,vnde verbum, Preſertim,exponi
tur pro,Maxime, & ſic cum eo tranſeunt cōiter Doct.Et ex hoc
vr̄ ſentire, ꝙ inſtr̄m confectum per notarium infamē,ſit nul-
lum, ꝙ non eſt verum indiſtincte. Vnde dicerem, ꝙ aut in prin
cipio, antequam eſſet inducta conſuetudo, erat malæ famæ,&
non valuit conſuetudo, tanquam irrationabilis, de conſue.c.fi.
& procedit hoc caſu dictum Hoſti.Aut ſuperuenit mala fama,
poſtquam fuit ꝯſuetudine pro notario approbatus, & tunc idē
dicendum,qđ in alio notario, qui poſt officium aſſumptū effe-
ctus eſt infamis,quo caſu dicendum eſt, vt eleganter no.Bar.in
l.ea.ff.ad leg.Iul.rep.qui in effectu concludit,ꝙ aut cōmiſit frau
dem in officio,& non creditur amplius, ēt ſi non ſit effectus in-
famis, vt in l. ſi aliquid, C.de ſuſce.& archa.lib.10.Aut commi-
ſit fraudem extra officium, ita ꝙ ſit effectus infamis,& tunc ad
officium,quod habet in ſe dignitatem, promoueri non poteſt,
puta,vt ſit notarius principis,l.1.C.mā.prin.quia infamib.digni
tas non defertur.l.2.C.de dig.lib.12.& in reg.infamib.de reg.iu.
li.6.Nec ēt ad aliud officium publicum, puta, vt ſit notarius in
bancho, & hoc,qa infamis non pōt, aliquod officium publicū
exercere,vt dicit gl.no.iuncto tex.in l.2.§.miles, ff. de his,q no.
infa. facit c.præterea, de teſt.cog Aut eligitur non ad officium
publicum,ſed ꝯſenſu partium eſt aditus,& non valet, quia no-
tarius eſt ſeruus publicus, nec minus deſinit eſſe pp infamiam.
Vnde pñt partes cōi conſenſu ſibi præiudicare. Teſtis aūt eſſe
non pōt,quia producitur ab vna parte, altera inulta, & ſic loq-
tur c.teſtimonium, ſup. eo. qđ eſt ſingulariter notandum.Ego
limitarē hoc verum,qñ pars non diffiteretur talem tabellionē
rogaſſe,vel ſi negat,cōuincit per teſtes, vbi aūt omnino negat,
& dicit inſtr̄m falſum, nec pōt cōuinci,ꝙ rogauerit notarium,
puta,quia teſtes ſunt mortui credo ꝙ inſtr̄m non probabit ꝯtrū,
ex quo confectum eſt ab infante.Tunc.n.militat rō c.teſtimo-
nium.& credo,ꝙ Bar.non dixiſſet ꝯtrium, ſi hunc caſum præui
diſſet. Item dico prædicta procedere in infami infamia iuris:ſe-
cus ſi infamia facti, quia tunc creditur, licet minus per ea,quæ
dixi in c.teſtimonium,& quæ no.in c.ſciſcitatus, de reſc.& hoe
bene notabis.Venio nunc ad gl. Et prima quærit de rōne dubi-
tandi, & aſſignat in fi. duplicem rōnem decidendi,& rōnis di-
uerſitatem inter atteſtationes,& inſtrumenta.Et notabis eā,in-
quātum dicit, ꝙ facilius deprehenditur falſitas inſtrōrum,quā
teſtium. Et pro hoc. ſecundum Io. And. in inſtrō imponi debēt
locus,tp̄s, teſtes,dies,de quibus.inf.de re iud.c. Abb.ad fi. lib.6.
ſed de his teſtis interrogatus dicit ſe non recordari.inf. c.proxi.
Sed alio reſpectu facilius falſatur inſtr̄m, quia facilius eſt corrū
pere vnum notarium,q̄ duos teſtes. Facit qđ no.de cle.pereg.c.
1.Sed dic,ꝙ examinatio,& approbatio notarij, tollit hanc p̄ſum
8 ptionem,facit c.ad audientiam,de præſc.† Glo.a.quærit, qñ dr̄
b in cā concluſum,& reſpondet,vt in ea patet.Et no.ex gl.b ꝙ per
concluſionem,renunciatur nedum probationib. ſed ēt allega-
tionib.& ſic non reſtat,niſi ferre ſñiam, de quo per Inn.in c.pa-
ſtoralis, de cā poſ.& prop.& ibi dixi.Et intellige tex. dum dicit,
ꝙ poſt concluſionem,non licet inſtrā producere,ſ.in cā,in qua
facta eſt concluſio,ſecus in appellationis cā,vt inf.c.prox.& no.
in c.1.de exce.Et eſt ratio diuerſitatis,quia ꝯcluſio facta in prin-
cipali,nō extenditur ad cauſam appellationis, niſi fuiſſet dictū,
vt no.in Spec. de renun. & conclu.§.1.verſi.hoc autem ſcias.Et
eſt ratio rationis,quia appellatio ſuſpendit omnia, vſque ad lit.
conteſt. Vnde peremptorie poſſunt opponi,vt infra c. prox.ſed
dilatorie non,vt l.ita demum,C.de procu.Et intellige,ꝙ ſuſpē-
dit omnia,niſi alia ratio impediat, vt timor ſubornationis,pro-
pter quem non poſſunt produci teſtes ſuper eiſdem capitulis,
vel directe contrarijs,vt in cle.2.de teſti.

ADDITIONES.

a Si iſte Rex. Vide Bar.in l.ead.ff.ad leg.Iul.rep.Bal.in l.cunctos populos,in §.opp.C.de ſum.Trin.& fide cath.Cald.in conſi.2.ſub tit.de fide inſtr.& Fel.in c.fraternitatis.inf.de hæret.

b Ex gl. Et adde gl.no.§.quia uero multi,in glo.parua in uerbo,concluſerunt,in Auth.de teſti.quam gl.dicit eſſe ſing.de iure ciui.Ludo.Roma.in l.1.in 3.col.ff.de arb.Adde Spec.in tit.de renun.& conclu.in §.1.uer.& no.& Ibi ēt ponit, an ſi ſit renunciatum allegationi iuris, dicatur concluſum in cauſa? Et an renunciare,& concludere ſint idem,ibi uide per eum, & dicit no.Bal.in l.ſi accuſatoribus, circa ſi.C.de accuſa. quod de conſenſu partium poteſt concludi ſuper vno arti.cauſæ,& non ſuper alio, & de hoc dicit eſſe gloſſ.ſing.no.in d.§. quia uero multi.Et ex hoc dicit apparere,quod idem eſt renunciare probationibus, & concludere in cauſa,alleg. no.per Io.And.in c.2.de in integ.reſti.in 6.in nouel.& quod idem ſit, dicit etiam Bal.in authē.iubemus in vlti.colum.C.de iud.Item Adde, quod ſi partes, vel iudex committunt cauſam ad Conſilium ſapientis, ut tota die fit, dicitur concluſum in cauſa.Ita no.inquit do.Anto.de But.in cap.dudum, il 1.in 2.colum.in 3.no.de elect.quod reputat eſſe notandum, nil tamen allegat. Et vltra adducit dom. meus do. Iaſ.unam rationem in d.l.admonendi.in 48.colum.ff.de iureiu.quia quando cauſa eſſet commiſſa conſilio ſapientis,cum debeat eſſe plene inſtructa, iudex qui commiſit, non poteſt alias nouas probationes recipere,tex.eſt no.in l.ex illo,C.de appel. & ibi per eum hoc not.Barto.& dicit eſſe perpetuo tenendum menti. Item nec idem ſapiens, cui commiſſa eſſet cauſa,poſſet alias probationes nouas recipere.Ita no.Bart.in d.l.per illum tex.C.de rela.& in l.fina.in vlti.colum.ff.de fer.& ibi Bald.in 8.colum.& alii.Barto.in l.1.§.quæſitum, ff.de App.& in l.in offerendis,C.de appel.No.etiam multum,quod paria ſunt latam eſſe ſententiam, uel eſſe concluſum in cauſa.Iſta parificantur. Ita dicit ſing.Barto.in l.ſi mater.§.ead.in fin.ff.de excep.rei iudi.Idem ipſe do.Abb.Panor.in cap.paſtoralis, de except.Bald.in l.error.in 4 colum.C.de iu.& fac.igno.ubi ad hoc alleg.Ioan.Mo.& Ioan.And.in cap.ſi.C.de in integ.reſti.in 6.not.Bald.in l.1.in 3.colum.C.ne ex deli.defun.Lud.Rom.in l.ſi Titius.ff.de uerb.oblig.do.meus do.Iaſ.in d.l.admonendi,in 39.colum.ubi etiam dicit bene facere, quod pulchre inge Bal.in l.indubitati,C.de adul.ubi tenet,quod exceptiones, quæ nō poſſunt opponi poſt ſententiam, non poſſunt etiam opponi poſt concluſionem in cauſa,quia iſta duo parificantur.
Adde,quod Bal.conſi.177.in 1.lib.dicit,quod coram conſultore poſſunt ꝓduci inſtrumenta liquida.
Dicas circa hoc,quod petito conſilio ſapientis donec acta ſunt apud conſultorem, non poſſunt alia de nouo produci, de quo vltra dicta per Bart.in l.ex illo,hic alleg.uide eundem Bart.in l.1.in §.ſi plures, in 7.col.ff.de exer.& uide Bald.in l.1.ff. nil nouari appella.pend.Quod intellige,vt non poſſint produci coram iudice, nec coram conſultore, de quo etiam per Barto.in l.1.§.quæſitum,in 1.columna.ff.de appella.& in l.1.C.de relat. Anton. Franc.

SVMMARIVM.

1 *In eodem libello,quis poteſt plura, & diuerſa petere.*
2 *Vbi ex parte actoris debitum eſt liquidum per confeſſionem, rei admittitur compenſatio, licet debitum non ſit liquidum.*
3 *Modus largo modo poteſt appellari conditio.*
4 *Teſtimonium non uitiatur, licet teſtes non recordentur de die, menſe, & anno,quib.fuit actus geſtus.*
5 *In inſtrumento publico non eſt neceſſe, quod teſtes ſe ſubſcribant.*
6 *Quando teſtes contradicunt inſtrumento,pro concordia præſumitur pluralitas actum, niſi partes confeſſæ fuerint vnitatem.*
7 *Dicta obſcura teſtium non releuantur per confeſſionem,uel articulum a parte formatum,ſed per confeſſionem aduerſæ partis bene releuantur.*
8 *Iudex poteſt vſque ad ſententiam, & poſt concluſionem in cauſa interrogare circa merita cauſæ.*
9 *Sententia poteſt pro parte infirmari, & pro parte confirmari per iudicē appellationis.*
10 *Venditor,ſi habeat facultatem rei tradendæ, compellitur præciſe.ſi uero dolo,uel culpa deſiit habere, tenetur ad intereſſe.Si uero neutrum interuenit, in totum liberatur.*
11 *Appellatur ad papam,ſi iudex,a quo,ſuperiorem in temporalibus non recognoſcit.*
12 *Appellans a diffinitiua, poteſt aliam cauſam ab illa, quam expreſſit coram iudice a quo proſequi,ſecus,ſi appellauit ab interlocutoria.*
13 *Duo teſtes de illis,qui non ſunt ſcripti in inſtrumento, omni exceptione maiores probant contra inſtrumentum.*
14 *Teſtes deſcripti in inſtrumento, ſi per directum uel indirectum deponunt cōtra inſtrumentum,an faciant illud vacillare.*
15 *Teſt.s interrogati de tempore, ſi uarie reſpondet, uel inducti ad probandum tempus,dicant ſe non recordari, non ualet eorum teſtimonium.*
16 *Si ſunt deſcripti duo in inſtrumento expreſſo eorum nomine, & cognomine,ſi quis neget ſe interueniſſe in inſtrumento, an tale inſtrumentum ualeat.*

17 *Ad petitionem appellantis poteſt ſententia retractari.*
28 *Cauſa nullitatis deuoluit totam cauſam ad iudicem, unde poterit reform. e ſententiam.*

CAP. X.

a CVm Ioannes. a Falſitas inſtrumenti, vel quod deeſt inſtrumento, probari poteſt per teſtes. In prima parte ponitur proceſſus cauſæ principalis. In ſecunda parte, ponitur proceſſus cauſæ appellationis, ibi. Cum igitur. In tertia diffinitio ipſius cauſæ appellationis, ibi. De conſilio. Caſus liter. Ioannes Eremita coram iudicib. ciuitatis Viterbij petebat a Petro conciue ipſius 30. libras Senenſes ex cã mutui. Ex aduerſo propoſuit idem P. quod idem Io. tenebatur eidem 170. libris pro pretio cuiuſdam domus, quam ipſi Io. vendiderat: vnde petebat vt 130. ſibi deberet compẽſare. & reſiduum ſibi deberet perſolui. Petit inſuper Io. poſſeſſionem ipſius domus ſibi tradi vacuam & liberam, li. conte. ſuper hoc, & alijs arti. & cum fuiſſet hinc inde aliquãdiu diſputatum, iudices auditis atteſtationib. & allegationib. condemnauerunt iſtum P. vt eidem I. poſſeſſionem prædictæ domus vacuam & liberam traderet. Ab hac ſententia dictus P. ad ſedem Apoſtolicam appellauit. Papa dedit T. capellanũ ſuũ partibus auditorem, coram quo ex parte ipſius P. fuit propoſitum, venditionem ipſius domus, non puram, ſed conditionalẽ fuiſſe, & ideo ipſum non teneri ad traditionem ipſius. Ad hoc probandum quatuor, teſtes induxit, cum eſſet nouum capitulum pendens ex veteri, qui iurati dixerunt ſe interfuiſſe cõtractui inter ipſum P. & I. ſuper eadẽ domo celebrato pro certo pretio, hac adiecta conditione, vt idem P. domum ipſam inhabitaret in vita ſua, & poſt obitum ſuum domus illa remaneret M. & R. filiis ipſius P. nepotibus ipſius I. De anno, menſe, ac die, de quo facta fuit venditio dixerunt ſe non recordari. Dictus I. venditionem non conditionalem, ſed puram fuiſſe dicebat. ad hoc probandum induxit inſtrumentum vẽditionis, & tabellionem, qui fecit inſtrũm, & vnum de teſtib. inſcriptis in inſtrumento. Dubitatum fuit, quæ probatio valere deberet. Proponebatur ex parte ipſius P. quod licet teſtes & inſtra eandem vim obtineant in cauſis, non tamen inſtrũm tanti debet eſſe valoris, vt præferatur depoſitionib. trium vel plurium teſtium. Ex aduerſo fuit reſponſum, quod cum ipſe I. intentionem ſuam per inſtrũm probaſſet, & P. venditionem non puram, ſed conditionalẽ fuiſſe proponeret, nec per teſtes P. de certo tempore facta fuerit fides, vnde non apparebat, quod ſuper illa venditione depoſuiſſent, & in inſtrumento certum tẽpus adijceretur, probatio ipſius P. inefficax erat ad intẽtionem cõtrariam elidendam. Sed dicebatur, quod reſpõſio iſta inualida erat, quando vtraque pars interrogata cõfeſſa fuit in iure, quod vnica venditio ipſius domus facta fuit, ſed per teſtes probatur conditionalem fuiſſe. & ſic per confeſſionem vtriuſq; colligitur venditionem fuiſſe cõditionalem, nec obſtare, quod interrogatio facta fuerit, poſtquam in cã concluſum fuit, quia iudex ad prolationẽ ſniæ poteſt interrogare de facto, quoties dubitat. Iſtis omnib. conſideratis, do. Papa de conſilio fratrum pronunciauit venditionem prædictam conditionalem fuiſſe, & dictum P. non teneri ad ipſius poſſeſſionis traditionem, ipſi I. ſuper hoc ſilentium imponendo, ſniam prædictorum iudicum quo ad hunc arti. infirmando, quamuis alias iuſte pronũciauerint, quia hæc exceptio non fuit propoſita coram ipſis. quo ad
1 alios art. confirmauit eandem. B.† No. 1. quod in eodem libello poteſt quis plura, & diuerſa petere. Nam petebat iſte I. habere 130. libras occaſione mutui & domum vacuã ſibi tradi occaſione venditionis. Et quanquam hoc vltimum non exprimatur in litera iſta, exprimebatur tñ ĩ litera antiqua, vt colligitur ſatis hic, dum dr̃, quod iſte I. in hoc fundauerat intẽtionem ſuam. Item iudex non potuiſſet aliter ſuper domo pronũciare, vt in c. licet Hely. de ſimo. Fatuus eſt enim iudex, qui pronũciauit ſuper nõ petito. l. fi. C. de fideic. lib. Ex his, & ex tex no. dno. Primo formã libellandi in cã mutui. Secundo, quod cõtractu emptionis præcedente, poteſt præciſe peti rẽ venditam tradi, nec eſt neceſſe petere intereſſe, & multæ in hoc ſunt opinio. vt inf. videbitis. †No.
2 3. bo. arg. pro dicto Cy. in l. fin. C. de compen. quod vbi ex parte actoris debitum eſt liquidum per ſolam confeſſionem rei, admittitur compenſatio oppoſita, per ipſum reum, licet debitum ſuum non ſit liquidum de præſenti, ſed liquidãdum. Hic enim conſtabat per confeſſionem de mutuo, & debitum rei protrahebatur ad litigiũ, vt patet in litera, & nihilominus fuit admiſſa compenſatio. Quanquam poſſet dici, quod licet ſuper traditione diſputaretur, ſuper pretio non fiebat hæſitatio, niſi diceres, quod delata traditione rei, differebatur, & pretium. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. & quod no. in l. ſi traditio. C. de actio. empt. Et de hac materia vide quod dicam in c. 2. depoſi. vbi de
3 hoc.† No. ibi. Sed conditionalem, quod modus largo modo poteſt appellari conditio. Nam hic non interuenit vera conditio, quæ de ſui natura habet ſuſpendere effectum actus geſti, in euentum conditionis, vt no. in c. verum, de cond. appo. & in l. 1. C. de cond. inſer. ſed modum, qui non ſuſpendit, ſed qualificat, & cõditionalem reddit actum geſtum. Venditio enim fuit perfecta de præſenti, ſed fuit appoſitus modus, vt in vita ſua libere habi
b taret. No. quod ratione oneris b annexi, res valet minus iuſto pretio, & ſic onus appoſitum videtur pars pretij, quod not. Ad idẽ bo. tex. in l. fundi. ff. de contrah. empt. & facit ad materiam cap. cum dilecti. infra de empt. & vendit. l. 2. C. de reſcin. vend. Not.
c argumen. quod probatur valor c rei, ſi teſtes dicant, quod tantum a tali potuit habere, quaſi tantum valeat res, quantum vẽdi poteſt. De quo tamen dic, vt no. plene in d. l. 2. & dixi in cap. cum cauſa. 2. ſupra de teſtib. Ad iſtum tex. poſſet dici, quod per hoc non probatur verus valor rei, ſed inducitur ad præſumendum venditionem pro illo pretio non fuiſſe puram, cum potuiſſet ab alio habuiſſe maius pretium. Vnde non eſt veriſimile, quod iſte vendidiſſet pure pro minori. Et ſic non probaretur hoc primũ dictum, cũ ex ſpeciali affectione quis potuiſſet offerre pretium vltra communem valorem rei.† No. pulchrum tex.
4 quod teſtimonium non vitiatur, licet teſtes communiter non recordentur de anno, menſe, & die, quibus fuit actus geſtus, quod intellige, niſi dies eſſet de ſubſtantia, vt no. Innocen. in c. qualiter & quando, de accuſ. in ver. ſi dictus. Not. quod tabellio, qui inſtrumentum ſcripſit, & teſtes in eo ſcripti, produci poſſunt in teſtes ad coadiuuandum inſtrumentum. Et eſt vtile propter not. in c. cum a nobis, ſupra de teſt. hic tamen non profuerunt, tum quia, vt patet in antiqua, teſtis productus dixit ſe nõ recordari, an fuerit cõditionalis venditio, an pura, tum quia ip-
5 ſi erant duo, & alij contra inſtrumenta erant quatuor. † No. ibi. Subſcriptis, quod in inſtrumento publico teſtes dẽnt ſe ſubſcribere. Hoc enim videtur innuere verbum, Subſcripti, quaſi ſubtus ſcripti. Sed Innocen. intelligit, quod ſubſcribuntur per notarium. Vnde exponit, ſubſcriptis, ideſt inſcriptis. Non enim eſt mors, ſecundum eum, quod inſtrumento tabellionis ſubſcribat teſtes, ſed in priuato tantum, & remittit ad not. ſupra eod. cap. 2. ego dixi in cap. 1. eod. titu. & hoc no. Si autem contractus fiet in ſcriptis, ita quod ſcriptura ſit, de ſubſtantia, tunc dic de ſubſcriptionibus, vt habetur in l. contractus, C. eod. tit. No. regulam, & limitationem ad eam. Regula enim eſt, quod parẽ vim habent inſtrumenta & teſtes, vt hic, & in l. in exercendis, C. eo. Limitatio eſt, vt hoc procedat, quando producũtur ab eadem parte, vel ſi ad iuerſis, teſtes, tamen inſtrumento non contradicunt. Si autem teſtes contradicunt, tunc non obtinent eãdem vim, ſed prævalent, cæteris paribus ipſi teſtes, de quo inf. latius.
† No.

ADDITIONES.

a Cum Ioannes. Quia in tex. huius cap. fit mentio de uacua poſſeſſione, ideo quando dicatur uacua poſſeſſio, uide per Ange. & Legiſtas in l. in ia conuentionalibus. §. ſi quis uacuam. ff. de uerborum obligatio. & per Barto. in l. 2. §. 1. ff. de actio. empt. glo. in l. non idcirco. C. de fide inſtrumento. & in l. improb. & in l. 1. C. de acquiren. poſſeſſ. & in l. fina. in uerb. uacuam. C. unde ui. Et quomodo interdum poſſeſſio dicatur plena, interdum uacua, uide gloſſ. Inſtitu. de uſucap. §. quod autem, in uer. uacante, cum duabus, ſequẽ. quæ non eſt alibi, ſecundum Ange. in l. ſi me in uacuam, ff. de acquiren. poſſeſſ. Et de hac materia uide per Barto. in l. Mæuius. §. fundo. ff. de lega. 2. per Bald. in l. fin. C. de pact. inter emp. & uend. & per Bald. in l. ſi plures, in 3. col. de condi. inſer.

Quæ dicatur uacua poſſeſſio. Dicas primo, quod illa dicitur uacua, quæ nec animo, nec corpore detinetur. l. ratio, in §. 1. & ibi per Barto. ff. de actio. emptio. & in l. 2. §. 1. & ibi per Alexand. eodem tit. & uide glo. in uer. uacuam, in l. fina. C. unde ui, & in l. ſi quis fundum, ff. de actio. empt. & uide Ange. in l. in conuentionali. in §. ſi quis uacuam, ff. de uerborum obligatio. & uide gloſſ. in l. non idcirco. C. de fide inſtrumen. & in l. improba. C. de acquiren. poſſeſſ. ubi ponitur quando poſſeſſio dicatur tradi uacua. Et tene menti gl. Inſtitu. de uſucap. §. quod autem, quæ dicit, quod poſſeſſio dicitur uacua tribus modis, de qua materia uide etiam Bald. in l. fina. C. de pact. inter empt. &c. Et adde, quod poſſeſſio uacua probatur eo ipſo, quod author, uel eius ſucceſſor diu rem poſſedit arbitrio iudicis, ut per Bal. in l. cum res, in 2. colum. C. de probatio. ubi etiam per Alexand. in conſi. 11. in 4. par. conſil. & adde, quod poſſeſſio dicitur uacua, etiam ſi iure debeatur alteri ſeruitus, non tamen dicitur libera, ita Bar. no. in l. Mæuius. in §. fundo, in ult. col. & iul. in facit. & in l. 2. §. uacua, ff. de actio. emp. Et ideo ſi quis tenetur tradere poſſeſſionem uacuam, & liberam debet tradere illam liberam a ſeruitute, ſecus ſi tantum tenetur uacuam tradere, ſecundum Bart. in d. l. 2. ff. de ac. emp. Anton. Fran.

b Ratione oneris. Item adde, quod res minus ualet ratione mali uicini. l. cum ſæpe. §. fina. ff. de contrahen. empt. & quod not. Barto. in l. ſi ita mulier. ff. de fun. inſtru. & quod habetur in cap. conſtitutus, de in integ. reſt. & in cap. ad quæſtiones, de rer. permu. facit dictum Verg. in Buc. Mantua, uæ miſeræ nimium uicina Cremonæ. & apud Luc. O male uicinis hæc mœnia condita Gallis. Et de ualore rei in rebus mobilib. uide Bart. in l. pretia, in §. fi. ff. ad l. Fal. & in l. ſeptem dieb. C. de ereg. mu. an. Et de ualore rei, ſecundum quantitatem fructuum, uide in l. ſi quidẽ, de eui. Et de materia, uide omnino Bar. & alios in l. 1. §. ſi hæres percepto fundo, ff. ad Treb. & in l. ſi ſeruus, ff. de cõdi. fur. Ang. in l. ſi quis uxori. §. fi. ff. de fur. Ang. de Are. in §. ſi quis agens, in ſti. de actio.

Adde qualiter probetur ualor, Fulg. conſi. 142.

c Probatur ualor. V[illegible] hac regula Bart. in l. 1. § ſi hæres percepto fundo, ff. ad Treb. & in l. [illegible] mortis cauſa c[illegible] §. 1. ff. de don. cau. mor. Ange. Are. in §. ſi quis agens, col. [illegible] de ac[illegible] Lanf. de Oria in rep. cap. quoniam contra falſam, in [illegible], col. 26. uer. quæro, qualiter probetur ualor rei, ſupra de probat. [illegible]

Digitized by Google

6 † No ꝙ vbi teſtes a videntur contradicere inſtrumento, ſi fieri
a pt, debet præſumi actus multiplicatus, vt ſic teſtes & inſtrumē-
ta reducantur ad concordiam, ſicut dicimus in teſtibus vtriuſ-
que partis, vt in c. cum in, ſup. de teſtib. Hic enim fuiſſet facta
hæc interpretatio, vt innuit litera, niſi partes fuiſſent confeſſæ
vnitatem actus Et ex hoc no. bonam practicam ad excludendā
præſumptionē pluralitatis actus, vt fiat interrogatio ſup vnita-
te actus. Dicit tñ Inn. poſſe dici, ꝙ ēt ſi interrogatio facta nō fuiſ
ſet, tñ hoc modo debuerunt inſtrumentum & dicta teſtium ꝯ-
b cordari, [b] quia licet inſtrumentum diceret, ꝙ Petrus vendidit
domum Ioanni, non negat per hoc, ꝯtum fuiſſe conditionalē.
vnde admittenda erit probatio, quæ inſtrumento ꝯrio aderat.
Mihi tñ plus placet primum dictum indiſtincte, quia, ex quo te
ſtes non recordantur de die, non videntur deponere ſuper illo
ꝯtu, qui ex forma inſtrumenti apparet purus, & non conditio-
nalis, & hoc ſentire videtur Bar. in l. 2. C. de bon. poſ. ſm tab. &
ff quemadmo. teſt. ape. l. 2. Poſſet tñ dici, ꝙ aut ex forma inſtru-
menti apparet ꝯtum purum, & tunc, cum teſtes deponentes
illum fuiſſe conditionalem ꝯdicant inſtrumento, debet præſu
mi actus multiplicatus, ex quo non recordantur de tempore,
ne inſtrm, aut teſtes reprobētur, arg. in d. c. cum tu. Aut inſtrm
ſimpliciter loquitur, & teſtes dicunt illum ꝯtum fuiſſe condi-
tionalem, licet non recordentur de tempore, & dēt præſumi, ꝙ
de eodē deponant, & ſic intelligatur dictum Inno. Ratio, quia
potuit eſſe ꝯtus conditionalis, & tñ non fuit rogatus de condi
tione, vel per obliuionem notarius omiſit, & cum inſtrumen-
ta & teſtes habeant eandē vim, debet fieri ſuppletio ad inuicē,
ſicut fit inter euangeliſtas in c. nihil, de verb ſignif. & in c. peri-
culoſe, de pœ. diſt. 1. Facit optime ꝙ no. Inn. in c. qualiter & qñ,
de accu. vbi dicit, ꝙ ſi aliqui teſtes deponunt de die, vel certis ꝑ
ſonis, & alij dicant ſe non recordari de certo die, vel perſonis,
debet præſumi, ꝙ de eiſdem iſti deponant, facit d. c. in præſen-
7 tia, de prob. † Itē no. ꝙ ꝓbatio vnius partis dubia clarificatur ex
ꝯfeſſione alterius partis. Ex hoc ſume limitationem ad dictum
Inno. in c. cum ꝯtingat, de offi deleg. vbi dicit, ꝙ dicta teſtium
obſcura non releuantur per confeſſionē, ſeu articulū per par-
tē formatū. Dēt. n. intelligi in confeſſione ꝓpria, quæ nō ꝓdeſt
confitenti. 14 q. 2. in prin. Et ꝓbatur clare dictū Innoc. in c. in ꝑ-
ſentia, de prob. Secus in ꝯfeſſione alterius partis, q̄ valet ꝯ eam,
vt hic. Et ex hoc, & ex tex. no. ꝙ vbi ad probandū vnū totū, vel
quid certū, inducuntur teſtes, non eſt neceſſe, ꝙ teſtes deponāt
c ſuper toto, ſed ſatis eſt, quod ex dictis omnium teſtium, [c] &
partium confeſſione eliciatur id, qđ erat neceſſario ꝓbandum
vt hic notanter probatur, facit ad ea, quę dixi in c. licet ex qua-
8 dam. ſup. de teſti. † No. & tene menti, quia ad hoc allegatur quo
tidie iſte tex. ꝙ iudex pt vſq; ad ſniam, & ſic poſt ꝯcluſionē, par-
d tes interrogare ad clarificanda dubia [d] circa merita cauſæ, ēt ſi
ꝓcedat ad vtilitatem priuatam Inn. tamen in addi. limitat hoc
ſingulariter, qñ interrogat circa dubia eorum, quę acta ſunt an
te concluſionem, de alijs vero q̄rere non poſſet, refert tñ, ꝙ alij
e ꝯ. Poteſt tamen dici, ꝙ vbicūque [e] ęquitas mouet eum, poteſt
interrogare, vt in l. vbicunque, ff. de inter. actio. & c. iudicantē.
30. q. 5. Et intellige prædicta in iudicijs ordinarijs. Nam in ſum-
marijs interrogabit teſtes partis, etiam ad inſtātiam. ſm gl no.
in cle. ſæpe. de verb. ſignif. in verbo, interrogabit. & facit ibi tex.
9 per locum à ſpeciali † Item in vltima parte, nota, quòd ſenten-
tia pt pro parte confirmari, & pro parte infirmari. Et nota ꝙ in
cauſa appellationis ſnīa eſt confirmatoria, vbi bene fuit iudica
tū & infirmatoria, ſeu retractatoria, vbi male, & pt exprimere,
ſi vult cauſam retractationis, & confirmationis in ſententia. Et
ex hoc, & ex tex. no. ꝙ iudex appellationis nō tenetur ſimplici-
ter pronunciare male, vel bene fuiſſe iudicatum. ſicut innuere
vr tex in c. vlt. 2. q. 6. ſed poteſt diſtinguere, & verba diſpoſitiua
proferre, facit c. cum cauſam, de re iu. & ꝙ no. Bar. in l. cū apud.
ff. iud. ſolu. & hęc ſufficiant ad ſuperficialem declarationē tex.
10 † Venio nūc ad gl. & quæro cum gl. a. quid ſi venditio pura fuiſ
ſet, nunquid iuſte condemnaſſet iudex ad rem vacuam traden
dā Rñdet, ꝙ ſic. No. bene in hac gl. q̄ ſatis bene iudicio meo ꝓ-
bat, maxime iuncto tex. in fi. vbi ponuntur verba papæ, empto
rem poſſe rem emptam præciſe petere, & ita venditorem eſſe
condemnandum. nec eſt opus petere intereſſe. Hoc pro tanto
dico, quia iura in hoc ciuilia varie loqui videntur, ac etiam ſcri-
bentes in l. 1. ff de act. empt. & l. exempto, & in l. ſi traditio, C.
eod & vtrobique per Bartol. pleniſſime per eundem in l. ſtipu-
lationes non diuiduntur, ff de verbo. obliga. Quidam enim vol
uerunt, ꝙ ſufficiat præſtare intereſſe, vt in l. ſi quis ab alio. §. fi. ff.
de re iu. Et ꝓ hoc intellectu vr facere d. l. 1. & l. ſi traditio, & vr
velle gl. d. l. 1. Sed Mar. antiquus gloſſator iuris ciuilis tenuit pri
mam. ſ. venditorem præciſe teneri, rem venditam tradere em-
ptori, ſi illam habet, & ꝓ eo multū bene facit d. l. exempto. Sed
ſm Hoſt. ius canonicū vr adhærere opi. Mar. vt patet hic, & in
c. per tuas, de arbi. & c. 1. de pact. & c. 3. eo. tit. & 1. q. 1. c. q ſtudet.
Inn. in c. cū olim, de cēſi. in prin. tenet, ꝙ ad rē vēditā bñ agit, qa
res eſt in oblatione, vt in d. l. exēpto. Sed liberatur vēditor ſatiſ-
faciendo de intereſſe, & ſic cōcordat. l. 1. cū d. l. exēpto. Sed pri
ma op vr communior, vt præciſe compellatur rē tradere, ſi fa-
cultatē habet, alias tenetur ad intereſſe, q̄ cōiter ſequūtur doct.
hic, & Bar. in d l. ſtipulationes non diuiduntur, & Arch. in d. c. q
ſtudet, Ioan And. in addi. Spe. in tit. de empt. & vend. §. 1. verſ. in
anterioribus. vbi dicit, ꝙ ſi hēt facultatē rei tradendæ, cōpellit
ad rē tradendā. Si vero dolo, vel culpa deſijt habere, agitur ad
intereſſe. ſi aūt non hēt ſine dolo, & culpa, tunc ad neutrū tene-
tur. Ego allego ad hoc gl. fin. q̄ præciſe facit omnia hæc mēbra,
inſti. de emp. & ven. §. pretiū, in verbo, tradatur. & optime ibi fa
cit tex. ꝓ hac opi. & intellige iura ꝯria ſm diſtinctionē ꝑcedē-
tē Et vt habeas ſubtilius hanc materiā, ſcias, ꝙ aut qs obligat ad
dandū, & ꝑciſe cōpellitur, ſi pt. l. vbi. §. fi. ff. de verbo. oblig. Aut
obligat ad faciendū, & regulariter in obligatione hominis ſuc-
cedit obligatio ad intereſſe, vt in l. ſi quis ab alio. §. fi. ff. de re iu
& hoc, quia videtur quædam ſpecies ſeruitutis, ſi præciſe com-
pelleretur facere, vt no. Bar in d. l. ſtipulationes nō diuiduntur,
vbi pleniſſime videas de hac materia. Eſt & tertia ſpecies obli-
f gationis, ſ. rē tradi, & in hac aut obligatur ex ꝯtu ſ emptionis,
& præ

ADDITIONES.

a Vbi teſtes. Vide do. Iaſ. in l. 2. colum. 3. ver. not. ex iſta deciſione. C. de bo. poſ. ſm tabu. vbi meminit huius tex. & Alex. in conſi. 134. in 2. vol. Seba. Sapia.

b Concordari. Facit ꝙ dicit Bald. in d. l. 2. C. de bon. poſ. ſm tabu. Et nunquam obliuiſcaris, ꝙ teſtes deponant ſuper teſtamento, qualiter talis teſtator coram ſeptem teſtibus fecit teſtamentum, in quo talem inſtituit hæredem, & quilibet teſtis particulariter deponit ſe fuiſſe præſentem tali teſtamento, interrogati de conteſtibus, qui & quot eſſent præſentes, dicunt, ꝙ non recordantur, ꝙ tñ tales teſtes plene probant teſtamentū, & præſumuntur oēs fuiſſe conteſtes. Quod dictum reputat ibi Pau. de Ca. multū no. & quotidianum. Idem tenet ibi do. Alex. & in conſ. 279. inci. ponderatis, in pen. col. ex hoc dicto Bal. elice, ꝙ ſi teſtes cōcordant oēs in dicto ſuper quo depoſuit, licet aliter nō appareat ꝙ oēs eodem tpe fuerint præſentes, tñ in dubio præſumuntur cōteſtes, & de eo actu deponere Et idē tenet Bal. in l. de qbus. ff. de le. in antep. col. & do. Alex. in præal. cōſ.

Adde Ang conſ. 224.

c Teſtium. Facit quod ſignanter voluit Bar. in l. admonendi, in 10. col. ff. de iureiura. vbi dicit, quod ſi duo teſtes dicunt, vidi quod Sempronius mutuauit Titio pecuniam, ſed neſcimus, aut non recordamur de quantitate, concluditur, quod ſi quantitas poſſet ſuppleri alio modo, puta, ſi probaretur per alios duo teſtes, quod Titius petijt à Sempronio decem ducatos mutuo, ꝑ iſtos duos deponentes, quod viderūt numerari pecuniam ex cauſa mutui, licet quantitatem ignorent, iudex deberet deferre iuramentum in ſupplementum probationis. Quæ deciſio eſt multum notāda, & eam ſequitur do. Anto. in c. fi. in vlt. col. de iureiur. & do. Alex in d. l. admonendi, in 22. col. & Iaſ. de May. 140. col. Alij non tāgunt, & ad corroborationem vide omnino ibi per ipſum multa pulchra.

d Dubia. Vide Cat. in conſi. 74. inci. Titius, & Ang. in conſi. 285. inci. viſis atteſtationibus teſtium prædictorum, in vlt. col. vbi dicit, quod iudici nūquam concluditur in cauſa, ſed firmiter viget eius officium vſq; ad ſententiam incluſiue. Seb. Sap.

e Vbicunque. De hoc vide d. Ant. in c. 1. de iu. in 3. col. Et quod non poſſit poſt concluſionem interrogare ſuper nouo arti. prius agitato, tenet Spe. in ti. de poſi. §. 4. verſi. ſed ſi ante, alias eſt verſi. quidam tamen dixerunt, & Rom. in l. 4. §. hoc autem iudicium, in 4. col. ff. de dam. inſe. vbi ſequitur Inno. hic. Et idem videtur dicere Bal. in l. per hanc, circa prin. verſicu. dicit. C. de temp. app. Pet. de Ancha. in c. 1. in fi. 1. col. de confeſ. lib. 6. Sed opi. do. Ant. hic ſequtur Ro. in l. admonendi, ff. de iureiu. in 28. col. vbi vide. Pro qua allego opti. caſum & meliorem, qui ſit in iure, adhuc à Docto. non ponderatum, in d. c. paſtoralis, in fi. de cauſa poſ. & propr. Et vltra gl. alleg. hic per illum, quam etiam Lud Ro. vbi ſup reputat ſingu. adde tu aliam pleniorem in c. quoniā contra falſam, in verſi. interrogatus, & ibi late Doct. ſup. de prob. intantum, quod dicit d. An. de But. in c. 1. de iudi. ſe in contingentia facti conſuluiſſe, quod iudex poſt concluſionem in cauſa poteſt facere interrogationes non ſolum ad declarādum dubiam probationem, iuxta c. cum Ioan. eo, & quod no. gl. ſing. in §. quia uero, in Auth. de teſti. ſed etiam ad fundandam intentionem aduerſarij per regulam dictæ l. vbicunque. hic alleg per illum, & in l. generaliter. §. 1. C. de reb. cred. non tamen cogitur iudex illud facere. l. nō quicquid. ff. de iudi. & ſequitur Imo. & ibi. & adde d. Anto. & Imo. in c. cum cauſam, de iura. cal. ſup. in terminis. Bald. in l. ampliorem. in 2. col. de app. & & in l. per hanc, in prin. C. de temp. app. & in l. 1. §. quod obſeruari, in 6. col. C. de iura. cal. & ita communiter tenetur. In contrarium tamen facere videtur gl. no. in l. filiusfa. in §. veterani, in gl. 1. ff. de proc. quæ vult, quod iudex non poſſit ſupplere vltra tempus parti cōceſſum, quod bene no. facit quod no. in l. querela, C. de fal.

f Contractu. Verum venditor teneatur ad rem tradendam præciſe emptori, de hoc vide quod no. D. An. in c. lator, de pig. & per Arc. in c. qui ſtudet. 1. q. 1. item adde, ꝙ etiam in obligationib. facti ratione vltimæ voluntatis quis ꝑciſe compellitur ad factum, tex. eſt no. l. fideicommiſſa. §. fi. ff. de leg. 3. Item adde, quod qui vendit ſimpliciter fundum, non tenetur tradere liberum, ſed qualis eſt, ſecus, ſi in venditione venditor dixiſſet, vendo tibi illum fundum, vti optimus maximusq; eſt. tex. eſt in l. cū venderes, ff de contra empt. Et ad idem eſt tex. in l. ſeruo leg. §. ſi fundus, ff. de le. 1. Sed tu vide gl. in d. l. cum venderes. Sed an ille, qui tenetur tradere fundum, teneatur eum tradere liberum a ſeruitute, Doc. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis forte, poſt gl. ibi, ff. de ver. obl. communiter tenet, ꝙ ſic, excepto Raph. qui ibi tenet contrarium, per tex. vbi dicit eſſe caſum, in l. Mæuius, §. fundo, ff. de leg. 2. ſed tex. in d. §. fundo, loquitur, quādo fundus debētur ex cauſa lucratiua, ſed ſi deberetur ex cauſa oneroſa, tunc procedit communis opi. Doct. in d. §. ſi quis forte. Pro quo facit tex. in l. quoties, ff. de ædi. edi. cōiūcta. l. j. §. cauſa, e. ti. & tex. in l. vendendo, ff. de contrahen. emp. & gl. in d. l. cum venderes, & quod ibi no. & in l. 1. in verſ. ſecuritati, de actio. emp.

Adde, an venditor teneatur præciſe ad tradendum. Alex. conſ. 69. 4. lib.

Digitized by Google

& precise compellitur, ſi habet facultatem, vt in iuribus ſupe-
rius allegatis. Aut in aliis contractibus, & ſufficit præſtare inte-
reſſe, per l.ſi fundum, ff. de verborum obliga. Ratio diuerſitatis
eſt, quia in contractu emptionis, illa obligatio, rem tradi, parti-
cipat de obligatione, rem dandi, & rem faciendi, quia ſi eſt ven
ditor dominus, debet rem tradendo, facere emptorem domi-
num. & in hoc accedit ad obligationem dandi, quia dare eſt ac
cipientis facere, inſti. de actio. §. ſic itaque. Si autem non eſt do-
minus, præſtat tradendo cauſam vſucapiendi: ideo, ſi habet fa-
cultatem, tenetur præciſe tradere, quia quaſi videtur obligatus
ad dandum: hæc ſunt de mente Bar. in d.l. 1. de act. emp. & in l.
ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. quæ bene nota-
bis. An autem ſufficiat venditori præſtare patientiam, an tenea
tur rem tradere, dic, quod in corporalibus ſufficit præſtare pati en-
tiam, ſed in corporalibus tenetur tradere rē, de quo dic, vt not.
in d.l. 1. Et quatenus dicit tex. quod debet venditor tradere poſſeſ-
ſionem vacuam, i. nō poſſeſſam legatorum, ſeu fideicommiſſo
rum cauſa, vel nomine ventris; ad hoc enim pertinet vacui ap-
pellatio, de quo vide quod leg. & not. in l. 1. §. vacua, ff. de actio.
11 emp. † Oppo. quod a iudice laico non debuerit appellari ad papā,
vt in c. ſi duobus, de app. Sol. gl. 3. vt patet in ea Hoſt. dicit gloſ.
procedere, quod regulariter a laico non appelletur ad papam, niſi
iudex, a quo appellatur, ſuperiorem in temporalibus non reco-
a gnoſcat, a infra qui fil. ſint legi. c. per venerabilem. §. rationibus,
de foro compe. c. licet, in Authē. vt diff. iudic. § ſi tamen conti-
gerit. & notabis hoc dictum ſingulariter, cui videtur concorda
re aliud dictum ſingulare Inno. in c. ſuſcepto, de foro compet.
vbi dixit, quod deficiente poteſtate ſeculari de iure, quia non eſt da
re ſuperiorem, vel de facto, quia ſuperior non poteſt de facto iu
b riſdictionem ſuam exercere, ſupplet Papa, b arg. hic, & in d. c. p
venerabilem. & facit quod plene dixi in c. nouit, de iudic. Sic li-
mit. gl. quæ videtur contrarium dicere in c. quoniam. 10. diſtin.
12 † Gl. in verbo [pendebat.] quærit, quid ſi capitulum fuiſſet om
nino nouum? Reſpondet, & bene, ſcilicet, quod non fuiſſet admiſ-
ſum. Et eſt ratio, quia iudex, ad quem non, debet admittere ali-
qua impertinentia ad cauſam, cum habeat ſolum decernere
an ſit bene, vel male iudicatum. 2. q. 6. ad fin. & l. per hanc, C. de
temp. app. Et quod dicatur nouum capitulum omnino, vel de
pendens ab antiquo, dic, vt dixi in c. fraternitatis, ſupra de teſt.
c Secundo quærit, an in cauſa c appellationis poſſum proſequi d
aliam cauſam, quam expreſſam in ipſa appellatione? Et reſpon
det, quod ſic, vt in l. ſcio. § ſi. ff. de app. Et intelligo hoc, cum appel-
latur a diffinitiua, de quo dicendum, vt no. in c. cum cauſam. J.
de app. in vlti gl. Secus, cum appellatur ab interlocutoria, vt in
clem. appellanti, eo. tit. vbi de hoc. Gl. in ver. [quolibet.] primo
colligit quod inſtrumentum, quantumcunque authenticum, po-
teſt per teſtes, vt falſum reprobari, vt hic. Secundo quærit, quot
teſtes requiruntur. Reſpondet, quod quatuor meliores deſcriptis
in inſtrumento, ſeu quinque. Ratio, quia fides tabellionis æqui
ualet duobus, vt in c. quoniam contra, de prob. Ipſum vero in-
ſtrumentum valeat tantum, quātum duo teſtes. Hinc eſt, quod ha-
bes duos teſtes inſcriptos ad minus, ad hoc l. in exercēdis. C. eo.
Sed reprobatio debet fieri per plures, ſeu ſaltem meliores, vt in
c. in noſtra, ſ. de teſt. ergo requiruntur quinq;. Nec ob. iſte text.
vbi fuerunt producti quatuor tantum, nec dicitur, quod erant me-
liores, quia ſecundum gl. iſti teſtes non reprobant inſtrumentū
ſed addunt, quod notarius omiſerat, & habes nunc gl. declara-
tam. Ex qua no. primo, quod inſtrumentum quantumcunque au-
thenticum, poteſt reprobari prætextu falſitatis, intellige, quū dr̄
inſtrumentum ex toto falſum, ſecus ſi dico aliqua in eo conten
ta falſa, quia tunc aliquando non admittitur reprobatio, vt quū
inducitur præſumptio iuris, & de iure, vt in caſu. l. ſi. C. arb. tu. ſ.
ſi vult reprobare confeſſionem ſuam, vt in caſu l. antiqui. C.
ad Velleia. & dic, de his, vt ibi no. Per hoc reprobatur ſecundū
Io. And. opin. Lau. Crem. qui dicebat per teſtes non reprobari
inſtrumentū, niſi eſſet ſuſpectum vel ex parte conficientis, vel
ex parte producentis. reddebat rationem, quia memoria homi
nis labilis eſt, nec communiter teſtes ſunt intenti, ſicut tabel-
lio, quare prius creditur inſtrumento, ſecundum eum. Sed mi-
13 nus bene locutus eſt, vt patet hic, & inf. latius. † Secundo nota, quod
quando teſtes addunt ad inſtrumentum ſufficiunt duo. Tertio
tio nota, quod quando reprobant, requirūtur quinque, vel qua
tuor ad minus. Et hæc eſt vna opinio Sed vt habeas clare mate-
riam difficilem, hic prolixè tractaram per Doctores, cum quæ-
ritur de probatione inſtrumenti fienda per teſtes, ſcias, quod quan
doque contra inſtrumentum producuntur teſtes in inſtrumen
e to non deſcripti, quandoque illi, qui ſunt deſcripti. e Primo caſu
multæ reperiunt̄ opiniones, ſed recitabo principaliores, vt ma
gis elucceat materia. Prima eſt opin. vt incipiamus a gloſſatore
noſtro, quod requiruntur quinque, vel ſaltem quatuor, & idem te
nuit in c. 3. de prob. ſupra vidiſti rationem ſuā. Secunda fuit opi.
Accur. in l. in exercendis, præall. qui dixit, quod licet duo reprobēt
inſtrumentum priuatum, C. de contrah. & commit. ſtip. l. opti-
mam, ad reprobandum tamen inſtrumentum publicum req-
uiruntur ad minus tres, quia inſtrumentum valet tantum, quan-
tum probatio duorum ad minus, vt d. l. in exercēdis, ergo opor
tet, quod reprobatio per teſtes ſit plenior. Et pro opi. Accu. facit iſte
tex dum dicit, trium, vel plurium Tertia fuit opinio, quæ recita-
tur in Spe. eo. tit. §. teſtat, ver. ſed pone, quā tribuitur Azo. quod ad di
rectam reprobationem inſtr̄i requiruntur tres. Ad indirectam
per modum, de quo ſup. de teſt. c. ex tenore, C. de contrah. ſtip.
l. optimam, ſufficiunt duo, & facit, quod not. inſti. de inuti. ſtip.
§. itē verborum obligatio, in gl. in ver. toto die. Quarta fuit opi.
Odoſ. qui dixit, quod vbi cauſa talis eſt, in qua requiruntur plures
teſtes, vt in teſtamentis, codicillis, & ſimilibus per plures teſtes,
quam eā requirat, dēt fieri reprobatio. Vnde teſtm̄ reprobabi-
tur per octo, codicillus per ſex, reliqua vero vbi ſufficiunt duo,
reprobantur per tres. Quinta fuit opi. Nic. de Mat. in ſuis diſpu-
tationibus, qui dixit hoc eſſe arbitrarium, vt videat iudex, cui
magis ſit adhibenda fides. Tanta. n. poſſet eſſe præſumptio pro
inſtr̄o ex nimia legalitate notarii, vel alia de cā, quod præfertur in-
ſtr̄m teſtib. ad hoc facit litera hæc, dum dicit, non tn̄ quodlibet
inſtr̄m. Sexta fuit opi. quorundam quos recitat Inn. hic, qui di-
xerunt, quod in facto propinquo magis creditur teſtib. in antiquo
vero remoto magis creditur inſtr̄o. ff. de prob. l. ſi arbiter, ff. de
inſtr̄o Carb. edi. l. 3. §. duę. Septima eſt opi. Inn. q tenuit, quod q̄tun
cunque publice confecto, & quantumcunque teſtes habeant
inſcriptos, derogatur per duos teſtes, vel ad plus per tres, qui p
bent contractum, de quo loquitur inſtr̄m, non fuiſſe celebratū
illo tempore, & illo loco, & inter illos, de quib. loquitur, cū pro
bent ipſos, vel eorum alterum adeo remotos fuiſſe ab illo loco
illo die, quod impoſſibile eſt eos tunc ibidem fuiſſe & contraxiſſe,
vt in l. optimam, C. de contrah. & commit. ſtip. & ſup. de teſt. c.
tenore. Hāc opi. vr̄ ſequi Spec. in tit. eo. §. teſtat, ver. ſed quęro,
vbi remittit ad hoc dictum Inn & Io. hic Mouentur oēs iſti, qa
inſtr̄m non habet fidem, niſi ab officio & authoritate notarii,
cui iuſtū eſt dictum duorum præferri. Hoc verum, niſi inſtr̄um
per teſtes inſcriptos, vel alios viua voce iuuetur, in auth. eo. tit.
§. ſi tamen quiſquam, & § ſi vero moriantur, & ſequenti: tūc. n.
requiruntur plures, quam viua voce deponentes pp authorita
tem inſtr̄i, & teſtiū viua voce deponentium. Et pro hac opi. vr̄
caſus ſm Io. And. in c. cum a nobis, ſup. de teſti. ſi intelligat̄, qd̄
ibi dicit teſtium adminiculo, ſ. viuæ vocis. Nec obſtat, quod ibi lo-
quitur de ſcriptura iudicis, quia ibi notarii vocantur iudices, vt
ibi no. ſecūdum vnum intellectum. Iterum negari li. conſ. nō
poteſt ſm Io. And. quin duos teſtes vacillare ſaltem faciant in-
ſtrumentum & fidem eius Nam hoc facit comparatio literarū,
quæ minor eſt, q̄ aſſertio duorum teſtium. Patet, vtrunq; in au-
then. eo. tit. io prin. & § illi ergo non ſtabitur, niſi aliter coadiu-
uetur, C. eo. tit. l. fin. C. de probat. l. iubemus. item facit rō, quam
ponit Inn. infra eo. c. cum P. vbi dicit quod probatio per inſtrumē-
tum eſt ſupernaturalis & contra ius, vt credatur pelli animalis
mortui. ſed probō, q̄ fit per duos teſtes, eſt naturalis ſm ius diui
num

ADDITIONES

a Recognoſcat. No. quod in terris imperii appellatur, ad papam, vbi iudex a quo,
recognoſcit ſuperiorem. Et ad hoc pondera tex. in c. expoſita, de arb. vbi de
iniquitate laudi Dux Venetorum recognoſcit, & vide quod ibi ſing. ſcribit
D. Abb. cir. prin. poſt Inn. Item adde quod hoc dictum Hoſti. alle. hic per D.
Ant. refert, & ſequitur D. Abb. in lect. in c. 1. de prob.
b Supplet Papa. Vide Fel. in c. ſi duobus. infra de app. Seb. Sap.
c An in cauſa. Vide Abb. in c. ſignificauerunt, col. 3. infra de exce. Gem. in c. bi-
duum, ver. quandoq; 2. q. 6. Mod. in l. ita demum, C. de procu.
d Proſequi. Verum autem appellatus in cā appellationis a diffinitiua poſſit de-
ducere nouum capitulum, vide hic D. Ant. in vlt. col. ver. vlt. facit vnum du
bium pulchrum, &c. Et adde quod mihi vr̄ de hac q. caſus in d. l. per hanc,
ibi, tam appellatori, quam aduerſæ parti, C. de tem. app. pro opin. quod ap-
pellatus poſſit, facit optime quod no. Arch. in ver. ſunt quorum §. quando-
que. 2. q. 6. ubi dicit, quod ſi in prima inſtantia actore petente cētum iudex
condemnauit reum in quinquaginta, in aliis quinquaginta ab ſoluit, ſi reus
appellauit ab illa ſententia, & non actor, appellatus in cauſa appellationis
coram iudice appellationis poterit iterum petere integra centum, tamē ſi
ex eadem cauſa petat, ſecus, ſi ex diuerſis cauſis non connexis, & ita dixit
ſentire Bar. Brix. in q. dominicali. q. 63. incipit, petebat, & vide do. Ant. in c.
ſignificauit, in 3. col. de excep.
Dicas circa hoc de appellato, quod pōt inhærere appellationi aduerſarii,
& illam proſequi, ſi ſua interſit, l. ſi. & ibi plene per Doc. C. de ap. Quod tn̄
intellige verum, ſi ipſe appellans incepit proſequi, ſed ſi non proſequeret̄,
vel appellationi renunciaret, non poſſet appellatus illam proſequi, vt not.
voluit Io. And. in add. Spec. in tit. de app. 3. §. 1. in ver. 34. & vide Car. in cle.
conſtitutionem, in 5. q. de ele. Et eundem in cle. 1. in 3. nn. de ap. vbi dixit, qd̄
appellatus poteſt inuito appellante vti literis impetratis per ipſum appel-
lantem, & coram iudice appellationis poteſt proſequi omne ius ſibi cōpe-
tens, & non deducta deducere, & non probata probare, iuxta materiam di
ctæ l. per hanc. C. de temp. app. ita Bal. in add. Spec. in tit. de app. an uer. offi-
cium iudicis, & in uer. an inuito. Ant. Fran.
e Deſcripti. Vide Bart. Bal. & Ang. in l. 1. §. ſi quis neget, ff. quemadmo. teſtam.
ape. vbi etiam late per Ioan. de Imol. & per Bald. & Sal. in l. in exercendis,
C. de fide inſtrumen. & in l. 2. C. de bo. poſſ. ſecundum tab. & Pet. de Anch.
in conſi. 73. uiſa limitata commiſſione, & in conſi. 255. incipi. in 2. dubio.
Seb. Sap.

Digitized by Google

nium & humanum, ergo hæc eſt præferenda. Non ob. ratio huius gl. quia ſecundum Io. And. hic, & Bar. in l. 1. §. ſi quis neget, ff quemad. teſt. aper. bis reaſſumitur idem per modum notarii, ff. de ver. ob. l. quoties in ſtipulationib. Nam dicendo, inſtrumentum æquiualet duobus, includit authoritatem notarii, poſtea dicendo. Notarius valet duos vel plus, quam vnus, reaſſumis idẽ: non eſt ergo verum, quod ſcriptura per ſe æquiualeat duobus, ſed ſcriptura cum inſcriptione teſtium, & authoritate officii tabellionis eſt, quæ æquiualet duobus nec valet alia opi. ſecundũ quam requirũtur duo propter teſtes inſcriptos, & duo propter tabellionem: nam procederet, quando teſtes ſubſcripſiſſent, & hoc conſtaret, ſed quando ſolum ſunt inſcripti, ſeu ſubſcripti ꝑ notarium, patet ꝙ ſicut fides inſtrumenti, ita & fides ſubſcriptionis teſtium dependet a notario. Item ſecũdum opinionem contrariam ſequeretur abſurdum, ꝙ ſi 10. teſtes eſſent inſcripti ad probationem talis inſtrumenti, requirerentur. 22. & ſic facile falſus notarius tolleret facultatem inſtrumenti reprobandi, ſicut enim falſum ſcribit in cõtractu, ſic facile multos teſtes falſos ſcribere potuit in inſtromento. Quare Ioan. And. ex multis concludit, tenendam opin. Innocen. & quod omne inſtrumentum reprobari poſſit per duos teſtes, cum omnis eius fides a tabellionis fide depẽdeat. Ad tex. iſtum ſupra adductum pro opi. Accurſ. reſpondet, quod tex. non dicit, tres teſtes requiri cõtra inſtrumentum, ſed quod inſtrumẽtum non præfertur trib. Ad rationem ſupra inductam reſpondetur ſecundum eum, ꝙ plena fides inſtrumenti procedit ex præſumptione publici officij, ſed ſicut violentam præſumptionem, per quam alias iudicaretur, reprobant duos teſtes, (pone exemplum in c. propoſuiſti, de proba.) ſic & hanc præſumptionem, per quam alias iudicaretur, reprobant duo teſtes. Item iuramentum per iudicem delatum in ſupplemẽtum probationis, plena eſt probatio, ex qua iudicari poteſt, & tamen reprobatur per inſtrumentũ, vel duos teſtes, vt in l. admonendi, ff. de iureiu. Item nonne ſigillum authenticum probat? iuxta no. ſupra eod. c. 1. & 2. de proba. c. poſt ceſſionem, & tamen, plena probatio fidei illius derogat, vt d. c. poſt ceſſionem. ita in propoſito ꝓt licet inſtrumentũ faciat plenam probationem tamen reprobari, per duos teſtes viua voce in contrarium deponentes. Hanc opinio. ſequitur dom. Anto. & expreſſius Ioan. Calder. in ſua diſtinct. dicit enim quod licet ſit illorum opin. æqua, qui totum hoc committunt arbitrio iudicis, qui iudicabit habita conſideratione ad qualitatem tabellionis, & teſtium, & negocij, an ſit antiquum vel recens; tamen verior videtur ſibi præcedens opinio, vt duo idonei, teſtes faciãt vacillare inſtrumentum, vt non probet, niſi aliter iuuetur. Bart. in d. l. 1. & dom. Cardi. hic ſequuntur opinio. Nico. Matt. quam ſupra tetigi, vt non ſufficiant indiſtincte duo teſtes, ſed iudex conſiderabit ex qualitate notarii, teſtium, & negocij, cui magis ſit fides adhibenda, ad hoc l. optimam, in fi. C. de contrahen. & commit. ſtipul. per quam mouetur Barto. ille tamen text. iudicio meo non probat. ſolũ enim requirit, q̃d teſtes ſint idonei, &
a omni exceptione maiores. Ego concordando a has opinio. in quas Docto. communiter incidunt, dicerem, quod iudex habebit arbitrari, an illi duo teſtes ſufficiant, quia oportet, quod probatio ſit liquida, & manifeſtiſſima, & fiat per aliam ſcripturam vel per teſtes vndique idoneos, & omni, exceptione maiores, vt d. l. optimam. hoc autem non deprehenditur, niſi iudicis arbitrio, vt l. 3. ff de teſtamen. & 4. quæſtio. 3. cap. ſi teſtes. Sed ſi in veritate teſtes ſunt tales, quales ſupra dixi & manifeſtiſſime deponunt contra inſtrumentum, debet iudex arbitrari teſtes prævalere, & ſi v aliter faceret, licite appellaretur, quia faceret contra illam l. optimam. debet enim arbitrium ſuum informare ſecundum leges, vt dixi in cap. 1. de dila. & quod legi. & no. in l. ſi qua pœna, ff de verborum ſignifica. & prædicta intellige in caſibus, in quibus iura diſponunt, vt inſtrumẽtum faciat præſumptionem iuris, & de iure, de quo dic, vt ſupra in princip. dixi.
14 † Venio ad ſecundum membrum b principale, quando ſcilicet
b aliqui de inſcriptis c in inſtrumento contradicunt, inſtrumen-
c to, quo caſu multæ ſunt opin. vt plene tractat Innocen. & Bart. in d. l. 1. Sed & clare concludendo veritatem, dic, quod aut teſtes directe reprobant inſtrumentum, puta quia dicunt non ſic fuiſſe actum, ſicut ſcriptum, & dic per omnia, vt ſupra in præce. membro dixi, & eſt de mente Innocen. hic: nam hoc caſu fortius inſtrumentum reprobatur, quam in caſu præcedenti. Aut non contradicunt ita expreſſe ſed per quoddam medium, & tunc aut dicunt ſe non recordari, an interfuerint, aut ſimpliciter, & abſolute dicunt ſe non interfuiſſe. Primo caſu ſuſtinetur inſtrumentum, quia cum eius probatio ſit plena, non debet vacillare per depoſitionem incertam, & dubiam teſtium, quia in dubio debet fieri interpretatio benigna, de teſtib. capit. cum tu, & infra de verborum ſignifi. cap. abbate. & hoc voluit Innocen. & hoc communiter Docto. ſequuu. & Barto. in d. l. 1. Secundo caſu ſubdiſtingue, aut vnus ſolus dicit ſe non interfuiſſe, aut plures, quo caſu aut probat per alios ſe nõ interfuiſſe per modum, de quo in cap. ex tenore, ſupra de teſtib. & probatur inſtrumentum falſum, vt in c. quanto. § abſentium, de his, quæ fi. a præla. nam in eo quod falſe ſcripſit hunc teſtem interfuiſſe, falſificatur inſtrumentum. in d. c. quanto, & arg. 6. diſtinct. ca. ſi ad ſcript ſacras. 1. quæſtio. 9. c. pura. quanquam contractus poſſet per alios teſtes probari. Si vero nõ probatur abſentia p alios, tunc ſunt opin. Sed communiter diſtinguitur, aut eſt de neceſſariis in inſtrumento, & probatur falſum, quia ad hoc exhibentur teſtes neceſſarij, vt per eos poſſit probari, & ſic intelligitur d. l. 2. ff quemadmo. teſtam. aper. Aut non eſt de neceſſariis, quia vltra illum remanet in inſtrumẽto numerus neceſſarius, & nõ vitiatur inſtrumentum, quia plena probatione, quę reſultat ex inſtrumento, confunditur dictum huius teſtis, argum. c. licet ex quadam, ſupra de teſti. hic ſentit, hic Innocen. & clarius Ioan. Calde. & alii Mod. & Bar. in d. l. 1. Si vero ſunt plures dicentes ſe non interfuiſſe, aut probant abſentiam per alios, & dic, vt ſup. Aut ſimpliciter ipſi aſſerunt, & ſi ſunt de neceſſariis, idem dicẽdum, quod ſup. ſi vero non ſunt de neceſſariis, eſt dubium non paruum. Quidam dicunt, quod non vacillat, per hoc inſtrum, quia ſunt teſtes ſingulares, ad hoc c. cum dilectus. ſup. de elect. & ſup. de teſtib. c. tam literis. Quidam contra, quia videntur cõteſtes reſpectu falſitatis. Item quilibet dicendo ſe interfuiſſe, dicit etiam de aliis. Innocen. variat. videtur tamen magis inclinare, vt inſtrumentum vacillet, tradit tamen vnam regulã, quod in dubio magis præſumatur pro inſtrumento, quàm contra, vt res potius valeat, quã pereat. in d. l. 1. tenet inſtrumentum reprobari. nam dicit illos eſſe conteſtes. Omnes enim teſtes reſpectu ſenſus, quo percipitur poſſunt dici ſingulares, quia ſenſus tuus non eſt meus, ſed reſpectu obiecti ad ipſum ſenſum, teſtes dicũtur conteſtes. Vnde quemadmodum per approximationẽ ſenſati, ſeu obiecti ad ſenſum, teſtes ſunt cõteſtes, vt accidit in actu affirmatiuo, quando ſimul audierunt, vel viderunt, ita per remotionem ſenſati, ſeu obiecti a ſenſu, dici debent conteſtes, vt quando deponunt ſuper abſentia, quia plures non viderũt. do. Anto. in hoc membro dicit aduertendum, qualiter deponunt teſtes. Si enim dicunt ſe non interfuiſſe, quia primo illa die fuerunt in vnum collecti, & probant, quia ſenſatum abſtrahitur a ſenſibus in vnum congregatis, & ſic poteſt intelligi c. tertio loco, de prob. Si autem quilibet dicat ſe ſimpliciter nõ interfuiſſe, ſunt ſingulares, & non probant. Nec obſt. motiuum Barto. ꝙ ſicut appropinquatio ſenſati, &c. quia conſequentia non eſt bona, quia appropinquatio ſenſati ad plures, attrahit ſenſus pluriũ in vnum. Sed abſtractio non poteſt abſtrahere niſi ſingulariter, quia illud, de quo agitur, nõ fuit appropinquatum ſenſui meo, nec tuo, non autem omnibus ſimul. Credo hoc dictum verius, vbi teſtes ſunt de non neceſſarijs, ſi autem de neceſſarijs, procedat dictum contrarium. Nam tunc contradictio etiam vnius facit vacillare inſtrumentum, vt ſupra dixi, & per hæc habes clariſſime hanc materiam declaratam. Op. & vr̃, ꝙ licet ſit ꝓbata exceptio, tamen non ſententiatur pro reo, vt in c. 2. de ord. cog. Sol. gl. in verbo. In modum, format oppoſitionem, & non ſoluit. Pet. dicit illud verum in exceptione dilatoria, ſecus in peremptoria, qua probata bene iudicatur pro reo. Ioan. And. dicit quod ſententia, qua reus abſoluitur, poteſt procedere dupliciter, aut ex defectu probationis actoris, aut per peremptorias rei. Hic autem, & in cõtrario reus abſoluitur, ratione probationis ſuæ, & ſic concordant. Dic formalius ad contrarium, ꝙ licet ibi probata ſpoliatione per modum exceptionis, non reſtituatur reus ſpoliatus, abſoluitur tamẽ rõne cuius de ſpoliatione excepit. hic etiam ſolum excepit ad excludendam intentionẽ actoris, vt non teneatur domum tradere. & ſic abſolutionem cõſe-
15 cutus fuit, ex quo patet hæc iura ſibi non ꝯdicere. † Op. videtur enim ex quo teſtes non deponebant de die, ſeu tempore cõtractus, ꝙ non debebat eorum dictum valere, arg. c. in præſentia, de prob. & ſup. eo. c. inter dilectos. Gl. in verbo, de certo, tangit hanc quæſtionem, ſeu oppoſitionem, & non ſoluit, ſed ſolutio redditur in litera, vt ex prædictis patet. Ex quo enim partes cõfeſſæ fuerant vnicam interueniſſe venditionem, ſatis colligitur, teſtes de illa deponere; & ſic præteritio temporis non reddit

ADDITIONES.

a Ego concordãdo. Adde ꝙ teſtes poſſunt reprobare inſtrumentũ, Io. de Ana. conſi. 58. Alex. conſi. 47. 2. lib.
Adde pleniſſime per Lanfr. in c. quoniam contra. §. inſtrumentorum productiones, nu. 26. uerſ. quæro, nunquid inſtrumẽtum, & ibi in apoſt. Bene. Va. in uer. per quot teſtes. de prob. Tu adde prædi. Bar. Soc. conſi. 94. incip. præſtantiſſimi. uer. præterea, cir. fi. uol. 2.

b Ad ſecundum membrum. Adde Ang. conſi. 159. Raph. Comen. colũ. 125. Frã. Are. conſi. 98.
Secundum membrum. Vide Ange. in §. ſi quis igitur, in Auth. de inſtrumen. caute. Bald. in conſi. 55. in 3. parte Alexan. in conſi. 47. in 2. volum. Roma. in rubr. de arb. in 15. quæſtio. Bald. in l. 1. in princip. C. de ſentẽ. quæ ſine certa quantita. Seb. Sab.

c Inſcriptis. Et de hoc uide etiam per Bal. in l. in exercendis. in vlt. col. C. de fi. inſtr. & de iſta q. in terminis uide per Spec. in ti. de inſtr. edi. §. inſtrumentũ, in 5. col. uer. item quod teſtis inſcriptus, &c.

Digitized by Google

dit depoſitionem dubiam. Et dicunt hic Goffre. Hoſti. & Ioan.
An. l. ꝙ regulariter quamuis teſtes non deponant de die, vel tẽ
pore, quia non recordantur, non minus valet ipſorum teſtimo
a nium. [a] 3. q. 9. ca. nihilominus. Et quod ſup. dictum eſt, proce-
dit, niſi agatur de tempore probando, vt ſup. de teſti. c. ex teno-
re. tunc enim non valet teſtimonium, cum non dicant id, ad ꝙ
principaliter inducuntur, in c. de teſt. ſup. de teſt. ſup. de teſt. &
ff. de pet. hęr. l. ſi quis libertatem. §. ſi. cauere tamẽ habet iudex
ſ. m Hoſt. ne teſtes malitioſe dicant hunc pręmeditatum ſermo
nem, ſ. ſe non recordari de tpe, vt poſtea reprobari non poſſiot,
& hæc notabis, & vide ꝙ no. ſup. eo. c. ex tenore. Glo. in verbo.
Poſtq̃. colligit duo. Sed eam limita, & declara, vt ſup. dixi, in c.
cum clamor, ſup. de teſti. Glo. penul. opponit de c. j. ſup. de ord.
cog. vbi dr̃, ꝙ ſuper incidenti non pronũciatur. Gl. ſoluit, & ma
le. Nam bene potuiſſet hic pronunciari ſuper principali. & ſic
indirecte fuiſſet pronunciatum ſuper incidenti, ſicut fit in inſtã
tia cauſæ principalis. Dic ergo, ꝙ hoc fuit factum ad honorem
iudicis a quo, conſeruandum, cum fuerit proceſſum ex nouis
actis. Item licet non ſit neceſſarium, vt pronuncietur, ſi tamen
pronunciatur, non p hoc retractatur ſententia, vt no. in d. c. 1. &
b de [b] materia dic, vt ibi plene dixi. Gl. ſi. eſt facilis. † Sed extra gl. q̃
16 ro de qõne notab. Pone, quod in inſtrumẽto ſunt deſcripti A.
& B. expreſſo eorũ cognomine pro teſtibus. demum dr̃ inſtru-
mentum falſum, & producuntur duo, qui dicunt ſe vocari illis
nominib ſed negant ſe interfuiſſe, nunquid hoc ſufficiat ad re-
probationem inſtrumenti? D. meus, do. Car. conſuluit, ꝙ non,
quia per hoc nõ eſt probatum, iſtos eſſe illos, qui ſunt deſcripti
in inſtrumento, potuiſſent enim ſibi mutare nomina, arg. l. 1.
C. de mu. no. Item dic, & melius, ꝙ poſſibile eſt, ꝙ tempore cõ
fecti inſtrumenti erant alij, qui vocabantur hoc nomine, qui in
terfuerunt contractui. Vnde hæc probatio, non concludit ne-
ceſſario, arg. c. in præſentia, de prob. Et in dubio, vt ſup. dixi, fa-
uendum eſt inſtrumento, arg. c. cum tu, de teſt. & inf. de præ-
ſcri. c. ad audientiam. Ad hoc ergo, vt concludant, oportet pro-
bare, ꝙ tempore confecti inſtrumenti iſti, qui producunt nũc,
vocabant illo nomine, & ꝙ tunc non erant alij, qui vocarentur
17 his nominibus, & hæc no. pro limitatione prædictorum. † Viti
mo quæritur de vtili, & quotidiana qõne. videmus. n. hic, ꝙ ad
petitionem appellãtis iudex ad quem, reformat ſniam, an hoc
poſſit facere ad petitionem appellati, vt ſi videat detrahendũ,
vel addẽdũ ſententiæ, hoc licite iudex faciat, ipſo appellato po-
c ſtulante? [c] Hanc qõnem formant domini de Rot. deci. 351. Et
rõ dubitandi eſt, quia appellatus non appellando, vr̃ acquieuiſ-
ſe ſententiæ, in c. quod ad conſultationem, de re iud. & l. ſi. C. de
ſenten. quæ ſine cer. quanti. ergo non debet audiri petens eam
reformari. Sed hoc non obſtante, per oẽs doctores fuit ꝯtrium
cõcluſum, quia ex quo per vnam partem fuit appellatum a to-
ta ſententia, ipſius effectus in totum fuit ſuſpenſus. l. 1. in fi. ff. ad
Turp. & c. venientes, de iureiuran. ergo ſicut per appellantem
peti poteſt reformatio, ita & per appellatum. Sæpe enim quis
conſequitur ex perſona alterius, quod ex ſe conſequi non poſ-
ſet. l. petendę, C. de temp. in integ. reſtitu. & c. authoritate Mar-
tini, de conceſ. præbend. li. 6. Item iudex ſupplet de facto, vbi cõ
ſtat ei ex dictis teſtium, vel inſtrumentorum, ad hoc quod nota
biliter no. Innocen. in c. j. de poſtu præl. & no. bene hoc dictũ,
Hinc alibi dicit gl. no. in l. 1. C. qui & aduer. quos. iudicem ſup-
plere poſſe de ſibi noto, & notorio, per illum tex. Adde etiam
ad prædictam concluſionem l. omnem honorem, C. quando
prouo non eſt neceſſ. vbi ad appellationem victi, conſequi põt
victor cõdemnationem expenſarum omiſſam a iudice à quo.
Non obſt. primum motiuum, quia procedit, vbi aliter etiã non
appellarur, ſed per appellationem vnius, ſuſpenditur ſententia
in totum. Ego limitarem prædictam concluſionem, niſi appel-
lans reſtrinxiſſet ſe in appellando ad capitula facientia ꝯ eum
duntaxat. tunc enim arbitror cauſam non deuolui ad iudicem
ad quem, niſi reſpectu illorum capitulorum, quæ faciunt ꝯ ap-
pellantem, ſi ſunt ab alijs ſeparata, per tex. in l. ẽi, ff de min. Tot
enim videntur ſententiæ, quot capitula ſententiæ, vt ibi, & no.
gl. in c. 1. de ordi. cog. in ver. eadem, in fi. Et arbitror idẽ ſenſiſſe
domi. de Rot. in prædicta deciſio. dum ponderant, quod à tota
ſentẽtia fuit appellatum, ſecus ergo ſi à parte. Et ex his nota bo-
nam practicam appellandi, vt appelletur à partibus, & capitu-
lis faciẽtibus contra appellantem. Sed bona cautela erit ex par
te appellati, vt etiam ipſe appellet, quatenus facit ꝯ ſe. ſimil a
theorica no. in inſtrumento producto, de qua dic, vt no. in c. cũ
olim, de cenſi. Item no. perpetuo aliam concluſionem ex præ-
dictis, ꝙ nedum iudex à quo, ſed etiam ad quem, poteſt ex offi
cio ſupplere, etiam in prolatione ſententię ea, quę ſibi ſunt no-
ta, vel notoria vel ex actis cauſæ. Iudex enim ad quem, ſuccedit
loco iudicis a quo, vnde debet, & poteſt facere totum id, quod
debuiſſet, & potuiſſet facere primus iudex, vt dicunt do. de Ro.
18 vbi ſup. † Ad prædicta vide Barto. in l. ſi expreſſim, ff. de appel.
vbi dicit, quod cauſa nullitatis deuoluit totam cauſam ad iudi-
cem, vnde poterit iudex in cauſa nullitatis reformare ſenten-
tiam, ſicut in cauſa appellationis, & alleg. Innocen. in c. cum cõ
tingat, de offic. deleg. & hęc ſufficiant.

ADDITIONES.

a Teſtimonium. Vide quæ pulchre ſcribit Iaſ. in l. 1. colum. penul. C. de bo. poſ. ſecundum tabu. vbi dicit, quod teſtes varij in his, quæ non ſunt de ſubſtantia, non puniuntur pœna falſi, nec reprobatur eorum dictum. Item, quod ſufficit teſtes concordare in ſubſtantia, & in effectu, niſi producerentur teſtes ad probandum aliquid formaliter, vt ibi per eum. Seb. Sap.

b Quarto. Adde Dec. conſi. 101. Iaco. Annellus.

c Appellato poſtulante. Adde quod uoluit Fede. conſi. 133. & 137.

SVMMARIVM.

1 *An ex defectu literæ, dictionis, vel ſyllabæ, vitietur ſcriptum. 2.*

3 *Si falſa latinitas reſultat ex appoſitione vnius literæ loco alterius, non vitiatur reſcriptum.*

CAP. XI.

EX parte. Defectus literæ, nõ vitiat reſcriptum.
h. d. Communis diuiſio. Secunda ibi.
Quia. No. quod modicus defectus ſcriptoris non
1 vitiat reſcriptum papę. † Glo. ponit rationem dubi-
randi, & decidendi, & in fi. ampliat diſpoſitionem huius capitu
li, vt procedat etiam in defectu ſyllabæ. Innocen. magis adhuc
ampliat. dicit enim idem forte dicendum in defectu dictionis,
vel orationis, dummodo deprehendatur intellectus papæ. Re-
fert tamen alios dicere, quod & ſi aliquando ſit tolerabilis er-
a ror in litera, [a] vel dictione, iudex tamen, niſi vitium ſit occultũ,
ſuſpectas habebit literas, cum multi ſint officiales in curia, qui
examinant vitia literarum. Prius tamen dictum magis placet
Innocen. cum per bullam ſatis tollatur ſuſpicio, & oculi offi-
cialium ſæpe falluntur, ſicut in ſimili legitur in c. cauſam ma-
trimonij, ſupra de probat. Vel poſſet diſtingui, ſecundum Ho-
ſtien. inter reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ, argumen. de crim. falſ. ca-
pitu. penul. remittit tamen ad no. ſupra eod. capitu. ex literis, &
de reſcrip. capitu. ad audientiam. domi. Cardin. tenet idem in
reſcrip. gratioſis, dummodo ſenſus non mutetur. quod mihi
plus placet per id, quod leg. & no. in capitu. cum venerabilis, in
fra de relig. do. & in capitu. inter dilectos, ſupra eod. facit l. 1.
& 1. ff. de his, quæ in teſt. delen. Secus dic, vbi ſenſus mutaretur,
ſeu induceretur ęquiuocatio. Nam tunc defectus etiam literæ
vitiaret, vt dicto capitu. inter dilectos, & tenet Vinc. hic quod
2 not. † Et ex prædictis poſſunt decidi multæ quęſtiones. [b] Qui-
b dam impetrauit eccleſiam Sancti Pancratij, in litera vero dice
batur, Pancretij, ita quod cap. erat mutata in e. nunquid ex hoc
vitietur reſcriptum? Domi. Cardin. refert ſe obtinuiſſe, quod
non. Sicut enim defectus literæ non vitiat, vbi conſtat de ſenſu,
vt hic, ita & ſi litera ponatur loco alterius, vt in quæſtione no-
ſtra, dummodo ex alijs appareat papam ſenſiſſe de illa eccleſia
S. Pancratij, ſecus autem ſi induceretur ęquiuocatio. Alia quæ
ſtio. Papa mandabat in reſcripto impetrantem debere mitti in
corporalem, & fuit omiſſum verbum, poſſeſſionem. Dicit do.
Card. ſe obtinuiſſe, quod per hoc non vitiabatur reſcriptum,
quia per alia verba apparebat de intentione papæ, quia ſubmit-
3 tebat, & defendas inductum. † Et hæc quæſtio ſatis deciditur
per dictum Innocen. hic. Idem dicit, ſi per appoſitionem vnius
literæ loco alterius, induceretur falſa latinitas, ſicut accidit in
facto Dicebatur enim in quadam indulgentia papę, præſenti-
c bus perpetuis temporibus duraturas. [c] debebant enim dicere,
duraturis, & ſic fuit mutata. i. in a. Refert enim ſe conſuluiſſe p
hęc, literas non vitiari, tũ qa hodie curia non admittit exceptio
nem falſę Latinitatis, tum per ꝑdicta, quia ſicut defectus literę
ooo

ADDITIONES.

a Error in litera. Adde Rom. in conſi. 338.

b Multæ quæſtiones. Vide ſimiles quæſtion; poſitas per Bal. in l. Imperator, ff. de ſtatu. homi. & Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit, ff. de acqui. hæred. vbi ponit de notario, qui volens dicere, renunciat beneficio Velleiani, dixit Veleriani, & Falcidinta pro Falcidia, quæ etiam refert Fel. in c. ad audientiam, col. 3. ſup. de reſcri. Seb. Sap.

c Duraturas. Adde tu vnum aureum dictum, & memoratu dignum. Dy. in l. ſi in teſtamento. & ibi late per Celſ. in apoſt. ad ipſum, ff. de lega. 1. quod ſi illa falſa latinitas ſit leuis error, vel per gramaticæ figuras, poſſit ſaluari, tunc in dubio non vitiatur reſcriptum, ita no. Bal. in l. eam quam, col. 2. de fideicom miſ. de quo per gl. & Doctor in c. forus, de verb. ſign. & in c. ad audientiam. ſup. de reſcripe. Zacharias.

Circa iſtam falſitatem inſurgentẽ ex falſa latinitate, dicas, ꝙ illa ſi ſit leuis defectus, nõ vitiat reſcriptum, vt per glo. & Docto. in c. forus, de verbo. ſignif. Sed ſi ſit magnum vitium latinitatis, ita quod non poſſit ſaluari, etiam per figuras, habet vitiare reſcriptum, vt plene traditur, in c. ad audientiã, de reſcrip. & in c. ſedes Apoſtolica, eod. titu. quid autem de falſa latinitate circa inſtrumẽtum, vide Bar. in l. Plautius. ff. de aur. & argen. leg. & per gl. & Bar. in l. Imperator, ff. de ſta. ho. vbi dicitur, quod non vitiat inſtrumentum, an autem vitiet teſtamentum, vide etiam Bar. in d. l. Plautius, & vide quæ habetur per Bal. in l. in lega. C. de leg. & quid de falſa latinitate commiſſa in ſententia, vide per gl. Bal. & doct. in l. a. C. de ſen. ex peri. reci.

non vitiat,ita & ſi vna lra ponatur loco alterius, qđ mihi ſatis placet. Nam de facili hoc poteſt contingere,ſicut defectus lræ. Intelligitur aũt c.ad audientiam,de reſcri. qñ contingit falſa La titeras apparenter,non aũt ex trãſcurſu pennæ,ſeu ex mutatione vnius literæ loco alterius,quod facilius contingit.

SVMMARIVM.

1 *Vicariorum quidam ſunt perpetui, & quidam temporales,*

2 *An uicarius poſſit agere ſine mandato pro iuribus eccleſiæ, uel pro iuribus ſpectantibus ad unam uicariam.*

3 *Appellatus,an cogat appellantem,ut edat ſententiam, quam aſſerit iniquã, uel iniuſtam.*

CAP. XII.

G Perpetuus. Licite appellatur a iudice, qui parti hoc petenti non facit edi cõmu[illegible]ia inſtrumenta.h.d.In prima appellãtis narratio.In ſecunda cauſæ cõmiſſio,ibi, Ideoque. Caſus litera[illegible]rior & Conuentus de Lædis coram iudicibus delegatis traxerunt in cauſam G. perpetuum vicarium de Rhecã, ſuper quibuſdam decimis. Dictus vicarius reconuenit eoſdem ſuper conſimilibus quæſtionibus,petens a iudicibus,vt cõpellerent partem aduerſam,vt faceret ei copiam quorundam inſtrumentorum cõium,per quæ intentionem ſuam ſuper principali negocio probare volebat. Et quia hoc fieri non faciebant, idẽ ad ſedem Apoſt.appellauit. Mandat Papa, quatenus, ſi eſt ita,
1 reuocetur in ſtatum debitũ, quicquid poſt appel.&c. Ber.†No.
a ꝙ vicariorum a quidam ſunt perpetui,quidam tẽporales , per-
b petui ſunt,qui conſtituuntur in perpetuum,ᵇ prout no.in c.fin. de offi vic.& vide meliorem glo.in c.ad hæc,eo.titu. Item tex. & Doct,in c.extirpandæ,in §.qui vero,de præb.& clem.vna, cũ ibi no de offic.vic. Temporales vero ſunt,qui conſtituuntur ad tempus,vt habetur in c.peruenit,de appella.& in c. eum ex eo, de elect.lib.6. Dicit tamen hic Vincen. quod vicarius ad tẽpus non eſt cenſendus vicarius.quod no.Ex quo infero,quod appellatione vicarij,non comprehenditur vicarius temporalis, q ꝓ neceſſitate temporis conſtituitur ad ſeruiendum eccleſiæ, qa talis proprie non eſt vicarius,quia titulus vicariatus eſt perpetuus,& ſuperioris authoritate conſtituitur, vt d.§. qui vero, & dicta clem.vna.An autem rector eccleſiæ poſſit ſolus cõſtituere ex cauſa vicarium in eccleſia ſua ad tempus, vide tex. & ibi plenius per Ioã. And.in c.eum ex eo,præallcg. De vicario vero
c Epi ᶜ dic,vt leg.& no.in cle.& ſi principalis,de reſcri.vbi bon.gl. & clem.fi.de procu.No.2.& tene menti,quod vicarius eccleſię perpetuus põt eſſe in iudicio pro ſpectantibus ad vicariam ſuã, de quo inf.latius.No.3.quod inſtrã communia poſſunt peti, vt edantur,nõ ſolum ad inſtructionem cauſæ principalis, ſed etiã
2 reconuentionis.†Opp.& vr̃,quod iſte vicarius non poterat eſſe in iudicio ꝓ iurib.eccleſiæ,cum eam non poſſideat nomine ꝓprio,ſed rectoris,vnde debebat dñm in iudicio nominare, vt li te non ɔteſt.cap,qm̃.§.pen.Glo.1.circa hoc inſtat, & facit tria. Primo alleg contra, ſecundo pro, tertio ſoluendo ponit opin. ſuam,dicens iſtum vicarium habuiſſe mãdatum generale, vel ſpeciale a rectore,alias non fuiſſet admiſſus, cum non haberet titulum in eccleſia. Hoſtiẽ.dicit,quod iſta eccleſia erat iſtorum prioris & Conuentus , & percipiebant ibi omnia tpalia, exceptis minutis decimis, & quibuſdã alijs pro ſuſtentatione vicario reſeruatis,& tunc erat qõ inter eos, quid ɔtineretur nomine minutarum. Prior autem & Conuentus ɔueniebãt vicariũ, & reconueniebantur ab illo,& ſm eum monachi produxerũt inſtr̃m continens,quid fuerat vicario aſſignatum, & quia eius copia vicario petenti fuit denegata, exiuit per eum appellatũ. Ex his habes duas lect.vnam gl. quod quæſtio erat hic inter extraneum & vicarium habentem ad hoc mandatum a rectore. Aliam Hoſt.quod quæſtio erat inter vicarium & iſtos rectores eccleſiæ. Tertium intellectum ſentit Hoſt.hic ſuper verbo, decimis,dicens qõnem his fuiſſe ſuper minutis, id eſt,decimis vicario pro ſua ſuſtentatione aſſignatis, & quod rõne perceptionis ɔueniri poterat vicarius non ſolum a Priore, & Conuentu, ſed ẽt a quolibet alio,arg.ff.de rei ven.l.officium,ff.de ſer.l.fin. & ſ.de offi.vica ca.ad hæc.& inf.de præben.cap.de monachis. Sed in ɔ̃rium op.de cap quęrelam,de ele.& de re iudi.cap.cum ſuper.& de ɔfir,vtil.c.cum dilecta.§.quia vero.Soluit,quod poſſeſſor conueniri poteſt reali,vt in primis concord.ſed non præiudicatur ſuperiori,vt in ɔ̃nis,niſi ſciat cauſam ſuam agi.inf.de re iud.c.pen.ſecundum eum. Aduerte, quia iſte intellectus facit magis ad intellectum gl.ſentit enim quod vicarius ſuper iurib.ſibi aſſignatis poſſit ɔueniri tanquã poſſeſſor ſed ſnĩa ɔ̃ eũ lata non ꝑiudicat rectori,niſi præſciuerit cãm ſuam agi. Ego diſtinguerẽ latius ſic.cũ quærit nunquid vicarius poſſit agere,vel cõueniri, ita qđ factũ ſuũ præiudicet eccleſiæ, aut loquuntur de vicario tpali,vel ꝑpetuo.Primo caſu non puto eũ poſſe agere, niſi hẽat mãdatum a rectore, & hoc caſu poteſt ꝓcedere dictũ huius gl. Ratio,qa non hẽt titulum in eccleſia, vel adminiſtrationem,licet aliquid detur ſibi pro ſua ſuſtentatione, facit p locum a ſpeciali,clem.1.de offi.vic.& quod ſ.dixi.Secundo caſu ſubdiſtinguo,quod aut vult agere vel ɔueniri ꝓ iuribus vicarię & poteſt,licet nullũ habeat mandatum ab eccleſia,ſeu rectore. habet enim titulum in eccleſia,vt d.clem.vna,& cap. extirpandæ,§.qui vero,de præb.Sicut enim agit canonicus nomine ſuę præbendæ,licet præbenda ſit eccleſiæ, vt in c.3.& quod ibi no. de proba.ita & fortius agit vicarius nomine ſuæ vicariæ pro iuribus ipſius,& factum ſuum præiudicabit eccleſiæ , ſicut factũ alterius adminiſtratoris.Et pro hoc optime facit iſte tex.non diuinando,nec cauillando literã.Fateor tamen, quod rector poſſet ibi aſſiſtere in lite,ſcilicet ratione præiudicij, quod ſibi ex ɔ̃rio euentu litis poſſet irrogari,cum perditis bonis vicarię,oportet ꝓuideri de alijs bonis eccleſiæ, arg. de præben. C. de monachis.& pro hoc l.ſi ſuſpecta.ff.de inoffi.teſtam. & l.a ſententia. ff.de appel.Aut vul agere,vel conueniri pro alijs iuribus eccleſiæ,quæ remanſerunt apud rectorem,& non poteſt, niſi habeat mãdatum a rectore,quia in illis nullum titulum habet, & hoc etiam caſu poſſet procedere dictum glo. Ad prædicta faciũt no. in c.expoſuiſti.de præben.& d.§.qui vero.Et per hoc habes clare expeditam materiam huius primę glo. Glo.fina. intrat materiam editionis,& pondera eam,quatenus dicit,quod ſicut reus non tenetur actori propria inſtrumẽta, quibus non vtitur, edere,ita nec actor reo. Tu vero de hoc & de tota materia glo. & eorum,quæ tractant hic doct. dic, vt pleniſſime dixi in cap. de proba.vbi reperies, quando inſtrumenta dicantur communia, & an in editione fienda ſit differentia inter actorem & reum.
3 †Extra glo.quæro de quæſtione,quam ponit hic Innocen. Quidam petit ſententiam latam contra ſe pro Petro ſuper tali fundo caſſari,vel quia nulla eſt,vel quia iniuſta, & ab ea eſt appellatum. Petrus reſpondet.Exhibe ſententiam. Actor reſpondet, Ego non habeo ſcriptam, quia iudex noluit mihi copiam ex ea facere,vel quia amiſi,quæritur,an reus cogendus ſit eam exhibere? Innocen.dicit,quod ſic,per iſtum tex. quaſi ſententiæ inſtrumentum ſit commune.Ideo is compellendus eſt illud edere,ſicut alia communia inſtrumenta, vt hic. Ad idem adducit l.is apud quem.C.de eden.vbi iudex appellationis præcepit ex-
d hiberi omnia acta cauſæ. Dicit etiam Innoc. ᵈ quod ſi reus nõ diceret ſententiam latam,interrogabitur,an talis ſententia pro eo lata ſit,ff.de inter.act.l.pe.& ſi negauerit,cogetur edere, vel iudex pronunciabit,ſi qua ſnĩa apparuerit ꝓ Petro in tali cã lata,nullas vires habeat,arg.eo.tit.l.non alienũ. Nã ɔfeſſioni ſuæ factæ in iudicio ſtandũ eſt.ff.ad l.Aquil.l.ꝓinde.Si rñdere noluerit habeẽ pro confeſſo,ff.de interro. act. l. de ætate.§. qui tacuit. de confeſſ.c.1. Item contra iſtum,qui dicit nullam ſententiam pro ſe latam,prouidendum eſt actori, vt negatio ſua,ſicut & cõfeſſio facta contra ſe,authenticetur,& publicetur, quæ ſic authenticata,& publicata obſtabit ipſi reo in perpetuum, etiam in alio iudicio,C.de lib.cau.l.iubemus. 2.q.3.c. multi, & ad hoc facit quod le.& no.in c.ſignificauit,de teſti.& c. Albet.Succurritur tñ reo,ſi probabiliter deceptus falſum reſpondet, ſatisfactio tamen debet fieri aduerſario de ſuo intereſſe,ff.de interro. act.l.

ADDITIONES.

a Vicariorum. Adde Fed.conſi.pen.

b In perpetuum.Adde etiam,quod qui ad conſtituentis beneplacitum conſtituuntur,dicuntur eſſe perpetui,ita multum ſing.no.Iac.Rebuf.in Leuriales nu.1.& ibi in apoſtil.Cel.de decu.lib.10. Zacharias.

c Epiſcopi. An Vicarius poſſit alium vicarium dare,vide Card.in clem.1.in 1r. q.14.& 19.de offic.vica.& in clem. & ſi principalis, in 2.q. de reſcrip. Bald in l.aliquando.ff.de offic.procon.& leg.& no.in c.1.in 1. colum.ſup. de offi delega Seb.Sap.

d Et iſtud dictum Innoc.ſequitur Bartol. in l.1.§.edenda, ff. de eden. & in l. is apud quem,C.de eden.uer.ſed circa hoc quæro.Et adde quod do.Ant. in c. 1.in 3.colum.ſupra de proba.dicit, quod Spec.ponit hic dictum Inno. ad literam,in titu.de inſtrum.edi.§.nunc dicamus,ver.ſed pone peto,& vide in 2.colum.& vide Bald.in l.2.circa fin.1.colum.ver.iuxta hoc quæro,C.vt lit. penden.vbi refert cum magna elegantia,& ſequitur iſtud dictum Inno. de quo etiam uide per Bald.in l. hi qui ad ciuilia,circa medium,ver. quærit Innocen.C.de appel.Et iſtud dictum Innoc.alleg. & ſequitur Pet. de Anch in c.cordi,in prin.1.col.de appel.in 6.& per Bar.& Bal. in l. ſi appellationem, in 6.C.de appella.& Bal.in l.fi.C.de eden.& Ang.in conſi.ſuo 192.circa fin. ſecundum ordin.meum nouiſ.Ad idem vide Bal.in l.noſtram,in 3.col. C.de teſt.& Pet.de Anch.in clem.1.§.cæterum,de vſu.Et aduerte,quia Bar.in d.l.is apud quem,non uidetur bene ponderaſſe uerba Innoc.Nam Bart. ibi dicit,quod ſi aduerſarius negat ſe habere ſententiam,iudex poteſt pronunciate eſſe reum.ita ſequitur Salu.ibi.Sed Fulg.& Paul. de Caſt. in d.l.is apud quem, & Angel. ibi dicit, & recte, quod Bart. ibi non recte ponderauit verba Innoc.quia Innoc.hic non loquitur,quando aduerſarius negat ſe habere ſententiam, ſed negat ſententiam latam, & eſt verum, quia Innocen.ita loquitur,dictum tamen Bar.eſt uerum per ſuam rationem, pro quo eſt tex.in d.l.ſed & ſi per prætorem.§.ſi cum decreto, cum gloſ. ff. ex quib. cau.maio. Ita dicit hic do.Bartol.de Belu.& cum Bart.tenet ibi do.Alex.per ſuam rationem.Sed do.meus,do.Iaſ.ibi in 3. col.dicit aduertendum per regulam ſingularem,per quam dicit, quod aut fundamentum & ratio Bart. non eſt uera,aut debet multum limitari,per regulam,uidelicet,quæ colligitur ex glo.ſing.in §.ſi quis autem,qui eſt,§ 2. in Auth.de hære. & fal. quam glo.Ang.ibi in 1.colum.ad illud, no. pro ſing. & multum extollit, vide ibi per Angel.

Adde Lap.alleg.10.& uide eundem Alex.conſi.58.

Digitized by Google

act.l.de ætate.§.ex cauſa. & hoc ſi poterit probare contrarium
per oſtenſionem ſententiæ, vel alio modo. Nam hoc caſu pro-
batio præualebit confeſſioni erroneæ, C.de iur.& fac.igno.l.er
ror.ſecundum Inno.Sed contra hanc ſententiam Inno.facit,ſe
cundum Io.And.c.Romana.§ ſi vero.de app.lib.6. vbi appel-
lans habet probare ſe intra decem dies appellaſſe.Sed poteſt re
ſponderi ſecundum eum, q́ prædicta procedunt in illo,qui nō
a poteſt id oſtendere ſine culpa ſua. Fede.de Sen.ſuo conſi.203.a
licet non multum firmet,videtur tamen ab hac ſententia Inn.
deuiare.fundat ſe,quia videtur hæc ſententia implicare contra
dictionem.Nam ſi actor non probat appellationem interpoſi-
tam debito tempore,quomodo poteſt iudex appellationis ſe
interponere,cum iuriſdictio ſua non ſit fundata? Videtur tamē
velle, q́ contra reum contumacem poſſit procedere illud di-
ctum,per id.quod no.Compo.de reſcrip.c.ſuper literis. Hoc vl
timum, videtur approbare Arch.in d.§.ſi vero,vbi dicit,q́ ſi ali
quis dicit ſe appellaſſe,vbi non appellauit, vel vbi lapſum erat
tempus appellandi,vel non poterat appellare,quia bis appella-
uerat, tenet ſententia lata in contumacem appellatum ſuper
principali,licet aliter non doceat actor ſe appellaſſe, vel intra
tempus debitum appellaſſe. D.Ant.licet non loquatur aperte,
videtur tamen inclinare in ſententiam Inno. & dicit, q́ eam ſe
quitur Lap.alleg.10 in fi.& quod videtur caſus in l.fi.C.de fide
inſtru.Et non ſtando in verbis,illam ſententiam Inno.puto ve-
b riſſimam in terminis, in quibus loquitur, l. cum ſine culpa
ſua,appellans ſententiam habere non poteſt. licet enim charta
continens ſententiam ſit appellati,quia forte eam habuit a no-
tario expenſis ſuis,contentum tamen in charta eſt commune,
c ideo poteſt iudicis officium implorare,vt reum compellat ad
producendum,ex quo aliter eam habere non poteſt,iuxta no.
in d.c.paſtoralis proba.Nec ob. ratio Fede.quia dico,quod ex quo iu
dex appellationis habet iuriſdictionem in principali,habet per
d conſequens in præparatorijs,[d] vt compellat reum ad exhiben-
dum inſtrumentum ſententiæ,argum.in l.ad rem mobilem,&
l.ad legatum,ff.de procur.& in c.prudentiam, de offi. delegat.
vbi bonus tex.in ſimili.& in c.ſuper literis, de reſcri. Puto etiā
præallegatum dictum Archid,non procedere ſimpliciter,pro-
ut ipſe,quia ſi in veritate non erat appellatum, vel talis fuit ap-
pellatio,quæ non habuit iuriſdictionem deuoluere ad iudicē,
ad quem, ſententia,licet contra contumacem,lata reperitur, a
non habente iuriſdictionem,ideo non valet,ad hoc cle.ſi appel
lationem,& quod ibi no.de app.Debuit enim iudex prius pro-
nunciare ſe iudicem, vel appellatum fuiſſe,& tunc demum ꝓ-
cedere ſuper principali,iuxta notab.theoricam Inno.in c.1. de
dila.& per Io.And.in reg.ſcienti,de reg.iur.lib.6.in Mercu.& ꝑ
Do.in c.ſuper literis,de reſcri.

ADDITIONES.

a Eſt corrupta allegatio. eſt enim in conſi.202.
b In terminis.Idem tenet Pet.de Anch.in c.1.col.6.de appel.in 6.& Bal.in rep.
l.2.in 6.char ff.de iureiur. dubitat tamen Iaſ.in l.2.C.de eden.per gl. in §.ſi
quis autem non implens,in verſi.admonitus,in Auth de hær.& fal. vbi re-
quirit binam monitionem,antequam quis poſſit priuari ſuo iure continen
ti.Sed de veritate illius gl.vide per Felin.in c.ea literis,in 6.col.ſup.de con
ſtitut. Sebaſt.Sap.
c Intellige tamen ſane,dummodo pars contribuat in expenſis , quas fecit in
redimendo ſententiam a notario,ita dicit Hugo.in d.l.si apud quem,C.de
eden.in 2.col.ſub dubio tamen forte,dicens hoc ſibi videri multum æquū.
Idem tenet Pau.ibi,ſed ante eos iſtud tenet ibi,generaliter Bal.in l.3.ad fi.
in verſic.item hoc quæritur,pone, quod ille a quo petitur editio , &c. ubi
generaliter concludit,quod quis nunquam tenetur dare copiam alicuius
inſtrumenti,uel actus, niſi prius contribuatur in expenſis ſolutis notario
per regulam l.cum ſæpe,C.de eroga.mil.an.lib.12.& l.3.ff.fin.regun.Eſt ve-
rum, quod Bald.alleg.l.4.debet alleg.l.3.Idem tenet Inno.in c.1.de proba.
Spec.in titu.de inſtru.edi.in uerſi.ex præmiſſis.Et pro hoc, quod debeat fie
ri contributio in expenſis,eſt tex.melior de iure in l.fi.C.de bon.auth.iudi.
poſ.in uerſ.& expenſas,ſecundum debitorum quantitates perſoluant.
d Iſta ſolutio Panormit.non ſatisfacit do.meo do.Iaſ.in d.l.si apud quem , in
5.col.quia dicit ipſe,quod non eſt uerum,quod in caſu noſtro iudex appel
lationis,de cuius iuriſdictione dubitatur,uideatur pronunciare de præiu-
dijs,ſeu præparatorijs.imo dicitur diffinire cauſam principalem , conſide-
rato effectu,ſi poſt pronunciaret illam ſententiæ eſſe nullam & caſſam,&
non habere effectum , quamuis non oſtendatur ſententia , a qua non fuit
intra legitimum tempus appellatum.Nam aliud eſſet , ſi ſolum pronuncia-
ret ſe eſſe iudicem in cauſa appellationis. unde dicit eſſe uidendum Bald.
qui ſentit iſtam difficultatem in l.1.eo.tit.C.de eden.qui conatur aliter re-
ſpondere,quamuis etiam ſolutio ſibi non ſatisfaciat.Sed mihi uidetur, q́d
Panor hic in fin. defendat ſuam ſolutionem ab impugnatione ipſius,& ſub
iungit ibi do.Iaſ.quod placet ſibi diſtinctio Imo hic.

S V M M A R I V M.

1 *Ex ſola oſtenſione facta iudici abſque productione inſtrumentorum, non di citur inſtrumentum commune.*
2 *Inſtrumenta contraria directe,vel indirecte,ſibi inuicem fidem derogant.*
3 *Quando teſtes ſunt contrarij,ſtatur dignioribus.*
4 *Producens vel ſcripturas publicas contrarias,vel priuatas,vel vnam publicam, & aliam priuatam,eſt contrarius,& non auditur.*
5 *An reus producendo duo inſtrumenta contraria ad vnum probandum, vel duas exceptiones circa diuerſa, audiatur.*

C A P. XIII.

IMputari. Imputatur ꝓducenti ſcripturas con
trarias in hoc,quia inuicem ſibi de-
rogant. Vide clarius ſic. Scripturæ contrariæ ab eo-
dem productæ,fidem non faciunt. Ponit primo di-
ctum. Secundo ipſius rationem,ibi.Cum in ipſius. Caſus liter.
Aliquis agebat contra aduerſarium ſuum,puta petens ab eo ali
quam pecuniam.ad ſuam intentionem probandam produxit
duo inſtrumenta contraria,quærebatur cui illorum,vel an neu
tri ſtandum eſſet? Reſpondet Papa, q́ iſtæ ſcripturæ contrariæ
fidem ſibi adinuicem derogant , & ſic non valent, & imputet
ſibi,qui eas in iudicio protulit,quia in poteſtate ſua fuit , quam
voluerit non proferre.Debuit enim eas præuidiſſe , & alteram
protuliſſe.B.Not.1.a contrario ſenſu , quod habens ſcripturas
contrarias poteſt vti illarum altera.Nam ex ſolo vſu illarum,fi
1 des tollitur,vt patet hic in princ.& clarius in fin.† Not.2.ibi.In
a iudicio protulit,quod non dicitur quis a vti inſtrumēto,anteq̄
in iudicio ſit productum.Ex quo infero,quod ex ſola oſtenſio-
ne illius inſtrumenti facta abſque productione iudiciali, nō di-
citur inſtrumentum factum commune,ita vt alia pars poſſit il
lius editionem inuito domino petere,& ſic intellige nota. per
gl.in l.fi.ff.de eden.Not.ibi.Cum ipſius,&c.quod quis non co-
gitur edere ſuum proprium inſtrm,etiam ſi ſit ꝯrium illi, quo
2 in iudicio vtitur,quod tene menti.† Gl.fi.facit tria.primo quæ-
rit,in qua contrarietate verificatur iſte text. Reſpondet , quod
tam in directa,quam in indirecta,& vtriuſque ponit exemplū.
Primum tamen exemplum de directa contrarietate non pla-
cet Docto.quia non eſt talis contrarietas,per quam fidei alte-
rius inſtrumenti derogetur. Sunt enim hæc compatibilia , q́d
tu promiſeris mihi ſoluere,& ego per aliud inſtrumentum fe-
cerim tibi pactum de non petendo. ſed contrarietas hoc caſu
reſpicit intentionem agentis,quia ſi feci tibi pactum de nō pe-
tendo,nequeo effectualiter petere.Alij ponunt alia exempla ,
de quibus non curo.Satis enim eſt,quod vbi inſtrumenta ſunt
contraria directe,vel indirecte,vt fidem ſibi derogent . Secun-
do glo.quærit,an diſpoſitio huius c.habeat locum ſiue ab ea-
dem,ſiue a diuerſis partib.inſtrumenta ꝯria producantur ? Et
concludit,quod ſolum habet locum,quando ab eadem parte,
de quo infra latius dicam. Tertio quærit,an idem ſit in teſtibus
contraria deponentibus ab eadem parte productis? Et reſpon-
det,quod non,& rationem diuerſitatis exprimit. hoc voluit to
ta iſta glo.Sed tu colligendo dicta aliorum diſtingue latius, cō-
cludendo mentem c.& glo. quod aut inſtrumenta contraria ꝓ
ducuntur in iudicio,aut teſtes.Primo caſu,aut eſt vnum inſtru
mentum ꝯtrium,aut plura.ſi vnum,derogat ſibi fidem, niſi ali-
qua ſubdiuiſione ſaluari poſſit,ad hoc c.inter dilectos §. cæte-
rum,inf. eo.l. vbi repugnantia,ff.de reg.iur.tenet Bart.in l.ſcri-
pturę,C.eo.Si plura,aut producuntur ab eadem parte,& tollūt
ſibi fidem,vt hic,& d.l.ſcripturæ,niſi per diuiſionem ſiue inter
pretationem ſaluari poſſit dicta contrarietas,arg.c.cum tu, de
teſt.& c.nihil obſtat,de verb.ſigni. Aut a diuerſis partibus,& ſta
tur digniori,in optimam, C. de cōtrah.& commit. ſtipul. & in
l.ſcripturas,C.qui po.in pign.habean.de quo in Spec.de inſtru.
edi.§ poſteremo,alias,inſtrumentum,verſi ſed pone produco.
b Si vero per omnia ſunt æquales, b tunc iudicabitur contra illū,
qui probare debebat,quaſi nihil probauerit, quia cum tanta fi-
des adhibeatur vni ſcripturæ , ſicut alteri , nihil ergo eſt probatū,
& ſic ſi reus habebat probare, iudicabitur contra eum. Idem in
c actore,c niſi cauſa eſſet fauorabilis,iuxta ea,quæ leguntur,& no
tant in c.ex literis,de probat.& vide circa hoc quod dixi in c.in
præſentia,de proba. vbi dicitur,an,& quando inficiatur proba-
3 tio vnius per probationem alterius. Secundo membro princi-
pali,quando teſtes ſunt contrarij,dicitur q́ indiſtincte ſtatur di
gnioribus per rationem glo.& expedias latius hunc articulum
per no.in c.in noſtra, ſup. de teſti. vbi dixi.† Sed circa prædicta
quæritur de duobus Primo,an diſpoſitio huius c.procedat tam
in ſcripturis publicis,quam priuatis? Gl.in l.ſcripturæ, præalleg.
videtur intelligere de publicis.Si enim vna eſſet publica, & al-
tera priuata,tunc ſtaretur digniori,per d.l.ſcripturas. Io. Andr.
dicit ſe audiuiſſe aliquos legum doct. ibi tenentes hoc locum
habere,ſiue vtraq; ſcriptura ſit publica,ſiue priuata, ſiue altera
publica,

ADDITIONES.

a nfero.Adde Haym.de antiq.temp.fol.41.nu.5. Iacob.Anel.
b Si a diuerſis producuntur diuerſa inſtrumenta,& meritis æqualia,præfertur
quod factum eſt ad liberationem,uel pro cauſa fauorabili.alia reijciuntur,
& iudicabitur contra illum,qui grauabatur onere probandi,ut hic per do.
Ant.in ult.colum.etiam de hoc uide per do.Anto.in dicto c.in noſtra, circa
fin.de teſti.Et adde huc do.Anto.in c.ex tenore,in ult.col. uer.quandoq; li
teræ,de reſcrip.Et uide multas ſimiles quæſtio.quas ibi no.poſt eum. Et cir
ca prædicta uide Spec.in tit.de procu.§. ratione autem formæ & materiæ,
in 6.col uer.ſi aliæ dictæ eſſent.& Do.in c.ſi duo.in prin.in 3.col. de ꝓe.in 6.
c In actore.Vide Bar.& Sal.in l.ſcripturæ,C.de fi.inſtrum.Bal.in l. Imperatore
1 ff.de ſtatu.hom.& in l.cum promoueretur,ubi Ioan.de Imol.ff.de leg.2.
Sebaſt. Sapia.

Digitized by Google

publica, & altera priuata. Aequales enim ſunt quoad hoc, quãdo ab eadem parte producuntur, licet differant quoad aduerſarium conuincendum. Et dictum contrarium procedit, quando a diuerſis partibus producuntur, & ſic loquitur d. l. ſcripturas, & hoc mihi placet, quia reſpectu eiuſdem producentis nulla apparet diuerſitatis ratio inter publicam & priuatam, cum illa producendo videatur omnia in eis contenta cõfiteri, iuxta no. per Innocen. in c. cum olim, de ceoſ. & ſic reperitur ſibi con-
5 trarius. †Secundo quæritur, an procedat iſte tex. tam in actore, quam in reo? Hoſtien. & Goffred. videntur reſtringere iſtum tex. ad actorem. Reo autem licet producere contraria inſtrumenta, cum liceat ſibi vti contrarijs defenſionibus, vt in regula, nullus de reg. iur. lib. 6. Rei enim ſunt fauorabiliores. ff. de regu. iur. l. fauorabiliores. nec ad illud etiam admittitur reus ſine proteſtatione, C. de excep. l. ſi quidem, ſecundum eos Io. And. putat etiam reo præiudicare, ſi ad exceptionem probandã producit duo inſtrumenta contraria, quæ ſe non compatiuntur. Nec obſtat, quod contrarijs defenſionibus poſſit vti, quia facilius ſuſtinetur reus allegans contraria, quam probans. Ioan. de Lig. dicit, quod nec exceptiones contrariæ ſimul proponi poſſunt, nec probatio contraria eſt admittenda, ſed ſucceſſiue poteſt quis excipere cõtaria & probare, ſed certe hoc fuit de mẽte Ioan. And. in regula, nullus pluribus, prope finem, præalleg. Dic melius, quod aut ſcripturæ contrariæ producuntur ad probandum certum quid, & habet locum iſte tex. & ſup. dicta. Loquitur enim iſte tex. indiſtincte, & facit ratio ſuperius allegata. Aut producuntur ad probandum diuerſa, quæ in ſe ſunt contraria, & tunc hoc dependet ab alia quæſtione, nunquid liceat proponere ſimul contrarias exceptiones. Nam, ſi licet proponere, licitum eſt eas probare, de qua quæſtione dic, vt plene no. per glo. & Dyn. in dicta regula nullus pluribus. per Bart. in l. nemo, ff. de excep. & per Iaco. de Butr. in authen. contra qui propriam, C. de non nume. pecu. & no. in c. cum venerabilis, de excep. in glo. fi. in ver. & ſuper ea.

SVMMARIVM.

1 *An confeſſio ſimplex ſine cauſa, valeat, & an in probatione indebiti requiratur ſcriptura, & quid veniat appellatione cautionis.*
2 *Cautio, pactum nudum, confeſſio & ſtipulatio ſine cauſa, non valent, fallit in libertate, & quando eſt facta in ultima voluntate, in iudicio, vel in pia cauſa.*
3 *Fundans libellum ſuper confeſſione probatiua obligationis, vel inductiua, an debeat obtinere.*
4 *Fundans ſe ſuper mutuo, ſi probat confeſſionem, non obtinebit.*
5 *Confeſſio procuratoris de recepto, non præiudicat domino, qui conſtituit ipſum ad recipiendum.*
6 *Confeſſio facta abſente parte, etiam de iure canonico, non obligat confitentem tam in ciuili, quam in criminali,*
7 *Confeſſio abſente parte, facit ſemiplenam probationem.*
8 *Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ, non valet, ſi fiat incontinenti.*
9 *Exceptio non numeratæ pecuniæ durat perpetuo eccleſiæ in caſibus, in quibus neceſſe eſt probare, quod pecunia ſit verſa in utilitatem eccleſiæ.*
10 *Elapſo biennio in obligatione literarum poteſt opponi exceptio doli.*
11 *Exceptio non numeratæ pecuniæ tunc habet locum, quando interuenit ſcriptura. ſecus ſi non interuenit.*
12 *Quando quis bis confeſſus fuit, non habet exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel dotis.*

CAP. XIIII.

a SI cautio. a Si in inſtrumento debiti exprimitur cauſa, condemnatur debitor, niſi probet indebitum: ſi non exprimitur, neceſſe eſt, vt creditor probet id eſſe debitum. Ponit dictum, quod diuidit in duo membra, & ſecundum membrum, ibi. Sed ſi. Caſus literalis. Aliquis agebat contra aliquem aduerſarium ſuũ, petens ab eo certam pecuniæ quantitatem, ad quod probandũ, inducebat quoddam inſtrumẽtum, in quo reus ſimpliciter cõfitebatur ſe debere quantitatem petitam, nullam cauſam exprimendo, ex qua deberet. quærebat, an ex tali cautione eſſet reus condemnandus? Reſpondetur, quod actor tenetur oſtendere debitum, quod in cautione illa cõtinetur. Si vero cauſam reus expreſſerit in ſcriptura illa, propter quam ſcriptura facta fuit, ſuæ confeſſioni ſtabitur, niſi probet ſe indebite promiſiſſe. Ber. Non colligo more ſolito notabilia propter varietatem intellectuum, ſed per quæſtiones declarabo literam, qua declarata po-
1 terunt notabilia, & concluſiones colligi. † Quæritur igitur primo, quid comprehendatur hic appellatione cautionis. Hoſtiẽ. videtur textum intelligere in promiſſione ſeu confeſſione debiti in ſcriptis publicis redacta. Dicit enim tex. iſtum non procedere in confeſſione ſimplici, cum quis, ſcilicet, confitetur ſe debere decem Titio, licet non dicat ex qua cauſa, nec liqueat de illa. Reddit rationem diuerſitatis. Nam tabellio ſcribit inſtrumẽtum, vt vult, & ſibi placet, de conuer. coniu. c. dudum, ideo effectualiter non probat, ſi cauſa in eo non exprimitur, quæ quidem ratio ceſſat in confitente, cum potuerit dicere, quod ſine cauſa promiſerat, & legem apertius dicere, ff. de pact. l. veteribus, & ff. de verb. obliga. l. quicquid aſtringendæ. imputet ergo ſibi, ſi hoc non fecit, arg. ſupra c. proxi. in fin. Nam ex quo confitetur ſe debere, præſumitur efficaciter, & verba cũ effectu ſunt ſumenda, de cleric. non reſid. c. relatum. Et hoc dicit tenendũ, remittens etiam ad ſummam de cõfeſſ. §. fin. & cum hoc dicto tranſit ſimpliciter Ioan. And. hic, & pondera. Nam per rationẽ ſuam videtur idem dicendum in ſcriptura priuata per confitẽtem facta, quod in ſimpliciter confitente. Nam latius potuit deliberare, & diſtincte loqui, ſcribendo, quam ſimpliciter ex abrupto confitendo. do. An. non placet hæc differentia Hoſt. quia maiorem vim debet habere confeſſio inſtrumentalis, quæ fit a perito, quàm illa, quæ ſimpliciter emanat. ad hoc quod legi. & no. in l. 1. C. de vſur. & in l. ſciendum, ff. de verb. oblig. & inſti. de fideiuſ. in fi. Ego allego glo. ordinariam, quæ aperte tenet cõtra dictum Hoſt. in l. cum de indebito. §. fi. ff. de proba. quæ aperte vult tex. iſtum procedere, ſiue in confeſſio emanet in inſtrumẽto publico, ſiue priuato, ſiue in qualibet ſcriptura. Et pro hoc facit tex. illius leg. & huius cap. vbi fit mentio de confeſſ. Item confeſſio nocet, quando eſt dilucide facta, vt in l. generaliter. C. de non numera. pecu. & in c. per tuas, de proba. Non enim poteſt dici dilucida cõfeſſio, ſi eſt facta ſine cauſa, poteſt tamen ſignari differentia, an fiat in ſcriptis, an ſine, ſecundum glo. præalleg. quia quando interuenit ſcriptura, expreſſa cauſa, tunc oportet, quod contraria, ſeu indebitum probetur per aliam ſcripturam ad probationem indebiti. Si autem non interuenit ſcriptura, ſufficit probare indebitum per teſtes, per arg. in l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. Attende tu Canoniſta circa hoc vltimum. nam licet iſte tex. ſit extractus ex d. l. cum de indebito §. fi. nullam tamen facit mentionem de ſcriptura, reſpectu probãdi indebitum, ſed ſimpliciter dicit, niſi probaueris te id indebite promiſiſſe, & c. ſed tex. in d. § fin. requirit ſcripturam. Bar. ibi remittit ad no. in glo. l. generaliter. C. de nõ num. pecu. Et per ibi no. videtur intelligere hoc procedere, quando ſcriptura cautionis eſt de ſubſtãtia, vt quia fuit actum, vt interueniret ſcriptura; ſecus ſi interuenit ſolum reſpectu probationis fiendæ, quia tunc admittitur probatio cõtraria per teſtes, C. plus valere quod agitur. l. 1. & 2. & latius de hoc Bar. in d. l. generaliter. & videtur hic ſequi do. Ant. alleg. Bar. in d. l. quicũque, C. de apo. publ. lib. x. Et pro hac opin. Bar. ſatis facit iſte tex. in fi. tex. tamen in d. §. fi. exigit ſimpliciter ſcripturam in probando indebitum, ſed poteſt diſtingui per illud dictum Bart. & per iſtum tex. Ex his concludo, quod hic appellatione cautionis venit omnis promiſſio, vel ſimplex confeſſio ex accidenti cauſa, ſiue ſit redacta in ſcriptis publicis, ſiue priuatis, ſiue nulla ſcriptura interuenerit. Et pro hoc l. ſancimus. C. de verb. ſigni. vbi dicitur quod appellatione cautionis, venit promiſſio, & intelligitur de promiſſione, ſine fideiuſſione, vel pignoribus, ſiue ſit in ſcriptis redacta, ſiue nõ. Et de priuata ſcriptura, vide quod no. Ioan. And. in addit. Spec. ſuper rub. de depoſi. vbi dicit, quod ſi in libro nummularij reperitur ſcriptum, debeo Titio centum, nec exprimitur cauſa, non intelligitur depoſitum vel alia cauſa, & ſic dicit quendam Doct. diſputaſſe per d. l. cũ de indebito. §. fin. vbi habetur, quod dicit verum, niſi ex præcedentibus præſumatur cauſa, ff. de edẽ. l. ſi quis ex argentarijs. §. finitum, & ff. de verb. obli. l. Titia. §. idẽ
2 reſpondit, & idem quod ſup. vult gloſ. 1. hic† Nunc intro aliam quæſtionem difficiliorem, an omnis cautio ſit inefficax, cauſa non expreſſa. In qua aduerte, quandoque enim cautio eſt om-
b nino nuda, quia b non interuenit ſtipulatio, & regulariter non habet effectum, vt hic, & d. l. cum de indebito, in fin. Et ex hoc, & ex tex. no. limitationem ad cap. 1. de pac. & 22. q. 5. c. iuramẽti, vt pactum nudum obliget, cum limitatione, ſ. huius cap. quãdo exprimitur cauſa, alias præſumitur per errorem promiſiſſe, & ſic non poteſt allegari cõſenſus naturalis, cum nihil ſit tam cõtrarium conſenſui, ſicut error 29. q. 1. c. 1. & in l. ſi per errorẽ, ff. de iuriſd. om. iud. Secus ſi dixerit, promitto tibi donare 10. nã tunc liberalitas donandi, eſt cauſa promiſſionis, vt in c. j. de dona. Idem videtur, ſi promiſit dare alicui loco pio. Nam videtur ſe obligare fauore piæ cauſæ; non enim præſumitur ibi error, arg. in c. fi. de ſuc. ab inteſt. Sed do. Anto. videtur hoc reſtringere, quando confeſſio emanaret in vltima voluntate, ſeu in extremis; ſed tunc nulla eſſet ſpecialitas in eccleſia, vt infra ſubijcitã. Prędicta intelligo vera, vt regulariter cautio omnino nuda non

ADDITIONES.

a Vide Bart. in materia huius cap. in l. diuus, ff. de fal. vbi alia ponit ad materiã facientia.

b Omnino nuda. Vide Alex. in conſi. 18. in 3. colum. in 4. vol. & in conſi. 13. incipien. ex his quæ in themate, colum. 12. in conſi. 158. incip. circa primam, in 1. colum. in 2. volumi. & in l. 2. Titio. ff. de verbo. obliga. Roman. in conſi. 292. incip. pro habenda, in fine, & conſil. 372. incipien. in caſu propoſito. Sebaſt. Sapia.

Digitized by Google

non habeat effectum, niſi in caſibus, in quib. ſtipulatio ſine cā
haberet effectum. Nam in illis obligabit de iure canonico, ſi-
cut ſtipulatio de iure ciuili, argu. in c. 1. de pact. & quod ibi no.
Et qui ſunt illi caſus, dicetur in ſequenti membro. Fallit prædi
a cta regula, ſeu iſte tex. in confeſſione libertatis. Illa. n. ualet a ſi-
ne cauſæ adiectione, vt in l. tale pactum, ff. de pac. no. in l. gene
raliter. C. de non nume. pec. Fallit ſecundo in reali, quia ſi rem
meam confiteor tuam, præiudicat mihi cōfeſſio, quia ex hoc
ſurgit habitus pro derelicto, ff. de pro derel. per totū, & l. ſi qs
vi. §. differentia, ff. de acq. poſ. & de hoc per Cy. in d. l. generali-
ter, & in Spec. de confeſ. §. nunc videndum, ver. in ſum. & ver-
ſicul. quid ſi confiteor rem meam. Fallit tertio in vltima volū
ta. nam tunc confeſſio ſine cauſa valet, quia ſaltem inducit le-
gatum l. cum quis decedens. §. codicillis, ff. de leg. 3. & l. 1. & 2.
C. de fal. cau. adie. leg. Et de hoc plenius in c. ſi. de ſucceſ. ab in
teſt. Idem putat hic dom. Anto. qualitercunque proferatur
ab exiſtente in extremis. Sufficit enim in talibus voluntas qua
litercunq; patefacta, argumen. in c. cum tibi, de teſta. Et gene-
raliter, an & quando confeſſio inducat obligationem, vel dun
taxat probet, ſeu habeat effectum inductiuum, ſeu declarati-
uum, vide per Cy. in d. l. generaliter, per Bart. in dicto §. codi-
cillis, per Dyn. in reg. quod ſemel, de reg. iur. li. 6. & quod no. in
c. fin. de ſuc. ab inteſt. Fallit quarto in confeſſione facta in iudi
b cio b Illa enim præſumitur deliberate facta, & in iudicio quaſi
contrahitur l. 3. §. idem ſcribit, ff. de pec. ideo non exigitur cau
ſa ad ſui validitatem, vt ſentit glo. in c. ſi. de confeſ. vbi dixi. no.
in l. certum. ff. eod. tit per Ioann. And. in addi. Spec. in tit. eo. §.
videndum, in princ. tenet Cyn. in dicta l. generaliter per l. de
ætate. §. qui interrogatus, ff. de interroga. actio. vide Dyn. in di-
cta regu. quod ſemel, lib. 6. Quandoque cautio non eſt omni-
no nulla, quia interuenit ſtipulatio cauſa non expreſſa, & vide
tur idem, quod ſup. dixi in promiſſione, ſeu confeſſione ſim-
plici p iſtum tex. & in dicta l. cum de indebito, in fin. Nam hæc
iura loquuntur de cautione, & appellatione cautionis venit ꝓ
miſſio cū ſolēnitate verborum, vt dicta l. ſancimus. C. de ver.
ſignif. cum ibi no. & ſecundum hoc videtur hic text. quod ſti-
pulatio ſine cā in dubio videtur inefficax, & pro hoc vide bo-
nū tex. in l. 2. §. circa, ff. de do. excep. vbi plene de hoc no. Bart.
& alij, & per Cy. in l. generaliter præalleg. & Dyn. in dicta reg.
quod ſemel, per Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de cōfeſſ. § nūc
videndum, verſi. ſed quæ eſt ratio, & dic vt in dictis iurib. not.
Aduerte tamen aliquos caſus, in quos videntur cōuenire do-
ctores. Primus, quando promittens, credebat cauſam abeſſe,
quod poterat apparere ex coniecturis, & non valet confeſſio
cum promiſſione, ſcilicet cū effectu. quia obſtat exceptio do-
li, dicta l. 2. § circa. Secundus caſus, cum certum erat cauſā nō
ſubeſſe, in dubio non præſumitur velle donare. l. Campanus,
ff. de oper. liber & l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. vide tamē
in hoc Dyn in d. reg. quod ſemel. Tertius caſus, quando dubi-
ratur, an cā ſubſit, vel an promittens putauerit cauſam ſubeſ-
ſe, non valet in effectu promiſſio, obſtante exceptione doli, qa
in dubio non præſumitur quis velle donare ſuum. d. l. cum de
indebito, & c. ſuper hoc, de renun. & de hoc caſu videtur pro-
prie loqui iſte tex. Tertio quæritur, an ꝓcedat iſte tex. indiſtin-
ctè, vt talis cautio ſine cauſa nō valeat omnino, ita vt nullum
ꝓducat effectum? Solu. Spe valde notabiliter dicit in tit. de cō
c feſſ. § nunc videndum, verſ. ſed quæ eſt ratio. quod cauſa c alle-
d gata per agentem, talis cā probet ſemiplene, d & ſic dicit Mar.
de Fano. tenuiſſe p l. inſtrumēta, C. de prob. quod ſatis placet,
& facit quod in ſimili no. Bal. in l. admonendi, ff. de iureiu. qđ
inf. ſubijciam Nunc venio ad glo. & primo quæro, quia tex. exi
git cauſam in cautione exprimi, qñ dicitur cauſa expreſſa? Re-
ſpondet gl. 4. quando pecuniæ promiſſæ cā exprimitur, vt pu-
ta, promitto tibi dare 10. quia mihi mutuaſti, vel qa apud me
depoſuiſti, vel quid ſimile. Si aūt cauſa nō exprimitur, nihil va
let talis confeſſio, etiam cum promiſſione, & not. in hoc gloſ.
quia ſentit tex. etiam procedere, vbi interuenit promiſſio ſine
cā. & idē no. gl. in d. l. cū de indebito, in fi. Secūdo gl. q̃rit, quid
ſi nō interuenit promiſſio, ſed nuda ꝯfeſſio ex cā antecedēti,
vt puta ꝯfiteor me tibi debere 10. ex cā depoſiti, vel ex alia cā?
Rñde, ꝙ idē eſt, ac ſi interueniſſet promiſſio, & tenetur ex illa
3 cōfeſſione, vt no. gl. Idē gl. in d. l. cū de indebito, in fi. † Sed ad-
uerte nūc extra gl. ad q̃ōnē quotidianā. Pone, ꝙ munitus tali
ꝯfeſſione format libellū, fundans ſe ſolū ſuper illa cōfeſſione,
& cā probans, vt quia dicit Titiū fuiſſe ꝯfeſſum eſſe debitorem
ſuū in 10. ex cā depoſiti. iō petit eū ꝯdemnari ad reſtituēdum,
& ad hoc probandū inducit inſtrūm ꝯfeſſionis depoſiti, nun-
quid ex hoc dēat obtinere? Nico. Mar. vt refert Io. And. in addi.
Spec. in tit. de teſte § 1. verſi. ſed pone egi ꝯtre ad 10. prolixe di-
putando ꝯcludit, ꝙ non, & fundamentū ſuū eſt, qa actor dēt ſe
fundare ſuper cā inducēte obligationē, arg. in l. licet. §. ea, ff. de
procu & in l. ſi. C. de fideicōmiſ. libert. Sed hæc ꝯfeſſio nō in-
ducit obligationē, ſed probat, iō nō dēt obtinere. Hoc dictum
iudicio meo ꝓcedit de ſubtilitate iuris, ſed de æquitate quadā
dicēdū eſſet oppoſitū, quia allegans ꝯfeſſionē, allegat ꝓbatio-
nē obligationis, & ꝑ ꝯſequēs tacite allegat ipſam obligationē,
& libellus dēt late intelligi in fauorē libellantis, vt l. ſi qs inten
tione ambigua. ff. de iud. & in c. ꝯſtitutus, cū ibi not. de reli. do.
Itē intellige dictū Nic. qñ ꝯfeſſio eſt, declaratiua, ſeu ꝓbatoria
tm̄, vt in exēplo præmiſſo, ſecus ſi eſt inductiua, quia tunc ſatis
eſt ſe ſuꝑ illa fundere, cū inducat tunc obligationē. Pone exē-
plū, ſi dico, ꝙ Titius in teſtamento fuit confeſſus ſe mihi debe-
re 10. & ꝓbo hanc ꝯfeſſionē. nā ex hoc inducitur legatum, vt l.
1. C. de fal. cau. adie. leg. & ſic allego, & ꝓbo obligationē. Et dic
idē, vbicunque ꝯfeſſio inducit obligationē, facit quod no. Io.
4 And. in addi. Spec. in tit. de cōfeſſ. §. ſi. ver. qua aūt actio. † Sed
circa idē q̃ro, qđ ſi me fundo ſuꝑ mutuo, & poſtea ꝓbo ꝯfeſſio
nē mutui? Spec. eod. tit. §. 1. ver. ſed pone egi. finaliter ꝯcludit, ꝙ
nō debeo obtinere; qa nō probo id, ſuꝑ quo me fundaui. Sunt
enim mutuū, & ꝯfeſſio diuerſa, qđ ēt ſentit Bar. in l. 2. §. appella
ta, & §. ſi. ff. ſi cer. per. Nā libellus fundatˢ ſuꝑ mutuo naturali, &
ꝓbō eſt facta de mutuo ciuili. Cōcludo ergo, ꝙ habens ꝯfeſſio
nē ꝓbatoriā, dēt in libello ſe fundare ſuꝑ cā obligationis, vt pu
ta qa depoſui, & vtile eſt facere mētionē de ꝯfeſſiōe, & poſtea
ad ꝓbationē obligationis, ꝓbare ꝯfeſſionē. facit l. Publia, ff. de-
5 poſi. & l. de ætate. §. q interrogatus, ff. de interro. acti. & hęc no-
e tabis, tāq̃ quotidiana, & vide latius ī locis ꝑal. † Per hoc dicit Io.
f And. ī addi. in d. §. ſi. ꝙ ſi ꝯſtitui e ꝓcuratorē f ad exigēdū, & ad
fidem

ADDITIONES.

a An, & quando probet confeſſio ſine cauſa, uide gl. in l. ſi ff. de interrog. act. hic alle. & Bald. in l. illud, C. de ſacroſan. eccl. in penul. colum. ver. 4. & ult. circa inſinuationem, in l. ſi. in ſi. C. ſi cert. pet. Bart. in l. cum falſa, vbi etiam per alios, C. de iu. & fac. igno. & Bart. plene in l. generaliter, vbi etiam per alios, C. de non nume. pecu. & Ang. de Aret. inſtitu. de lit. ob. in 2. colum. in fin. Et adde, quod ſi confeſſio obligatoria ſine cauſa fieret in inſtrumento confeſſionato, uel guarentigiato, idem operaretur, ac ſi eſſet expreſſa cauſa, ita ſignanter no. Bald. in l. ſicut, per illum tex. in 2. not. C. de repu. hære. & Bald. in l. 2. in 4. colum. C. de excep. rei iud. Sed alibi idem Bald. tenet de directo contrarium, & forte melius in l. ſi non ſortem. §. 1. ff. de condi. inde. Potes concordare ex quibuſdam verbis Imo. in l. ſi. in verſi. 3. limita, ff. quibus app. non licet.

b Adde, an confeſſio ſine cauſa probet, Alex. conſi. 4. & 13. lib. 1. Et quid veniat appellatione cautionis, vide Oldra. conſil. 68. Et an confeſſ. in reali præiudicet, per Franciſ. Areti. conſi. 36. Et quid de confeſſione facta coram arbitro ſine cauſa, vide Alex. conſi. alleg. & quid de iudiciali, Rom. conſil. 54. Et an cōfeſſio ſine cauſa iurata ualeat, p eū cōſi. 174. Io. de Ana. cōſi. 85. Adde primo quæ dicatur confeſſio ſine cauſa, dicas quod dicitur quando quis confitetur ſe debere 10. Titio, vel quod accepit decem a Titio, nec dicit ex qua cauſa, uide glo. nota. & Alexan. in l. cum de indebito. ff. de proba. & vide eundem Alexan. in conſi. 4. primæ parte conſil. & quare iſta confeſſio ſine cauſa non inducat donationem, ultra hic dicta per dom. Ant. & Abb. vide plene per Alex. in d. l. cum de indebito, §. ſed hoc, ff. de proba. & per eundm. in l. Publia, ff. depoſit. & in præalleg. conſil. 4. & in conſi. 13. in prima parte, & in conſi. 84. & quod confeſſio ſine cauſa ipſo iure nō valeat, habetur etiam in ca. in preſentia, de proba. etſi forſitan ſit in iudicio ſecundum Bald. in l. ſicut, in 1. col. C. de repu. hæredita. Ante. Franc. Eſt verum, ſi acceptetur per partem, alias confeſſio facta ad obligandum, etiam in iudicio, & etiam in præſentia partis non præiudicat, ſecus eſt in confeſſione liberatoria. Ita tenet per multa Sali. poſt Richar. patruum ſuum in l. 1. in 15. oppo. C. de confeſſ. & idem in l. generaliter, in 6. q. C. de non nume. pec. & idem in l. iubemus, C. de liberali cau. & tenet vbicunque conſulendo dom. Alex. in conſi. 376. incip. in ſuperiori themate, in 5. colum. & ſe. vbi plenius examinat, quam alibi, & in conſil. 405. incip. in cauſa appella. in 1. colum. in conſil. 445. incip. in cauſa, & lite vertente inter prouidū mercatorem & capitulum, & not. aqua eſt de pane quærēdo.

c Quod cauſa. Hoc etiam firmat Lud. Rom. in conſi. 373. incip. in caſu propoſito, ante ſi. Alexand. in conſil. 4. incip. circa primum quæſitum, colum. penult. in 1. volum. & in conſil. 83. incipien. in cauſa & lite, eod. uolum. Seb. Sap.

d Idem refert, & ſequitur Ludo. Roma. in d. l. admonendi, in 31. col. vbi dicit ſe nouiter de hoc dare caſum in d. l. inſtrumenta, cum glo. & tamen ante eū Spec. met allegat ut hic per iſtum. idem ſimpliciter tenet idem Ludo. Roma. in l. nuda ratio, in 1. col. ff. de dona. Idem pulchre tenet do. Matheſi. in nota. 14. pro hoc dicit ſe allegare duas glo. 1. in l. 3. §. eiſdem, in ver. ſpeciē, ff. de teſtib. aliam in l. ſi. C. de conue. fiſ. debi. li. 10. Et dicit in practica poſſe adhoc adduci exemplum quotidianum, ſi in præſentia duorum teſtium dixi, da mihi illos decem ducatos, quos debes, non expreſſa alia cauſa, & tu reſpondiſti in præſentia teſtium, eſt uerum quod debeo tibi dare decē ducatos, ſed uolo, quod adhuc me expectes per unum menſem. Nam ſi tale debitum probaretur per unum teſtem, certe ſimul cum iſta confeſſione, deberet obtinere in cauſa. Si uero nihil probas de debito, ſed ſolum probas per duos teſts iſtam confeſſionem extraiudicialiter factā ſine cauſa in præſentia partis, certe cum faciat ſemiplenam probationem, debebit ſibi deferri iuramentum in ſupplementum probationis, quod no. quia quotidianum.

e Si conſtitui. Vide de hoc artic. late per Dec. in ca. cum olim. inf. ubi etiam Feli. ſup. de off. deleg. Seb. Sap.

f Si conſtitui procuratorem ad recipiendum mutuum, utrum dicatur impleuiſſe mandatum, ſi confeſſus eſt ſe recepiſſe mutuum? Et iſtam q. uide per dom. Abb. in c. cum olim, il 1. de off. deleg. & de iſta q. uide etiam latiſſime per Rom. in l. prædia, in 4. colum. uerſic. 3. ſi conſtituo, ff. de acq. poſſ. ubi concludit, quod non præiudicat domino, tāquam excedēt ſe fines mādati. Et ultra omnia hic allegata, alleg. etiam Barto. in l. ſi debitorem, ff. de nouа. & format aliam q. de procuratore conſtituto ad recipiendam pecuniam mutuo, & non ad confitendum ſe recepiſſe, an præiudicet do-
mino

Digitized by Google

mino, ſi cōfitetur ſe recepiſſe ex mutuo ciuili vel ficto, cum interuenerit no meratio, vbi refert Bar in d.l.2.§ fin.ff.ſi cert.pet.tenentem, φ non, ſed ipſe tenet contra Bar. ſequendo Ang in d.l.ſi debitorem. vide etiam q. quam hic ponit do.Ant.& adde quod no. Ang.in l.a diuo Pio.§. ſed ſi emptor, ff. de re iud. vbi determinat, quod talis procurator per ſuam confeſſionē non præiudicat, & ibi vide, quia examinat alia membra, ſiue quæſtio. ſimiles, videlicet, an, & quando confeſſio de receptione pecuniæ præiudicet domino. Nam ſi procurator fiſci confiteretur ſe recepiſſe pecuniam a debitoribus fiſci, debitores liberantur. ita eſt in l.omnes, in fi.C. de quadr. præſcr. & idē dicit Bar in l. ſi procurator.§. fi ff. de iure fiſ. Et de arte hic poſito, vide per Paul. de Caſt.in d.l.2.§ fina.ff. ſi cert.pet. Item ad hoc facit quod no. Bald. in l.1.in 7.colum.C. de inoffi.donatio. vbi dicit, quod confeſſio de receptione, non probat veram numerationem, quo ad præiudicium tertij, & vide quod no. Bart.in l.Lucius.§. tutelæ ff. de admini.tuto. & vide Iacob. de Caſtel.in l.certum §. ſed an & ipſos, ff. de confeſſ. Item de quæſtione hic poſita, vide in terminis per Dom. poſt Petr. de Ancha.in c.generaliter.§. fina. de procu.lib.6.

Adde, an confeſſio procuratoris de recepto noceat domino, dom. Paul. de Caſt.conſi.vlt.in primo impreſſis.Rom. conſi 94. Angel. conſi.244. Rapha. Cuma.conſi.24.

Circa illud de confeſſione de recepto facta per procuratorem an noceat domino, vide quæ habentur in l.in contractibus, in §. ſed quoniam, in fi.C. de non nume.pecu.& vide Bald.in auth.ad hæc, C. quando mul.tuto.offic. vbi dicit, quod non nocet domino, niſi re vera receperit, & vide eundem poſt Bar.in auth. hoc ius porrectum, in 3.col.C. de ſacroſan.eccl. & eundem Bal. in l.non abſtulit, in 1.q.C. de donatio.& vide Bar.in l.2.in §. fi.in vlt.colum. ff. ſi cert.pet.& vide do. Abb.in c.1.in 10.col. vt lite penden. Et adde, quod confeſſio procuratoris conſtituti ad recipiendum non habet domino nocere. ad quod etiam vide Bar.in l.certum.in §. ſed an ipſos, ff. de confeſſ. Et generaliter, an, & quando factum procuratoris noceat domino, vide quæ plene traduntur in l.1.C. de procu. Et an, & quando confeſſio procuratoris noceat domino, vel non, vltra prædicta vide Oldra.in conſi.126.& Spec.in tit. de procu.§. vt autem, in ver. cæterum, & ſeq.& in titu. de confeſſ.in §. nunc videndum, nunquid confeſſio procuratoris, & in §. poſtea, in ver. ſi vero fit per procuratorem. Et an noceat confeſſio procuratoris de pluri debito, vide Bal.in l.1.in 1.col.C. de plus peti. Ant. Franc.

fidē faciendū, non obſtat mihi ɔfeſſio ꝓcuratoris de recepto, niſi ſolutio aliter probetur, quia fuit conſtitutus non ad confitēdum, ſed ad recipiendum. Idem ſentit Bart.in d.l.2.§. fin. ff. ſi cert.pet. vbi dicit, φ ſi conſtitui procuratorem ad mutuum recipiendum, non obſt. confeſſio procuratoris de recepto, quia conſtitutus fuit procurator ad recipiendum mutuum naturale, & tunc probatur mutuum ciuile, quæ no. Et vide quod in ſimili no. idem Bart. in l.a diuo Pio.§. ſed ſi emptor, ff. de re iudi.
Innocen. quod ſic. Tu vide, quod latius circa hoc dixi in d. c. Al
3 bericus. † No. ibi Nulla ſui parte &c. quod vitia inſtrumenti, ſi
qua ſunt, impediunt publicationem, ſeu inſinuationem. Non
enim debent inſinuari, niſi prius decernatur, cauſa cognita ſu-
per illis, arg. in c. cum dilecta, de ↄfir. vti. Dic tamen ſecundum
Hoſt. & Io. And. quod aut vitia ſunt viſibilia, vt cãcellaturæ, ra-
ſuræ, & ſimilia, & impediunt hãc exemplationem, q intellige,
vt ſupra dixi, ſcilicet niſi prius tollatr illa ſuſpicio per teſtes, vel
alio modo legitimo. Aut vitia ſunt inuiſibilia, vt quod inſtru-
mentum fuit cõfectum ab excommunicato, vel ſeruo, & ſimi-
lia, & non impediunt: audiretur tamen contradicens, & ſcribe
retur contradictio, & reſeruaretur diſputatio ad aliud tempus,
in auth. de teſti. §. ſi vero. de teſt. c. ſignificauit, & de priuile. c. ex
parte. Quæ iura clare hoc non probant: dictum tamen placet.
Et poteſt eſſe diuerſitatis ratio inter primum caſum, & ſecũdũ,
nam, ſi in primo caſu fieret ſtatim exẽplatio, nõ ſubeſſet poſtea
remediũ impugnãdi, cũ nõ ſit opus pducere amplius origina-
lia, i quib. dũtaxat vitia inſunt. Sed in ſcdo caſu nullũ ſubeſt pe-
riculũ, cũ vitiũ ſit extrinſecũ, q pbari põt ſine pductione origi
nalium, & ideo põt diſtingui p alia verba, inter vitia extrinſeca,
4 & intrinſeca. † No. ibi, Per publicã pſonam, q ad hunc actũ exẽ-
plationis, ſufficit vnus tabellio cũ authoritate iudicis. Et p hũc
tex. ſing. in hoc loquentem reprobat Io. And. in addi. Spec. eo.
tit. §. oſtenſo, ver. ſed nunquid, opinionem quorundam, qui te-
nuerunt requiri quatuor, ſeu tres tabelliones, quod falſum eſt,
vt hic vides, licet hoc ſit commendandum ad maiorem caute-
lam, maxime quando fit in partis abſentia, iuxta ea, quæ dixi, in
d. c. Albericus. nam, vt dicit hic no. Inno. quando aliqua inſtru-
a mẽta ſunt in caſu perditionis a propter vetuſtatem, vel aliquã
aliam conſimilem cauſam, & ideo eſt periculum imminens
quod hi, quorum intereſt, & q abſentes ſunt, ↄmode vocari, &
expectari nequeant, ſtatim poſſunt trãſcribi, & publice exẽpla-
ri, ſaluo tñ ſecũdum Hoſtien. iure abſentium, ut ita poſſint obij
cere in hanc ſecundam ſcripturam, ſicut & in primam pote-
rant, arg. vt lit. non conteſt. c. quoniam. 1. reſpon. & in d. c. cum
dilecta, de confir. vti. Ego tamen hoc caſu dicerem, q aduenĩe-
te illo, cuius intereſt, deberet ſibi intimatio de hoc fieri, arg. in
d. c. quoniam. Et eo poſtulante, deberet exhiberi originale pro-
pter vitia intrinſeca, & inuiſibilia, alias non eſſet ſibi cõſultum
5 p ſ. dicta. † No. vltimo ex fine literæ effectũ huius exẽplationis.
Nam

A D D I T I O.

a Vbicunque imminet inſtans periculum perditionis inſtrumentorũ, poſſunt
exemplari inſtrumenta parte non citata, quod perpetuo tene menti, & pro
hoc facit, quod no. Do. poſt Hoſt. & Io. And. in c. pro humani. §. fi. in ante-
pen. col. de ho. lib. 6. Et adde, q illud dictum Innoc. alleg. pro arg. & ſequi-
tur Ang. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.
Adde Fran. Aret. conſi. 36.

Digitized by Google

a Nam talia exempla a ſolẽniter ſumpta habẽt eandẽ authorita-
tem cũ originalib. Ex quo infero, ꝙ nõ eſt opus poſt exempla-
tionẽ ſolẽniter factã, ꝓducere ipſa originalia, intelligit tñ Inno.
b & bene, ꝙ totus tenor b debet trãſcribi. Aliàs aſſertio notarij di
centis ſe vidiſſe inſtrũm, eſſet potius teſtimoniũ reddere, ꝙ̃ vetu
ſta exemplare, de quo remittit ad no. in c. Abbate, de verb. ſign.
& vide ibi, ꝙ no. in gl. ex hoc, & ſuper ea, & quod dixi poſt Inn.
in c. qm̃ ↄ, de ꝓba. Et per hæc no. cum pinguedine collecta, ha-
6 bes quaſi expeditam materiam huius c. & glo. declaratas. †Sed
vltra eas quæro breuiſſime de aliquib. Primò, quid ſi tam pars,
c quam omnes, quorũ intereſt, ↄſentiant, qđ tabellio c aliquã pri
uatam ſcripturã publicet, ita quod tali ſcripturæ adhibeatur fi-
des, acſi a principio per manũ publicam fuiſſet ↄfecta, nunquid
talis ſcriptura faciat fidẽ perpetuam inter illas perſonas, inter
quas ſaltem fuit ↄuentum? Hoſt. & Ioã. And. dicunt, quod ex vi
pacti, is, ꝙ conſenſit, poterit per talem ſcripturam cõuinci, ſi tñ
pactum ſic formatum fuerit, ꝙ ad hoc extendatur. l. iuriſgẽtiũ.
§. prætor ait. ff. de pact. & in l. ſi ↄuenerit. ff. de pact. C. de tempo,
app. l. fi. facit quod legit. & no. in c. 1. & 2. de pact. nõ tñ poſſunt
partes facere, quod talis ſcriptura cenſeatur publica, niſi autho
ritas iudicis interueniat, vt hic. Nam priuatorum ↄſenſus priua
tam ſcripturam non põt facere publicam, ſicut nec priuata per
ſona facit publicam, nec iuriſdictionem alicui ↄferre, vt in c. ſi-
gnificaſti, & ꝙ ibi no. de fo. cõpe. quod no. Idem ſentit Inno. di
cẽs, ꝙ ſi partes exẽplationi ↄſentiãt ſine iudice, nõ valet, vt hic
licet partium cõſenſus ſufficeret ſine iudice ad faciẽdũ inſtrũm
7 de ↄtu, vel ſuper cõfeſſione de ↄtu iam facto. †Et no. hoc vlti-
mum de confeſſione, valet enim, & præiudicat talis exẽplatio
ſine iudice inter conſentientes ratione pacti, & cõfeſſionis, &
vide ad materiam Spec. in d. §. oſtenſo, & Bar. in auth. ſi quis in
aliquo documento. C. de eden. & quod dixi in c. Alber. de teſt.
8 †Secundo quæritur, quib. præiudicat hæc exemplatio, iudicis
authoritate facta. Dicit hic Inno ꝙ quantuncunque authenti-
cum ſit inſtrumentum, non præiudicat alijs, niſi præſentib. vel
contumaciter abſentibus, & contra illud poteſt dici ſecũdum
tenorem. l. fi. C. de fide inſtrum. vbi dicitur, quod nõ ſufficit in-
ſtrumẽtum exhiberi in iudicio, niſi & ei fides imponatur, quin
etiã denuo illud exhiberi tenetur, & hæc no. Ex hoc dicto not.
ego infero, quod licet inſtrumentum ſit exemplatũ iudicis au-
thoritate, nihilominus ille, qui exemplationi nõ conſenſit, nec
fuit præſens, volens poſtea dicere ↄ originale, poteſt petere, vt
illud exhibeatur, & tenetur pars exhibere, niſi iuret ſe non ha-
bere facultatem exhibendi ſine ſua malitia, iuxta. l. fi. C. eo. tit.
Et idem puto dicendum in eo, qui fuit præſens exemplationi,
dummodo expreſſe originale non approbauerit, ex quo iurat,
ꝙ malitioſè non petit originale exhiberi, arg. d. l. fi. & ſentit in
9 ſimili Bar. in l. 2. 1. reſpon. in fi. ff. quemad. teſt. ape. †Tertio quę
ritur coram quo iudice peti debet hæc exẽplatio. Dicit hic Ioã.
d And. quod coram eccleſiaſtico d in eccleſiaſticis, in ciuilib. ve-
ro coram in ciuili iudice. Et ſic poteſt intelligi ſecundum eum,
C. de epiſ. & cler. l. repetita. C. de teſta. l. conſulta. & hoc eſt ſatis
rationi conſonum, vt ille iudex adeatur, corã quo quæſtio prin
cipaliter moueri poſſit, arg. eorum, quæ dixi in c. ſi quis contra
clericum, in princi. de fo. compe. In contrarium tamen facit, ꝙ
non, apud eccleſiaſticum, ſed apud ſecularem, ſcilicet magiſtrũ
cenſus, hæc publicatio fieri debeat, C. de teſt. l. 2. & l. conſulta, di
ualia. vbi lex dicit ꝙ opprobrium eſt clericis, ſi ad diſceptatio-
nem forenſium, volunt eſſe periti. Ioan. And. dicit hæc iura, &
ſimilia intelligenda ſm̃ prædictam diſtinctionem. Vel ſecũdo,
ſecundum eum poſſet dici, leges illas loqui de religioſis ſimpli
cibus, ar. de ſyn ci. c. vno de poſt. c. 2. Vel ſecundum Hoſt. corri-
guntur leges per id, quod hic dicitur, & ĩ. de teſtib. c. cum eſſes.
Item ſm̃ eum, nec illæ leges, nec aliæ adſtringunt clericos, niſi
veniant in fauorem, iuxta no. in c. fina. de ſolu. Ego non credo,
quod aliquo modo leges illæ ſint correctæ, cum diſponant ſu-
per ſubſtantia laicorum, & vt quietem præbeant clericis. Qua-
re dico, ꝙ aut quærit de publicatione ſolẽnis teſtamẽti, vt quia
teſtũ eſt clauſum, & ſigillatũ, & petit nũc aperiri, & publicari,
iuxta ea, ꝙ̃ habentur, quemad. teſta. ape. ff. & C. & dico, qđ talis
publicatio eſt fienda corã iudice ſeculari, ex quo teſtator fuit ſe
cularis, & ignoratur materia ibidem cõtenta, & ſic loquunt iu
ra ciuilia. Aut publicũ inſtrũm petit exẽpliari ſm̃ materiã huius
decre. & ſerua prædictã diſtinctionẽ. Et ſcias, ꝙ Inno. hic multũ
inſtat circa hanc materiã publicationis teſtamẽti, quæ non eſt
trahenda ad materiã exemplationis, de qua hic. Et inter cætera
ſcias in ſumma, ꝙ materia publicationis teſtamenti ꝓcedit, qñ
teſtũ eſt conditum cũ ſolemnitate, ſeu in ſcriptis, ſed ſcriptura
eſt priuata, iuxta materiã. l. hac ↄſultiſſima, C. de teſt. Si autẽ ta-
bellio ſcripſit, & ſeptẽ teſtes ſignauerũt, & dixit teſtator, ꝙ ſine
ſcriptis nuncupatiue teſtari volebat: tale teſtũ facit omnimo-
dam fidẽ. C. qui teſta. fac. poſſ. l. hac ↄſultiſſima, nec eſt neceſſa-
ria publicatio, ſm̃ Hoſt. licet vtilis ſit ad cautelã, qa teſtamentũ
amitti poſſet, C. de teſta. p tot. Et in tantum hoc procedit ſecũdũ
cano. arg. c. cum eſſes. de teſt. facit l. in exercendis. d. c. de fide inſtr.

Ex quo dic, ꝙ ex quo hodie cõiter teſtamẽta fiũt nuncupatiuè
per tabellionẽ, non eſt neceſſaria alia publicatio, ſed inſtrũm ta-
bellionis facit plenam fidem. Idem voluit Bar. in l. 2. in princ. ff.
quemad. teſta. aper. & ſentit ibi gl. & ſcias, ꝙ duo articuli eſſent
in materia examinandi. Primus qualiter debeat fieri publicatio
teſtamẽti, & de hoc hic per Inno. in prin. & Bart. in l. 1. §. fina. ff.
10 quemad. teſt. aper. †Secundus, an, & qñ teſtũ faciat fidem ſine
publicatione, & iſte expeditur plenius, in d. l. 1. per Bar. & aliqd
ponitur per eum in l. 1. C. de teſt. & in l. fi. C. de fideicom. Cõclu
ſio eſt, ꝙ etiam ſi teſtũ fiat in ſcriptis, ex quo tabellio illud ſcri-
pſit, facit fidẽ ſine alia publicatione; Sed aliqui ↄ. Sed primũ te
net glo. in d. l. 2. & Bart. in l. 1. C. de teſt. Idem ſi teſtamentũ fuit
ſcriptum manu priuata, & ſignatum & ſubſcriptũ a teſtib. ſed
teſtator corã tabellione ꝓfeſſus fuit illud eſſe teſtamentũ ſuũ,
quia ſcriptura tabellionis, ſine alio adminiculo facit fidẽ, in c.
cũ P. ſup. eo. & in l. exercendis, C. eo. & hoc tenet Bar. in d. l. 2. ꝙ
no. Qñque & tertio teſtamentũ eſt ↄfectũ manu priuata, & cõ-
e ſignatũ, & ſcriptũ a teſtib. & nõ facit fidẽ, niſi ſolẽniter e aperiat
& pu-

ADDITIONES.

a Adde, quod licet exemplatum authoritate iudicis æquipolleat originali in-
ſtrumento ſcripto manu publici notarij de contractu rogati, & habeat exe
cutionem paratam, non habebit tamen locum in exemplato authoritate iu
dicis, quando non eſt ſcriptum manu notarij de contractu rogati, gloſ. eſt
no. quam ibi ad hoc ponderat Bar. in l. probatorias. in ver. authenticis. C. de
diuerſis offi. lib. 12. ad hoc faciũt quæ no. poſt Do. Abb. in c. in his, de verb.
ſign. Adde Rom. conſi. 203. & 205. Ant. Franc.

Quomodo fiat exẽplatio alicuius inſtrumenti, vel alicuius ſcripturæ, &
ad quẽ finẽ fiat, & ad cuius inſtantiam, vide per Spec. in tit. de inſtru. edi. in
§. 3. in prin. & in ver. ubi autẽ, & ſeq. & in §. 4. Et adde, quod illa proprie di-
cuntur exempla, ſeu exemplaria, quæ per aliam manum, quam per eũ, q. eſt
rogatus de inſtrumento, tranſcribuntur ex originali, quoniam ſi eſſent per
eandem manum notarij rogati facta, dicerentur originalia, de quo in auth.
de tabel. in §. fi. & in l. vnum ex familia, ff. de leg. 1. & per Bart. in l. Sempro-
nius. ff. de leg. 2. & vide Bal. in l. in bonæ fidei, in 4. col. C. de reb. cred. vbi di-
cit, quod exemplum ſcriptum per notariũ bonæ famæ ſine authoritate iu-
dicis, facit ſemiplenam probationem, de qua materia plene traditur in au-
then. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. hic alleg. Ant. Fran.

b Totius tenor. Vide And. Sic. in c. cum in iure, col. 23. ſup. de offic. dele. Car. in
conſ. 14. incip. cum inter religioſos. Pau. de Caſt. in conſi. 91. inci. ſuper eo,
quod quæritur. Old. in conſi. 323. incip. circa primum. Alc. in conſi. 4. incip.
videretur, in 2. col. in 2. volu. Seb. Sap.

c Quod tabellio. vide Ang. in §. & hæc inſuper, in auth. vt ſponſ. lar. Mod. poſt
Bart. in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. Fel. in c. Alb. col. 2. ſup. de teſt. vbi
tenet poſt Car. ibi, quod etiam conſenſus partiũ tacitus poſſit facere, quod
ſcriptura non authentica probet. Sebaſt. Sap.

d Vtrum publicatio, ſeu inſinuatio inſtrumentorum, ſeu teſtamentorũ, poſſit
fieri coram iudice eccleſiaſtico, & circa hoc vide no. q. quam plenè diſpu-
tat Bal. in l. teſta. C. de teſt. & Pet. de Anch. in repe. regu. ea, quæ in 56. q. prin
cipali, lib. 6. Adde Fran. Are. in conſi. ſup. alleg. 36.

Circa hoc, quod hic dicitur de inſinuatione inſtrumẽti, dicas, quod illa
non põt fieri coram iudice incompetente ſecundum Bar. in l. conſulta diua
lia, C. de teſt. Et quis dicatur iudex competens inſinuationis, vide Io. And.
in addi. Spec. in tit. de inſtr. edi. in §. porro, in uer. donatio, & in tit. de iuriſ.
om. iu. in ver. notandum, ubi dicit, quod iudex loci contractus inſinuandi,
eſt iudex competens, de quo plenè per Alex. in l. Modeſtinus, ff. de dona. &
per eundem poſt Bal. in l. teſtamenta omnia, hic alle. vbi etiam dicit, quod
inſinuatio debet fieri, coram iudice laico per ſtatutum deputato, & ſi hæres
citandus, eſſet clericus, uel forẽſis. Et adde, quod inſinuatio poteſt fieri co
ram iudice extra ſuum territorium exiſtente. arg. l. emancipati, ff. de adop.
Et hoc, quia dicitur eſſe voluntariæ iuriſdictionis, & ea, quæ ſunt uolunta-
riæ iuriſdictionis, poſſunt fieri in quocunque loco, etiam in domo propria,
quod uoluit Old. conſi. ſuo 252. & Alex. in d. l. Modeſtinus, imo poteſt etiã
fieri in eccleſia, cum non requiratur aliquis ſtrepitus iudiciarius, vt in c. de
cet, de immu. eccle. lib. 6. & poteſt etiam fieri coram iudice delegato, ſecun
dum Bal. in c. 1. in 3. col. de ſucceſ. feu.

e No. tamen diligenter in prædictis, quod quando exemplatio teſtamenti vel
publicatio eſſet de antiquo, omnia præſumerentur ſolemniter acta pp anti
quitatem, etiam quod eſt fortius ſi notarius in tali teſtamẽto nõ enunciaret,
vel atteſtaretur ſolẽnitates iur. exemplando, vel in publicando a iure req-
ſitas, interueniſſe, nec tunc poſſet opponi, ꝙ publicatio teſtamenti nõ fue-
rit ſolemniter facta. Et hoc pp longinquitatem tẽporis, propter quam eſſet
impoſſibilis, aut valde difficilis ꝓbatio, ita colligit ea not. per Cano. in d. c.
Albert. de teſt. & ita in ſpecie conſuluit egregie D. Fran. de Are. in teſtame
to cuiuſdam Car. quod erat de antiquo, in conſi. 306. inci. caſus talis eſt. præ
ſupponitur in facto, in 2. dubio prin. Sicut in ſimili dicimus in ſententia, ꝙ
præſumitur ꝓ ſententia, quæ fuit lata de antiquo, & ſi ſolẽnitates nõ ſunt
in ſententia enunciatæ, ſecundum do. Car. do. Ant. & alios, in c. quoniã, de
prob. habetur in c. cum inter, de re iudi. Quando aũt dicatur exẽplatio in-
ſtrumenti antiqui, item & quando ſententia dicatur de antiquo, vide mul-
tum ſubtiliter, eleganter, & egregiè per do. Fran. de Are. in conſi. 36. inci. ca
ſus talis eſt, præſupponitur in facto, in 2. col. per totum.

Ad hoc, an ex antiquitate actus præſumatur ſolemnitates interueniſſe, di
cas, quod antiquitas facit omnia præſumi ſolẽniter acta, niſi ex inſpectio
ne ſcripturæ appareret contrarium, pro quo vide pulchrum conſi. D. Paul.
de Caſt. 48. & tene menti, quod ſententia dicitur antiqua vltra biennium,
vt no. Hoſt. & Doct. in c. cum inter. de re iudi. Et adde, quod in alia materia
factum dr̃ antiquum poſt centum annos, ut uoluit Arch. in c. ſi plures. 16.
q. 7. & habetur per Io. And. in c. 1. de iure patro. lib. 6. & uide Alex. qui pla-
ra ad hoc adducit in conſi. 54. in 4. parte conſi. & plenè per Io. ã. de Imo. in l.
ſciendum. ff. de verb. obl. Et quod dicatur unum nouum, & uetus, uide quę
no. in l. unum, ff. ſi cert. pet. & in l. uetus. ff. de uno teſt. & olen lega. & uide
Bar. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. Ant. Fran.

Digitized by Google

& publicetur coram iudice. Nam iudex mittet ad teſtes, vel teſtes ad ſe vocabit, ſi commodè vocari poſſunt, vt cognoſcant ſua ſigilla, & ſubſcriptiones. hoc facto iudex facit redigi in ſcriptis, vocatis prius, quorum intereſt, in publicam formam. Idem puto dicendum, quando teſtator ſine qualibet ſcriptura teſtm̃ fecit in præſentia teſtium, nam poterit peti vt dicta teſtium recipiantur, & ſic teſtamentum publicetur, & reducatur in publicã formam iuxta c. ſignificauit, & c. Albericus. ſup. de teſt. Idem dico, ſi ipſe notarius ſuper hoc ſcripſerit manu propria, & in præſentia teſtium legit, & dixit illam eſſe ſuam vltimam voluntatẽ, & ſic de ſim. & aduerte, quia his caſibus, in quibus teſtamentum ex ſe ſine publicatione non facit fidem, ſi vnus de teſtibus neceſſariis moritur ante publicationẽ, corruit totum teſtamentum, arg. in l. ſi vnus, C. de teſta. nouit d. l. 2.

De præſumptionibus. Rubrica.

Quia præſumptiones quãque plenè ꝓbant, vt violentæ, quãdoque ſemiplenã ꝓbationẽ faciunt, quandoque alias præſumptiones adiuuãt, vt patet ĩ. in ꝓceſſu ti. ideo poſt tractatũ de ꝓbationib. de teſti. & de fi. inſtr. merito author annectit hãc rubricam, in qua tractat̃ de quadã ſpecie ꝓbationis. Et vide ad materiã, ꝗ dixi in c. tertio loco, ſ. de proba. & no. gl. in c. ſetrũ 50. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Exiſtens in uno territorio, ſi percutit ſagitta exiſtentem in alio territorio, poteſt, utroque loco conueniri.*

2 *Mandans in uno loco, ut fiat delictum in alio loco, debet conueniri, ubi delictum fuit commiſſum.*

3 *In maleſactis ſemper præſumitur malus animus, quę præſumptio per aliam tollitur.*

4 *Qui proponit in aliquo feſto carmen ſamoſum ratione ludi, non excuſatur a pęna.*

CAP. I.

Sicut noxius. Ludus noxius induceit pręſumptionem fraudis, vel ſic. In dubio in delictis præſumitur dolus. Vel tertio, & melius. Sicut manifeſtè nocẽs, eſt pęnæ obnoxius; ita & occultus, licet poſtea dicat ſe iocosè feciſſe. h. d. Caſus liter. Sicut ille, qui mittit lanceas & ſagittas, vt aliquem interficiat, noxius eſt; ita ille, qui fraudulenter nocet amico ſuo, & poſtea dicit, ludens feci, Bern. Et aduerte, quia verba tex. nõ ſunt Papæ, ſed Salomonis in parabolis, vt patet in ſupraſcriptione, & habetur originaliter in parabolis, in c. 26. ſed quia tex. eſt hic canonizatus, facit fidem, & inducit neceſſitatem, ſicut ſi editus fuiſſet a Papa, quia omnia noſtra facimus, quibus authoritatem noſtram impartimur. l. 1. §. omnia, C. de vet. iur. enucle. & in c. ſi Apoſtolicæ, de præb. lib. 6. & patet, ſup. in proœ. huius compilationis, & vide gl. 1. q. 1. c. in primis. in verb. lex. An autem citra canonizationem, dicta Salamonis ſint approbata ab Eccleſia, cum ſint incorporata in Biblia; dic, vt d. gl. no. in c. 1. 16. diſt. & idem tenet Hierony. in præfatione ſuper lib. Prouerbiorum, & vr̃ concludere, ꝙ ſint apocrypha, quod eſt no. & tum ob hoc, tum quia Salomõ non habuit poteſtatem condendi canones. Pone caſum literalem, referendo conſultationem ad Papam authorem huius cõpilationis, & idem debes obſeruare in omnibus capitulis, quorum authores non habebant poteſtatem legis condendæ, & dicas ſic. Quidã acceſſit ad Greg. 9. quærens ab eo: Pater ſancte, quidam intrauit domum cuiuſdam, qui reputabatur amicus ſuus, & clãdeſtinè quædam iocalia ſubtraxit, & recluſit ſub mãtello ſuo: cum autem dominus domus hoc detexiſſet, ille ad excuſationem ſuam dixit, quod iocosè feciſſet. vellem ſcire, an ex confeſſione ſua ille ſit abſoluendus. Dom. Papa reſpondet, ꝙ huius q̃onis ſolutio ex dictis Salomonis in parabolis colligitur euidenter, qui inter cætera dicit, quod ſicut noxius, id eſt nocens eſt is, qui manifeſtè nititur nocere, licet forte non fuerit ſecutus effectus; ita is, qui nocet occultè, licet in deprehenſionis actu dicat, quod iocose fecit. q. d. quod ſibi non eſt credendũ, ex quo actus in ſe eſt nociuus, Nune primo no. ꝙ habẽs animũ

a nocẽdi, a ſi p̃ueniat ad actũ exteriorem, tenet, licet effectus nõ fuerit ſubſecutus, nec per eũ defecerit. Hoc patet in eo, qui mittit lanceam, vel ſagittam in mortem alicuius, q ex hoc ſolo iudicatur nocens, licet mors non fuerit ſubſecuta, & hoc clarius probatur in l. is, qui cum telo, C. de ſica. & in l. ſi qs nõ dicã rapere, C. de epiſc. & cler. Et an ex inchoatione debeat puniri, ac ſi delictum, perfeciſſet, no. in legib. præall. dixi in c. 1. de eo, q mit.

1 in poſ. † No. ex hoc, & ex tex. arg. opt. & quaſi expreſſum pro deciſione q̃onis, quam ponit Io. And. in reg. in obſcuris, de regu.

b iur. li. 6. in Merc. ꝙ ſi exiſtens in vno territorio, b percutit ſagit-

c ta ſeu lancea, vel lapide exiſtentẽ in alio territorio, põt rõne huius delicti conueniri in vtroque loco, ſ. vbi delictum inchoauit mittẽdo ſagittam, vel lapidem, quia ex hoc dr̃ nocens, vt hic, & ẽt vbi delictum conſummauit, & de hoc vltimo nõ eſt dubiũ, de fo. ꝯpe. c. fi. Eſt ergo locus præuentioni inter iudices vtriuſq;

a loci, de quo vide latius in loco præall. † Et facit hoc ad q̃onem de mandante delictum fieri in certo loco, nunquid ſubſecuto delicto per mandatarium, poſſit mandator conueniri tam in

d loco, d vbi mandauit, quam in loco, vbi delictum fuit ſubſecutum? vide tex. bon. in cle. paſtoralis, ver. nec non, de re iud. qui optime facit in arg. iuncta gl. ꝙ nõ, in loco mandati, ſed vbi delictum fuit ꝯmiſſum, conueniri põt rõne delicti, & vide latius per Bar. in l. ſi vt ꝓponitur, ff. de fideiuſ. & in l. non ſolũ. §. ſi mãdato. ff. de iniur. vbi idem videtur concludere, quia rei turpis nullum ſit mandatum, & dic plenius, vt ibi p eum no. ꝙ credo

3 aliquid dixiſſe in c. fi. de fo. comp. † No. ꝙ in malefactis e præſu-

e mitur prima fronte malus animus, & dolus, facit l. 1. C. de ſica. Hinc dicit Inno ꝙ malum & damnum illatum, ſemper præſumitur factum malo animo, niſi probetur ꝯtrium, vel præualeat alia præſumptio, ff. ad l. Aquil. l. item ſi obſtetrix. § fi. & l. ſeq. & l. item Mela. 1. reſpon. & ĩ. de regu. iur. c. 2. Et no. hoc vltimũ, vt ꝯtria præſumptio tollat præſumptionem fraudis. Quod intellige in præſumptione vehementiori, inf. eo. c. literas. Idem quod Innoc. tenet hic Hoſt. dicens, quod hæc præſumptio, quãdoq; in aliquibus ex variis circunſtantiis tollitur, vt patet. 22. q. 2. c. quod ait, & c. ne quis, de conſc. diſt. 4. c. ſolet. Bonus ergo iudex arbitrabitur, prima tamen facie eſt præſumptio ꝯ delinquentẽ, ſeu rem illicitam facientem, vt ſatis innuit hic tex. & voluit hic glo. fi. Sed ex variis præſumptionib. quas probauit reus, poterit hæc præſumptio purgari. Idem ſentit gl. pen. Inſtit. de obli. quæ ex delict. naſcun. § placuit, & plenius Bar. in l. inter omnes. §. recte. ff. de fur. vbi dicit, qđ ſi cõtrectans rem alienam, allegat ꝙ credebat dñm conſentire, ſibi non credit, imo p̃ſumptio eſt ꝯ eum tanq̃ ꝯ furem, niſi ex aliis coniecturis ſua allegatio corroboretur, quia in dubio dominus non pręſumitur conſentire, vt in l. qui vas. §. vetare, ff. de fur & in l. enim de indebito, de prob. facit c. ſuper hoc, de renun. & vide quod dixi in c. cum dilecti, de accu. & ſic intellige, quod no. in c. dudum, de elec. in gloſ. in

4 ver. furtũ. † Vltimo ſcias, ꝙ text. iſte adducitur per Hoſt. & alios contra illos, qui in aliquo feſto faciunt cõtra aliquem carmen famoſum, ſeu ignominioſum, vt propter occaſionem ludi nõ excuſentur a pœna, C. de famo. li. l. vna, & 5. q. 1. c. 1. 2. & 3. & facit 6. q. 1. c. ex merito, & c. deteriores, & ponit hic Abb. verſum pro intellectu literæ: Si videor, ludo, alias ſacco cũcta e ludo.

ADDITIONES.

a Animum nocendi. Vide Alex. & Iaſ. in l. 1. §. hæc verba, ff. quod quiſq. iur. circa fin. & Felyn. in tract. quando conatus puniatur, quem reaſſumit fere totum hic. Seb. Sap.

b Quæſtionis. Ad iſtas quæſtiones, & ſimiles uide Hippo. in l. fina. in vlt. [illegible] de iur. omn. iud. Iacob. Anel.

c In vno territorio De hac quæſtione uide Gemin. in c. 1. §. ſi. col. 3 de ſtat. [illegible] na. in 6. præal. in l. ſi quis nõ dicam rapere. col. 3. C. de epiſ. & cle. & in l. 2. C. ubi de cri. agi opor. Seb. Sap.

d Tam in loco. Tu uide, inf. per iſtum, alle. Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniu. Bal. in l. 1. C. de ſer. fug. & in l. fin. C. ſi a non compe. iudi. Pe. de Su. in l. hæres abſens. §. pen. ff. de iud. Bar. in l. ſi annua, de ann. leg. Bald. in l. non ideo. C. de ac. Ang. Are. in tract. malefi. in uer. mandatorem, & in [illegible] exiſtẽs Florentiæ, Ant. de But. in c. fi. de foro comp. & Gem. in c. ſi. & ibi Cel. in apoſtil. ad ipſum circa fi. de homi. lib. 6. Zachar.

e In malefactis. Nota tamen, quod ſi malefactum poteſt aliquo modo excuſari, præſumitur factum eo caſu, quo licet, vt eleganter tradit Bart. in l. non ſolum, §. ſed ut probari, ff. de oper. no. nunc. ubi per Alex. plura ad propoſitũ. Vide etiam latè per Dec. in ca. in præſentia, in 12. not. ſupra de probat. per Fel. in c. auditis, col. 21. uer. obſtat tertio, inf. de præſcri. & in c. nonnulli, §. ſunt & alij, col. 6. ſup. de reſcrip. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Exemplis Principum recte iudicare poſſumus.*

2 *Confeſſio facta ratione tormentorum, uel renunciatio facta ratione pietatis, vel iracundia, non præiudicat.*

3 *Iudex poteſt procedere ad diffinitiuam ex præſumptione uiolenta, non probata, nec allegata.*

4 *Quando præſumptio oritur ex facto illius, de cuius fauore agitur, debet allegari,*

5 *Sententia ualet per præſumptiones uiolentas ſine probationibus, & de præſumptione faciat iudex, quod conſtet in actis.*

6 *Iudex an poſſit ex pręſumptionibus infligere pęnam corporalem, vel pecuniariam. & quando agitur ciuiliter, uel criminaliter.*

7 *Si duę mulieres contendentes de filio decedant, an utrique, uel neutri, uel cui ſuccedere debeat iſte filius.*

CAP. II.

Afferte. Ex violenta præſumptione fert̃ diffinitiua, & eſt caſus no. Diuiditur. nam prima pars ponit factum, ex quo. Secunda diffinit, ibi. Reſpõdit. Et aduerte, quod hæc diſpoſitio, vel deciſio non fuit originaliter Papę, ſed Salomonis, & habentur hæc verba 3. Reg. in c. 3. vnde hic in ſupraſcriptione dr̃ idem, & h̃et reſpectum ad capitulũ ſ. proxi. Et pone caſum literalẽ vt ibi dixi, vel ſpecialius ſic. Quidã propoſuit corã Rom. Pontifice, an iudex valeat ſñiam diffinitiuã proferre ex ſola p̃ſumptione vrgẽtiſſima? Rñdet Papa, ꝙ ſic. ad quod ꝓbãdũ inducit authoritatẽ

Digitized by Google

& exemplum Salomonis, qui ex ſola præſumptione iudicauit
inter illas mulieres meretrices contendentes de filio. & vide la
tius hanc hiſtoriam in Biblia in loco præall. Caſus literal. Cum
duæ mulieres eſſent ſimul in vna domo, & vtraque haberet fi-
lium paruulum infantem, contingit, quod alter filius mortuus
eſt, & illa, cuius mortuus erat filius, accepit filium viuum alte-
rius, & filium ipſius mortuum poſuit latenter ad latus illius, cu
ius erat filius viuus. poſtea illæ duæ mulieres cœperunt conten
dere inter ſe, illa, cuius filius erat viuus, petebat filium ſuum ab
alia. Illa autem reſpondit, filius tuus mortuus eſt, meus autem
viuit. Alia reſpondebat econuerſo. acceſſerunt ad Regem Sa-
lomonem, & cœperunt contendere coram Rege. Cum illa, cu
ius filius erat viuus, non poſſet probare, dixit Rex: Afferte mi-
hi gladium. Allato gladio, ait: Diuidite infantem viuum, & da-
te dimidiam partē vni, & dimidiā partē alteri. Illa, cuius filius
erat viuus, dixit: Domine date illi infante viuū, & non occida-
tur. Ecōtra illa alia dicebat, Nec mihi, nec tibi ſit, ſed diuidatur.
Tunc ait Rex: Date, ſcilicet ei, quæ nolebat eum diuidi, infan-
tem viuum, hæc eſt mater eius, & ita Rex ad hanc præſumptio
1 nem tulit ſententiam rectam. B. † No. quod exemplis Principū
a approbatis rectè iudicare poſſumus. a & ſic limita l. nemo. C. de
ſent. quæ dicit legibus, non exemplis iudicandum. vide ad hoc
gl. no. in c. ſi. 20. diſt. Et ex hoc, & ex tex. no. quod exemplis vete
ris Teſtamenti licitè iudicamus, maximè ſi ſint diuina, vt in c.
qualiter, & quando. 2. de accu. 2. q. 1. c. Deus omnipotens. No. ꝙ
licitum eſt iudici cauſa veritatis explorandæ, aliquid ſimulare,
& fingere ſe aliquid facturum, quod in veritate facere non in-
tendit, ſicut fecit hic Salomon in prin. ad hoc bo. tex. cum glo.
23. q. 2. c. dominus. & facit iſte tex. pro iudicibus, qui ad terrorē
incutiendum duci faciunt reum ad locum tormenti, licet non
habeant animum torquendi, ſed cauſa veritatis inueſtigandæ
No. arg. quod in dubio poteſt iudex rem deductam in contro-
uerſiam diuidere inter litigantes, & facit ad ea, quæ dixi in c. li-
cet, de probat. Sed hoc procederet, vbi res commodè poſſet di
uidi, & probationes hincinde eſſent omnino pares quod po-
teſt de facili contingere in interdicto, Vti poſſidetis, cum am-
bo pariter probant poſſeſſionem Sed in caſu noſtro nō potuiſ-
ſet de iure hoc fieri: tum quia res, ſcilicet puer, erat indiuiſibi-
lis, tum quia probationes non erant per omnia pares, imo alte-
ra mulier, quæ ſubtraxerat filium alterius, erat in poſſeſſione, &
alia nil probabat. Sed Salomon illa verba dixit tentatiuè. vnde
Iudex non debet eſſe facilis ad diuiſionem, ſicut faciunt ruſti-
ci, & contra illam ſententiam ruſticorum, vide quod leg. & no.
in l. Neſennius. ff de neg. geſt. No. quod ex dilectione, & pietate
præſumitur pro paternitate, vel filiatione. Et ex non pietate in
filios, præſumitur contra paternitatem: nam, vt dixit lex, nul-
lus affectus vincit paternum. l. fin. C. de cu. fur. Et alibi dicitur,
quod parentes quandoq; magis terrentur in filijs, quam in ſe-
ipſis l. iſti quidem, ff. ꝙ met. cau. No. quod licet vera mater dixe
rit, Date illi, &c. tamen hæc confeſſio, ſeu litis renunciatio, ſibi
2 non præiudicauit. † Ex quo ſentit Vinc. ꝙ ſicut confeſſio cauſa
tormentorum facta non præiudicat, niſi detur poſtea perſeue-
rantia, l. 1. ff. de quæſtio. ita confeſſio, ſeu renūciatio facta cauſa
pietatis. Sed dic, ꝙ ſatis hæc mulier cruciabatur ex timore filij,
d. l. iſti quidem. & melius facit, ꝙ no. in c. ex literis de diuor. vbi
3 hr, ꝙ confeſſio facta calore iracundiæ nō præiudicat. † No. vlt.
& tene ſemper mēti, iudicem poſſe procedere ad diffinitiuam
ex præſumptione violenta, etiam ſi pręſumptio non probetur,
nec allegetur per partes. Sufficit. n. ꝙ iudex ex varijs circunſtan
tijs iudicio intellectus illam pręſumptionem percipiat, quan-
quam pars credat ob probationis defectum in cauſa ſuccum-
4 bere. † Ex prædictis, & ex tex. poſſunt multa elici, primo moue
ri poſſe iudicem ad ſententiam ex cauſa non allegata, vel cogi-
tata per partes. Intellige prędicta, quando præſumptio elicitur
aliunde, quam ex facto ipſius, de cuius fauore agitur. ſi aũt prę-
ſumptio eliceretur ex facto partis, non deberet iudex ex ſe mo-
ueri, niſi allegaretur per partem. Sic intelligo ſing. tex. & quod
ibi no. Barto. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Imperator
ver. inceſtum, ff. de adul. Et poteſt eſſe ratio, quia cum pręſum-
ptio oriatur ex facto partis, ſi non allegatur, pręſumitur non ve
ra. Nam pręſumptio iuris tollitur per aliam pręſumptionem,
vt no. in c. requiſiſti, de teſta. in gl. in verſ. pręſumitur. quæ ratio
ceſſat, quando pręſumptio oritur aliunde, & pro hoc vide in ſi
mili tex. ſecundum intell. Inno. in c. Ray. §. ſi. de teſta. vbi iudex
fuit motus ex iure non allegato per partem. vnde ſi iudex vidit
in iudicio ius competere alteri parti, licet per partem non alle-
getur, poteſt ſupplere, dummodo decernat deducta in iudicio,
quia illa ſunt ſibi nota, vt notoria, quo caſu iudex ſupplet, l. 1.
& quod ibi no. C. qui, & aduer. quos facit c. cum dilectus, de cō-
5 ſue. quę no. † Secundo, quod valet ſententia lata ſine probatio
nibus ſufficit. n. ꝙ ſubſint pręſumptiones violentę, etiā in actis
non probatæ. Et pro hoc dico multum limitari gl. in c. Eccleſię
S. Marię, de conſti. 2. q. 1. in ſumma, & Inno. in c. tua, propè ſi. de
coha. cler. & muli. vbi cōiter no. ſententiam non valere ſine ꝓ-
bationibus. Debent. n. omnia reſtringi, qn̄ nihil agitatum eſt in
cā, quia tunc pręſumitur lata animo non inſtructo, ad hoc, c. cū
ex lr̃is, de in integ. reſt. 2. q. 1. c. nos in quenquam. Secus autem, ſi
aliquid in cauſa eſt agitatū, licet nullę probationes fuerint factę
ꝗa poterat iudex moueri ex aliquibus pręſumptionibus, quas
ipſe ſolus elicuit iudicio intellectus, vt bene probatur hic, vnde
imputandum eſt non appellanti, & ſic intellige no. per Bar. in l.
prolatam, C. de ſen. Ad prędicta faciunt no. per Inno. in c. qm̄ ꝯ
de proba. & c. cauſam, de re iud. & qđ ibi no. & in c. pręſentia, in
prin. de rē. & 4. q. 3. c. ſi teſtes. ī qb. iurib. dr̄, ꝙ ſi iudex ad vnā ſpe
ciē ꝓbōnis nō applicat mētē ſuā, ſed ex ꝯfeſſionibus, depoſitio
nib. allegationibus, & alijs, q̄ in eius p̄ſentia ponūt, informat aī̄
ſui motū, tūc tāta eſt iudicialis authoritas, vt ſp̄ ꝓ ipſo p̄ſumi de
beat, donec ꝯ ipſum aliquid legitimè cōprobet, vt dicit text. in
d. c. in præſentia, & c. cauſam. Sed ad vnū aduerte, ne circa prę-
dicta decipiatis. ſi. n. p̄ſumptio violenta mouet ad ſn̄iam ꝓferē-
dā, facias ſcribi illā in actis, alias ſi appellaretur, & ex actis ſn̄ia
nō iuſtificaretur, licet tu iuſtè fueris motus, iudex tñ ad quem,
cui de hoc non ꝯſtat, iuſtè retractaret ſn̄iam, iuxta no. per Inno.
6 in c. qm̄ contra, de proba. & per doct. in c. in pręſentia. † Induci-
tur preterea iſte tex. per Innocen. & Hoſt. inf. eo. c. quia veriſimi
b le, & Abba. hic, quod quādo diffinitiua b fertur ex pręſumptio
c ne c violenta. debet iudex multum temperare ſententiam, &
maxime,

ADDITIONES.

a Rectè iudicare poſſumus. Vide Card. in c. ſanè. 9. diſt. vbi dicit, quod exēplis eſt iudicandum, quando innituntur rationi. Aliam declarationem tradit D. Ant. & Imo. in c. cum inter, inf. de re iu. vbi dicunt, quod inter eaſdem ꝑſonas exemplis eſt iudicandum.

b Diffinitiua. Vide Pau. de Caſt. in conſ. 599. incip. viſa inquiſitione, col. 3. in 2. parte ſm nouiſſimā impreſſionē Bar. Vero. in conſi. 6. inci. veritas primi dubij, col. 3. Alex. in conſi. 13. inci. viſo proceſſu inquiſitionis, col. 5. in 2. vol. S. S.

c No. quod licet ea præſumptione violenta feratur ſententia diffinitiua, non tñ ſententia corporalis. & vltra hoc vide dictum, quod no. Innoc. in c. quia veriſimile, inf. eo. imò videtur ferri ſententia, quia ſi qs ſtetit in excommunicatione propter hæreſim per annum, iudicatur hæreticus per c. excōicamus, de hære. & c. cum contumacia, eo tit. in 6. Sed tu ad illa iura reſponde, prout no. Inno. in c. ſicut il 1. de ſimo. vbi dicit, quod ſpeciale eſt in criminibus exceptis, in quibus per leuia ſigna quis conuincitur, dūmodo illa ſigna ſint plenè probata. Et illud dictum refert Ioan. And. in c. vt officium. §. ſup ver. teſtiū, de hær. li. 6. & ſic tunc, vt ſupradictum eſt, poterit puniri clericus per iudicem prius degradatus, vt dicit tex. in c. excommunicamus, de hęr. il 1. & circa hoc vide, & adde, quod ſcribit d. Abb. poſt Car. in c. accedens, in 2. col. de accu. & D. An. in c. quanto, inf. eo. & d. Abb. in c. 3. loco, in ſi. de proba. vide quod no. d. Ab. in c. conſtitutus il 2. de teſt. ſed dicit gl. in d. c. excōicamus. §. 1. quod præſumptio, de qua ibi, non ſolum eſt violenta, ſed violentiſſima, & vide ad hoc Flo. in rub. C. de prob. & D. An. in rub. circa medium, ſup. de proba. & in d. c. tertio loco, in 6. col. & Bal. in l. neque natales, in fi. 1. col. C. de proba. vide etiam. Alb. in rub. C. de prob. & pro iſta opin. quod in criminalibus feratur ſententia ex violenta præſumptione, all. tex. in c. rurſus. 11. q. 3. Item de hoc pro ea parte etiam arguo. deficiens in probatione habetur pro conuicto, vt hic, & c. de hoc, de ſim. & c. accedens, de acc. cum ſi. Sed quando quis deficit in purgatione condemnatur ex violenta præſumptione, vt dicit gl. ſi. ſecundum D. Abb. in c. inſinuatum, de ſim. ergo ex violenta præſumptione profertur ſententia in criminalibus. Sed vide D. Card. in recollectis in c. conſtitutis, il grande, de teſti. Præterea, quod quis condēnetur in criminalibus ex præſumptione violenta, allego caſum expreſſum ſecundum do. An. in c. porrecta, ibi, punias tanquam falſitatis authores, de confir. vtil. vel inutil. ſed qđ doctrina D. An. hic non ſit vera, nec Inno. vt in d. c. quia veriſimile, probatur ſic. nam dolus dicitur maleficiū, vt dicit Bald. in l. j. §. nunc tractemus, in ſi. ff. de tu. & ra. diſt. vbi dicit, quod ſi ſtatutum loquitur de committente maleficium. habebit locum in committente dolū. Item condemnatus de dolo, dicitur criminaliter condemnatus. probatur, quia condemnatus de dolo, eſt infamis, vt eſt tex. in l. j. §. j. & in l. athletas. §. ſi. ff. de his, qui no. infa. quia infamia afficit perſonam, & eam ſequitur, quocunque vadat, ſicut lepra leproſum, vt eſt tex. cum gl. in l. ea ea, ff. de poſtu. Sed de dolo quis conuincitur per coniecturas, vt eſt tex. in c. 2. de tenun. li. 6. & in l. filiæ. ff. ſolu. mat. Ergo prima facie doctrina hic tradita per D. Ant. non videtur vera attamen vide quod de hoc ſcribit Pet. de Anch. in reg. ſemel malus, vt in 5. char. vbi allegat & commendat illud dictum Innoc. in d. c. quia veriſimile, & ſequitur etiam idem D. Pet. in ſua repe. reg. ſi de poſſeſſione, lib. 6. Et adde, quod illud dictum Inno. in c. quia veriſimile, ſequitur Old. in conſi. 195. Item adde hic caſum, in quo quis criminaliter damnatur ex argumentis & præſumptionibus, tex. eſt in c. pro humani, circa ſi. in verſi. probabilibus conſtiterit arg. quem ad hoc ibi ponderat Do. in 1. & 5. col. de homi. in 6. poſt Hoſt. Et eſt verum, quod tex. in d. c. pro humani, dicit probabilibus conſtiterit documentis. Sed contra dictum Inno. in d. c. quia veriſimile, fortiter videtur obſtare tex. in c. de hoc, de ſimo. in verſic. in quo defecerint, ſint tanquam authores tanti ſceleris puniendi. ubi patet, quod ex præſumptionibus quis punitur de grauiſſimo crimine. Solu. dic, quod tex. in d. c. de hoc intelligitur de præſumptionibus iuris, dictum autem Inno. in d. c. quia veriſimile, intelligitur de præſumptione hominis, quæ facilius fallitur, quam præſumptio iuris. ita no. dicit D. Abb. in c. accedens, in 2. col. de acc. Ex cuius doctrina datur ſingularis limitatio ad dictum Inn. in d. c. quia veriſimile. Item adde, quod vbicunque ex præſumptionibus proceditur ad condemnationem in criminalibus, ita eſt ſufficiens cauſa minuendi pœnā à iure pro illo delicto impoſitam, ſecundum materiam. d. l. quid ergo. §. pœna grauior, de his qui no. infa. Ita ſingulariter vo. Bal. in d. l. ſciant, C. de ꝑbis. cum ſi. pro quo eſt caſus, in c. inter ſollicitudines, de pur. c. pro quo vide Bal. in l. Presbyteri, in pen. col. ver. quod quando, C. de epiſc. & cler.

Adde an ex præſumptionibus violentis quis poſſit damnari. Ro. cōſi. 54. Ioā. de Ana. conſi. 59. Ale. conſi. 15. 1. li. Cœpol. conſ. 34. & 39. Pau. de Caſt. conſ. 197. in primo impreſſis.

maximè ne condemnet, niſi raro, & modicè ad pœnam, nec pecuniariam, nec corporalem, vt colligitur hic ex ſententia Salomonis. licet.n. ex præſumptione adiudicaret vni mulieri filiũ, non tñ voluit aliam condemnare ad mortem, ad quam iuſtiſſimè erat condemnanda, ſi legitimè fuiſſet probatum ꝯ eã, quod filium alterius ſurripuiſſet, ſm Inno. ibi, quod bene no. do. Ant. dicit hic poſſe dici, ꝙ non agebatur ad pęnam, ſed pro reſtitutione filij ciuiliter. Dic tu, ꝙ aut agitur ciuiliter, & regulariter non infligitur pęna, ſiue procedatur ad ſnĩam ex præſumptionibus, ſiue ex alijs legitimis probationib. vt in c. 2. de ord. cog. & in c. 1. de exce. & l. Lucius, ff. de his, qui no. inf. Aut agitur criminaliter, & conſtat de delicto ex præſumptionib. duntaxat, & tunc aduerte ad validitatem præſumptionis. Si.n. ſunt vrgẽtiſſimæ, tunc põt infligi pęna ordinaria quantuncũque maxima, vt probat̃ in l. ſciant cuncti. C. de proba canonizara 2. q. 8. c. ſciãt, & in l. iudicia. C. de rei ven. Pone exemplũ ex his, q̃ dixi in c. tertio loco, de pb. vbi plenius dixi. Aut p̃ſumptiones nõ ſunt vrgẽtiſſimæ, tñ ſunt in tm̃ violentæ, ꝙ põt ferri ſnĩa ciuiliter, & tunc hẽt locum iſte tex. & in ſumma ſm earum validitatem põt iudex exaſperare ſniam mulctando, vel aliã pęnã infligendo, ad hoc tex. in c. lr̃as, ĩ. eo. & in c. cõſtitutis, il 1. ſup. de teſti. & qđ ibi dixi. Et de his p̃ſumptionib. vide, ꝙ no. gl. ĩ. eo. c. q̃to, & ꝙ ibi di-

7 cã †Gl. oẽs ſunt claræ, & iõ nõ indigent recitatione, excepta gl.

a ſi. q̃ in fi. ſui quærit, Pone, [a] ꝙ iſtæ mulieres ꝯtendentes de filio, deceſſiſſent lite pẽdente, an vtrique vel neutri, vel cui debebat ſuccedere iſte filius, ex quo vtraq; dicebat eũ eſſe filium? Gl. 'r. arguit, ꝙ vtrique, arg. ff. de re du. l. q duos vbi dr̃, ꝙ ſi hñs duos impuberes ſubſtituit Titiũ illi, q ſupremus morier, & ambo ſimul in naui moriũtur; Titius vtriuſq; eſt hæres. In ꝯtrium adducit. quod neutri ſuccedat, ff. de re dub. l. ſi fuerit, vbi vr̃, quod ſi legat illi ex cognatis, qui primo aliquid fecerit, & ſimul duo faciũt, vel ei, q eſt maior ætate, & duo ſunt pares ætate, vel Sẽpronio amico, & duo ſunt æquè amici, vel ex plurib. ſeruis eiuſdẽ nominis vni libertas relinquit, neutri debetur. Itẽ ſicut ꝯfeſſio non nocet, qñ ponit aliquid impoſſibile, ſm naturam, vt in l. ꝯfeſſionib. ff. de interro. act. ita in caſu nr̃o non eſt iſte audiẽdus volẽs ſuccedere vtriq;, cũ ſit impoſſibile ſm naturã, ꝙ habuerit duas matres. Tenio ꝓpè finẽ obſcure ſoluit, ſed mẽs eius vr̃, ꝙ debet ſuccedere illi, quę erat in poſſeſſione filiationis, & fuit opi. Vin. Sed Lau. hoc expreſsè tenuit per rõnẽ poſitã in fi. glo. Goff. dicebat, qđ ſi puer vtranq; hr̃ditatem poſſidet, hẽt exceptionẽ ꝯpetentem, q̃uis ꝓponat ꝯtrium, ff. de excep. l. nemo. niſi probetur, ꝙ alterius filius fuerit. Si aũt alius poſſideat vtrãq;, ſi puer vtrãque petit, repellit ſeipſum tanq̃ proponẽs ꝯria. In diuerſis autẽ inſtantijs ꝯ diuerſos auditur, licet proponat ꝯria. C. de inoffic. teſta. l. contra maiores, & poſſibile eſt eum vincere, quamuis iniuſtè ageret, dũmodo non ſit, qui ꝯ id, quod intẽdit, aliquid proponere valeat, C. de tranſact. l. vbi pactũ. Hoſt. dicit, ꝙ magis placet ſibi dicta opin. Lau. cum prius animas, demum linguas fieri eruditas oporteat, vt in proœ. ff. §. antepen. in fin. Barth. Brix. in quæſt. quæ incipit, cum duæ &c. dixit eum ſuccedere ei, quæ in poſſeſſione filiationis erat. Si aũt neutra poſſidebat, & vult alteri ſuccedere, oportet ꝙ probet ſe illius filiũ. Ioã. And. nihil hic eligit inter has varietates, ſed dicit, ꝙ volens dilatare materiam, videat q̃õnem Iac. de Belui. quam poſuit ſup. l. 1. C. quonim bo. in qua quærit de prole, de qua ꝓbabiliter dubitatur, an fuerit primi, vel ſecũdi mariti, & ibi in fine inuenies quod no. Doct. ff. de adi. lega. l. 3. §. ſi duob. Do. Ant. dicit ſe putare, quod ſi vna ſola eſt in poſſeſſione, illius hæreditatem obtinebit, quoad alteram dicendũ, vt in ſequenti membro. Si autẽ neutra eſt in poſſeſſione, tũc dicit diſtinguendum, vt diſtinxit Goffre. qui optimè diſtinguit, ſecundum eum. Ego in hac quæſtione, tanq̃ contingenti raro, non multum inſiſtam, tamen illa opi. quæ nr̃ placere do. Ant. mihi non placet, quia incontinẽti, quod immiſcuit ſe hr̃ditati vnius, vr̃ ſe ꝯſtituiſſe verbo, & facto cognouiſſe illam in matrem, & ſic non video, quod in excipiendo, vel agẽdo poſſit detinendo, vel poſſidendo hæreditatẽ alterius, dicere ꝯtrium, quod eſſet allegando ſe filiũ alterius, vt in c. p tuas, de ꝓb. iuncta l. pro hærede. ff. de acq. hær. vnde placet mihi opin. Lau. & Barth. Brix. quam ſentire vr̃ gl. & Hoſt. & credo, quod in caſu, in quo neutra eſſet in poſſeſſione, daret̃ facultas puero adeũdi alterius hr̃ditatẽ, qa confeſſio in libello facta facit fidẽ ꝯ confitentẽ, l. cum precum. C. de libe. cau. & quia nominauit eũ filiũ in actu ꝓpoſitionabili tm̃ filio, facit Auth. ſi qs liberos. C. de na. lib. ſed electa vna ꝓcludit ſibi viã quoad aliã, ſicut dicimus cũ duæ actiones ꝯriæ cõpetũt. l. quod in hærede. §. eligere. ff. de trib. & quod no. Innoc. in c. audiui, de collu.

A D D I T I O.

a Pone. Similem quæſtionem ponit Albe. de Roſ. in l. ſept. ff. de ſta. homi. quod ſi mulier, quæ conſummauit matrimonium cum primo marito, poſtea eo mortuo conſum nauit cum ſecũdo, & peperit filium, cui ſuccedat filius, an primo, an ſecundo, an neutri? vide ibi late per eum, & per Bal. in l. vulgo. C. eo. tit. de ſtat. homi. Seb. Sap.

S V M M A R I V M.

1 *Per exteriora præſumitur de interioribus.*

2 *Simplicitas, quæ eſt dolo contraria, commendatur.*

C A P. III.

EX ſtudiis. Conuerſatio in adoleſcẽtia facit prçſumptionem in ſenectute. Primo ponuntur verba Salomonis in parabolis c. 20. Secundo ponuntur verba Hierony. illa exponentis. ibi, Quemcunque, & pone caſum, vt in c. præcedentibus, referendo conſultationem ad Papam. Caſus literal. Puer aliquando præſumitur, quod bonus debeat eſſe ex actibus ſuis, quando videmus aliquem puerum bona opera facere, puta libenter audit ſapiẽtes, ſtudet virtutibus, audit mandata Dei, per iſta ſigna exteriora præſumitur, quod bonus futurus ſit. B. No. 1. quod præſumi-

a tur habitus [a] virtutum per earum exercitium. † Nam quod ex-

1 terius agitur, interiorem mentis diſpoſitionem, & habitum repræſentat, vt in clem. exiui, de verb. ſign. No. ibi, Auditioni ſapientium, &c. quod magnum bonitatis ſignum eſt, audire, & conſulere ſapientes. vnde ait Hiero. ſuper Eſa. lib. 2. Primo beatus eſt, qui per ſe ſapit; ſecundo, qui ſapientem audit. Is autem qui vtroque caret, inutilis eſt tã ſibi, quam aliis, & Tullius. lib. 2. de officijs; Prima commendatio adoleſcentis proficiſcitur a modeſtia cum pietate in parentes, in ſuos beneuolentia. Deinde etiam in optimam partem peruenire cognoſcitur, ſi ad ſapientes & claros viros, & bene conſulentes reipub. ſe contule-

a rit, & cum eis aſſiduus ſit. No. ibi; Maximè ſimplicitate, &c. †qđ ſimplicitas, & humilitas, maxime, inter alias virtutes commendantur. Et intellige de ſimplicitate, quæ eſt dolo contraria, non illa, quæ eſt contraria diſcretioni, de vtraque vide bo. glo. in c. ſi cupis. 16. q. 1. De humilitate vero vide gl. opti. in clem. 1. de relido Opp. & videtur, quod ex operibus virtutum nõ poſſit quis dici virtuoſus, quia poſſunt fieri animo non bono, non autẽ ſatis eſt bene facere, niſi ex bono fonte procedat. 86. diſt. c. nõ ſatis. Hinc dicit glo. in c. 1. de collu. quod Deus non eſt remunerator nominum, ſed aduerbiorum, Glo. 1. vt arbitror, metu contrarij exponit tex. ibi, intelligitur, ideſt præſumitur, quia per exteriora, præſumitur de interioribus, & bene loquitur. Vincen. autem & Abb. ponunt verſus; Intima per mores cognoſces exteriores. Ruſtice, qualis erit bos, ex vitulo moderetis. Annus qualis erit, cognoſces tempore veris. Et no. de ſignificato illius verbi, intelligitur, alia ſunt clara. Et in eo, quod glo. 2. alle. dictũ Salomonis, dic vt habetur Prouer. 10. & vide aliud exemplum, ſeu ſimilitudinem de ſagitta emiſſa ad locum deſtinatum, quã ponit idem Salomon Sapientiæ 7. non ſunt alia.

A D D I T I O.

a Habitus. Hunc text. ſummat Bald. hoc modo, la ſpina, che deue pungere, pungente naſce. facit ad hoc not gloſ. in §. pauonum, in fi. inſti. de rer. diui. Sebaſt. Sap.

S V M M A R I V M.

1 *Præſumendum eſt pro eo, qui ſe offert iuſtitiæ, & contra illum, qui ſubterfugit iudicium.*

2 *An ſola fuga, uel contumacia ſufficiat ad condemnationem.*

3 *Non ſunt admittendi petentes improbè dilationes, ſed eis iuramentum eſt deferendum.*

C A P. IIII.

NVllus dubitat. Præſumitur contra illum, qui dilationibus ſubterfugit iudicium, & Abb. dicit caſum ponendum per decre. veritatis, de dolo & cõtuma. Caſus literalis. Reus, qui ex aliquo delicto, de quo cõuenitur, ſemper fugit, & nunquam vellet venire ad iudicium, ex hoc ipſo præſumitur ꝯ ipſum. & ille, qui eſt innocens, libenter quærit, vt abſoluatur,

1 nec aufugit, & ex hoc præſumitur, quod ſit innocens, Ber. †No. præſumendum pro illo, qui offert ſe iuſtitiæ, ſeu iudicio, & contra illum, qui ſubterfugit iudicium. Primus enim videtur conſidere de iuſtitia, & ſecundus diffidere, pro hoc bon. tex. in c. decernimus. 3. q. 9. Oppo. primò, & videt, quod multi poſſunt dubitare de facto, an foueat quis iuſtitiam, vel iniuſtitiam ex oblatione, vel dilatione iudicij. Solu. metu contrarij, vt arbitror ex-

2 ponit Io. And. tex. nullus dubitat, ideſt dubitare debet. †Oppo. & vr̃, ꝙ ſubterfugiendo quis non confiteatur, imo potius oppoſitum eſt dicendum, cum impoſſibile ſit confiteri, ſi petit dilationes. hæc enim non ſunt compatibilia. Soluit gl. fi. tex. intelligendum de confeſſione interpretatiua. Triplex enim eſt confeſſio ſecundum gl. quam in hoc no. Dicunt tñ Doct. & bene, ꝙ hæc confeſſio præſumpta non ſufficit, vt reus ſtatim condemnetur ſuper principali, ſed punitur, quãdoque pœnam patitur grauiorem. C. de iud. l. ſancimus. 11. q. 3. c. rurſus, & c. quicũque, & de iudic. c. 1. Dic tamen, ꝙ quandoque ſufficit ſola contumacia in nõ aſſumẽda purgatione. Habetur. n. tunc pro conuicto, vt eſt caſus no. ĩ d. c. decernimus. præalleg. ſm voũ intellectũ, de quo tñ plene dixi in c. veritatis, de dolo, & cõt. & ibi ẽt tetigi, an

a ſola fuga [a] à loco iudicij ſufficiat ad condemnationem, de quo per Bar. in l.admonendi, ff. de iureiur. & in l.lege Cornel. ff. ad Syllan. vide Io. And. in addi. Spec. in tit. de præſump. § 1. ver. violenta. Vide etiam ad prædicta bon. text. in c. cum contumacia, de hær. lib. 6. & c. rurſus, & c. quicunque. 11. q. 3. & quod circa illorum capitulorum intellectũ dixi in c. 1. de iud. Vltimo quæritur, an contra iſtos improbè dilationes petentes, ſit proditum aliquod remedium. Hoſt. dicit, quod ſic. Cum enim iudex debeat dilationis amputare materiam, C. de temp. app. l. 2. poteſt quandocunque ſibi videbitur ab excipiente, & dilationem petente, vel aliud proponente, ſi habet eum ſuſpectum, exigere ſacramentum, quod hoc non proponat malitioſè, de quo hodie eſt dicendum, vt in c. 2. de iura. cal. lib. 6. Ego dico, ꝙ ſi vehementer præſumit ꝯ proponentem, poterit eum nõ admittere, nec curet de appellatione, iuxta no. per Innoc. in c. poſt electionem, de ꝯceſſ. præb. & ꝑ Io. And. in c. ſuper eo, de app. vbi vide.

ADDITIO.

a Sola fuga. Si vis uidere hãc quæſtionem pleniſſ. diſcuſſam, uide Cel. in apoſt. ad Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra, §. recuſationes, nu. 3. ver. requiritur ergo, in apoſt. in uer. quia forenſis, ubi nullum, quod credo, ſingularũ materiam fugæ, aut illius ſuſpicionis concernentium prætermiſſum eſt, ſupra de proba. Zachar.

Sola fuga. Vide Aug. de Are. in tract. maleſi. in uerb. fama publi. uer. an fuga faciat indicium, cum multis alleg. per do. Iaſo. in repe. l. admon. col. 62. uer. aſſumo ex ordine tertium caſum de fuga ff. de iureiu. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Tacens, an præſumatur conſentire, uel contradicere.*

2 *Si conſtitutio epiſcopi eſt, quod aliqua res non poſſit uendi ſine licentia, & fiat alienatio quod præſumatur licentia epiſcopi.*

3 *Si quis ingrediatur poſſeſſionem præſente domino, an dominus præſumatur conſentire.*

4 *Si actus eſt geſtus abſente domino, & ex poſtfacto ſuperueniat ſcientia Domini, an præſumatur ratum habere.*

b Ibi latius. Et idem not Pan.in c.literas, in 2.col.inf.eo & Cy. in l.1. C.ſi quis Impe.male.facit gl.& ibi clare Cy in l.metum, C.quod me.cau.Bal & Imo. & Doct.in l.ſi.C.de hæred.inſti.vbi dicunt, quod ſi quis eſt minatus alicui mortem, ſi poſtea mortuus reperitur, minæ ſunt ſufficiens indicium, vt poſſit minans poni ad torturam, ſi erat talis, quod ſoleret minas ſuas exequi. & vide per Do.inf c.ſanè, circa medium 9.di. An autem propter ſolas minas fuiſſet illi licitum, minantem vulnerare, & occidere, tangit Dom. Ant.in c. olim.j.ſup.de reſt.ſpol.in pen.col.Cyn.in l.1.C.unde vi Ang.de Aret.in §. ius autem gen.in 4.col.in fi. Inſti.de iu.na.gen. & ciu. vbi diſtinguunt, qđ ſi erat talis, qui veriſimiliter erat ſolitus mandare executioni minas, ſit licitum alias ſecus, de quo uide per Bald & Imo limitantes, in d.l. fi.ff.de hær. inſti. Puto tamen, quod in hoc dici debeat melius, in l.1. in fi. C. quod licet ſe ſine iudi.vi.vbi dicit, quod quando aliquis minatur mihi, & eſt in actu, licitum eſt mihi vulnerare, uel occidere, quia non debeo expectare, quod aliquis me vulneret, vel occidat, alias propter ſolas minas, ſi minans non eſt in actu, non eſt licitum occidere.

Circa hoc, quod hic dicitur de minis, dicas, quod minæ præcedentes, ſecuto delicto, faciunt indicium contra minantem, ut per Sal. poſt Cyn. & Doct. in l.1.ff.ſi quis Imp. mal. hic alle. Quod intellige cum limitatione, de qua luc, ſi minæ ſunt illatæ ab eo, qui conſueuit minas exequi. Ad quod vide Spec.in tit.de præſump in §.2 in uer.ſed pone, quod minatur. Et ideo dicebat Bartol.in l.3.ff ex qui.cau. maior. quod ſi minæ ſiunt a tyranno, vel ab homine peſtilentioſo, uel a perſona uerisimiliter timenda, uel potente, & conſueta male facere, tales minæ inducunt iuſtum metum, ſecundum Bartol.in l.metum, ff. quod met.cap.adeo, quod poteſt minatus expetere cautionem a minante de non offendendo, ut per Bald. & Ang. in l.decernimus, C.de epiſ. audien & in l.ſed & ſi ſuſceperit, in §.1.ff.de iudi. & per Bartol.in l.illicitas, §.ne potentiores, ff. de off. præſid.in l. famoſi, ff. ad leg. Iul.maie. Et dum dicitur de minante mortem, quod poteſt impune occidi, dicas illud uerum in ſolito minas exequi, ut ſupra & in ipſo actu minandi, ſecundum Bald.in l.1. hic alleg. C. quando li. ſe ſine iu. uin. Secus autem ſi minæ fiant ab his, qui ſolent multa minari, & pauca facere, ſecundum Bartol.in l.hæc autem, ff. ſi cui pluſquam per leg. fal. & vide Ang.Aretin.in tracta.malefi.in glo. in uerſi.uerba iniurioſa. & tene mēti dictum Bald.in l.1.de ſer.fugi.de quo meminit Alexand.in l.1. C.de his, quibus ut indig.ubi dicit, quod minæ faciunt præſumi mandatum. Et ideo ſi quis minatus fuerit de faciendo aliquem occidi, & ille reperiatur occiſus, non a minante, ſed ab alio, præſumptio eſt, quod fuerit occiſus per mandatum illius, maxime, quando ille, qui occidit, erat amicus, uel familiaris minantis, quæ omnia bene not ut ſcias practicare, quando caſus accideret, uide Specu.in allega. titu. de præb. in §.2. in uerſicu. ſed pone. Ant. Franc.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *An ſit præſumendum contra permutantes beneficium tenue cum pingui.*
2 *Contra præſumptiones admittitur probatio in contrarium, & debet eſſe clariſſima, ſed contra præſumptionem iuris, & de iure, non.*
3 *Contra teſtes deponentes contra veriſimile, an ſit ſuſpicio falſitatis.*

CAP. X.

1 QVia veriſimile. a Efficacior probatio requirit ab illoqui probare vult, qđ non eſt veriſimile. Diuiditur. Nam primo ponit cām finalem. Scđo prouiſionẽ. Tertio prouiſionis cām impulſiuam. Scđa, ibi. Prouideas. Tertia, ibi, Qm̃ Caſus liter. R. Capellanus dicebat, ꝙ H. presbyter ꝯceſſerat ſibi perſonatum eccleſiæ ſuæ, & ab eo vicariatũ ipſius eccleſiæ idem H. receperat, & hoc dicebat ſe probaturũ, & R. moleſtabat eundẽ H. ſignificatũ fuit do. Papæ. ſup hoc ſcribit Papa Decano Caſſinenſi, dicens, ꝙ non eſt veriſimile, ꝙ H. perſonatũ eccleſiæ ꝯceſſerit dicto R. & vicariatũ ipſius eccleſiæ receperit ab eodẽ. vnde mandat Decano, ne ſuper hoc probōnem recipiat, niſi cōis fama loci hēat hoc, vel niſi tales perſonę appareant, de quibus non ſit veriſimile, ꝙ debeant deierare, qa ſæpe ꝯtingit, ꝙ teſtes corrupti inducant ad falſum teſtimonium proferendum.

1 B. † No. 1. iſtum tex. ꝯ permutantes beneficium tenue cum pingui. Præſumenda enim eſt talis permutatio fraudulenta, & ſimoniaca, cum non ſit veriſimile, ꝙ ſine cā reſignet quis beneficium pingue pro tenui, arg. hic, & in c. ſuper hoc, de ren. facit
b qđ leg. & no. in c. 2. de renũ. lib. 6. Puto tñ, b quod hæc ſola præſumptio non ſufficiat ad ſnīam proferendam, ſed pręſtat legitimam cām indicendi purgationem, ſeu aliter procedendi, arg. I c. inter, de pur. ca. Sed ſi adeſſent alia adminicula, poterit ſnīa ferri. Exemplum permutauit quis beneficiũ pingue cum nepote iuuene hñte tenue. hic enim ꝯcurrit ſuſpicio ſanguinis, vltra tenuitatem beneficii, arg. x. qō. 2. c. huiuſmodi. §. nam hæc vſus præſtatio, maxime ſi alter erat ſenex, & hoc vr̃ velle Io. And. in d. c. 2. de ren. li. 6. licet ꝯtrũ velit Io. de Lig. in c. 1. de cle. non reſi. Sed primum puto verius, & quia valet arg. a cōiter accidentib. vt d. c. 1. & cōiter videmus, ꝙ iſta fiunt in fraudem. Hæc puto vera, niſi ſit alia præſumptio, iſtam excludens, vt puta, quia nō poterat morari in beneficio pingui, vel alia ſimilis, arg. de renũ. c. ad ſupplicationem, & 7. q. 1. c. paſtoralis. Scđo no. & tene menti,
2 † ꝙ licet ꝯ præſumptionem iuris, admittatur probatio, vt hic, & dictum fuit ſup. in c. quanto, tñ aggrauatur probans durioribus
c probationib. qñ veriſimilitudo eſt ꝯ eum: Vnde ſcias, ꝙ qñque veriſimilitudo eſt tanta, ꝙ non admittit probōnem in ꝯtrarium, in c. filii, de hęre lib. 6. & hoc puto procedere, vbi ius exprimit, ſicut facit in d. c. filii, vel ſuper illa pſumptione ſtatuit, vt dixi ſ. eo. c. quanto, alias ſemper admittitur probatio in ꝯtrium, licet exigatur ſtrictior, vt hic. Qñque veriſimilitudo eſt maxima, & tunc admittitur probatio in ꝯtrium, niſi præcedat prius aliqua cauſæ cognitio, vt in c. ſuper hoc, de ren. Qñque eſt veriſimilitudo magna, non tñ maxima, & tūc procedat iſte tex. vt admittatur probatio, ſed debet eſſe clariſſima, ſicut in cā criminali, vt hic, & in l. non eſt veriſimile, ff. quod met. cā, & hoc no. facit
3 ēt quod leg. & no. in c. ſolicite, de reſti. ſpol. † No. ꝙ ꝯ teſtes deponentes ꝯ veriſimile, eſt præſumptio falſitatis, & ſic non faciunt fidem, niſi ſint tales, de quibus non eſt veriſimile, quod debeant deierare, vel niſi habeant aliquam pręſumptionem ſecum, puta famam, vel quid ſimile, Oppo. & vr̃, ꝙ alio reſpectu non valuerit hęc permutatio, quia non interuenit authoritas Epiſcopi, inf. de rer. permu. c. quęſitum cum ſi. Sol. intelligendũ eſt ſecundum Doct. ꝙ hic authoritas ēt allegabatur, ſed non eſt veriſimile, ꝙ hęc interceſſiſſent, ſed falſo modo allegabantur.

ADDITIONES.

a Quia veriſimile. Adde, ꝙ per iſtum tex. no. dicit Bar. in l. eum qd. ff. ſi cer. pet. ꝙ ad probandum debitum, ſufficit ꝙ teſtes uiderint tradi pecuniam, quamuis nihil dictum fuerit, nec de mutuo, nec de donato. Vbi ēt dicit de illo q dixit, tolle hanc pecuniam, an præſumatur donare, vel dare ſin repetendi. de quo uide plene, & pulchre per do. Abb. in c. ſi cautio, in pe. char. ſup. ti. j. Adde Rom. conſi. 190. Seb. Sap.

b Puto tamen. Idem tenet do. Abb. in c. 1. inf. de cler. non reſid. Vide Pet. de Ancha. in conſi. 389. incip. in caſu præmiſſo. Pet. de Peru. in tracta. permutationis, col. 7. & Rom. conſi. 143. in antiquis.

c Durioribus. Opponent exceptionem non ueriſimilem, grauatur duriori onere probandi, & ad hoc uide do. Anto. in c. ſi cautio, in pen. char. ſup. tit. 1. & in c. ſuper hoc, in 12. col. de renũ. Sed imo ꝙ ſit repellendus per ea quæ ſcribit do. Ant. poſt Inn. in c. poſt electionem, circa fi. de cōceſ. præb. Sed dic, ꝙ eſt in arbitrio iudicis conſiderare, quanta præſumptio contra excipiētem ſit, vt hic ſentit do. Ant. poſt Hoſt. & clarius in d. c. ſuper hoc, in 13. col.

SVMMARIVM.

1 *Sola cohabitatio maris & feminæ, nō inducit præſumptionẽ in matrimonio.*
2 *Seruus in ſpiritualibus poteſt eſſe in iudicio.*
3 *Signum æquiuocum ad plura non probat, nec præſumptionem facit pro altero tantum.*
4 *Delatio annuli in muliere, non eſt ſignum matrimonij.*
5 *Si maritus tenet vxorem extra lectum, & menſam, non tractat eam vt vxorem.*
6 *Solum inſtrumentum dotis, vel donationis propter nuptias, an probet matrimonium.*
7 *An fama, uel cohabitatio probet matrimonium carnale, uel ſpirituale.*
8 *An fama cum actis, proportionalibus probet matrimonium.*
9 *Si probetur per duos teſtes, quod uir iacuit cum una muliere, & uir intendat conſeruare poſſeſſionem iuris matrimonialis, & hoc intendat mulier, an per hoc probetur matrimonium.*
10 *Maritus poteſt vendicare uxorem, adiecta cauſa de iure canonico, & de iure diuino, & datur etiam ei officium iudicis, & interdictum &c.*
11 *Dominus conſtituens dotem, uel donationem propter nuptias ſeruo, uel ancillæ, uidetur ei conferre libertatem.*
12 *Si probatur, quod maritus dederit annulum mulieri an præſumatur matrimonium.*
13 *An ſi probetur, tantum, quod mulier portat annulum, præſumatur matrimonium.*
14 *Sola cohabitatio ſufficit de iure ciuili ad probationem matrimonij.*

CAP. XI.

ILlud quoque. Per noīationem, cohabitationem, & famam, probatur coniugium, maxime ſi appareant inſtra dotalia. Ita ſummat Ioā. And. Quę ſummatio, iudicio meo oīno non colligitur ex iſto tex. tum qa in iſto tex. nulla fit mentio de cohabitatione, nec noīatione, vltra inſtra dotalia, tũ qa p dictionem, Maxime, ſentit Ioā. And. qđ abſq; inſtro dotali fuiſſet hic per alia poſita in tex. probatũ matrimoniũ. Ideo magis inhęrendo literę, ſummo ſic. Per cohabitationem, & diutinam famam de matrimonio, & ꝯctibus matrimonialib. ac alia adminicula, probatur matrimonium. h. d. Cōis diuiſio. Scđa ibi Verum. Caſus liter. Quędā mulier libera per 10. annos, & vltra, ſciēter cohabitauit cum quodam ſeruo, tanquā legitimo viro, & ab eo fuit carnaliter cognita, poſtmodum aſſerebat illũ ſuũ eſſe maritũ, ſed vir dicebat illam eſſe ſuam vxorẽ, oſtendens publicum inſtr̃m, in quo ſe coniuges nominabāt, & per qđ ipſum donationem pp nuptias feciſſe eidem apparebat. Mulier aſſerebat inſtr̃m iſtud factum eſſe in fraudem, vt dñs ſeruo ſuo fraudaretur, inſuper produxit teſtes, ꝙ ille plures rogatus fuerat ab amicis, qđ eam deſponſaret, nec deſponſaſſe, nec deſponſaturũ ſe ipſam, firmiter aſſerebat. Vir prędictum inſtr̃m producebat, & quoſdam teſtes, qui viderant eam annulos deferentem. Ad hoc rñdebat mulier, ꝙ hoc faciebat ſcđm conſuetudinem illarũ, quę panes vendunt. Iudex ſuper hoc conſuluit Papam, & ipſe rñdet, ꝙ in huiuſmodi dubietate, fama vicinię dēt attendi, & ſi fama loci hēt, ꝙ vir ipſam in lecto, & in menſa, ſicut vxorem tenuerit, cogenda eſt mulier, vt eidem viro affectu adhęreat coniugali, pręcipue ſi dictum inſtr̃m ab eo ſit factum, qui officium
a ſuum fideliter adimpleuit. B. † No. 1. expreſſum in litera, qđ ſola cohabitatio maris, & fœminę, ēt diutina, non inducit pſumptionem matrimonii & quod plus eſt, ēt ſi maſculus ſit ſeruus, & fœmina libera. Nā prima fronte videretur ꝯtrium, cum non videatur veriſimile, quod libera velit cohabitare cum ſeruo, pter affectum coniugalem, cum vix reperiatur aliqua, quę cum ſeruo velit, ēt matrimonialiter, cohabitare. inf. de cōiu. ſer. quaſi per to. Sed rō decidendi in ꝯtrium eſt, quia cum matri. ſit magnum ſacr̃m, & maximi pręiudicii, non debet iudicari ex leui pręſumptione, arg. in c. litera, inf. eo. & in c. licet ex quadam, ſ.
a de teſti. & de hoc aliquid inf. ſuper gl. in ver. vxorem. † Scđo no. caſum, in quo ſeruus pōt eſſe in iudicio nomine proprio, & pro iure proprio, ſ. cā petendi vxorem ſuam. In iſtis enim ſpiritualibus non curatur dñica ptās, ſicut nec patria, de iud. c. ſi annum, lib. 6. & c. 1. & quod ibi, not. de coniu. ſer. & de materia in l. vix
a certis. ff. de iu. & in c. non eſt. j. de ſpon. Tertio no. ibi maritus, a habeat dominium in vxorem, cum rei vendicatio non competat

ADDITIO.

a Maritus. Quomodo, & quib. modis debeat quis uendicare vxorẽ in ſuā, uide do. Abb. in d. c. non eſt, de ſponſ.

Circa hoc, an uxor poſſit uendicari a uiro, dicas, qđ licet uxor non ſit in dominio, neque in ptāte uiri, niſi quoad uſum, & debitum carnis, & maritalia ſeruitia, ita quod poſſet dici, quod directa rei uendicatio non poſſit dari, quia illa non datur, niſi dño contra poſſeſſionẽ, ut in l. 1. C. de alien. iu. mu. cau. fac. & in c. examinata, de iu. tamen pōt uendicari adiecta ca, quia uxor, de iure cano. ſicut uendicat pater filium rōne patriæ poteſtatis de iure Romanorum, ut in l. 1. §. per hanc, ff. de rei uend. Imo uxor fugiēs a marito poteſt repeti interdicto de lib. homi. exhib. ſecundum Bal. in l. fi. C. de lib. exhib. Adde tñ, qđ ſi uxor fugit a uiro, ēt culpa mulieris, pōt petere ſibi caueri a uiro de non offendendo, maxime ſi uir ſit ſęuus, & ſit ſuſpicio offenſionis, ut c. literas, de reſti. ſpol. imo ſi iudex multum ſuſpicaretur de offendēdo, ita quod uideret non poſſe præſtari ſufficientem cautionem a uiro, poſſet illam, uel recludere in monaſterio, uel recondere apud aliquam honeſtam perſonam, dicas tamen, quod non obſtante tali cautione præſtita per uirum, poſſet ipſe maritus eam caſtigare, ut in c. ex tranſmiſſa, & ibi plene per do. Ab. de reſti. ſpol.

Maritus. Vide de hoc Car. in c. ex parte, in 6. opp. de reſti. ſpol. Ray. in ſum. de matr. in tit. quomodo, & qualiter mulier poſſit petere quem in uirum, & Bal. in l. non ignorat, in 4. col. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. neque natales, in vlt. col. C. de prob. Seb. Sap.

Digitized by Google

tat niſi rõne dominij.l.j & l.in rem.ff.de rei vend.& no in c.exa
miñata, de iud. In ɔ̃trium facit l.ſi vxor, C.de cond.inſt. vbi dr̃, ꝙ
mulier eſt in ptãte patris, & non mariti, ideo dic, vt inf.latius di
cam. No.hic apertiſſime, ꝙ inſtrm̃ donationis pp nuptias, licet
in eo renuncietur matrimonium, non tñ per hoc probat ma-
trimonium ſine alijs adminiculis, de quo inf.latius dicam. No.
ibi. Deſponſaſſe, nec deſponſaturum, &c. ꝙ licet volũtas ſemel
fuerit poſita, & pluries repetita, tñ per varias probões, ſeu cõ-
3 iecturas p̃t probari mutata.† No.ibi, More illarum, q̃ panes, &c.
ꝙ præſumptio ſurgens ex ſigno, tollitur, ſi probatur illud ſignũ
æquiuocum ad plura. Ex quo colligitur, ꝙ ſignum æquiuocũ
ad plura, nec probat, nec præciſe pręſumptionem facit pro al-
tero tm̃, facit c. in p̃ñtia, de prob. Ex ɔ̃trio vero, ſignum ad cenũ
quid reſtrictum probat, vel ſaltem pręſumptionem magnã fa-
4 cit de ſignato, facit c.dilecto, de præb.† Itẽ ex hoc, & ex tex.not.
ꝙ delatio annuli in muliere, alio non probato, non eſt ſignum
matrimonij. Pro hoc 30.q.5. c.fœminæ, vbi ponitur tex. quare
vxori datur annulus a marito, & quare ponit in quarto digito.
No.in ver. Verum, quod in probõne matrimonij, vbi veræ pro
bationes non ſunt, præ cęteris attendẽda eſt fama viciniæ, & ſic
5 hẽs caſum, in quo fama plurimum valeat.† No.ibi.In lecto, a &
a in menſa, &c. duo ſigna ad pręſumendum matrimonium inter
virum & mulierem, vt quia vir teneat eam in lecto, & in mẽſa,
vt vxorem. Ex quo infert do. Ant. qđ ſi maritus tenet vxorẽ ex-
tra lectũ ſuum & menſam, non tractat eam, vt vxorẽ, & poſſet
vxor virum ɔ̃ſtringere, vt eã in prædictis, & alijs, tractet vt vxo-
rem, qđ no. & ad hęc adduco c.ex parte, de ſpon. & qđ no. in c.
2. de coniu. lepr. & vide gl. in c.manifeſtũ. 33.q.5. quæ vult vxo
rem non poſſe inuito marito vouere, vt iacet de nocte cum ca-
miſia, quod non eſſet, ſi vxor non teneret ſecum iacere, & ſi te-
netur vxor, ergo & maritus, cũ quo ad carnale debitum non iu
dicẽtur ad imparia, in c.gaudemus, de diuor.& facit deſcriptio
matrimonii, q̃ ſequitur in litera, ibi, Indiuiduam vitę ɔ̃ſuetudi-
nem retinens, &c. No.ibi. Seruiat affectu coniugali, qđ vxor te-
netur ſeruire marito & alibi dicit text. qđ eſt penè famula viri,
vt in c. hęc imago. 33. q. 5. Sed tu pondera literam, q̃ qualificat
hoc ſeruitium, vt ſ. debeat ſeruire affectu coniugali, & ſic nõ ſu
mitur ſimplr̃. Ad quæ aũt teneatur vxor, vide quod latius dixi in
c.literas, de reſti. ſpol. Antequ gl. iuxta ordinẽ attingam, expediã
intellectum capituli. Quæro igitur primo, per quæ probaĩ hoc
matrimonium, cũ fiat mentio de inſtr̃o donationis pp nuptias
in quo nominabant ſe coniuges. Item de delatione anuli, & Pa
pa rñdet, quod in talib. fama viciniç magis dẽt attendi. Et pon-
dera verbum, Magis, quaſi ſola fama non ſufficiat. So. gl. noſtra
tangit intellectum huius c.in quinq; locis. Primo in ver. Nomi-
nant, & in ver. Donationem. & in ver. Si fama. & in ver. Vxorẽ.
& in ver. Pręſertim. Sed nullibi iudicio meo declarat perfecte
intellectum huius c. Nam in ver. Nominant, ſolum dicit, quod
nominatio præſumptionẽ inducit, ſed non probõnem. In ver.
Donationem, dicit, quod inſtrm̃ donationis pp nuptias indu-
cebat pręſumptionem, ſed non plene probabat, quia non fuit
factum ſuper matrimonio, per l. neque ſine nuptijs, C.de nup.
In ver. Si fama, dicit, quod fama per ſe plene non probat, ſed
cum alijs adminiculis, ſeu præſumptionib. valet, quia quę non
proſunt ſingula, &c. ſed non exprimit qualia debeant eſſe alia
adminicula, ſeu pręſumptiones. In ver. Vxorem, dicit, qđ ſola
cohabitatio non probat matrimonium. In ver. præſertim, dicit
quod fama cum alijs ſufficit hic, ẽt ſine alio inſtr̃o, ſed non di-
cit cum quib. alijs. Forte habuit reſpectum ad cohabitationem
& delationẽ annuli. Alia enim nõ allegabantur præter inſtrm̃.
Nominatio vero hic non probatur extra inſtrm̃. Et vr̃ gloſſator
magis in iſta gl. quam in qualibet alia animum ſuum exprime
re, ſed certe ſi hunc intellectum habuit, non recte ſenſit. Primo
quia hęc lectu. non congruit literæ, quę licet ponat in fine ver.
Pręſertim: non tñ per hoc intẽdit excludere totaliter probatio-
nem inſtr̃i, ſed innuit quod tunc maxime eſt attendendum, ſi
fuit cõfectum ab eo, qui ſuum officium ɔ̃ſueuit diligenter exer
cere. Item non vr̃ vera in ſe, vt ſola cohabitatio cum fama ſuffi
ciat, quia ex hoc ſequeretur, quod ſola fama per ſe ſufficeret, cũ
habitatio nihil probet. Item eſſent probationes nimis fragiles
ad tm̃ negocium probandum, & nullibi hoc probatur: imo, vt
dixi, hęc lectu. in fi. innuit ɔ̃trium, cum ponderat inſtrm̃. & hoc
quo ad primum intellectum, quem ſenſit gl. Sed eam ſaluãdo
poſſet dici, quod ponderauit vltra famam cohabitationẽ diuti
nam, nominationẽ coniugalem, delationem annuli, & hæc ſa-
6 tis vñt ſufficere ſine alio inſtr̃o, vt ex infra dicendis patebit.† Se
cundus intellectus colligitur ex dictis Inno. qui dicit, quod licet
fama plurimum adiuuet, tñ per eam non iudicaretur matrimo
nium, ſed per inſtrm̃, quo cõtinetur donatio pp nuptias, in quo
ſe coniuges nominabant. Donatio enim pp nuptias locum nõ
habet, niſi vbi eſt matrimonium. infra de donatio. inter vir. &
de dote poſt diuor. re. c. & ſi neceſſe. Nec obſtat, qđ obijcieba-
tur inſtrumentum in fraudem conceptum, quia hoc non pro-
batur, nec pręſumitur, ex quo notar. ius conſueuit ſuum officiũ
fideliter exercere. Hoc tamen limita ſecundum alios, & bene,
ſecundum eum, vt inſtrumentum dotis, & donationis propter
nuptias probet matrimonium, ſi non agitur de præiudicio alte
rius matrimonii, alias ſecus, cum verba ſint neceſſaria ad ɔ̃ctũ
matrimonij exprimentia conſenſum de pręſenti, infra de ſpõ.
cap tuę Examinemus primo hunc intellectum antequã deſcẽ
damus ad alios. Hoſt. dicit, quod per ſolum inſtrm̃ b dotis, vel
b donationis propter nuptias non probatur matrimonium, c ẽt
c ſi nominarent ſe ibi coniuges, alleg. l. neque ſine nuptijs, C.de
nup. quam alleg. hic gl. quæ quidem in hoc tenuit idem, quod
do. Ant. hic. Non obſtat. l.optimam, C. de contrah. & commit.
ſtipu. vbi dicitur, quod ſi in ſtipulatione dicĩ, quod ſeruus Titij
fuit ſtipulatus, &c. ꝙ per hęc verba enunciatiua, ex quo ſunt ne
ceſſaria ad ſtipulationis actum, probatur iſtum eſſe ſeruum Ti-
tij. Nam ſecundũ eũ, illa verba enunciatiua probant enunciatũ
ſolum quo ad probandum actum, de quo principaliter agitur,
cum actus non poſſit ſubſiſtere ſine enunciato, ſecus, ſi ſimpli
citer de enunciato ageretur. Vnde ibi probatur, ꝙ ſit ſeruus per
illa verba denunciatiua quo ad validitatem ſtipulationis, cum
ſine hoc valeret ſtipulatio, ſecus ſi ageretur de ſeruitute ad
d alium effectum, vt hic. Et dicit, quod hęc eſt ſolemnis limita-
tio d ad illam l.optimam, ſed certe ego allego gloſſ. in verſicu. ſi
ſeruus, quę aperte hoc vult, & ſic intelligit, & reſtringit illam l.
per l.cum aliquis, C.de iur. delibe. vbi videtur hoc probari. Sed
aduerte, q̃ Bal. in auth ſiquis in aliquo documento, C.de edẽ.
referens dictum Inno. hic dicit, quod tex. ſing. vr̃ in oppoſitum
in Auth. vt fra. fil. §. illud quoque, iuxta prin. vbi dicit aperte pro
bari, quod per inſtrumentum donatio. pp nuptias inſinuatum
probatur matrimonium, ſed ipſe reducit ad concor. quod in p̃-
iudicium partium, inter quas conficitur inſtrumẽtum, probat
tale inſtrumentũ matrimonium, vt in præall. auth. ſed in pręiu
dicium aliorum, non, & ſic procedat dictum Innocẽ. Sed certe
hoc voluit in limitatione, quam poſtea fecit, & hanc opin. Bal.
videtur ſequi do. Card. hic. Sed hęc opi. nunquam mihi placuit,
imo de directo contra eam videtur tex. hic, quem iſti (reuerẽn-
tia eorum ſalua) non videtur ponderaſſe. Nam hic non ageba-
tur de pręiudicio alterius matrimonij, & concurrebat non ſo-
lum tale inſtrm̃, ſed etiã diutina cohabitatio, & annuli delatio,
& tamen Papa non fuit contentus his probationibus, ſed dixit
attendendam etiam famam viciniæ. Si enim ſimpliciter per ta
le inſtrumentum probaretur matrimonium, Papa mandaſſet
abſq; alia probõne illam cogi. Itẽ in fine text. aperte innuit, qđ
tale inſtrumentum ſolum adminiculetur, pręſertim ſi eſt con
fectum

ADDITIONES

a In lecto. No. ſigna tractandi aliquam in vxorem. Aliud tamen eſt tractare aliquam, vt vxorem, aliud tractare aliquam honorifice, vt vxorẽ, vt dicit Bal. in c.ego N.de iuream. in 2. col. in ver. ex his collige. Item adde hic quod no. Bal. in c.ex tranſmiſſa ad fi. 1. colum. de reſtit. ſpol. & Bart. in l. ſi uxor. §. ſed ea, ff. de adult.

b Solum inſtrumentum. Vide Rom. in ſing. 466. incip. nunquid per inſtrumentum dotis. Bal. in l.ad probationem, col. 2. uer. quæro inſtrumentum, C.loc. in auth. ſi quis in aliquo, col. 3. uer. iuxta hoc quæro, C.de eden. & in vlt. col. & Iaſ. in prælu. feu. col. 7. uer. ad contraria. Seb. Sap.

c Matrimonium. An per inſtrumentum dotis, vel do. propter nup. probetur matrimonium, adde Bal. in l. 1. in pen. col. C. de priui. do. Bal. in l.neque ſine nuptiis, C.de nup. Lud. Rom. in l. 1. in prin. ff. de ope. no. nunc. Bar. & Saly. in d. auth. ſi quis. C de eden.
Adde Rom. ſing. ſuis. fol. 13.
Matrimonium. Verum per inſtrumenta dotalia, vel ex ſola cohabitatione præſumatur matrimonium, uide ad hoc tex in c.alter. & ibi gl. in uerbo cõtubernia. 30.q.5. & tex. optimum in l.donationes in concubinam. ff. de don. Et uide quod notaui in d. c. noſtrates. & tex. in l.maximus. C.de nupt. Et ad hoc uide quod de inſtrumentis dotalib. ſcripſi poſt do. Abb. in c.tanta circa prin. qui filij ſint legi. Barth. de Bellenz.
An per inſtrumentum dotis, vel donationis propter nuptias probetur mat. dicas, ꝙ illud per talia inſtrumenta non probatur, neque præſumitur quo ad vinculum matrimoniale. l.donationes in concubinam, & ibi per Dy. no. ff. de don. & Bal. in c. 1. in § naturales. in 2. col. ſi de feu. fue contro. & plene per Alex. in l. ſi vxor, in §. ſed ſi ea. ff. de adult. & Bart. in q. incip. quidam habens filium, & tenet Pet. de Anch. in cle. 1. de prob. & Io. And. in c.ex tenore, qui fil. ſint legi. & Bald. in l. ſi filium diffinimus, ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iu. & in l. 2. de ſer. in 19 col. & in l. 2. in fi. de excep. rei iud. Quod tamen intellige uerum, niſi quo ad repetitionem dotis datæ, ut in Auth. ut fra. fi. in prin. & per Bald. in l.ab executione, C. quorum app. non rec. & per Bald. in addi. Spec. in ti. de in integ. reſt. in uer. per inſtrumentum. Item hoc uerum, etſi quo ad filiationem probandam, ut per Flor. de ſancto Pet. in l.ſicuti. §. ſed ſi quæratur, ff. ſi cer. pet. ubi alleg. dictum tex. in Auth. ut fra. fi. in princ. & ibi etiam dicit ſe credere, quod probetur per talia inſtrumenta, quo ad ipſos contrahentes, per ea quæ habentur in l. optimam, C.de contrahen. & commit. ſtip. Seb.

d Limitatio. Nota ad intel. & limitationem l.optimam, ꝙ ſi in inſtrumento aliquid enunciatiue proferatur, quod ſit de ſubſtãtia & validitate illius actus, tale inſtrumentum probat inter eaſdem perſonas. In iſtis terminis proprie procedit regula d. l. optimam. Quantum autem ad alia non probaret, etiam inter eaſdem perſonas. Et hanc limitationem, ſeu declarationem do. Ant. ad l.optimam, refert & multum no. do. Mat. in no. 80. & eis adde Ang. idem dicentem in l.iuriſgentium. §. quod fere. ff. de pac. do. Alex. in conſ. 136. in cap. uiſo, & examinato proceſſu, in 12. col. ad fi. cum ſeq.
Adde quod uoluit Ro. ſing. ſuis. fol. 16. & conſ. 63.

feſtum ab eo, qui officium ſuum diligẽter exercebat. nec valet,
ſi dicatur, quod inſtrumẽtum hoc erat vitioſum, quia hoc fuit
falſum. Fuit enim allegatio partis, vt ſup. dixi. ſi. n. fuiſſet verũ,
non præſtitiſſet adminiculum, nec fama aliquid probaret, cum
præſumeretur orta ex falſo inſtrumento, & reprobato, vt leg. &
no. in ſimili in c. inter dilectos, de fide inſtru. vnde ratione frau-
dis adhibitæ, fuiſſet pſumptum ꝫ matrimonium, quod tamen
non fuit, vt hic patet. Et ꝙ de iure nõ probet, cum principaliter
agitur de matrimonio, eſt tex. iũcta gl. in d. l. neque ſine nuptijs
& in d. l. cum aliquid, iũcta gl. in d. l. optimam. Ad Auth. vt fra.
fil. rñdeo, quod non probat id, ad quod inducitur, ſi bene pon-
deretur. Ibi enim ſolum probatur matrimonium quoad dona
tionem pp nuptias, & ſic reſpectu eius, quod principaliter con
tinetur in inſtrumento, & hoc negat nemo, cum tex. ſit in d. l.
optimam, & d. l. cum aliquis. Nõ aũt probatur ibi matrimoniũ
principaliter, cum non ageretur ibi de matrimonio. Et ꝙ hoc
ſit de mente illius tex. primo patet ex rubro illius Auth. Nam
ibi tractatur ſolummodo de modo inſinuandi donationes, &
ipſas conſequendi ſolu. mat. vnde in rubro non ponit̃ de modo
probãdi matrimonium, ſed potius ponitur in auth. qui. mo. na.
effi. le. §. quoniam. Et nigrum debet conuenire rubro, vt no. in
c. tibi, qui, de reſcrip. li. 6. & in c. ſi ſuper gratia, de offi. deleg. eo.
li. Item hoc patet ex prin §. illud quoque, de cuius mente vr̃, ꝙ
mens Imperatoris fuerit ibi conſulere, & ꝓuidere mulieribus,
ne inſtrumentis confectis ſuper donatione propter nuptias per
ditis, mulier non valeat conſequi donationem pp nuptias. Pa-
tet enim ibi ex § ſeq. vnde ibi probatur matrimonium. quoad
hoc, vt poſſit cõſequi donationem ſoluto matrimonio, ſeu ad
illum effectum, dum agitur de ipſa donatione. Si enim ibi age-
retur principaliter de matrimonio, Imperator non cõſuluiſſet
mulieribus, vt facerent inſinuari inſtrumenta donationis, ſed
potius, vt facerent recipi teſtes, qui interfuerũt, ad perpetuam
7 rei memoriã, vt in c. ſignificauit, & in c. Albericus, de teſt. † Ter
tium intellectum ſentit idem Inno. qui dicit hoc eſſe notandũ
diligenter, quod ſi aliquis petit aliquam in vxorem, & proba-
tur ꝙ per decem annos ſimul cohabitauerunt, & fama viciniæ
habet, ꝙ eam tenuit, vt vxorem, obtinebit. Nulla enim ęque ꝓ-
batio eſt ita bona in his, ſicut fama viciniæ. & hoc dicit fortius
procedere, ſi agatur poſſeſſorio ad reſtitutionem poſſeſſionis
vxoris. Vult enim in effectu, ꝙ tam reſpectu poſſeſſorij, quã pe-
titorij ſufficiat probare duo, ſcilicet cohabitationem per decen
nium, & famam viciniæ, ꝙ eam tenebat, vt vxorem, & per idẽ-
titatem rationis idem puto dicendum in matrimonio ſpiritua
a li, [a] qđ ſi diu qs ſtetit in aliqua eccleſia, vt clericus, vel vt rector,
& probat per famam viciniæ, ꝙ ita ſit, ꝙ nõ ſolum iudicabitur
pro eo in poſſeſſorio, ſed ẽt in petitorio, arg. ſup. eo. c. quia veriſi
mile. Et ſi ꝯriũ diceretur, ſequeretur magna abſurditas, ꝙ opor-
teret ſemper quoſcunq; habere paratas probationes de ſua ca-
nonica inſtitutione. Sed ab hoc intellectu recedit finaliter Inn.
dicens hanc abſurditatem admittẽdam, ne ſequatur maior ab-
ſurditas. Nam ſequeretur, ſecundum prædicta, ꝙ ſi quis proba-
ret, ſe domum, vel poſſeſſionem aliq̃, tanq̃ ſuam aliquanto tẽ-
pore poſſediſſe, & ſuper hoc haberet famam viciniæ, obtineret
etiam in petitorio ꝙ cõſtat omnino falſum eſſe, ſm eum, cum
habeat neceſſe legitimum titulum probare, atque dominium.
l. in rem, ff. de rei vend. & C. eo. l. fi. Quare concludit, ꝙ petenti
eccleſiam, vel mulierem, nõ ſufficit probare poſſeſſionem, vel
adminiſtrationem, ẽt cum fama viciniæ, niſi & aliud ꝓbet, alio
quin is, qui impetitur, abſoluetur, C. de proba. l. actor. Hoſt. cir-
ca hoc multum inſtat, & concluſio ſua eſt, ꝙ hoc vltimum di-
ctum Inn. procedere p̃t in domo, poſſeſſione, & huiuſmodi re-
bus profanis, ſed in eccleſia, & vxore ꝓcedat primum dictum.
Ratio diuerſitatis poſſet reddi ſm eum, quia ĩ rebus priuatis, iu
dices, & ſuperiores non ſolent inquirere, quale ius habeant in
illis poſſeſſores, imo quandoque proprij domini negligunt, ſed
in eccleſia, & vxore aliud eſt. Nam iudices eccleſiaſtici ſolent
de eis ex officio inquirere, Nec conſanguinei ſolent pati, vt eo
rum conſanguinea teneatur, vt concubina, ſaltem à patri, vel in
feriori, arg. de re iud. c. conſanguinei. Nec ſubditi ſolent ei, qui
nõ habet titulum, libenter obedire. ideoque dicit, ꝙ ex ſola poſ
ſeſſione temporalium poſſeſſionum, ẽt cum fama viciniæ, nõ
põt ita præſumi pro poſſeſſore, ſicut in eccleſia, & vxore. In illis
nempe veriſimile eſt, ꝙ ſi quis eccleſiã, vt rector, vel mulierẽ,
vt maritus longo tpe tenuerit, in ea ius habeat. Dicit tandem
in talibus diſtinguendum, vtrum factũ ſit omnino recens ſatis,
& in hoc caſu habent locũ dicta Inno. & ꝙ ſtatim dicam, ſecun
dum eum, vel ſit antiquum nimis, & procedit dictum Hoſt. ſu
pra recitatum. Quod aũt in hoc caſu dicatur ſatis recens, vel an
tiquum, arbitrio boni iudicis, ſm varias circunſtantias, dicit re
linquendum, arg. in c. de cauſis, de offi. deleg. Et remittit ad id,
ꝙ de tribus, & decem annis no. in l. ſi filius, in 2. gl. C. de pet. hę.
Dicit tamen, ꝙ quamuis præſumatur pro illo, qui diu eccleſiã
poſſedit, ſi tñ conſtaret de intruſione, vel alio vitioſo ingreſſu,
omnino poterit remoueri, ad hoc quod legi. & no. in c. dilecto,

8 de præben. † In alia parte tex. dicit Hoſt. quod fama [b] cũ his duo
b bus, ꝙ in eadem paropſide, vel inciſorio ſecum comedit, ſicut
vxorem induit, ad eccleſiam mittit, in lecto ſuo recipit, matri-
monium præſumptum inducunt. Quando vero tenet illam vt
ancillam, veſtibus vilibus, mittit ad aquã, lectum habet ſepara
tum, ad quem declinat, qñ placet, nõ ipſa vero ad ſuum venit,
tunc præſumitur ſtuprũ. 30. q. 5. c. aliter. Et ſm hoc dicit, ꝙ, Ma-
gis, ꝙ ponitur in tex. ſtat comparatiuæ. Cum enim in his multũ
operetur fama, ſup. c. prox. vult hic tex. eam magis. i. præ cęteris
conſiderandam, q. d. ſm eum, euidentior eſt hæc probatio, quã
probatio inſtrumenti, quamuis & illud coadiuuet, vt in fine, &
vr̃ Hoſt. velle prædicta ꝓcedere ẽt in facto recenti, ſed maxime
dicit ꝓcedere ĩ facto antiquo. Ex his dictis ergo colligo quartũ
intellectũ, ꝙ fama viciniæ ſup matrimonio cũ p̃dictis admini-
culis ꝓbat matrimoniũ. Qđ aũt hic dr̃ de inſtrumẽto, nõ eſt ne
ceſſarium, quia ponderat tanq̃ adminiculans. vnde ſufficiunt
adminicula alia prædicta loco huius. Et ſic declarat Hugo quar
tum intellectũ. d. An. dicit, ꝙ ſi probantur hæc copulatiue, ſ. ꝙ
eã tractauit in actibus particularibus, vt vxorem, & quod hoc
habeat communis opi. & fama viciniæ, indubitanter procedit
dictum Hoſt. Sed litera iſta probat plus ſm videlicet, ꝙ ſi ſola fa
ma viciniæ habet hoc, ꝙ eam tractauerat, vt vxorem in particu
laribus proportionalibus vxori, ꝙ concluditur matrimonium
præſumptum, quod dicit no. ꝙ hoc dicit ſatis procedere, qñ tra
ctatus fuit longi tps, vt decennij, vt probat litera, & ſic dicit hic
caſum, in quo fama obtinet locum plenę probationis, quia pro
bat tractatum in particularibus ad matrimonium, & tractatus
probat matrimonium. hæc ſunt verba ſua formalia. Ex quibus
põt elici quintus intellectus, ſed profecto hic intellectus nullo
modo eſt verus, ſi intelligit, ꝙ ſola fama etiam de particularib.
actibus proportionalibus matrimonio ꝓbet ipſum matrimo-
nium, vt verba ſua ſonare vidẽtur. Nam vt ſup. dixi, tex. requirit
famam præ cæteris, non aũt, ꝙ ſola fama probet, vt ipſemet d.
Ant. videtur velle hic in alio membro. Bene autem probat hęc
litera, quod fama præ cæteris valet, non ſolum, quando eſt de
matrimonio, ſed etiam ſi eſt de actibus particularibus propor-
tionalibus matrimonio. requirũtur tamen alia adminicula, vt
hęc erant, de quibus ſup. Et ſic habes dicta aliorum ordinata, q̃
hic cõfuſe per alios recitantur. Ego dico ſic, quod aut quæritur,
nunquid ſola nominatio, ſ. ꝙ nominabant ſe coniuges, probet
matrimonium, & dico, ꝙ nõ ſiue nominatio ſit facta in inſtru-
mento, vt hic, inducendo, vt ſupra, ſiue ſit facta ore proprio, qa
ſæpe fornicatores, ſiue adulteri ad palliandum delictum, appel
lant ſe coniuges, vt no. Inno. in c. ex parte, de reſtitu. ſpoliato. &
videtur probari in l. non nudis, & in l. apoſtolis, C. de prob. Aut
quæritur, nunquid ſola cohabitatio ſufficiat, & dicendum etiã,
quod non, vt hic, & in d. c. aliter. 30. q. 5. Aut quæritur de inſtru-
mento confecto ſuper dote, vel donatione propter nuptias, &
dicendum, ꝙ plene non probat, vt hic, & ſu. plene dixi. Idem di
cendum de ſola fama, quia illa regulariter non probat ea, quæ
ſunt grauis præiudicij, vt ſup. dixi, & plene in c. veniens. 1. ſupra
de teſt. quod probatur hic inducendo, vt ſup. Aut probatur fa-
ma viciniæ, & tractatus matrimoniales. ſ. ꝙ eam tenebat, & tra
ctabat in omnibus, vt vxorem, & Hoſt. & d. An. dicunt hoc ſuf
ficere, quinimo d. An. videtur hoc pro indubitato habere, vt pa
tet ex prædictis. Ego puto iſta ſola non ſufficere in facto recen-
ti, quia fama plene non probat. Alia vero adminicula concer-
nunt potius poſſeſſionem, quam proprietatem, & matrimo-
nium debet vere probari, cum non ſit veriſimile, quod fuerit
clandeſtinũ, facit c. ex tranſmiſſa, & c. ex parte, de teſt. ſpol. Nec
iſtæ probationes famæ, & tractatus admittuntur in facto pro-
prio, quia probationes debent eſſe claræ, ex quo factum ſui na-
tura eſt probabile, vt no. Inno. in c. veniens, de verbo. ſigni. li. 6.
facit ca. in præſentia, de probat. Nam & dominium rei profanę
vbi non agitur de tanto præiudicio, non probatur per famam,
& huiuſmodi actus, vt dixi poſt do. de Rot. in c. cum ad ſedem,
de reſtitu. ſpol. & ſequitur ibi d. An. fortius non debet ſufficere
in caſu noſtro, vbi agitur de maximo præiudicio, arg. c. vbi peri
culum, de ele. li. 6. Non obſtat iſte tex. quia vltra famam hic erat
diuturna cohabitatio. ſ. decem annorum, & inſtrumentum do-
nationis propter nuptias, & annuli delatio. Et quãquam mulier
niteretur has præſumptiones infringere, non tamen probauit.
Et idem puto, & fortius in matrimonio ſpirituali, vt illa duo ſo
la non ſufficiant, præſertim cum fama facile oriatur ex poſſeſ-
ſione,

ADDITIONES.

a Spirituali. Vtrũ ille, qui diu fuit in poſſione pacifica beneficij, haberi debeat pro prælato, ſiue agat petitorio, ſiue poſſeſſorio, vide quod de hoc no. dom. Anto. & ibi nneaui in c. ex frequentibus, de inſti. & quod no. domi. Anto. in c. ex inſinuatione, & quod ibi no. de proc. Et facit ad id, quod ipſe no. in c. Albericus, in 6. col. poſt Hoſt. ibi. quod ibi late no. de teſt. vide Do. in c. ſi iudex, de ſenten. excom. in 6.

b Quod fama. Ex quibus actibus probetur matrimoniũ, tradit Bal. in c. ex trãſmiſſa, in 2. col. ſup. de reſt. ſpo. & in c. ego N. in 2. col. inf. de iureiu. Sc. Sa.

Digitized by Google

ſione, & Prælati hodie ſint multum negligentes ad inquirendum, & ſic ſto cum Inn. niſi alia adminicula ↄcurrant. Vnde dico ponendo verum intellectũ huius capituli, ꝗ diutina cohabitatio, puta decem annorum cum fama, nõ ſolum de matrimonio,
a ſed ẽt de tractatib. matrimonialib. a vnà cum alijs adminiculis, plene probat matrimoniũ. nec curo an concurrat inſtrm dotale, vel non, quia hic ponderatur tanquam adminiculans, nec multum conſideratur, vt patet in text. in ver. prælerium. Et ſic idem dico, ſi eſſet inſtrm, & ſuccedat aliud adminiculũ, arg. in c. cum cãm, de proba. Et per hoc puto, ꝗ ſi probantur diutina cohabitatio, & fama de matrimonio, ac per teſtes probẽtur actus particulares matrimonij, puta quia cã in lecto, tabula, ſeu menſa, & alijs cõibus, tractabat, vt vxorem, ꝗ ſatis probeẽ matrimonium abſque alijs adminiculis, & ſic probatio actuũ particularium ſuccedat loco inſtri, de quo hic. Nam hic non probabantur vere illi actus particulares, ſed ſolum per famam, meſito ponderatur etiam adminiculum inſtri. Et idem dicendum in ſimilib. adminiculis, & per hoc habes clarum intellectũ hu-
9 ius c. † Sed circa prædicta quæro, quid ſi quis petit aliquã in vxorem, & nihil probatur de fama, ſed ſolum per duos, vel tres teſtes probatur, ꝗ vir cum muliere iacuit, & ſtetit volens, vel intendens quærere, & conſeruare poſſeſſionem iuris, vel vinculi matrimonialis, & mulier hoc idem ſciebat, & intendebat, quod vir. Inn. dicit, ꝗ inter tales iudicabitur matrimonium, & ſi ſpoliatio interuenerit, eſt reſtitutio fienda. Et quanquam Inn. hoc dixerit ſub dubio, forte, Hoſtiẽ. tñ omnino putat hoc ſufficere, quo ad probõnem veritatis matrimonij, dummodo habeant intentionem ipſam, & expreſſerint coram teſtib. alias non prodeſſet voluntas in mente retenta l. ſi repetendi, C. de cõd. ob cãm, nec teſtes poſſent ſuper ea deponere, quia non pñt diuinare, in c. vt noſtrum, vt eccl. bene. ſi. nec pñt deponere, niſi de his, quæ in eorum pñtia geſta ſunt. 3. q. 9. c. teſtes. Ex his infertur, ꝗ matrimonium põt ↄhi ſine verbis, ẽt inter eos, qui fari poſſunt & ex illa quõne dependet iſta, & ideo de hac remitto te ad ea, q̃ notantur in c. tuæ, de ſpon. Opp. veniendo ad gloſ. & vr̃, ꝗ huic mulieri competebat alia exceptio, vltra enumeratas in text. videlicet quod vir erat ſeruus, vt in c. ꝓpoſuit, de coniu. ſeruo. So. ↄtrium procederet, ſi ignoranter habitaſſet cum eo, ſed hæc ſciebat illum eſſe ſeruum, & ſic non ob ↄtrium, vt in c. propoſuit, &
10 in c. ſi. eo. tit. & hoc voluit in effectu gl. † Opp. ſecundo ↄtex & vr̃, ꝗ iſte ſeruus non poterat iſtam mulierem vendicare, quia rei vendicatio competit dño rei rõne dominij. l. in rem, ff. de rei ven. Sed maritus non hẽt dominium in vxorem, tum quia eſt libera, tum qa dr̃ ſocia humanæ, & diuinæ domus, ff. de ritu nup. l. 1. & no gl. 37. q. 2. in prin. facit 33. q. 5. c. ſi. Sol gl. 2. metu ↄtrij, ve arbitror, exponit ver. vendicans. i. eam petit in ſuam vxorẽ, quaſi ſentiat, ꝗ non proprie vendicabat. Inn. capit illud verbũ proprie, dicens, ꝗ maritus vendicat vxorem non proprie ſimpliciter, ſed adiecta cã de iure canonico, ſicut filius petitur per rei vendicationem, adiecta cã de iure Quiritum. i. Romanorũ Aduerte, reſpectu filij, vide gl. ſatis plenam in c. 2. de conuer. infide. Reſpectu vxoris, vide Io. And. in add Spec. ſuper ti. qui filij ſint leg. vbi Goff. dicit ꝗ mulier non eſt in pãte viri, iure Romano, ſed in officio, vt l. aſſiduis, C. qui potio. in pign. habe. & ſic non vendicat eam proprie, ſed agit interdicto de vxore exhibenda, ſi ab alio detinetur, vel per vtile interdictum de libero homine exhibendo, ſi ab alio nõ detinetur Si aũt ſit contiouerſiã vxor facti petitur officio iudicis, C. de inſti. & ſubſti. l. reprehendenda. Dicit ẽt ibi Io. And. quod officium iudicis ſuper reintegratione poſſeſſionis matrimonij põt implorari, ẽt in foro ſeculari, dummodo nõ diſputetur de titulo matrimoniali, ſeu de ſubſtantia vinculi, quod idem eſt. in omni tñ caſu põt agi corã iudice eccleſiaſtico, vt in c. nõ eſt, inf. de ſpon. Si aũt vxor eſſet, in pãte viri, vt eſt de iure Lombardorum, bene poſſet vendicari, ſin eum, & ſic cum eo tranſit ſimpliciter do. Anto. Vide, vt clarius habeas hanc materiam, rei vendicatio proprie non cõpetit, niſi ei, qui acquiſiuit dñium de iure gentium, aut iure ciui. vt dicit tex. in d. l. in rem, in prin. ff de rei vend. vnde liberas perſonas per hanc actionem vendicare nõ poſſumus, licet ſint in poteſtate noſtra, niſi adiecta cã illius iuris, quo ſunt ĩ pãte noſtra. Nã per adiectionem illius cauſæ reſtringitur vendicatio, vt nõ denotet ſimpliciter dñium, ſed pãtem competentem iure expreſſo, vnde põt pr̃ vendicare filium adiecto iure Romanorũ, quia illo iure fuit introducta patria pãs, inſtit. de patr. poteſt. §. ius. Eodem modo põt Abbas vendicare monachum ſuum, & Prælatus clericum ſuum, adiecta cã de iure canonico, ſicut ciuitas vendicat ciuem ſuum adiecta cã de iure ciui. l. de iure, ff. ad mu. & ſic de ſimilib. hoc leg. & no. in l. 1. §. p hãc, ff. de rei vẽdic. Ad oppoſitum ergo inferendo, ſi vxor eſſet in pãte mariti aliquo iure, tunc poſſet vendicari adiecta cã illius iuris. De iure aũt ciuili, nõ eſt in pãte mariti, ſed ſui patris, ſi vxor nõ eſt emã-
b cipata, niſi quo ad debitum carnis, b & quo ad operandum, qa operatur ad lucrum mariti, vt eſt tex. cum gl. in l. vxor. C. de cõdi. inde. & l. ſicut patronus, ff. de oper. libe. & vide de hoc q̃d latius dixi in c literas, de reſti. ſpol De iure ẽt canonico non reperitur in pãte mariti, imo quo ad debitum carnis non iudicatur ad imparia, vt in ca. gaudemus, de diuor. Item vxor põt petere maritum ſibi adiudicari, vt legi. & no. in c. 1. de ord. cog. & vter que poſſidetur ab alio, ita ꝗ eſt reciproca poſſeſſio inter eos, vt in c. ex tranſmiſſa, & c. literas, de reſtit. ſpol. Sed conſidero, ꝗ licet vtroq; iure non reperiatur vxor in pãte mariti, ſicut filius in pãte mariti, & filius in pãte patris, tñ ea quadam larga poteſtate, & rõne ſeruitij vxor eſt ſub pãte mariti de iure diuino, & canonico Nam, vt hr̃ Gen. 3. c. Deus dixit ad mulierem poſt peccatum In dolore paries filios, & ſub viri pãte eris. Et in canone dr̃. Mulier non hẽt poteſtatem ſui corporis, ſed maritus, nec maritus hẽt poteſtate ſui corporis, ſed vxor, & originaliter ſunt verba Apoſtoli, vt in c. non debet, de conſang. & affi. & eſt text. in c. diuerſis, de cohab. cle. & mu. Et alibi dr̃, ꝗ vxor eſt ſub dominio viri, & pene eius famula vt ĩ c. hæc imago, & c. mulierem 33. q 5 ad idem c. literas, & quod ibi no. de reſti. ſpol. Quare rõne huius ſubiectionis, & ſeruitij puto firmiter maritũ poſſe vendicare vxorem, adiecta cã de iure diuino, & canonico, ſicut ciuitas rõne ſeruitiorum vendicat ſuum ciuem, & dñs vendicat colonum, & aſcriptitium, vt no. in l 1. prealleg. Nam magis vr̃ adſtricta vxor marito, & fortiori vinculo, quam ciuis ciuitati. Et idem puto dicendum in vxore reſpectu mariti, vt poſſit illum vendicare, eodem modo. Nam tenetur vxor aſſiſtere marito, & eum alimentare, & mutuo ſibi ſeruire. Vnde dicit Deus, vt hr̃ Gen. 3. c. Propter hoc homo relinquet patrẽ, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. & tranſumptiue hr̃ in c. 1. 35. q. 10. & in c. vno, de voto, lib. 6. & in Euangelio dixit Saluator. Non licet viro dimittere vxorem ſuã quacunque de cã, excepta fornicatione. & tranſumptiue hr̃ in c. 2. de coniug. lepro. Si ergo eam dimittit, & ſibi non adhęret, iuxta præceptum dominicum, & canonum, poterit eam vendicaret, adiecta cã de iure diuino, & canonico. Et pro hoc d. c. non debet, vbi dr̃, quod vir non habet pãtem ſui corporis, ſed vxor & facit c. omnes cauſationes. 32. q. 7. vbi dr̃, ꝗ Apoſtoli, coniugij ſarcinam conſiderantes, dixerunt. Si talis eſt cã viri ad vxorem, iam non expedit nubere. Item videmus, ꝗ vterq; agit poſſeſſorio, & petitorio ↄtalium, vt hic, & in d. c. 1. de ord. cog. & in c. literas, & c. ex ꝯqueſtione, de reſti. ſpol. Et per hoc ſaluo hunc tex. & ſimiles, in quib. dr̃ ꝗ maritus vendicat vxorem, & cõ, q̃d diligenter nota, quia nemo iſta aperit. Et aduertendum, ꝗ licet poſſit eam vendicare, tñ per hoc nõ ceſſant alia remedia, vt interdictum de vxore exhibenda, vel iudicis officium, ſicut dicimus in patre reſpũ filij, vt d. l. 1. Pñt enim multa remedia ſimul concurrere. l. quoties ff. de act. & obli. & quod no. Inn. in c. audiuimus, de colluſio. & hoc iudicis officium eſt ſm ius, non autẽ extraordinarium ↄ ius, ſicut illud, per quod petitur reſtitutio in integ. q̃d nõ pt concurrere nr̃ cũ remedio ordinario, vt ĩ l. in cauſę. ff de min. & ſic ſoluitur ↄtrium illius legis, vt no. gl. & Bar. in d. l. 1. quod no. idem in ſimili vult Io. An. in c. non ſolum, de ap. lib. 6. Et interdictum proprie non competit, niſi qñ ab alio detinetur, quia interdictum datur inter duo, videlicet inter agentẽ & eum, qui detinet, vt eam exhibeat. Officium aũt iudicis, qñ a nemine detinetur. Nam non põt hoc caſu proprie agi interdicto de vxore exhibẽda, quia non eſt, ad quẽ dirigatur. Poterit ẽt agi rei vendicatione, vt dixi hic, & d. c. 1. de or. cog. Et per hoc hẽs ſatis bene materiam declaratam, maxime tu canoniſta. Et nota ex præalle. d. Io. And. ꝗ de re ſpirituali, vt eſt matrimoniũ põt agi poſſeſſorio coram iudice ſeculari aduerſus laicum, ex quo non negatur matrimonium, vide quod dixi in c. cũ ſit generale, de foro comp. & c. literas, de iur. cal. Alię gl. ſunt ſup. c. expeditæ, vſq; ad gl. quæ eſt in ver. dñs fraudaretur. Illa colligit aliquos caſus, in quib. dñs fraudatur ſeruo, ſed per hoc non declarat tex. in eo, quod dicit mulierem allegaſſe inſtrm vitioſum, vt
11 ſeruo dñs fraudaretur. † Quæro igitur, in quo dñs fraudatur ex matrimonio ↄcto per ſeruum, cum tex. in c. 1. de coniug. ſer. dicat, ꝗ nihilominus ſerui tenentur dñis ad debita ſeruitia? Dicit Goſ. & Ala. ꝗ forte in inſtrõ dicebat, ꝗ dominis ꝯſenſerat Dic clarius q̃d fraudatur ſeruo in multis caſib. Inter cætero dñs eſt iſte, qd ſi dñs cõſtituit dotẽ, vel donõnẽ pp nuptias ancillæ, vel ſeruo, vr̃ ei conferre libertatẽ, vt l. 1. C. de ſer. fug. & in l. 1. §. ſed ſi quis homini, C. de Lat. lib. tol. quia hęc non fiunt, niſi inter liberos. Et forte idem dicendum, qñ domini ſunt præſentes, & tacent, arg. c. ſi ſeruus ſciente. 54 diſt. Ad idem quod hr̃ in Auth. de nup § ſi vero ab initio, vbi dr̃, ꝗ ſi dñs tradit ancillã, vel ſer-

uum

ADDITIONES.

a Matrimonialibus. Facit, quod ex diuturnitate temporis præſumuntur legitimæ ſolemnitates, vt late tradit Iaſ. in l. 1. colum. 7. C. qui admit. & in l. qui in aliena, in princip. ff. de acq. hær. & in l. ſciendum, col. 3. ff. de uerb. obliga. Seb. Sap.

b Debitum carnis. Vide Alex. in conſi. 13. & in conſi. 131. in 4. no. ubi ponit quo modo, & in quib. teneatur operari, & nunquid ſi aliquid acquirit, acquirat patri, vide etiam Iaſon l. 2. C. de leg. Seb. Sap.

uum matrimonio, vt liberam, ſeu liberum, quia nullam mētio
nem fecit de ſeruitute, eripitur ſeruus, ſeu ſerua de ſeruitute. Di
cebat ergo mulier iſtud inſtr̃m adhoc fraudulentum, quia for-
te fraudulenter fiebat in eo mentio de conſenſu dñi, vt ſic con
ſequeretur libertatem, ſed hoc non probauit. Ex his hẽs declara
tor duos caſus poſitos in hac gl. Alius eſt in c. licet, de ꝯiug. ſer.
dic, vt ibi. Quartus eſt in auth. ꝯſt. q̃ dig. lib. a pat. pote. cir. prin.
vbi dr̃, ꝙ ſi pñte dño ſeruus conſequitur militiam, vel aliam di
gnitatem ab Imperio, conſequitur libertatem. Sunt & alij caſus
11 extra gl. quos non expedit proſequi. † Quęro, quia hic pondera
tur delatio annuli, quid ſignificet ipſius delatio? Gl. in ver. annu
a los, rñdet, vt patet in ea. Tu aduerte quia qñque probatur, quod
vir[a] dedit annulum mulieri, qñque ꝙ mulier portabat annulũ.
Primo caſu dicendum, vt plene leg. & no. in c. fi. de deſpon. im-
pu. & vide bo. gl. in c. tenor, de re iud. & in c. uoſtras, 30. q. 5. & in
hoc varię ſunt opi. & in hoc credo, qđ ſtandum ſit ꝯſuetudini.
Nam in aliquib. partib. datur tpe ſponſaliorum, & tũc in dubio
ſignificabit ſponſalia. in alijs datur tpe matrimonij, & tunc ſi-
gnificabit matrimonium. hæc enim ſigna dubia declarant̃ a lo
ci ꝯſuetudine, arg. in l. ꝙ ſi nolit. § quia aſſidua, ff. de ędi. edi. &
in l. ſi ſeruus plurium. § fi. de leg. 1. & in c. ex literis, de ſpon. & in
l. nemo eſt, qui neſciat, & quod ibi no. ff. de duo. re. & ſic intelli-
ge gl. in c. fœminę. 30. q. 5. Aut non apparet de conſuetudine. q.
d. vario modo obſeruatum eſt in loco, & tunc præciſæ non pro
bat matrimonium, vel ſponſalia, quia probatio eſt dubia, vt hic
& in c. in pñtia. de prob. Qñq; nil probat de ꝯſuetudine, & tunc
aut annulus fuit ſimplr̃ datus mulieri, & præſumit̃ donatio, arg.
in l. qđ ſponſæ, C. de don. ante nup. Aut vir poſuit mulieri in di-
gito, & præſumitur matrimonium. hęc. n. vr̃ præſumptio iuris,
vt in d. c. fęminæ, vbi dr̃, quod annulus ponitur in digito mulie
ris ad deſignandũ, ꝙ eorum corda iunguntur, & c. quod nõ fit
per ſponſalia. Nam coniunctio cordium deſignat ꝯſenſum de
pñti, & in hoc caſu intelligo gl. in c. tenor, de re iud. Hæc vera,
niſi aliæ coniecturæ, ſint in oppoſitum. Nam iuris pręſumptio
faciliter tollitur per coniecturas, vt leg. & no. in c. requiſiſti, de
teſt. maxime iuncta gl. in ver. præſumitur. Et iſte non eſt caſus,
nr̃, quia hic non probatur, ꝙ vir iſte impoſuiſſet annulum mu-
lieri, ſed quod dũtaxat mulier deferebat annulum, & ſic fruſtra
13 in hoc gl. poſuit illam conſiderationem. † Venio ad ſm̃ princi-
b pale membrum, ſcilicet, quando ſolum probatur, ꝙ mulier de-
ferebat[b] annulum, & iſte eſt proprius caſus nr̃. In quo puto dicẽ
dum, ꝙ aut ſolæ mulieres coniugatæ deferunt annulos, ita qđ
alijs non permittitur, & tunc ſi mulier cohabitans viro portat
annulum, tunc ſatis in dubio præſumitur matrimonium, quia
aut impoſuit ſibi, & habeo propoſitum, per ſup. dicta. Aut mu-
lier aſſumpſit ex ſe viro vidente, & non ꝯdicente, & præſumit̃,
ꝙ voluerũt ꝯhere matrimonium, ſicut dicimus in nouitia, quę
ingerit ſe actib. profeſſarum. Ex hoc enim vr̃ profiteri, & induci
tur profeſſio tacita, vt in c. vidua, de reg. & no. in c. 2. de teſta. ad
idem c. dilecto, & quod ibi no. de præb. & in c. cum M. Ferrar. de
conſti. prędicta procedunt, niſi aliæ coniecturæ reſiſtant, vt ſu-
pra dixi, arg. c. literas. inſ. eo. Aut non probatur, ꝙ ſolæ coniuga
tę deferant, & facit tale quale indicium, ſed nõ probabitur ma-
trimonium, quia communiter delatio annuli æquiuocatur ad
plura. Nam qñq; deſignat matrimonium, vt in c. fœminæ. Qñ-
que eſt ſignum venditionis panis, vt hic. Qñq; eſt ſignũ digni-
tatis, aut etiam leuitatis, vt in capit. clerici, de vit. & hone. cler.
Quandoque deſignat inueſtituram, vt in c. ex ore, de his, quę
fi. a ma. par. cap. Quandoque eſt ſignum libertatis, vt in l. 1. C.
de iu. an. aur. & ſic non probat præciſe alterum, quia non pro-
bat hoc eſſe, quod ab hoc contingit ab eſſe, in capit. 2. de tranſ.
14 epiſco. & in l. neque natales, C. de proba. † Vlti. oppo.[c] videtur
c enim, quod ſola cohabitatio ſufficiat ad probationem matri-
monij, vt in l. in libera, ff. de ritu nupt. Soluit glo. in verſic. vxo-
rem, quod illud procedit de iure ciuili, ſecus de iure canonico,
vt hic, & in d. cap. aliter dicit Vincen. quod etiam de iure ciuili
non ꝓbatur hodie matrimonium per ſolam cohabitationem,
vt in Auth. quibus modis na. effi. leg. §. quoniam, col. 6. vbi di-
citur, quod probari debet quod cohabitauerunt, vt vir & vxor,
& per illam auth. dicit corrigi l. in libera, prælleg. Et quicquid
ſit, in hoc ſtandum eſt iuri canonico, in c. pen. & vlt. & quod ibi
no. inſ. de ſecun. nup. Aliæ glo. ſunt ſup. declaratæ.

ADDITIONES.

a Quod vir. Vide Iaſ. in prælud. feud. col. 7. uer. ad contraria. Seb. Sap.

b Deferebat annulum. Adde an annuli traditio probet matrimonium, & an ver
ba requirantur, Lap. alleg. 57.

c Opp. An autem ad probandum in cauſa adulterii ſufficiat probatio huius co-
habitationis, vide Bar. in conſ. 113. qui dicit, quod non. Iac. Anellus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtimonium de credulitate valet in actibus propinquis rei probandæ, ex*
his, quæ non poſſunt per ſenſum directe probari.

2 *Quãdo ex uno facto inſurgunt duo delicta, quę habent ſe, ut ſpecies ſeparatæ,*
de utroque poteſt quis puniri.

3 *Separatio matrimonij, quo ad thorũ, ꝓp adulterium, uel inceſtũ, poteſt fieri.*

C A P. XII.

a LIteris. Per violentã ꝓſumptionẽ[a] probat̃ carnis
copula. cõis diuiſio Scđa, ibi. Cõſultationi.
Caſus liter. Quidã Petrus noĩe ꝯxit matrimoniũ cũ
A. muliere, petens poſtmodũ ſeparari ab ea quo ad
mutuã ſeruitutẽ, pro eo, qđ poſtq̃ mulier cũ pđicto viro ꝯxerat
matrimonium, ꝯſanguineus ipſius viri, eã cognouit. Ad hoc ꝓ-
bandum teſtes inducti fuerũt, q dicebant, qđ viderunt ꝯſangui
neũ illius viri ſolũ cũ ſola, nudũ cũ nuda, ea intentione, vt crede
bant, vt eam cognoſceret carnaliter, & hoc viderũt in multis lo
cis ſecretis, & horis electis. Quærebat̃, an ꝓp has ꝓſumptiones
deberẽt ſeparari? Rñdet Papa, qđ ꝓp huiuſmodi violentã ſuſpi-
cionem, fornicationis pñt quo ad ſeruituẽ mutuã ſeparari, ita
tñ, vt vir illa mortua cũ alia ꝯhat, ſi voluerit, mulier vero ſine
ſpe ꝯiugij permanebit. B. No. primo ꝙ matrimoniũ põt ſepari,
quo ad thorum, rõne fornicationis, licet fornicatio non probe
tur aperte per teſtes, nec ꝑ confeſſionem mulieris inculpatæ.
1 ſufficiunt. n. violentæ pręſumptiones, vt hic. † No. ſecundo iun-
cta gl. 2. vbi actus non põt directe ꝓbari per ſenſum, ſufficit te-
ſtes deponere ſuper actib. propinquis, dum tñ adijciant ſe crede
b re ita eſſe. Et ſic no. caſum, in quo valet teſtimoniũ[b] de credu-
c litate,[c] qñ, ſ. eſt ꝯiunctum actib. propinquis rei probandæ, & vi-
de circa hoc, qđ dixi in c. quoties, ſ. de teſt. Et no. qđ ad proban-
dã fornicationẽ, non eſt neceſſe deponere, qđ viderũt teſtes, &
virũ, & mulierem ſimul cõmiſcentes, ſed ſatis eſt deponere ſu-
per nuditate, & ſolitudine loci. No. ꝙ ſuſpicio, ſeu præſumptio
violenta ſufficit ad ferendã ſñiam, et ſi agitur de crĩe ciuiliter,
& vide in hoc, qđ plenius dixi in c. tertio loco, de proba. Et no.
qđ ſuſpicio ſumit̃, qñq; ꝓ præſumptione, vide qđ dixi in c quã-
to ſ. eo. No. ꝙ ſufficit dictum teſtis ꝯcludere ꝓſumptiue, qñ pręſumptio eſt violenta, & iuridica, ad hoc qđ no. Bar. in l. 1. ff. ſi cer.
2 pet. † Itẽ no. ꝙ vbi ex eodẽ facto inſurgunt duo delicta, q̃ habẽt
ſe, vt ſpecies ſeparatæ, põt quis de vtroq; puniri. Nam ꝓp adul-
terium ſeparatur hic matrimonium quoad thorũ, & ꝓp crimẽ
inceſtus priuatur mulier facultate ꝯhendi matrimoniũ, ad hoc
l. ſi adulterium cum inceſtu, ff. de adult. vide plene ꝑ Bar. in l. ſe
natus, ff. de accu. & ꝑ Io. And. in addi. Spe. de hom. poſt princ. &
ſic limita gl. in c. virginib. 16. q. 1. Et ex hoc, & ex tex. no. ꝙ ince
ſtuoſa priuatur ſpe ꝯhendi matrimoniũ, et ſi actũ fuerit ciuili-
ter, & nota hoc vltimum. Vr̃. n. ꝙ iſta ſit ipſo iure pœna delicti,
qualitercunq; de eo ꝯſtet, arg. hic, & in c. ſi quis ſponſam. 27. q.
2. Opp. & vr̃, ꝙ ꝓp inceſtum, vel aliud quodcunq; delictum, nõ
ſeparetur matrimoniũ iam ꝯtractum, maxime carnali copula cõ-
ſummatum, vt in c. hi vero, qui vxores. & in c. hi qui matrimo
3 niũ. 32. q. 7. † Gl. 1. metu ꝯtrij dicit, ꝙ hic petebatur ſeparari quo
ad thorum, & ſic vr̃, ꝙ hic agebatur ciuiliter, quod probat lite-
ra, dum dicit, ꝙ petebat ſeparari, & c. Ex quo dicendum, ꝙ ver-
bum, Accuſatores, in litera poſitum, ſtat proprie: vnde expone
ſecundum Ioan. And. ideſt procuratores mariti, vel proſecuto-
res accuſationis iã factę ab ipſo ciuiliter, alias procuratores nõ
potuiſſent interuenire, vt in c. tuę, de proc. & c. veniens, de acc.
nec ẽt potuiſſent nomine ꝓprio accuſare mulierẽ ciuiliter ad
ſeparatio-

ADDITIONES.

a Præſumptionẽ. Adde, quod ex facultate poteſtatis coeundi, præſumitur for-
nicatio, ſecundum Bal. in l. fi. C. ſi manci. ita fu. alie. ne proſtitu. & vide quæ
Iaſſi. ſcripſi poſt do. Anto. in c. quanto, ſupra eo & uide B. Thom. in 4. ſen.
diſt. 35. q. 1. ar. 3. cir. medium, ubi dicit, ꝙ per ſuſpiciones violentas proba-
tur fornicatio, ut ſi inueniatur ſolus cum ſola, locis & horis ſuſpectis, & nu
dus cum nuda Bar. de Bellen.

b Teſtimonium. Vide Barto. in l. 3. ad fi. ff. de adulte. cum allega. per dom. Iaſ. in
rubr. ff. de iureiuran. colum. 3. uerſicu. ſecundo limita prędictam reg. Se-
baſt. Sapia.

c De credulitate. Verum ualeat dictum teſtis deponentis de credulitate, uide
Bar. in ſuo conſi. inci. Vanuntius, ubi ponit unum caſum, in quo ualet teſti-
monium de credulitate, quem refert, & ſequitur dominus Alex. conſil. 76.
inci. uiſa inquiſitione formata contra Fortunatum & c. Adde, quando ualeat
teſtimonium de credulitate, Ang. conſi. 4. Fran. Aret. conſi. 153.
Circa teſtes deponentes de credulitate, dicas, quod deponentes de credu-
litate ſimpliciter, non deponunt affirmatiue, ut eſt gl. quam Doct. ibi not. in
l. teſtium, C. de teſti. & no. Bal. in l. ſiue poſſideris, C. de prob. & Alex. in rub.
ff. de iureiu. & uide Alex. in conſi. 56. in 2. par. & in conſi. 69. & in conſil. 95.
in 4. parte conſi. & eundem in conſi. 160. in 1. par. & in conſi. 132. in ea. par.
Et hoc uerum intellige, niſi addatur uerbum, firmiter, puta, quia dicat te-
ſtis firmiter credo, ſecundum Bal. in l. 1. in antiqua lect. C. de fal. cau. adiec.
leg. & habetur per eund. Bal. in l. ſi ſeruus, in §. qui quinque, ff. de lega. 1. &
idem dicas, ſi ultra uerbum, credo, addat teſtis rationem concludẽtem, pu-
ta ſi dicat credo, quia uidi, uel interfui, ad quod uide Bal. in l. fi. 10. colum.
C. de edi. diui Adri. toll. & eund. in l. ſolam, in 5. q. C. de teſti. & in l. conuen-
ticulam, C. de epiſ. & cle. & in l. data opera, C. qui accuſ. non poſ. & uide ẽt
Alex. in conſi. 3. in 4. par. conſi. Item dicas illud eſſe uerum, niſi teſtis depo-
nat quid uériſimile, quia quamuis deponat per uerbum credo, probat, pu-
ta ſi dicit, quod credit Titium cognouiſſe Bertam, quia uidit ſolum cum ſo
la in loco ſecreto, ſecundum do. Abb. in c. quoties. ſup. de teſti. & in c. præ-
terea, eo. tit. Adde tamen, ꝙ uerbum, credo, prolatum a teſte examinato ſu-
per peritia artis, facit probationem, ut in c. fraternitatis, de frig. & in c. pro
poſuiſti, de prob. & in l. hac edictali, in §. his illud, C. de ſec. nup. & in l. 1. de
vent. inſpic. l. ſemel. C. de re mi. lib. 12. Ant. Fran.

Digitized by Google

ſeparõnẽ thori. Solus.n.maritus admittit̃, cũ ipſius ſolius inter
ſit. Hinc eſt, ꝙ pt̃ ſibi parcere, & eã ſibi reconciliare, vt in c. que
madmodũ, de iureiu. & 32.q.1.c.ſi qs vxorẽ, & q.5. c. pcepit, te-
net Inn.in c.1. de adul. & Io.And hic alleg Gl. ſunt claræ. Vltra
alios q̃ro, an ꝓbatio adulterij, de qua hic, ſufficiat, ſi agerẽ de
a adulterio, & inceſtu criãliter? Puto ꝙ ſic, q̃a iſtæ pſumptiones
ex ſolitudine, nuditate, loco, & ſexuũ diuerſitate, ſũt ita ſtrictæ,
& violentæ, vt vix ipſa res denegare facinus audeat, & de his pt̃
intelligi.l.ſciãt cũcti, C.de ꝓba. canonizata 2.q.8.c.ſciant, & vi-
de ꝙ dixi in c.pterea, de teſti. & in d.c.tertio loco, de ꝓba. & ma
xime cum iſte actus fornicationis non ſubiaceat ſenſui.

ADDITIO.

a Quod ſic. Adde Ro.conſ.351.

SVMMARIVM.

1 *Vbi vertitur periculum animæ, auditur quis allegans turpitudinem ſuam.*
2 *Fama & notorium totius viciniæ, probatur per teſtes.*
3 *Manifeſtum eſt id, quod à pluribus prædicatur, de quibus in tex.*
4 *Nunquid quælibet præſumptio de per ſe, de quibus in tex. ſufficiat ad probã dum fornicationem.*
5 *An appellatione vxoris veniat illa, cum qua contractum eſt matrimonium per verba de præſenti, & non eſt traducta ad domũ, nec carnaliter cognita.*

CAP. XIII.

TErtio loco. Caſũ ſũmariũ pone, vt in pcedẽti
c. Primo ꝯſultatio. Scdo mſio, ibi
Nos. Caſus liter. Quidã iuuenis ꝯxit cũ quadã p ver-
ba de pſenti. a'ia mulier neptis pdictæ ſpõſæ ꝓpoſuit
ex aduerſo ſe prius cognitã ab illo iuuene, q̃ cũ illa ꝯxiſſet, ad ꝙ
ꝓbandũ teſtes ꝓduxit, q dixerunt ſe p certo credere, ꝙ illa dicti
iuuenis extitit ꝯcubina, adijcientes, ꝙ eos viderunt inſimul p
plana, nemora, vias & inuia pluries ꝯuagantes, & fama viciniæ
ſup hoc erat. Iudex ad maiorẽ certitudinem iurm vtriuſq; rece
pit, q ꝯfeſſi fuerunt, ꝙ carnaliter ſe adinuicẽ pcognouerant, li-
cet iuuenis ab ea recedere nollet, q̃ deſponſauerat. Quæſitũ fuit
à Papa, qd iuris eſſet. & ipſe mdit, ꝙ cũ hoc non dicat̃ occultũ,
ſed pdicet à plurib. manifeſtũ, ſolutis ſpõſalib. ſeparent̃. B. No.
1. & tene menti ꝙ appellatione ſponſę, q̃nq; venit illa, cũ qua
ꝯctum eſt matrimoniũ p verba de præſenti, carnali copula ad-
huc non intercedẽte. Et no. ibi. Vxorẽ, & c ꝙ ante traductionẽ
ad domũ ſponſi, & carnalẽ copulã ſubſecutã, licet ꝯſenſus de p-
ſenti interuenerit, nõ dr̃ vxor, ſed ſponſa. ꝙ an ſit verũ indiſtin
ctè, dicã. j. No. ꝙ ex illicito coitu, ꝯhitur affinitas habilis ad im-
pediendum, & dirimendũ matrimoniũ ꝯhendum cum omni
bus, cum quibus contracta exiſtit, vt ſunt conſanguinei ipſius
mulieris cognitæ vſque ad quartũ gradum, in c. non dẽt, de cõ-
ſang. & affini & in c. diſcretionem, de eo, qui cog. cõſang. vxor.
1 ſuæ. † No. ꝙ vbi vertitur periculũ animæ, a auditur quis, licet
a denunciet turpitudinẽ ſuã. Ad idẽ c. pterea, de ſponſali. vide ꝙ
plene dico in c. cũ ſuper, de conceſ. præb. & p Bar. in l. poſt mor
tẽ, ff. de adop. No. ibi. Pro certo credere. ꝙ quis pt̃ habere certã
credulitatẽ de aliqua re, ex certis ſignis exterioribus, ad idẽ tex.
ſup. c. prox. No. ꝙ ex loci ſolitudine, & diuerſitate ſeu diſparita-
te ſexuũ, inducit pſumptio fornicationis, ꝯcor. c. 1. de coha. cle.
2 & mu. & 81. diſt c. clericus. † No. ibi. Teſtimoniũ viciniæ, ꝙ duo
teſtes deponunt teſtimoniũ viciniæ, & ſumitur hic teſtimoniũ
pro aſſeueratione extraiudiciali ſine iuramento, ſicut in c. tua,
de cohab. cle. & mu. Ex quo colligũt, ꝙ per duos teſtes, pt̃ pro-
bari fama totius viciniæ, & ſic non requitur, ꝙ maior pars vici-
niæ deponat, ſicut exiſtimant quidã minus intelligentes. Et eſt
in hoc iſte tex. no & ſic intellige c. inquiſitionis, in fi. inf. de acc.
& hoc tenet gl. no. in § fi. 2.q.1. & 4.q.3.c. ſi teſtes. §. item ſæpe,
& in l. 3. §. q̃ arg ff. de teſt & doct. in d.c. inquiſitionis, & Bart. in
l. de minore, §. tormenta, ff. de qõ. facit c. tam literis, de teſtib. &
l. 2. C. de bo. poſ. ſecũ. tab. vbi p duos ꝓbatur inſcriptio ſeptem
teſtiũ, quinimo, & notoriũ ꝓbatur per duos teſtes, vt no. glo. in
d. §. fi. No. ꝙ vbi agitur de ſolutione matrimonij, tutũ eſt vltra
ꝓbationes pſumptiuas recipere iuramenta ipſorũ coniugum.
3 † No. in fi. literæ, ꝙ manifeſtũ dr̃, ꝙ à pluribus prædicatur. Et ſu-
mitur hic manifeſtum pro ſpecie diſtincta à notorio, & de hoc
vide ꝙ no in c. veſtra, de coha. cle. & mulie. & no. in hoc iſtum
4 tex. † Sed q̃ro, hic in tex. ſunt diuerſæ pſumptiones. nunquid q̃li
bet per ſe ſufficiat? Sol. aduertendũ, ꝙ hic primo ꝯcurrebat cre-
dulitas iſtorũ teſtiũ, aſſerentiũ firmiter ſe credere, ꝙ illa fuerit
illius iuuenis ꝯcubina, & hæc ſola ſm oẽs non ſufficit, q̃a teſtes
debent deponere de his, q̃ percipiuntur aliquo ſenſu corporeo
vt in c. teſtes. 3.q.9. & in l. teſtiũ, C. de teſti. non aũt de credulita
te, vt in c. cum cãm, eo. ti. ſed hoc faciebat adminiculũ, ſm Gof-
fred. Secũdo ꝯcurrebat, ꝙ teſtes iſtos viderant inſimul p plana,
& nemora, & vias, & inuia pluries conuagantes. Inno dicit hãc
eſſe violentam pſumptionẽ, q̃ ſufficit ad ſententiam, ſic. ſup. c.
proxi. & 35.q.6.c. ab iſto. facetur tñ, ꝙ aliq ꝯdicunt, dicentes nul
lum ex his præmiſſis p ſe ſufficere, quibus ego magis aſſentio.
Nam non video, ꝙ illud ſolũ habeat probare fornicationem,
maxime ad ſepatõnẽ matrimonij, vt hic intendebatur, cum lo
qui in via, vel ire per nemora, non ſit actus omnino ꝓpinquus
fornicationi, nec iux præſumit, niſi pceſſiſſet monitio, vt nõ ꝯ-
fabulent̃, vt in d.c. clericus, & in ca. 2. facit, C. de adul. auth. ſi qs
b vi. Et licet Bar. in l. furem. ff. de fur. dicat ꝓbari adulteriũ, b ſi ali-
quis fuit deprehẽſus in domo alicuius pulchræ mulieris, q̃a eſt
actus ꝓpĩquus, tñ ꝯtriũ ſentit poſt gl. in l. capite quinto, ff. de adul.
vbi dicit requiri ad ꝓbationẽ delicti, ꝙ fuerit deprehẽſus in actib.
venereis. vnde puto, ꝙ ſi fuiſſet reptus in camera cũ muliere ſo
la, horis ad hoc cõmodis, hoc ſatis ſufficeret ad ꝓbationẽ deli-
cti. Vel ipſam oſculantẽ, vel ipſam tangentẽ, vel in ſimilib. acti
bus ꝓpinq̃s. alias ſecus & hoc vr̃ ꝓbare iſte tex. Nã iudex iſte, co
rã quo vertebat̃ qõ, per ſupradictas probationes, & ẽt p credu-
litatẽ teſtiũ noluit moueri, nec papa in hoc cum reprehendit,
ſed voluit inſuper recipere iuramenta illorũ, itẽ habuit famã vi
ciniæ, imo papa vr̃ approbare, & oĩa ſimul ponderare, vt patet
in mſione ipſius in ver. Quæ dicta ſunt &c. Cõcurrebat hic ter
tio fama viciniæ, q̃ per ſe non ꝓbat, in c. ſi duo. 35.q.6. & in c. ſu-
per eo, de eo, q cog ꝯſan. vxo. ſuę. Concurrebat quarto aſſertio
viri, & mulieris iuramẽto firmata, q̃ per ſe fidẽ nõ faciebat in p-
iudiciũ matrimonij, dictis iurib. c. ſi duo, & c. ſuper eo. Ex qbus
patet, ꝙ nullũ prædictorũ per ſe faciebat fidẽ, nunquid aũt con
feſſio illorũ cũ fama ſuffeciſſet, ſunt op. Ego aũt remitto ad ple
ne no. in c. ſuper eo, & c. ſi duo, præalle. vbi de hoc, & ea, q̃ ſe. &
no. in c pterea, de teſt. vbi habetur de modo ꝓbandi copulam.
5 Gl. oẽs ſunt faciles. † Vltra alios hic q̃ro, an appellatione vxoris
veniat illa, cum qua ꝯctum eſt matrimoniũ per verba de pſen-
ti, non tñ adhuc eſt ad domũ traducta, nec carnaliter cognita?
Et iſte tex. in prin. facit, ꝙ non, dum appellat iſtã talẽ ſponſam,
& q̃rebatur, nunquid poſſet iuuenis illam habere in vxorẽ, nõ
obſtante affinitate pſumptiue ꝓbata. Et facit hoc ad qõnem ar
c duam, c in qua ꝯſului hic Senis, q̃ pręſtitit mihi cãm latius pro-
ſequendi hanc materiam Qõ fuit talis. Quidã A. ꝯxit ſpõſalia
per verba de præſenti cum L. & ab ea recepit dotis noĩe mille.
ꝯtingit, ꝙ antequam fuerit deſponſata, & duceretur ad domũ,
vel aliter conſummaretur matrimonium, vita functa extitit. q̃-
d rebat̃, an dictus ſponſus lucraretur[d] dimidiã dotis? Viſo ſtatuto
i nſ

ADDITIONES.

a Periculum animæ. Vide do. Iaſ. in l. iuſiurandum, quod ex cõuentione, §. pro curator, col. pen. ver. adde tres alios caſus ff. de iureior. vbi ponit regulam, quod quis non auditur, qui detegit turpitudinem ſuam, cum ſuis limitationibus. Seb. Sap.

b Probari adulterium. Vide Ang. Are. in tracta. malef. in ver. che me hai adulterato la mia donna, vbi late, quomodo probari poſſit adulterium. & per Bal. in l. neque natales, C. de proba. & ad hæc vide Pet. de Anch. in conſi. 208. incipi. probata tanti viri ſcientia. ubi dicit, quod quando tractatur de amiſſione dotis, oportet probare verum adulterium. Seb. Sa.

c Quæſtionem arduam. Vide Signorollum de Homod. in conſi. 246. inci. in q̃ſtione verte. & Abb. in conſi. 1. in 1. vol. & eund. in conſi. 75. in 2. vol. & in c. ſi inter virum, infra de ſpon. Seb. Sapia.

d Lucraretur. Tenet Bar. in l. nihil, ff. re. amo. & cum eo tenent Bal. & Ang. in l. ſoles, ff. de his, qui no. infa. & Pau. de Caſt. in l. ſi donaturus, §. j. ff. de condi. ob cauſam. vbi dicit, ꝙ pro opi. Bar. vidit conſultum per omnes Doct. & idẽ dicit d. Iaſ. in l. non tantum, C. de leg ꝙ vidit alias conſilium per Doc. cum infinitis concor ibi ſignatis per do. Ale. vltra quas alle gl. in §. nuptias, in 4. col. in Auth. de nup. Idem tenet Bal. in d. l. non tãtum. vbi ſing. inquit, quod etiam ſi mulier ſteti ſſet momento cum marito, tamen maritus lucratur dotem. Et idem, quod ſufficiat matrimonium momẽtaneum, vt maritus lucretur dotẽ virtute prædicti ſtatuti, tenet ibi Ang. in lect. Flo. Alij non tangũt ſecundum do. Iaſ. de May. ibi, qui addit, quod pro dicta deciſ. Bal. & Ang. facere tex. in l. 2. C. de poſth. hær. inſti. Ad idem dicit facere, quod ſignanter decidit Bal. in c. 5. §. cum etiam, to tit. Epiſcopum, vel Ab. ad idem quod no. decidit Bal. in l. 1. §. 2. in nouiſſimo. 2. col. C. de cad. tol. vbi quærit retenta communi opi. quod filius ſuus trãſmittat ex potentia ſuitatis hæreditatem patris non aditam ad quoſcunque. l. ſi infans, C. de iur. deliber. nunquid illud procedat in filio infante, qui poſt mortem patris non vixit, niſi per vnam horam, determinat, quod ſic, quia momentum ſufficit, vt ibi per eum. Subijcit tamen, licet prædicta deciſio Bal. ſit ſing. & non habeat ibi contradicentem, quod vehementer dubitat, quod non debeat ſufficere momentaneum matrimonium, quia in tali ſtatuto non poteſt aſſignari niſi una ratio, ſ. propter onera matrimonij, l. pro oneribus, C. de iur. do. propter quæ maritus dicitur habere in dote titulum oneroſum. l. 1. C. de impo. lucr. deſcri. li. 10. & non ſolum in dote, ſed etiam lucro dotis, ꝙ defertur ex forma ſtatuti. Et ſi ſtatutum dicit, quod decedente vxore maritus lucretur dotem, licet ſtatutum utatur verbo, Lucretur, tamẽ lucrum dicitur habere titulũ oneroſo, glo. eſt fin. in l. ſi donaturus. §. fi. ff. de do. ob. cau. cum ergo in tali ſtatuto lucrandæ dotis, non poſſit aſſignari, niſi iſta ſola ratio propter onera matrimonii, certe habetur pro expreſſa. glo. eſt in l. quamuis, & ibi expreſſius Bal. & Paul. C. de fideicom. Ergo quando matrimonium non durauit, niſi momento, & per conſequens non potuerũt ſuſtineri onera matrimonii, & ſic ceſſat ratio ſtatuti, uidetur quod illo caſu ſtatutum locum nõ habeat. Et ita per hanc rationem, & alias contra Bar. opi. ſup. tenet Bal. in multis locis, maxime in l. non ſine, C. de bo. quæ lib. & in l. Deo nobis, ubi per Cyn. & per alios, C. de Epi. & cle. & multum late Sali. in l. cum te, ubi intrepide tenet contra Bar. de do. propter nup. Pro cuius ueritate uideas etiam ipſum Pan. diffuſe examinantem in c. tertio loco, de præſump. do. Ab. & alios in c. 1. de ſpon. & diffuſe Ang. de Are. in §. fuerat. Inſt. de ac. & ipſe recolligit omnes, cui addo d. Pe. de Fer. Papien. ſ. in practica ſua in li. quo uxor ad dotem agit in gl. uxor quondã, in 2. col. ubi dicit, quod in hac parte contra Bar. uidetur conſuetudo inclinaſſe.

Adde eand. conſ. 1. Bal. conſ. 98. li. 6.

inſ. ſcripto, cuius tenor talis eſt, videlicet. Si qua deceſſerit ſine filijs, viro, cui nupta eſt, tpe ſui obitus remaneat dimidia pars ſuarum donum apud maritum, non computato in dicta dimidia lucro donationis pp nuptias, qua parte maritus priuari poſſit. Poſtmodum fuerunt factę ad dictum ſtatutum aliquę additiones, in quibus ſemper fuit facta mentio de filijs exiſtentibus vel non, & hanc quæſt. plene proſecutus fui in conſi. quod in-
a ci. facti contingentia a &c. & principaliter conſiſtit eius deciſio ſuper illa quæſtione, an talis mulier dicatur nupta, & vir dicatur maritus, ex quo non fuerat facta traductio ad domum viri, nec aliter carnaliter cognita. Et proſequendo hic aliqua vtilia ſuccincte tamen, videtur primo, q dicat nupta, & ſic vxor, & hoc videtur probari per tex. no. in l. cum fuerit, ff. de condi. & demon. vbi apertiſſime probatur nuptam dici, ex quo interuenit ad matrimonium conſenſus de præſenti, licet nondũ fuerit cognita, nec traducta, quia ſolus conſenſus facit matrimonium, & non commiſtio carnalis, vt probatur in fine illius legis, & hoc tenet gl. & Bar. ibi, ad idem c. ſufficiat 27. q. 2. Secundo principaliter probari videtur per l. 2. ff de dona. inter vir. & vxo. iuncta gl. in verſi concubinæ, vbi no. quod poſtquam interuenit conſenſus ad matrimonium inter virum, & mulierẽ, appellatur matrimonium, & ipſi contrahentes, dicantur maritus & vxor. & quanquam glo. ibi dicat hoc procedere de iure canonico, tamen dico idem dicendum de iure ciuili, vt probatur in Auth. de nup. §. nuptias. & ibi vide bon gl. Tertio hoc ꝓbo per multa iura canonica, quæ communiter dicũt matrimonium verum eſſe, ſolo conſenſu de præſenti, licet aliud non interuenerit, vt patet in c. fin. de ſponſa. duo. & in d. c. ſufficiat, & in c. cum initiatur, cum multis ſequen. 27. q. 2. Ad idem c. vnũ, de voto, lib. 6. & no. per Hoſt. in c. ex publico, de conuer. coniu. Facit etiam diffinitio matrimonij, quæ ponitur & declaratur. 27. q. 2. in prin. & ſuper rub. de ſponſali. Quarto videtur de hoc caſus, ſecundum intellectum Bal. in d. l. Deo nobis, C. de epiſ. & cler. intelligendo, q ibi non interuenerat carnalis copula, q eſt præſumendum, cum alter potuerit ingredi religionem, altero in ſeculo remanente, vt in d. c. ex publico, de conuer. cõiu. In contrarium facit iſtud c. & c. ſicut ex literis, & c. pen. de ſpõſa. Pro ſolutione aduertendum, quod verbum, Nuptiæ, multipliciter in iure capitur. Quandoque enim capitur pro ipſa mera eſſentia coniugij, quæ ſolo conſenſu de præſenti interueniẽte cauſatur, vt probatur in d. l. cum fuerit, & d. §. nuptias, & c. omne itaque nuptiarum bonum. 27. q. 2. cum ſimil. Quandoq; ſumitur pro ipſa commiſtione carnali, quæ interuenit contracto prius matrimonio, vt probatur in c. quod autem, & c. quidam, & luce clarius in c. genuit, maxime iuncta gl. 3. quæ hoc tenet apertiſſime ea. cauſa. & quæſtio. & ibi aliquid per Arch. Quandoque ſumitur pro apparatu, & feſtiuitatibus, quę fiunt tempore, quo vxor ducitur ad domum viri, vt probatur in ca. noſtrates, & c. fœminę. 30. q. 5. Et ſic capitur in euangelio, vbi dicitur. Nuptiæ factæ ſunt in Chana Galileę, &c. & q Chriſtus ibi in conuiuio fecit de aqua vinum. & ita ſentit Gaſp. de Cal. ſuper rub. de ſponſa. vnde in quibuſdam locis, appellantur in vulgari, Le nozze. Item ſciendum, quod verbum, Matrimonij ſeu coniugij, quandoque verificatur in matrimonio cõtracto per verbum de præſenti, licet nondum ſit carnali copula conſummatum, & vulgariter appellantur ſponſalia per verba de præſenti, vt in iurib. ſuperius alle. Quandoque verificatur verbum matrimonij, ſeu vxoris, & mariti, ſolum in coniugio carnali copula conſummato, vt no. probatur in c. debitũ, in prin. & in fi. de Biga. & hic, & in d. c. ex publico, & elegantius in c. ſi quis deſponſat 27. q. 2. vbi dicitur quod ſi quis deſponſata, & tradita vtitur, rite coniugium appellatur, ad idẽ c. quapropter, & c. in omni, ea. cauſa & q. Et vnde ſurgat hæc diuerſitas, ſatis poteſt colligi ex his, quæ le. & no. in d. c. debitum, & per gloſ. in d. c. quapropter, & per doct. in d. c. ex publico. His præmiſſis dico, q de proprio, & ſtricto ſignificatu verborum maritus, & vxor, & matrimonium appellari poſſunt, poſtquam interuenit conſenſus de præſenti. Sponſus, & ſponſa, ſponſalia ante talem conſenſum de præſenti, & poſt conſenſum de futuro. Nam dicuntur ſponſalia a ſpondeo, ſpondes, quod idem eſt, q promitto, promittis. inde ſponſa id eſt promiſſa. ſed poſt cõſenſum de præſenti, non poteſt dici ſtricte ſeu proprie ſponſa, quia non ſolum eſt promiſſa, ſed obligata, & nupta. Sed propter ſignificationem matrimonij, ex quodã largo ſignificatu verborũ, non poteſt adhuc dici maritata ſeu coniugata; ex quo adhuc nõ eſt traducta ad domũ viri, quaſi adhuc in effectu ſit ſine iugo & ſine viro, & quodãmodo promiſſa, reſpectu effectus matrimonij, & ſic poſſunt loqui iura in contrarium alleg. Quare concluderẽ, q vbi agitur de materia odioſa, appellatione vxoris, vel mariti, ſeu matrimonij, non venient ſponſalia contracta per verba de præſenti, nec ipſa ſponſalia contrahẽtes. Si autem agitur de materia fauorabili, veniunt etiam ſponſi, qui contraxerunt per verba de futuro, vt in l. non ſine, C. de bo. quæ lib. vbi pulcher caſus. Si vero materia eſt indifferens, venient illi, qui tantum contraxerunt per verba de præſenti, licet copula nõdum interuenerit, & fortius, ſi interuenerit. In materia odioſa verba non capiuntur ita ſtricte, ſicut importare poſſunt ex proprio ſignificatu verborum; maxime quando reperiuntur habere aliam ſignificationem viciniorem, ut in c. cum dilectus, de conſue. & in capit. cum in cunctis, de elect. iuncto c. ſi compromiſſarius, eo. tit. lib. 6. facit quod le. & no. in c. ſtatutum, eo. tit. lib. 6. & per Ioan. And. in reg. odia, de reg. iur. lib. 6. in Merc. & per hęc poſſunt reduci ad concordiam iura ſuperius allega. & longe plenius hanc materiam proſequor in d. conſi. ſed iſta ſufficiant in pręſenti paſſu.

ADDITIO.

a Circa iſtam quæſtio. an ſtatutum de lucro dotis habeat locum, quãdo adhuc vxor non traducta morit, dicas conſideranda eſſe verba ſtatuti, & iſtud nõ aliter proſequor, quia plene traditur per Bal. & Do. in l. ſi donaturus, in l. cum le. & in l. Deo nobis, alle. in apo. dicas tñ quod tale ſtatutum non hẽt locum, qñ ſimul vxor & vir deceſſiſſent, puta ex ruina domus, quia tunc non præſumitur mulier, quãuis debilior prius deceſſiſſe. Ita conſuluit do. Signo. de Homo. in conſi. inci. in nomine Dñi, qđ præſupponitur in hac forma. quod conſilium refert & ſequitur ſin. Alex. in c. ſi. in vlt. char. de do. inter vir. & vxo. vbi dicit idẽ eſſe, ẽt ſi vxor ingrediatur monaſteriũ. Et adde qđ tale lucrum dotis delatũ a ſtatuto, non eſt proprie lucrũ, ſed dr̃ eſſe conceſſum viro ex tit. oneroſo, ſ. pp onera matrimonij, ſicut etiam ipſa dos, vt in l. pro onerib. C. de iu. do. Et quãuis mulier non ſit traducta, potuit maritus facere diuerſas impenſas, puta pro veſtiendo ipſam mulierẽ in iocalib. & ſi. ad quod vide Bal. in l. hac edictali, C. de ſec. nup. & in l. ſi fraudator. §. ſi a ſocero, ff. de his, quæ in fra. credit. Et adde ẽt, quod vir perdit lucrum ſibi delatum a ſtatuto, ſi non vindicauit mortem vxoris occiſæ, vt per Bar. in l. ſequens, in fi. ff. ad Syl. & in l. ei, qui mortẽ, C. de his, qui. vt indi. & longe magis illud procedit, ſm Bar. ibi, qñ ipſe maritus occidiſſet vxorem. Idẽ dicas, ſi maritus non adhibuit medicos peritos in curando vxorẽ infirmam, vt plene traditur per Do. in l. ſi cum dote, in §. ſin autem in ſæuiſſimo, ff. ſo. mat. Et adde, quod tale lucrum, ẽt non aditum, vel agnitum, trãſmittitur ad vxorem viri, ſecundũ Bal. in l. ſi arrogator, in 2. col. ff. de ado. & per Alex. in l. cum antiquoirb. in 3. col. C. de iu. delib. Et ẽt adde, qđ tale lucrũ dotis non ſe extendit ad feudũ vxoris, quia maritus nihil lucratur de ipſo feudo, ceſſante ẽt ſtatuto, vel conſuetudine de lucro dotis. Ita Bal. in c. 1. in §. quãuis, de inue. de re alie. fa. in vſi. feu. & idẽ Bal. i c. 1. in 3. col. de ꝓhi. feu. alie. p Fed. & in c. 1. qñ maritus ſucce. vxo. in bo. in vſi. feu. & in auth. res, q, C. cõmo. de leg. & vide Rom. in auth. præterea, C. vnde vir, & vxor. Ant. Franc. Fach. contingentia. Adde, quod illud conſi. Pau. hic ab eo allegatum, eſt primum in ordine, vol. 1. Alex. Loſeus.

SVMMARIVM.

1 *Frater, an ſit idoneus teſtis pro & contra fratrem, & an poſſit compelli, & num. 8.*
2 *Standum eſt dicto teſtis iurati, & præualet dictum iuratum dicto non iurato, niſi pro dicto non iurato ſint præſumptiones.*
3 *Per præſumptionem minorum quis condemnandus non eſt de homicidio, de quo neſcitur a quo factum ſit.*
4 *Cautio ſufficiens poteſt peti ab illo, qui eſt ſuſpectus de pœnitentia non peragenda.*
5 *Condemnatio de crimine quantumcunq; graui, poteſt fieri per præſumptionem, quæ oritur ex deficientia in probatione, vel purgatione.*
6 *Epiſcopus ex officio poteſt procedere contra hæreticos, & multa ponuntur ad intelligentiam capituli.*
7 *An de cauſa criminali poſſit fieri compromiſſum.*
9 *Iuramentum non exigitur in purgatione facienda.*
10 *Dictio, Frater, an ponatur incluſiue, vel excluſiue.*
11 *Per compromiſſum ſimiliter factum, non expirat iuriſdictio delegata ſuper illa re.*
12 *Compromiſſum expirat, ſi itur ad iudicem ordinarium, vel delegatum.*
13 *Delegati, qui pronunciauerunt, vt arbitri, poſſunt pronunciare, vt delegati.*

CAP. XIIII.

LIteras. Propter pręſumptionem, etiam uehementem, nõ debet quis de graui crimine condemnari, hoc dicit. In prima iudicum conſultatio. In ſecunda reſpõſio, ibi Nos uero, quæ ſub diuiditur. In prima ponit motiuum mandati. In ſecunda mandatum, ibi. Quocirca. Et pone caſum literalem, ut patet ex litera, iuncta gl. in uer. purgando. quę ponit partem caſus. Caſus literalis. Epiſcopus Altiſiodor. impetrauit literas contra quoſdã Burgenſes de charitate, quos impetebat de hęreſi, quorũ onus extiterat G. de quo hic agitur, & ut cauſa poſſit facilius expediri. utraque pars compromiſit in duos de iudicibus ſub certa pęna, reſeruata ſibi nihilominus delegata poteſtate. Coram arbitris iſtis opponebat Epiſcopus, quòd G. erat hæreticus, & periurus, pro eo, q dum ipſe G. ſuſpectus eſſet de hęreſi, confeſſus fuerit hęreſim ſuam apud charitatem, redeundo ad catholicam unitatem, & idem confeſſus fuit de quodam fratre ſuo, quòd eodem laboraret errore. Et cum poſtmodum frater ille, coram Bituricen. Archiepiſcopo de hęreſi conueniretur, purgatio ſibi fuit indicta per Guil. fratrem ſuum, qui vere catholicus credebatur, ipſe G. purgauit fratrem ſuum, quem primo hęreticum aſſerebat; & ideo Epiſcopus proponebat ipſum G. duo contraria dixiſſe. unde & periurus, & hęreticus dicebatur ab ipſo Epiſcopo, & in hęreſim relapſus. Ipſe uero

Digitized by Google

ſe vero hoc negabat, quia licet de ſe cōfeſſus fuiſſet de fratre tñ
nihil dixerat, ſed Ep̄s ipſum cōuicit per teſtes. Propter huiuſmo
di ʒrietates, iudices iſti habuerūt G. de hæreſi ſuſpectum, vnde
miſerunt illum cum literis ſuis ad Papam. His omnib. diligen-
ter conſideratis, do. Papa habuit iſtum Guil. vehementer de hæ
reſi ſuſpectum, tum quia qđ bene dixerat, poſtea negauit ſe di-
xiſſe, tum quia vel mendacium prius dixerat in fratrem aſſerē-
do illum hæreticum, vel poſtea periurium commiſit in Deum
purgando illū de hæreſi, quorum vtrunq; reddit eum valde ſu
ſpectum. veriſimilius tñ vr̄, ꝙ eo tp̄e, quo reuertebatur ad fidē,
tam graue mendacium non dixiſſet in fratrem, niſi fuiſſet ac-
cenſus zelo catholicæ fidei, vñ præſumitur, ꝙ cū poſtea purga-
uerit eum de hæreſi, turpiter deierauit. Vnde Papa mandat iu-
dicib. pñtib. quatenus cum pp ſolam ſuſpicionem noluerit illū
de tam graui crīe ꝯdemnare, talem & tantā ſecuritatem ab ip-
ſo recipiant, præter iuratoriam cautionē, ꝙ timore pœnæ tpa-
lis, debeat coerceri, diſtrictam pñiam iniungentes eidē, ex qua
appareat, an ſit vere pœnitens, an ficte conuerſus, & ſi taliter eū
verum catholicū cognouerint, non pmittant eum vlterius in-
debite moleſtari, alioquin tanq̄ hæreticum eum ꝯdemnent. B.
No. Ep̄m poſſe aliquos de hęreſi impetere, iudices delegatos ī-
petrando. Scđo no. ꝙ ſuper cā hæreſis pōt cōpromitti, ēt in iudi
ces delegatos, & ſic pōt quis eſſe delegatus & arbiter, ēt in cā cri
1 minali, qđ qualiter procedat, ĩ. dicetur. † No. ꝙ quis pōt teſtifi-
a cari a pro & ʒ fratrem, hoc tñ aperte non probatur, quia in pri-
mo iudicio fuit ſponte confeſſus ʒ fratrem, in ſecūdo fuit vnus
de compurgatorib qui in multis æquiparanť teſtib. ad hoc qđ
leg. & no. in c. conſtitutus, de purg. can. in gl. in ver. tollerentur.
Dictum tamen eſt verum talicm in ciuilibus, de quo tamen
dic, vt no. gl. 3. q. 5. cap. 1. & in c. ſi teſtes. §. itē lege Iulia, & in §.
parentes. 4. q. 1. Not. ꝙ vbi duę præſumptiones ʒriæ oriuntur ʒ
aliquem, ſtandum eſt validiori, & ſic vna præſumptio vehemē
tior elidit aliam minus vehementē, & ad hoc, quotidie allega-
tur iſte tex. & colligitur hic quia iſte G. primo dum rediret ad fi-
dem ꝯfeſſus fuit fratrem laborare eodē morbo, poſtea vero in
alio iudicio, dum fieret inquiſitio ʒ fratrem, purgauit illum cū
iur̄o, dicendo, ꝙ credebat illum fuiſſe, & eſſe catholicum. Et ſic
aut primo dixit mendacium, aut poſtea periurium: ſed Papa ar
bitratur, ꝙ potius incidat in periurium, quia non eſt veriſimile
ꝙ iſte tp̄e conuerſionis ſuæ dixiſſet mēdacium in fratrē, erat tñ
præſumptio pro ſcđo dicto, qa fuerat iuratum, ſed prima p̄ſum
2 ptio erat validior. † Et ex hoc, & ex tex. fin. no. quid ſi ꝯcurrant
b duo dicta ʒria ab eodem, vnum cum iur̄o, b aliud ſine, ſtandū
eſt dicto non iurato, ſi coniecturæ ſunt pro eo magis, q̄ pro di-
cto iurato. Cæteris ergo parib. potius præſumendum eſt pro di
cto iurato, licet poſtea emanato, q̄ ſimplici aſſertioni prius fa-
ctæ, & faciunt hic no. ad ea, quæ tetigi in c. per tuas, de proba. &
ſm Bar. in l. eos, ff. de fal. ꝙ ſi teſtis prius dixiſſet vnū extra iudi
cium ſine iur̄o, & in iudicio dixit ʒrium cum iur̄o, ſtandum eſt
ſecūdo dicto, pp præſumptionem iur̄i, niſi ſubſint alię pręſum
ptiones pro primo dicto, ſicut hic erant, quia tp̄e, quo dixit pri-
mum dictum, erat accenſus zelo fidei orthodoxæ. i. catholicę,
cum nouiter reuerteretť ad fidem. Item amor fraternus, qa non
c eſt veriſimile, ꝙ falſo illum dixiſſet hæreticū, & hoc bene no. c
3 † No. ꝙ ſuſpicio non ſufficit ad ꝯdemnationem alicuius, ēt ſi ſit
vehemens, litera tñ a ʒrio vr̄ probare, quod in crimine non,
graui ſufficit vehemens ſuſpicio. De hoc tñ dic, vt plene dixi in
c. quanto, ſup. eo. Vnum tñ aperte probat hęc litera, qđ quanto
crimen eſt grauius, tanto præſumptiones debent eſſe vehemē-
tiores, quia vbi maius periculum, ibi cautius eſt agendum, vt in
c. vbi periculum, de elect. lib. 6. & facit hæc litera in arg. ſm Ioā.
And. quod pp præſumptionem minarum, vel iniuriarum, non
ſit quis ꝯdemnandus de homicidio, de quo neſcitur, a quo fa-
ctum ſit, & remittit ad Spec. eo. tit. §. 2. ver. ſed pone P. minatus
eſt, vbi dr̄ velle Spec. quod hoc ſufficiat ad torturam, vide ibi la
tius, & tetigi in d. c. ſcribam. Not. qđ conuerſus, ſeu reuerſus ad
fidem incidens in manifeſtum peccatum, præſumitur relapſus
vel non plene conuerſus, non tñ ſolum ſufficit ad ꝯdemnatio-
4 nem, vt hic. † Not. fere nouum dictum, qđ a ſuſpecto de pñia,
d peragenda, poteſt exigi cautio ſufficiens, d ſ. de certa pœna ſol-
uenda, ſi eam non egerit. Quod intellige, qñ pro peccato mani
feſto imponitur publica pęnitentia ab habente iuriſdōnem, ēt
fori contentioſi. hoc dico, quia in foro oīno pœnitentiali, hæc
cautio non exigeretur, ſaltem ab initio, arg. in c. ſi ſacerdos, de
5 offi. ord. & c. ii. de temp. ord. † Vlt. no. ex fi. literæ, quod de crīe,
quantumcunque graui pōt quis condemnari ex præſumptio-
e ne violenta, e quæ ſatis oritur ex deficientia in purgatione. facit
c. excōicamus. §. 2. de heret. & c. cum contumacia, eo. tit. lib. 6.
Et ex fi. literę, & ex medio no. quod vehemens præſumptio, nō
ſufficit ad condemnationem, ſed violēta ſic, ꝙ voluit hic gloſ.
pen. facit quod no. gl. in c. inſinuatum, de ſimo. ſed dic, vt dixi
6 in d. c. quanto. † Antequam veniam ad gl. declarabo prius ali-
qua textualia. Primo enim quęro, quare Ep̄s impetrauit dele-
gatos ʒ illos de hęreſi ſuſpectos, cum potuiſſet ex officio proce
dere ʒ iſtos, vt in c. ad abolendam, de hær. vbi patet in fi. p hoc
bene facit c. 1. de offi ord. quod etiam exempti tenentur in hoc
obſequi Epiſcopo loci. facit cle. 1, & 2. eo. tit. Sol. hic non appa-
ret quis impetrauerit iſtos delegatos, forte enim dum impete-
rentur ab Ep̄o, ſeu moleſtarentur extra iudiciū, impetrauerunt
ipſi iſtos delegatos, quib. fuit commiſſum, vt audirent cām in-
ter eos, & Epiſcopum, authoritate Apoſtolica, nec apparet hic,
qualiter ageret Epiſcopus contra eos. Inn. dicit, quod forte Epi
ſcopus iſte denunciauit crimen iſtorum Papę, vel petebat bo-
na iſtorum pp hęreſim. Hoſt. dicit, quod agebat ciuiliter, vel ex
officio impetebat ipſos, arg. in c. ad abolendam. Nam ſi crimi-
naliter, non potuiſſet in arbitros compromitti, quod hic factū
fuit. Potes tamē dicere, quod forte agebatur criminaliter. Nec
obſt. quod fuit compromiſſum, quia Papa non approbat, ſed re
citat hic compromiſſum, vt dicit hic Io. And. ſuper gl. vnde di-
cit, quod in hoc non eſt uis. In hoc enim non conſiſtit intelle-
ctus, c. Cui enim applicentur bona clerici, vel laici de hęreſi dā-
nat, dic, vt dixi in d. c. excommunicamus. §. damnati, & in c. cū
ſecundum leges eo. tit. lib. 6. quęro ſecundo pro declaratione fi
nis literę, quō apparebit ex iniunctione pnię, an ſit verè pœni-
tēs, vel ficte conuerſus: Sol. ſm Hoſt. & Io. An. ſi paratus eſt præ
bere dignam ſecuritatem, & pœnitentiam benigne ſuſcipere,
quam poſtea deuote, & efficaciter impleat, pręſumptio eſt de
vera conuerſione, alioquin. i. ſi non vult cauere, vel pęnitentiā
recipere, vel licet caueat, & pœnitentiam recipiat, illam tamen
negligit adimplere, eſt præſumptio de cōtrario. Et hoc ſatis pla-
cet, & elicitur ex ipſa litera. & facit de pœn. diſt. 1. c. 1. Et ex hac
expoſitione no. quod non ſolū deficiēs in purgatione, punitur,
f vt conuictus, ſed ēt contumax f in eam recipiēdo, de quo tñ dic
vt no. in c. excōicamus, præallc. & vide quod dixi in c. veritatis,
7 de dolo, & cont. † Gl. 1. facit duo. Primo inſtat an in iudicē g poſ
g ſit compromitti, & dic, vt in ea, & latius, vt no. in c. cum tp̄e, de
arb. Secūdo principaliter, an de cā criminali poſſit compromit
ti, & nil boni concludit, ſed potius remittit ad c. pe. de in integ.
reſt. vbi de hoc. Goff. hic dicit, quod agebať ciuiliter, & ſic vult
quod vbi de crimine ciuiliter agitur, poſſit cōpromitti, & idē
tenet Hoſt. & idem gl. & Bar. in l. non diſtinguemus. §. Iulianus,
ff. de arb. & poteſt dici, quod vbi agitur de ſolo pręiudicio par-
tium, pōt compromitti, ſecus in pręiudicium fiſci, ſeu reipubli-
cę. Facit qđ no. in l. inter. §. recte, ff. de fur. & l. licitatio. §. qđ illici
te. ff. de pub. De quo tamen dic, vt plenius no. in d. c. pe. & dicto
8 §. Iulian. hic tamen nihil probatur, vt ſupra dixi, quia ſolum re-
h citatur factum. † Oppo. & videtur quod frater h non habet ad-
mitti

ADDITIONES.

a Poteſt teſtificari. Duas reſponſiones ad iſtum tex. ponit Bal. in l. parentes, C. de teſti. aliam addit Fran. Are. in c. cum oporteat. inf. de acc. Seb. Sap.

b Cum iuramento. Vide Fely. in cap. cum in tua, colum. 2. uerſic. 4. concluſio. ſupra de teſt. & ibi, an ille, qui dixit unum iuratus, aliud non iuratus, poſſit puniri de falſo. Seb. Sap.

c Bene no. Adde eundem conſi. 4.

d Cautio ſufficiens. Vide quod per hoc dicunt Hoſt. & Io. And. & do. Abb. in c. grauem. inf. de ſen. excom. Seb. Sap.

e Violenta. Adde quæ poſui. ſup. in d. c. ſcribam.

f Contumax. No. quod contumax in aſſumenda purgatione, punitur, ut conuictus, uide tex. c. tua nos, de coha. cle. & muli. And. Barb.

g In iudicem. An, & quando poſſit compromitti in iudicem, alias ordinarium, & de hoc uide bonum tex. iuncta gl. in uer. coniunctionem, in Auth. ſi uero contigerit, C. de iud. & vide gl. in uer. in poteſtate, in c. innotuit, de arbi. & quod ponit do. Ant. in c. expoſita, eo. tit. Item uide gl. & Arch. in c. in famis. §. tria & §. ſi quis vero iudex. 3. q. 7. & uide tex. in c. cum olim, & c. ex parte, de arb. & Bar. poſt gl. in l. ſed & ſi ſeruum. §. 1. ff. de arb. & glo. in l. 1. ff. de iu. circa med. glo. magnæ.

h Frater. An, & quando frater poſſit teſtificari pro fratre, uel contra fratrem, uide de hoc etiam per Bar. & Imo. in l. qui teſtamento. §. 1. ff. de teſtam. & in l. lege Cornelia. & ibi Bal. ff. de iniur. per Spec. in tit. de teſte. §. 1. uer. ſed oñ quid frater, per do. Ant. & Imo. in c. inſinuante, de off. delega. & uide quod no. ipſe Abb. in c. cum oporteat, ſuper gl. 1. de acc. & de hoc uide per Bald. in §. teſtes, inſti. de teſta. & per Floria. in l. teſtis idoneus, de teſt. & Imo. in c. cum R. de off. dele. ubi dicit, quod frater non repellitur a teſtificando in cā fratris, ſi ſit religioſa perſona, puta ſi ſit religioſus Ciſtercien. uel Cartuſiē. uel etiam laicus, qui eſſet religioſa perſona, & pro hoc ult. facit in ſim. bon. tex. in c. literis, in fi. ſupra de teſt. & facit pro confirmatione iſtius dicti, qđ uoluit ſing. do Ant. de But. in c. poſtremo. inf. de app. quod licet coniunctus parti poſſit recuſari ab aduerſario, ut ſuſpectus, propter cōiunctionem ſanguinis, ut ibi tamen ſi ille coniunctus eſſet homo magnæ ſanctimoniæ, non poterit recuſari, ut ſuſpectus, quod tene menti. Adde an frater poſſit eſſe teſtis pro fratre, Roma. conſi. 382 & pro ult. dicto precedentis apo. facit quod uoluit idem Roma. conſi. 420. ubi dicit, quod licet alias famulus prohibeatur a teſtimonio ferendo pro domino, quod tamen ſi ſit honeſtæ uitæ, non prohibetur.

An, & quando frater admittatur ad teſtificandum pro fratre, uide gl. Bal. & Doct. in l. parentes, C. de teſtib. & uide Spec. in tit. de teſte, in §. 1. uerſic. ſed nunquid frater, & ibi per Bal. in addi. in uer. 1. & uide do. Ant. & Ab. in c. cū oporteat, de accu. Et eſt concluſio, ꝙ regulariter non prohibetur eſſe teſtis in cauſa fratris, tamē in multis caſibus repellitur, aut ſaltem minuitur fides, de quibus uide Io. Ber. de Firmo, in ſuo reper. in uer. frater teſtis pro fratre, ubi etiam quando frater uel coniunctus eſſet uir magnæ ſanctimoniæ, uel religioſus, poſſit teſtificari pro fratre, & uide etiam Saly. in l. etiam omnib. C. de teſt. Ant. Frau.

Digitized by Google

mitti contra fratrem in magnis criminibus, vt in l. ſi magnum,
C. qui accu. non poſſ. Gl. in verſi. de fratre, dicit illud regulare,
ſed fallit in crimine hæreſis, in quo admittitur etiam contra pa-
rentes. 14. quæſtio. 5. c. ſi audieris. Aduerte, licet Docto. hic len-
te tranſeant. l. ſi magnum, alleg. in gl. loquitur in accuſatione,
& non in teſtimonio, & procedit hoc, niſi vitæ fratris fuerit in-
ſidiatus. Nam tunc, & mater contra filium, & etiam pater ad-
mittuntur ad accuſationem, vt no. in d. l. ſi magnum. Reſpectu
vero teſtimonij, dicendũ, quod aut loquitur in ciuili, aut in cri-
minali. Primo caſu tenet Specu. in titu. de teſte. §. 1. ver. ſed nun
a quid frater, quod admittitur a pro & contra fratrem, ſed credit
plus vel minus, ſecũdum affectionem, quia nulla lex prohibet
hoc. Fallit, ſecundum eum, niſi habeãt omnia pro indiuiſo, vel
ſint ambo ſub poteſtate vnius patris. An autem compellatur te
ſtificari contra fratrem, remittit ad §. teſtium. ver. ſed nunquid,
eo. tit. & ibi videtur ſentire, quod ſic, dando regulam, quod qui
libet non priuilegiatus in teſtimonio ferendo admittitur, & cõ
pellitur, ſi non vult, quia iura volunt generaliter teſtes compel
li. l. ſi quando. C. de teſtib. & ſupra de teſt. cog. per totum. In cri-
minali vero dicit, quod non admittuntur. 4. q. 3. d. c. ſi teſtes. §.
item lege Iulia. facit 3. quæſtio. 5. c. 1. Aduerte tu ſubtilius, nam
poteſt dici, quod inter cauſam criminalem, & ciuilem, certo re
ſpectu, nulla eſt differentia. Aut enim quæritur, nunquid frater
compellatur dicere teſtimonium contra fratrem, vel aliquem
conſanguineum, & dicendum quod non, ſiue cauſa ſit ciuilis,
ſiue criminalis. Et quod dixi de alio conſanguineo, intellige vſ-
que ad tertium gradum, & idẽ in quibuſdam alijs perſonis enu
meratis in d. l. lege Iulia Et licet Spec. videatur illam legem in-
telligere in criminali, prout ſentit etiam gl. in l. parentes, C. de
teſti. gl. tamen in l. lege Iulia, ff. eod. tenet eam procedere indi-
ſtincte, prout generaliter loquitur, & cum illa gl. tranſit ibi Bar.
quod mihi plus placet ratione honeſtatis, & vt charitas conſer
uetur inter coniunctos, niſi neceſſitas immineret, prout dixi
in cap. 1. de teſtib. cogen. Aut quæritur, nunquid volens admit-
tatur contra fratrem, & puto, quod ſic, tam in criminali, cauſa
quam in ciuili, quia d. l. lege Iulia, ſolum priuilegiat nolentes te
ſtificari, volentes autem non repellit, quod etiam ibi ſentit Bar.
Nam ſolum inter parentes, & filios reperitur iure cautum, vt
etiam volentes non admittantur, vt d. l. parẽtes. Et intellige vo-
lentes, quando ſunt a parte inducti. Nam ſi ſe offerrent, eſſent
ſuſpecti, vt legi. & no. in l. quæ omnia. §. 1. ff. de procu. & in l. vxo
ri, §. 1. ff. de ſal. vide quod dixi in c. 2. de teſt. Aut quæritur nun-
quid frater admittatur, pro fratre in ipſius fauorẽ, & diſtinguo
inter cauſam ciuilem & criminalem, vt primo caſu admitta-
tur, ſed creditur plus, vel minus, ſecundum quantitatem affe-
ctionis. Sic intellige gl. 3. quæſtio. 5. cap. 1. & c. in literis, de teſti.
Nam nullo iure in totum repellitur. In ſecundo caſu nõ admit-
titur, quia agitur de maiori præiudicio, in quo teſtes debent eſ-
ſe omnino integri, & idem videtur in alijs conſanguineis, & do
meſticis, & ſic loquitur d. c. 1. & fac. 13. q. 2. c. ſuper prudẽtia. Pu-
b to tamen, quod in defectu illorum, admittantur b ſaltem ad fa-
ciendum indicium, vt perueniatur ad torturam, arg. in c. fin. de
teſt. cogen. & in c. cum dilectus, & quod ibi no. de elec. Et in his
caſibus puto fratrem cogendum c dicere teſtimonium pro fra
c tre, quia priuilegium eſt, vt non compellatur aduerſus fratrem
vt d. l. lege Iulia, quod ceſſat, cum agitur de ipſius fauore, C. de
legi. & in c. neceſſe. infra de dona. inter vir. & vxor. Ex his patet,
quod hoc c. non contradicit dictis iuribus, licet Spec. vbi ſup.
voluerit ſaluare per viam ſpecialitatis, ſcilicet quod ſpeciale ſit
in cauſa hæreſis, & ita ſentit hic etiam gl. Nam nulla eſt ſpecia-
litas, cum hic non fuerit compulſus dicere teſtimonium cõtra
fratrem, imo in ipſius fauorem purgauit, & in primo dicto, nõ
per viam teſtimonij, nec inuitus dixit fratrem eodem morbo
laborare, puto tamen, quod vbi eſſet neceſſe, cõpelleretur fra-
ter contra fratrem in cauſa hæreſis, nõ per iſtud capitulum, ſed
per cap. in fidei fauorem, de hæ. lib. 6. Gl. in ver. purgauit, colli-
git primo ſtandum ei, quod quis prius dixit, ſiue in iudicio, ſiue
extra: ſed hoc ſimpliciter non colligitur ex tex. quia, vt ſupra di
xi, multę præſumptiones concurrebant hic, quod prius uerum
dixerat: ſed de materia dic, vt latius dixi in c. per tuas, de proba.
& in c. cum in tua. ſupra de teſt Secundo glo. hic colligit, quod
vna præſumptio præponderat alteri. Opp. in contrarium de ca
pi. cum inter R. de elect. vbi inuicem ſe elidunt. Communiter
ſoluitur, quod aut ſunt paris potentiæ, & vna non præponderat
alteri, vt in contrario, & ſic inuicem ſe tollunt. ſi altera præpon
derat, illa pręualet. An autem & quando ſint paris potentię, vel
altera præpõderet, diſcernet diſcretus iudex ex varietate facto-
rũ, ex quibus præſumptiones oriuntur, vt hic, & facit quod no.
in c. tranſmiſſæ, qui fil. ſint legi. & per Io. And. in c. pen. inſ. de cri
mi. fal. Gl. pen. opp. de l. 2. C. de hær. vbi ex leui argumento quis
probatur hæreticus. Sol. qđ ibi ſufficit leue argumentũ, quo ad
facultatem inquirendi contra eum, non vt habeatur pro con-
uicto. Vel dic, ſecundum Doct. quod ibi appellatur leue argu-
mentum, quod de facili poteſt probari, vt puta, quia aperte er-
ret in articulis fidei, vel non vult iurare, dicens hoc eſſe pecca-
tum, vt in c. excommunicamus, inf. de hæret. Secundo gl. opp.
de cap. dixit dominus. 32. q. 1. & ſol. vt in ea. & dic de materia, vt
dixi in d. c. quanto, ſup. eo. Et no. gl. quod contra violẽtam præ-
ſumptionem admittitur probatio in contrarium, vt probatur
in iuribus alleg. in ea. & in c. ſi. de presby. non bapti. Vltimo gl.
9 quærit, † quare ab iſto non exigitur iuramentum, ſicut exigitur
regulariter in purgatione pręſtanda. inf. de purga. cano. c. quo-
ties: Reſponde, vt in ea. Sed aduerte, quia dictum gl. procedit,
ſi dictio, præter, ſtat excluſiue: ſed communiter Doc. tenent, qđ
ſtet incluſiue, vt ſic vltra cautionẽ teneatur iurare, & hoc plus
placet. Nec ob. motiua glo. quia hoc iuramentum eſt oneris, &
non honoris, & ſic non inſpicitur, quod alias deierauerit, vt in
c. cum in eccleſijs, de maior. & obed. † Et de hac dictione, Præ-
10 ter, vide quod no. in c. dudum. 2. de elect. & c. decet, ad fi. de im
mu. eccl. lib. 6. & per Io. de Lig. in cle. 1. de poen. & plenius per
Pau. in clem. 1. de ſumma Trin. & fide catho. & per Archid. in
cap. Ebron. 13. q. 2. Item fruſtra fuiſſet hic facta mentio de iura-
mento, ſi dictio, Pręter, non includeret, cum non oportuiſſet
excludere id, quod non excludebatur. Nam exceptio debet eſſe
de contentis ſub regula, vt not. ſub. rubr. de regu. iur. Et vt dicit
Bar. in l. Seio. §. vxori, ff. de annu. lega. vbicunque dictio, Pręter,
ponitur inter res, quarum vna non continetur ſub alia, ſtat in-
cluſiue, ne fruſtra videatur appoſita, & videtur probari per illũ
tex. Secus ſi vna comprehenditur ſub altera, vt ſi ponitur inter
d genus, & ſpeciem, niſi aliud dicamus in odioſis, d vt velle videt
Innocen. in dicto cap. dudum, quaſi tunc regulariter excludat,
dic tamen plenius de ipſius natura, vt no. in iurib. prealleg. Vl-
tra gl. quæro, hic fuit compromiſſum in delegatos, retenta po-
teſtate delegata, quid ſi non fuiſſet hęc poteſtas reſeruata, nun-
quid expiraſſet per compromiſſum, Innocen. hic, quod non. ni
11 hil allegat. No. hoc dictum, † quod per compromiſſum ſimpli-
citer factum, non expirat iuriſdictio delegata ſuper illa re. Ego
allego cle. quandiu, de appella. & authen. ſi tamen, C. de temp.
appella. & quod no. per gloſ. & Ioan. And. in cap. ſignificantib.
de offic. delega. per Pau. in dicta clem. quandiu. Quid econtra,
12 † an expiret compromiſſum, ſi itur ad iudicem ordinarium, vel
delegatum, Dic, quod ſic, ſed poena committitur, vt l. ſi quis
rem, ff. de arbit. Item ſi itur ad alios arbitros, l. ſed & ſi in ſeruũ,
& in duabus ſequen. ff. eod. Et eſt ratio diuerſitatis, quia pote-
ſtas arbitrorum eſt voluntaria & habetur ab homine, poteſtas
vero iudicium eſt neceſſaria, l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum.
ff. de verborum obligatio. & in c. intelleximus, de iud. & habe-
tur

ADDITIONES

a Admittitur. Limita tamen, ut per Bal. in l. 1. in uerſi. quinto operatur, C. de te
ſti. ubi dicit, quod ſi duo fratres ſunt in poteſtate patris uel ſimul habitant,
repelluntur a teſtimonio, ita quod unus non poteſt teſtificari in cauſa alte
rius, & idem voluit Gem. in ſumma, in 3. q. 1. Ang. & Salyc. in l. 1. C. de ra-
ptu virgi. Seb. Sap.

b Admittantur. Item credo, quod admitteretur ad probandum innocentiam
fratris accuſati, per id quod ſing. inquit Spec. in tit. de inquiſi. §. 1. in uerſi.
ſed nunquid eas. vbi tenet quod licet alias teſtes domeſtici, & coniuncti re
pellantur a teſtimonio, tanquam ſuſpecti, tamen quando producerentur
ad probandum innocentiam accuſati, puta ad probandum defenſionẽ ne-
ceſſarium, plene probarent, ſicut ſi non eſſent coniuncti, vel domeſtici. Idẽ
tenet Bal. in l. parentes, C. de teſt. per iſtum tex.

c Fratrem cogendum. Sed Bald. in l. parentes. C. de teſti. ubi uidetur intelligere
iſtum tex. indiſtincte. A od. Barb.

d Odioſis. Adde gl. ſing. in cle. 1. in uerſi. facere, de uſur. quæ ſing. dicit quod ſi
fiat ſtatutum de nouo, quod nullus fœnerator, nullus uſurarius poſſit cape-
pere pro uſura præter duos denarios pro libra, illa dictio, præter, nõ inclu-
dit nec ponit qđ poſſit capere illos duos denarios quia eſt materia odioſa,
quam gl. alle. Bal. pro no. in mille locis, in Auth. ad hæc, in 3. col. C. de vſur.
in l. Gallus. §. ille caſus, ff. de lib. & poſth. in §. quæ iniuriarum, in l. ſi eum, ff.
ſi quis cau. & adde Bar. in l. actione, C. de tranſa. & ibi Mod. plene ponunt,
an, & quando hæc dictio, præter, ſtet exceptiue, & quando augmentatiue,
ſequitur Ange. in conſi. 293. inci. quoniam in vltimis uoluntatib. 103. col. Et
de natura ipſius dictionis, præter, uide etiã tex. in Auth. hoc amplius, quẽ
ibi ponderat Bar. in 4. col. C. de fideicom. late per Alb. in dictionario ſuo, in
uer. præter. & late etiam per Lud. Rom. in conſi. 382. incip. præſens conſul-
tatio, in plura quæſita diuiditur in 1. & 2. col. Quid autem in dictione, vltra,
an includat, uel excludat, uide dom. Card. in c. ultra tertiam, de teſt. ponit
Bar. in l. 5. de dote præle. & Bal. in d. §. qui iniuriarum, Ange. in conſi. 108.
Ang. de Are. in §. cum autem. in 1. col. inſtit. de adop. Adde de dictione, præ
ter. Old. conſi. 49. & ibi uide de multis alijs dictionibus an ſtent excluſiue,
vel incluſiue.
De dictione, præter, & ſimilib. dictionib. an ſtent exceptiue, uel excluſiue,
uide Bar. in l. 1. ff. de pig. & in l. ſi tutor, in §. ſi tutor, ff. de pe. leg. & uide Bal.
in c. 1. in §. ſed & res, per quos fiat inue. in uſib. feu. & uide Inn. in c. dudum,
2. de electio. ubi dicit, quod in diſpenſationib. non includit, ſed remouet
vitium obiectionis, & uide Bar. in l. Seio, in §. uxori. ff. de an. leg. ubi dicit,
quod eſt dictio excluſiua. & uide Bal. in l. ſi ita legatum, in prin. ff. de leg. 1.
& in l. cum ita, de do. præle. ubi dicit, quod ſi legantur centum præter dotẽ,
quod uidetur eſſe legata dos, & uide Car. in cle. 1. de ſum. Trin. & cle. 1. in §.
pen. de hær. & in cle. 3. in prin. de poen. ubi diſtinguit, an ponatur poſt pro-
poſitionem affirmatiuam, uel negatiuam. & uide Dy. in reg. peccatũ. de reg.
iur. lib. 6. & uide Bar. in l. ſi eum, in §. ſi. in 3. col. ff. ſi quis cau. & uide Bar. Bal.
& Sal. in l. actione, C. de tranſac. Ant. Fran.

tur a lege, vel a Principe: merito facilius tollitur prima q̃ ſecū-
da. Et vide in hoc, quod latius dicam in capitu. ad petitionem,
13 de accuſ. & vide per Spec. in titu. de arb. § finitur, in fi. † Vltimo.
quæro, pone, ꝙ iſti delegati pronunciaſſent, vt arbitri, ſed pars
altera noluiſſet ſtare dicto eorum, & petiiſſet procedi per eos
tanquam delegatos, quod fieri poteſt, vt ſupra dictum eſt, nun-
quid potuiſſent pronunciare ꝯtrium eius, quod ſententiauerūt
vt arbitri? Videtur, quod non, arg. c. per tuas, de ꝓb. Item non p̃t
quis ſn̄iam reſcindere. C. ſen. reſcin. non poſſ. per totum. Dic ꝯ-
a trium, quia nunc pronunciant, vt iudices, a & tunc pronuncia-
uerunt, vt arbitri. Item videmus, quod ex noua cauſa appellatio
nis retractatur ſententia, in cap. Ioannes, de fide inſtrum. & l. p
hac. C. de temp. appel. Et idē iudex, à quo appellatum eſt, quā-
doque audit cauſam appellationis cum alio, vt ſi appellatur ab
Archiepiſcopo ad Concilium prouinciale, cui præeſt ipſe Ar-
chiepiſcopus, vt in c. multis. 17. diſt. no. gl. in c. à colla. de appel.
li. 6. & facit in ſimili ille tex. in l. 1. §. ſed & ſi præſes, ff. quando ap
pel. ſit. & hoc tenent communiter doct. Et pro hoc vide quod
no. in c. cum inter canonicos, de elect. in verſic. & confirmauit.
vbi concluditur ꝙ præfectus eligens, vt arbiter, ſeu compromiſ
ſarius, poteſt poſtea ex nouiter geſtis illam electionem infirma
re, vt iudex, quod no. An autem potuiſſent iſti ſimul procedere
vt arbitri, & iudices, dic, vt no. in c. cum ea officij, de præſcrip. &
c. niſi eſſent, de præben. hic non ſunt alia.

A D D I T I O.

a *Iudices. Facit tex. in §. ſi tutor. inſti. de inof. teſtam. & gl. in reg. ex eo, lib. 6. &*
adde tex. in l. ſi tutorem, ff. de his, qui vt indig. vide ad hoc do. Anto. hic in
vit. col. & in c. cum veniſſent, in 6. col. ver. no. hac reg. de eo, qui mit. in poſ.
& vide de hoc, quod pleniſſime ſcribunt domi. de Rot. deci. 319. in ordine
meo nouiſſ.

S V M M A R I V M.

1 *Inquiſitio non eſt facienda propter infamiam à maleuolis ortam, niſi de fa-*
ma requiratur.

C A P. XV.

CVm in iuuentute. Non p̃ſumitur incon
tinens in ſenectute, q
in iuuente continuit, maxime ſi eſt literatus. h. d. Di
uiditur in quinque partes. In prima præmittit exor-
dium circa excuſationem Epiſcopi. In ſecunda, ibi. Licet, ponit
delationē ipſius. In tertia, ibi. Quia tñ, ponit delationis repulſio
nem, & cauſam. In quarta, ibi. Qui nobis, inquiſitorum relatio
nē. Caſus literal. Epiſcopus Quinqueeleſienſis de Vngaria, diſ-
famatus erat apud Regem, quod cum quadam ſua nepte per-
petrabat inceſtum, propter quod Rex Vngariæ miſit literas do.
papæ, denūciando ſibi crimē ipſius, poſtulans, vt malum hoc,
pernicioſum exemplo, de Vngaria remoueret. Sed quia huius
ſuggeſtio non procedebat bono zelo, noluit papa fidem adhi-
bere dictis eius, ſed voluit ſcire, vtrum hoc ex charitate proce-
deret: ſcripſit Epiſcopo Aurien. vt prudēter, & caute à coepiſco
pis alijs inquireret, vtrum crederetur illum tali peccato reſper-
ſum. & ipſi Epiſcopi poſtmodum reſcripſerunt do. papæ, quod
ipſi credebant eum virum honeſtæ conuerſationis, perſonam
ipſius multipliciter commendantes. vnde ſuper hoc ſcripſit pa
pa iſtis Epiſcopo & Abban, dicens quod Epiſcopus idem adeo
ſe maturum, honeſtum, & prouidū exhibuit, ꝙ ab Eccleſia Ro
mana pallio meruit decorari: quare nō eſt de leui credendum,
ꝙ poſtquam ad ſenilem peruenit ætatem, turpiter abiecerit iu-
gum Domini, quia huiuſmodi labes, quæ aliquādo in iuuentu-
te contrahitur, in ſenectute frequenter purgatur. Præterea non
eſt credendum, quod vir talis ad hoc ſe conuerteret, vt cum ꝓ
pria nepte abhominabilem perpetraret inceſtum, quia etiam
ſecundum leges naturale fœdus nihil permittit inter tales per
ſonas criminis ſuſpicari. B. Not. præſumendum pro illis, qui
iudicio Principis ſeu populi, dignitatem ſeu honorem adepti
ſunt. Nam præſumptio eſt prima fronte, ꝙ eorum virtutibus
exigentibus honorem adepti ſint. Pro hoc vide bonum tex. in
61. diſt. c. miramur, prope fin. hinc gl. colligit ibi arg. quod ele
ctus præſumitur melior alijs. Vide ad idē 100 diſt. c. contra mo
rem, vbi dicitur, Moribus indecori, pallio decorari non debēt.
Aduerte tamen, quia præſumptio iſta, oritur ex eo, ꝙ promo-
tor, ſeu honoris delator facere debet. Nam ſæpe ꝯtrium contin-
git. Ideo alibi dicitur, multi ſacerdotes, & pauci. multi nomine,
pauci re, nec facit cathedra ſacerdotē, ſed ſacerdos facit cathe-
dram. 40. diſt in. c. multi, & in fin. illius c. dicitur quod non qui
maior fuit in honore, eſt iuſtior, ſed q eſt iuſtior, ille maior eſt,
quod no. No. etiam, quod ſæpe ex priuilegio conceduntur inſi-
gnia dignitatis ei, qui illam dignitatem non habet. Nam palliū
eſt ornamētum Archiepiſcopale, vt ſup. de vſu pal. per to. & ta-
men hic fuit conceſſum Epiſcopo, ad idem c. vt Apoſtolicæ, de
priuile. lib. 6. No. quod ſectator luxuriæ, dicitur abijcere iugum
Domini, quia vt dicit Hierony. non poteſt corde toto habitare
cum Deo, qui mulierum acceſſib. copulatur. 32. diſt. c. hoſpitio
lum. No. ibi. Fœtores libidinis, contra indulgentes libidini. vn-
de dicit Socrates. Quis enim aliquid humani pudoris habens,
his duabus voluptatibus coeundi atque comedendi, quæ homi
ni, & aſino cōmunes ſunt, delectatur? quaſi dicat delectari non
debet. No. quod libido præſumitur diminui in ſenectute. Vn-
de Seneca. Cum cætera vitia cum homine ſeneſcant, ſola aua-
ritia iuueneſcit. & Terēt. Ad omnia alia ætate ſapimus rectius,
hoc vnum præſtat malū ſenectus, omnes acutiores ſumus ad
rem, quam expediat. Nota quod magis deteſtabilis eſt luxuria
in ſenectute, q̃ in iuuentute. hinc Tullius lib. 1. officiorum. Lu-
xuria cum omni ætati ſit turpis, ſenibus maxime fœdiſſima eſt.
No. præſumendū pro viro literato, vt non ita inclinetur ad paſ-
ſiones, vt ignarus; nec peccare poteſt per ignorantiam, ſicut ille
vnde alibi dicitur, ignorantia mater cunctorum errorum, & c.
38. diſt. c. ignorantia. Et alibi dicit Hierony. Ama ſcripturarum
ſcientiam, & carnis vitia non amabis. No. quod inter coniun-
ctos eſt quoddam naturale fœdus, quod prohibet carnis debi-
tum inter eos præſumi. Alibi dicit lex, quod natura inter ho-
mines quandam cognationem cōſtituit, propter quam homi-
1 nem homini inſidiari nefas eſt, l. vt vim, ff. de iuſti. & iure, †
No. arg. quod propter infamiam ortam a maleuolis, non debet
ſuperior moueri ad inquirendum, de quo per glo. in c. qualiter
& quando 2. de accu. & ibi plene dico. Op. & videtur, quod li-
tera ſit contraria ſibi. Nam primo dicit, quod non vult moueri
ex maligna delatione, tamen mouetur in eo, quod committit
inquiſitionem Epiſcopo Aurien. Sol. dicit, quod papa noluit
moueri ad inquirendum de veritate criminis, ſed commiſit in
quiſitionem ſuper infamia, quæ eſt præparatoria inquiſitionis
fiendæ ſuper veritate. Et hic etiam no. ꝙ ex denūciatione facta
per non idoneum poteſt iudex moueri ad inquiſitionem fa-
ciendam ſuper tali infamia, quod ſatis ſentit hic Ioan. And. &
probatur clare per iſtum tex. Et ſecundum prædicta limita hic
a gloſ. penulti. quæ colligit, quod propter infamiam a a maleuo-
lis ortam, non eſt inquiſitio facienda, vel purgatio indicenda.
Debet enim intelligi de ſolemni inquiſitione, quæ fit ſuper ve-
ritate criminis, ſecus in occulta indagatione credulitatis, & fa-
mæ, vt probatur, ſecundum Ioan. And. hic. quod bene no. Item
dic, quod etiam ſolemnis inquiſitio fieri debet ſuper veritate,
quando infamia a maleuolis orta eſt apud bonos, & graues tan
ta, quod generat ſcandalum, vt no. gloſ. in capitu. cum dilectis,
de purga. can. in verſicu. apud bonos, quam ſic intelligo, &
ſic concor cum gloſ. cap. qualiter & quando. a. vbi plene dixi.

A D D I T I O.

a *Infamiam. Vide quæ ſcribit Feli. in cap. veniens. 1. colum. 17. ſup. de teſti. vbi*
tradit de fama, quæ habet ortum ab inhoneſtis perſonis, an probet, vide
eundem Feli. in c. inquiſitionis. §. quæſiuiſti, colum. 3. verſicu. 2. no. ex tex.
infra de accu. ubi dicit de infamia orta à maleuolis, non eſſe curandum.
Seba. Sapia.

S V M M A R I V M.

1 *Omne expreſſum, quo tacito, gratia non fuiſſet obtenta, ſaltem ita faciliter,*
reddit literas vitioſas.
Scholaris præſumitur facilius impetrare reſcriptum, quam alius.
2 *Rector eccleſiæ, poteſt compelli, vt recipiat clericum.*
3 *Eccleſia collegiata non poteſt compelli, vt recipiat aliquem in fratrem, ſi fa-*
cultates eccleſiæ non ſunt ſufficientes.
4 *Exceptio peremptoria, poteſt opponi in vim dilatoriæ contra reſcriptum gra*
tioſum.
5 *Impetrator non tenetur probare omnia contenta in reſcripto, ſi habet inten-*
tionem fundatam iuris præſumptione.
6 *Idoneitas extrinſeca an præſumatur, & ſi non præſumatur, cui incumbat*
onus illam probandi.
7 *Si papa nominet quem clericum in collatione beneficij, non eſt ſufficiens pro*
batio clericatus.
8 *Quando aliqua opponuntur contra reſcriptum, vel cōtra gratiam, cui incum*
bat onus probandi.
9 *Si impetrans non exprimit verum valorem beneficij, gratia eſt ipſo iure nul-*
la, & ipſe tenetur probare valorem.
10 *Si ſuit exceptum de inſufficientia facultatum alicuius eccleſiæ, cui incum-*
bat onus probandi.
11 *Fundans ſe ſuper negatiua, debet illam probare.*
12 *Executor ad beneficia, poteſt aſſumere partes iudicis.*
13 *Executor quo caſu tenetur ſumere partes iudicis.*
14 *An coram executore ſit lis conteſtanda.*
15 *An & quando ſit appellandum a proceſſu executorum ad beneficia.*
16 *An teneat collatio, ſi clauſula appoſita in reſcripto non verificatur.*
17 *An ſi conferatur beneficium ſcienter indigno, collatio teneat.*

C A P. XVI.

DVdum. Is, pro quo beneficiādo ſcribitur cum
clauſula, Si idoneus fuerit, nō tenetur
ꝓbare ſe idoneū, cum idoneus præſumatur. h. d.
Prima pars ponit querelā. Secūda dat iudicem, ibi
Cauſam. Caſus litera. Quidā ſcholaris, C. nomine, impetrauit
literas ad Mediolanen. Archiepiſcopū, vt ipſū faceret recipi in cle
ricū, & in fratrē, ſi pſona eſſet idonea, à pſbytero eccleſiæ S. Vi-
ctoris, in qua ꝓluerūt eſſe clericus, & ſacerdos. Sed presbyter
ille

Ille coram Archidiacono conſtitutus, propoſuit, quod facultates ecclesiæ duobus clericis non ſufficiebant, adijciēs, quod idē C. non erat idoneus ad beneficium illius eccleſiæ obtinendū. Dubitatum fuit. & contentio erat ſuper hac idoneitate, an deberet iſte ſe probare idoneum. Vnde propter hoc redierūt partes ad Papam, mādat Papa iſtis iudicib. vt ex illa clauſula. ſ. Si perſona fuerit idonea, quæ in reſcripto erat inſerta, eidem ſcholari probandi ſe idoneum nulla neceſſitas imponatur, cum prima facie præſumatur idoneus, niſi probetur indignus. B. Not. 1.
1 ꝙ † quando in reſcripto fit mentio, quod impetrans ſit ſcholaris, an vitietur reſcriptū ſi impetrans non eſt ſcholaris, Credo
a quod ſic, a quia facilius b obtinetur gratia, hac qualitate expreſ-
b ſa, facit quod no. Inn. in c. cum in cunctis, de elect. & omne expreſſum, quo tacito gratia non fuiſſet obtenta, ſaltē ita faciliter, reddit literas vitioſas, vt in c. poſtulaſti, & quod ibi no. Hoſt. de reſcri. facit quod no. Spec. de reſcri. c. præſenta §. ratione autem
a impetrantis, ver. ſed vbi ſcribitur pro ſcholari. † Secundo no. qđ etiam in eccleſia, non tamen collegiata, poteſt conſtitui beneficium pro clerico ſuper redditibus ipſius eccleſiæ, ad hoc cap. conquerente, de cle. non reſid. quod ſic poteſt intelligi. Vel dic ſic. Not. quod rector eccleſiæ poteſt compelli ad recipiendum aliquem in clericum, & in fratrem, licet pro eo non ſit ſpecificatū beneficium in eccleſia, ſed oportet ſibi prouidere de redditibus eccleſiæ. Nam in hac eccleſia non erat beneficium pro clerico, nec erat collegiata, vt colligitur ibi. Facultates eccleſiæ &c. Ex hoc ſing. no. ꝙ rector eccleſię, non ſolum debet habere clericum, iuxta c. vt quiſque, de vit. & hon. cle. ſed etiam poteſt compelli, vt illum ſuſcipiat in titulum eccleſiæ ſuæ, vt ſic cēſeatur ibi beneficiatus. Et quanquam hoc c. loquatur in Papa, idē tamen puto dicendum in epiſcopo, arg. in c. extirpandæ, in fin. & quod ibi dico, de præb. & facit quod no. in c. expoſuiſti. de p-
3 ben. & in c. poſtulaſti, de iure patr. & hoc not † Si autem vis intelligere, quod hæc eccleſia fuerat inſtitura, vt eſſet collegiata, quod innuit illud verbū poſitum in tex. ibi. In clericum, & fratrem, &c. tunc no. collige, quod prælatus eccleſiæ non tenetur aliquem recipere in canonicum, & in fratrem, ſeu in clericum, ſi facultates eccleſiæ non ſufficiunt, quia clerici nō ſunt etiam in eccleſijs collegiatis inſtituendi vltra facultates eccleſiæ, vt in c. 1. de inſt. & in c. vno, de ſta. reg. lib. 6. & ſic ipſe ſolus capiet totum. Ex hoc puto procedere, ſi bona ſunt communia, ſi autē prębendæ eſſent diſtinctę, non video quomodo poſſet iſte excipere contra impetrantem, cum illi ſit imputandum, ſi minus ſufficiēs beneficium impetrat, vt in c. clericus victum, & quod ibi no. 91. diſt. Hic autem bona erāt communia, vt patet, ibi. Facultates eccleſiæ, &c. & ſic agebatur de præiudicio ipſius rectoris, cū minus ſufficiebat quod in plures eſſet diſtribuēdū, vt in
4 c. cum M. de conſti. † Not. 3. quod exceptio peremptoria cōtra reſcriptum gratioſum, poteſt opponi in vim dilatoriæ. hoc probat, ibi, Declinans examen, &c. quod tenet hic Hoſt. licet aliud ſentiat Inn. ſed primum verius. Et eſt ratio, quia ſurreptio vitiat reſcriptū, ex quo datur iuriſdictio. Poteſt ergo opponi peremptorie quatenus opponatur ad gratiam, poteſt excipi dilatorie, quatenus opponatur contra defectum iuriſdictionis, & de hoc
5 per Inn. & alios, de reſcri. c. conſtitutus. † No. & tene menti hoc dictum meum, & quaſi nouum, quod impetrator non tenetur probare, & verificare omnia contenta in reſcripto, etiam ſi videantur expreſſa in forma conditionis, ſi pro illis habet intētionem fundatam iuris præſumptione, ſed onus probandi cōtrarium incumbit neganti, vt hic ſing. probatur, & ſic limita no. p Io. And. in c. 1. de lit. contc. lib. 6. Vlt. no. quod quilibet pręſumitur idoneus, etiam ad beneficium obtinendum, facit 1. q. 1. c. ſicut Chriſtus, & reſpectu beneficij obtinendi intelligo, dummodo ſit clericus, alias non eſt idoneus, vt in c. 1. & in c. ex literis, de inſti. ſed reſpectu, bonitatis intrinſecæ quilibet præſumitur
c bonus, c etiam ſit laicus, ſecundum Hoſti. in d. c. ſicut, facit qđ
6 no. Dy. in reg. ſemel malus, lib. 6. † Sed aduerte, quia fortiter nūc oppono, contra iſtum tex. nam idoneitas eſt duplex. Quædam intrinſeca, cum qua homo naſcitur, puta, qđ ſit caſtus, ſobrius, &c. hæc præſumitur, maxime poſt baptiſmum. d. c. ſicut. Quædam eſt idoneitas extrinſeca, vt quod quis ſciat cantare, legere, & ſim. quæ ſpectant ad clericum: & iſta non pręſumitur, Imo ſi opponitur contra aliquem defectus ſcientiæ, ſubijcitur ille examini, vt eſt tex. cum gl. in c. ſi forte, de elect. lib. 6. Item verbum idoneitatis, verificatur in ætate, vt in c. ſuper inordinata, de pręben. Item vt non habeat quis plura beneficia, vt in c. is cui, eo. tit. li. 6. Male ergo dicit tex. ꝙ iſte prima facie eſt pręſumendus idoneus, niſi contrarium probetur. Sol. Dom. Ant. tacite videtur reſpondere huic contrario, dicēs, quod ex quo aduerſarius opponit, debet probare, quia cum actū impetrationis iſte, exercuerit, præſumendus eſt idoneus. Item hic fuit facta collatio p Papam, vel alium, & ſic ſtatus collationis eum releuat ab onere probandi. Item fuit oppoſitum contra literas de non idoneitate, vnde pręſumptio idoneitatis in hoc fuit, ne impediatur proceſſus ſufficiens ad aggrauandum partē onere probandi. Et ſic ponit tres ſolutiones, quarum vltima eſt multū diuerſa a duabus pręcedentib. tamen nulla mihi placet. Prima non valet, qa per actum impetrationis non debet pręſumi idoneus, cum Pa-
7 pa expreſſe mandet inquiri, ſi eſt idoneus. † Ad idem quod ponit Io. And. in reg. non licet actori, de reg. iur. lib. 6. vbi dicit, qđ ſi etiam Papa nominet quem clericum in collatione beneficij, non tamen eſt ſufficiens probatio pro clericatu, ſi vendicando beneficium allegat ſe clericum, vel aliter agēdo. Pro hoc extrauagans Boni. quę incip. iniunctæ, de elect. Nec ſecunda ſol. ſua procedit, quia ſi Papa contuliſſet, non mandaſſet inquiri, ſi ſit idoneus, cum ante collationem eum examinaſſet, argu. c. quando Epiſcopus 24. diſt. Item præſuppoſito, ꝙ non examinaſſet, ſatis eſt, qđ nunc mandat eum examinari per illam clām, Si eſt idoneus, ergo non pręſumit eum idoneū. Tertia ēt ſol. non procedit, quia Papa committit cauſam in totum, & ſic ēt quo ad merita, & decernit, vt virtute illius clauſulę non arctetur iſte ad probandum ſe idoneum. Item hęc tertia ſolutio, nimis reſtringit tex. & eſt quaſi contra duas præcedentes. Quare ego dicerē. qđ tex. iſte in fi. debeat intelligi de idoneitate intrinſeca, & ſi vī intelligere gl. in d. c. ſi forte: nam idoneitas extrinſeca non pręſumitur. In hac autem extrinſeca, cui incumbit onus probādi, dico, ꝙ aut tertius ſe opponit, & ille habet probare, vt in c. 1. & in c. vt circa, de elec. lib. 6. & c. cum dilectus, eo. tit. & c. tam literis, de teſti. cum multis ſimili. Ratio, quia excipiens, in excipiendo fit actor, l. 1. ff. de excep. Aut nemo ſe opponit, & tunc is, qui habet prouidere, ſeu electionem confirmare, debet de omnib. inquirere, etiam de his, quę præſumuntur ratione bonitatis intrinſece, vt in c. cum dilectus, & c. cum nobis, de elect. & in c. nihil, eo. tit & 78. diſt. c. quid eſt. Et ſit hęc inquiſitio, etiam ſi infamia non præcedat, cū non agatur ad pœnam imponendam, vt
8 no. in iurib. præalleg. & no. Inn. in c. 1. de poſtu. præla. † Prędicta videntur de mente Ioan. And. in reg. infamib. de reg. iu. lib. 6. in Merc. & hęc procedunt reſpectu eorum, quę opponuntur in perſonam. Quādoque aliqua opponuntur contra reſcriptum, ſeu gratiam. Et cui incumbat onus probandi, recurre ad no. per Io. And. in d. c. 1. de lit. conteſt. lib. 6. vbi videtur poſt alios velle, qđ in expreſſis incumbat onus probandi, impetranti, qui habet probare ea, quę narrauit in reſcripto. In tacitis vero, probat opponens, quia in excipiendo efficitur actor, vt ſupra dixi. Et fa-
9 ciunt hęc ad quæſtionem quotidianam. † Quidam impetrauit beneficium S. Martini, & narrauit, quod ipſius redditus, centū Florenos non excederent. Opponitur, quod valet plus: quęritur de duob. Primo ſuppoſito valoris exceſſu, nunquid ex hoc
d capite gratia ſit nulla? d Secunda cui incumbit onus probādi, pręſuppoſito, quod debeat nocere? Et videtur primo, quod nō debeat nocere, ex quo conſtat de corpore beneficij, arg. eorū, quę no. in c. ſignificante, de reſcr. & ſic non obſt. c. cui, de pręb. lib. 6. loquitur enim de impetratione generaliter facta. Sed hoc non obſtante, contrarium teneas. dic enim quod ſi non expreſ-
e ſerit verum valorem, e gratia eſt ipſo iure nulla, & onus probandi, ꝙ non valeat vltra expreſſionem, incumbit impetrāti, cum ſit pars gratiæ ſuę. Et ſic conſuluerunt Gaſpar, & Ioā. de Fan. vt hic refert do. Card. Sed ego allego do. de Ro. dec. 181. vbi hoc expreſſe tenent, & plus dicunt, quod Vrbanus papa. 6. ordinauit vt, quiſque teneatur facere mentionem de valore beneficij, quod impetrat, & etiam obtentorum, & aliter gratia facta non valeat. Et eſt ratio primi, quia citius mouetur papa ad concedendum beneficiū modici valoris, quam magni, & exprimens minorem valorem, videtur fraudulenter feciſſe, vt eius Papa induceretur ad concedendum, non immerito gratia inficitur, vt in d. c. poſtulaſti, de reſcri. Quid autem ſi in literis ſit mentio de valore imperſonaliter, vt quia dicitur tantum ſummam, vt aſſerit, non excedit, &c. Dicit hic do. Anto. quod quędam dec. Ro. tenet falſitatem, non vitiare, quaſi hoc non referatur ad impetrantem. Contrarium tenet ipſe, quia debet intelligi, quod p impetrantem, illud fuit aſſertum. Ego dicerē, quod aut propria verba erant concepta in perſonam impetrantis, vt quia dicebatur pro parte talis nobis fuit, inſinuatum, quod tale, beneficium

ADDITIONES.

a Quod ſic. Adde quod noluit Bal. conſi. 26. 1. lib. ubi conſuluit, quod narrans Pontifici, ſe ſtudere in iure ciuili, debet potiri gratia, licet ſtuderet in ciuitate Mediolani, non Peruſij, vel Bononiæ.

b Facilius. Vide Fel. in c. in noſtra, col. 6. ver. theorica mentionum, ſupra de reſcript. Seb. Sap.

c Præſumitur bonus. Limitatur pluribus modis, ut hic per Fel. maxime quando pręſumere qualitatem bonitatis eſſet in præiudicium illius, pro quo pręſumitur, de quo uide per Alex. in conſi. 127. incip. Saluatoris, col. 3. in 3. vol. Seb. Sap.

d Gratia ſit nulla. An debeat exprimi ualor beneficii, uide do. Pet. in clem. 1. de conceſ. præb. And. Barb.

e Verum ualorem. Vide Card. in conſil. 34. incip. 1382. die 10. menſis Iulij, & Ro. deciſio. 41. incip. no. ſecundum opin. aliquorum, in antiquis, cam alleg. late per Fely. in c. ad aures, col. 3. uer. de expreſſione ualoris. ſup. de reſcri. Seb. Sap.

gium vacauit tanto tempore,&c. cuius redditus, vt aſſeritur, valorem centum Florenorum non excedunt, & tunc non debet intelligi, quod per impetrantem illud fuerit ſimpliciter aſſertũ, ſed quod impetrans dixit illud ab alijs aſſeri,& eo caſu ſufficiat impetranti probare, quod ita aſſeritur. Nam in generali ſermone intelligitur perſona loquens, vt in auth. ſi cui, C. de non nu. pecu.& in capi. petitio, de iureiuran. Aut omnia verba reſcripti loquuntur vniformiter, & tunc debet intelligi, quod per impetrantem fuit facta relatio. Intelligitur enim clauſula, Si preces veritate nitantur, in cap. 2, de reſcrip. & ſic oportet impetrātem expreſſe probare, & hoc nota. & vide quæ dico in dicto c.

10 poſtulaſti,& c. ad aures, eod.titu. † Expediam primo glo. Ber. & conſequenter glo. Innocen. ſatis notabi.& quotidianam. Glo.1. in princip. eſt ſatis clara, & ſupra latius expedita. In ſecunda parte quærit, hic fuit exceptum de inſufficientia facultatum, cui incumbit onus probandi, an Rectori, quod facultates non ſufficiant, an impetranti, quod ſufficiant? Reſpondet, quod Rectori, quia eccleſia præſumitur ſufficiens. In contrarium allegat l. ex perſona. C. de probati. vbi dicitur, quod qui dicit alium eſſe ſoluendo, debet ſaltem probare, quod aliquando fuerit ſoluendo, quo probato præſumitur in futurum eſſe ſoluendo. Ioano. And. dicit, quod aut conſtat de præcedenti ſtatu eccleſiæ, & iuxta illius ſtatum præſumitur eccleſiam eſſe ſoluendo, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi, argumen. in c. ex parte, de conceſſio. præben. in fin.& de reſcrip. cap.1. lib.6.& quod nota. in cap. vno, vt eccleſia benefic. in fi. Si vero non conſtat de præcedenti ſtatu, debet præſumi quod ſaltem ſufficiat pro duobus, argumen. in c. vt quiſque, de vita & honeſt. cler. & cap. nemo, de conſecra. diſtin. 1. & dicens minus, vel vltra, habet probare, ſecundum eum, quod placet do. Ant. niſi eccleſia ſit collegiata. tunc enim cum ad minus requirantur tres, l. Neratius, ff. de verborum ſignifi. præſumendum eſt ſufficere pro tribus. hoc dictum eſt ſatis æquum, nec credo quod aliter intellexerit Ioan. And. Sed an illud ſit verum de iure canonico, vt tres ad minus requirantur ad eſſe collegii, remitto te ad gl. c. 1. 10. q. 1. & plene dico in c. 1. de elect. Ad prædicta vide etiam glo. in cle. ne in agro, de ſtat. reg §. ad hæc, in verſic. ſeruitutes, quæ dicit ſufficere, ſi Rector eccleſiæ tenet clericum ſeruitorem, & tale quid ſufficit Rectori. & vni ſeruitori, quod non ſufficeret duobus ſociis, & videtur d. cap. vt quiſque, intelligere in ſeruitore, & non in ſocio, & ſic doctrina ſua hic non eſſet bona, cum iſte debeat recipi in clericum & in fratrem. Sed illa glo. procederet, vbi alias redditus non ſufficerēt, ſed a principio eccleſia debet eſſe ſufficiens pro clerico idoneo, vt ſatis colligitur in d. cap. vt quiſque, & capit. nemo. Et ſic tene dictum Ioan. And. hic, vide

11 quod dixi in dicto cap. quiſque. † Gloſ. vlti. in princip. eſt facilis, poſtea opp. videtur enim quod neganti impetrantem, idoneũ, non incumbit onus probandi, cum negatiua ſit improbabilis. Glo. remittit de hoc ad no. in cap. bonę, de elect. Aduerte, nam & glo. ſenſit illam oppoſitionem propter opin. quorundam dicentium, quod negatiua transfert onus probandi in aduerſarium, in cuius perſonam reſoluitur in affirmatiuam, quod tamen eſt falſum, quia fundans, ſe ſuper negatiua habet illam ꝓbare, vt probatur in cap. 1. de confeſſ. lib. 6. not. Ioan. And. in regu. ſine poſſeſſione, de reg. iur. lib. 6. in Mercu.& no. in d. capit. bonæ. Et ſi eſt negatiua mera, poterit facere poſitiones, vt dicto cap. 1. de quo dicendum, vt ibi. Secundo glo. quærit, quomodo probabitur iſte non idoneus? Et reſpondet ſatis bene. & vide in d. cap. ſi forte,& quod ſupra dixi. Nunc venio ad difficilem gl. Innocen. quam voluit ad breuiora verba reducere Ioan. And. in clemen. vnica, de offic. delega. in glo. ſua. dom. Ant. eam valde ampliat. Ego clarius reliquis proſequor tria. Primo, quia hic ſumus in materia executorum, quæro nunquid executor ad beneficia poſſit aſſumere partes iudicis, an debeat procedere extraiudicialiter: Secundo, an ſaltem aliquo caſu teneatur procedere iudicialiter; Tertio, nũquid valeat prouiſio per eũ facta, non

12 verificatis requiſitis in reſcripto: † Venio ad primum, quo Innocen. in effectu concludit, quod ſiue executor ſit datus cum clauſula impetrante monitionem, ſiue conditionem, (Exemplum primæ, ſi eſt idoneus. Exemplum ſecundæ, ſi eſt Doctor, ctor, vel ſimilis) ſemper poteſt aſſumere partes iudicis, ſi vult, & ſic citare illos, quorum intereſſe poteſt, vel iudicialiter inquirere de veritate, & idoneitate iſtius, recipiendo teſtes, & alias ꝓbationes. Ratio, quia commiſſa prouiſione, videntur omnia ſibi commiſſa, per quę peruenitur ad illam, de off. deleg. c. præterea, & c. prudentiam, & ff. de proc. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. Item cum ipſe delegans potuiſſet ſic procedere, ergo & ipſe delegatus, qui fungitur vice ipſius, de off. dele. ſuper eo, & l. 1. ff. de off. eius, cui man. eſt iuriſd. Quinimo plus dicit Inn. ꝙ etiam ſi ſine clauſula executor deputetur, nihilominus poterit aſſumere partes iudicis, quia ſemper ſubintelligitur illa clauſula, Si eſt idoneus, vt no. in c. eum adeo, de reſc. & c. cauſam, de elect. & ſic tranſit cum eo do. Ant. hic. Sed tu attende, quia Inn. in hoc vltimo ſentit contrarium in c. ad diſſoluendum, de deſpon. impu. Ibi. n. dicit, quod ſi executor datus eſt ſimpl'r ad cõferendum, non hēt cognitionem, vnde ſi vellet admittere exceptiones, poſſet dicere, is cui ꝓuiſio eſt facienda. Non ſpectat ad te, quia tm̄ es executor. Idem vr̄ ſentire Inno. in c. de cætero, de re iud. vbi dicit, qđ executor datus ad conferendā præbendā, ſi vacat, habet tm̄ cognitionem in cognoſcendo, an vacet, ſed cõſtito. qđ vacet, remanet purus executor. Et ſic ſentit, qđ ſi datur ſimpl'r, nullam hēt cognitionem. Sed gl. no. in c. paſt. §. quia vero, de of. deleg. dicit no. executorem datum ad ꝯferendum eſſe miniſtrum, nec requirit appōnem clę, & ſic concordat cũ dic. Inn. hic. Plus hoc mihi placet, quod probo rõne. Executor me-

a rus a eſt ille, qui deputatur poſt negocium plene diſcuſſum, ita qđ non reſtat, niſi actualis executio, l. executorem, C. de execu. rei iud. & iſte merito nullam hēt ptātem. Exemplum in nũcio, cui committit executio ſniæ, vt l. ſi vt proponis. C. eo. per Bart. in l. a diuo Pio, ff. de re iud. dico plene in c. de cætero, ĩ. eo. ti. ſed iſte executor, q datur ad prouidendum, vel ad ꝯpellendum, eſt deputatus negocio prius non diſcuſſo, imo intel'r cſa, ſi eſt idoneus, vt ſ. dixi, ergo non pt̄ dici index merus executor. Ergo tacite index, ſeu ſuperior prouiſionem cõmittendo, vr̄ committere ēt iuriſdõnem circa illam, & pro tanto dr̄ executor, & non quia non deputatur inter ꝯtendentes, nec principaliter ad actũ iudicialem, ſed ad actum, qui extraiudicialiter exerceri cõſueuit. Nec eſt veriſimile, quod voluerit eum eſſe merum, eũ poſſet alteri fieri præiudicium, & collatio poſſit fieri indigno, ne-

b gocio prius plene diſcuſſo, ſeu examinato, vt inf. dicā. Venio b

13 nunc ad ſecundum articulũ, † an executor c teneatur aſſumere

c partes iudicis, ſaltem aliquib. caſib. Inno. hic multum variauit, & in effectu ponit hic tres opiniones. Prima, quod non teneatur, ſiue ſit datus ſine cſa, ſiue cum cſa ſapiente monitionē, ſeu inſtructionem, vt eſt illa, Si eſt idoneus, ſiue ſapiente condõnē. Fundamentum huius opi. eſt, quia actus conferendi, eſt extraiudicialis, ergo ſatis eſt, qđ ad inſtructionem ſuam ſe informet extra iudicium de contentis in literis. Item, qa delegatus extraiudicia-

ADDITIONES.

a Executor merus. Quis dicatur executor merus, & quis executor miſtus late tradit Fely. in cap. de cætero, in prin. inf. de re iud. ubi plura in materia executorum. Seb. Sap.

b Venio. Vide Rot. dec. 368. incip. ſi in forma communi, & Card. conſi. 66. inci. reuerende pater. Seb. Sap.

c An Executor. De hac materia, vide etiam per Inn. in c. ad diſſoluendum. inf. de deſpon. impu, per eund. in c. 1. de conceſſ. præb. lib. 6. circa princip. & per eund. in c. de cætero, de re iud. Aliquid per do. Ant. in c. cum noſtris, de conceſſ. præb. in 7. col. per Pau. in clem. 1. de conceſ. præb. per Inn. in cap. vlt. de trania. præla, & aliquid per eundem in c. dudum, d 2. de elect. & etiam in c. cum inter dilectos, de exceſſ. prælato. per Bar. in l. 2. in vlt. colum. C. quando prouo. non eſt neceſ. per Ioan. And. in c. capitulum, de reſcrip. per gl. in cap. paſtoralis. §. quia uero, de off. deleg. per gl. in cap. ſunt quorum, uerſi. ab executore. 2. q. 6. & uide Imo. poſt Lap. in clemen. 1. de re iudic. in 7. colum. ubi dicit, quod licet executor non admittat exceptiones, tamen tenetur admittere exceptionem uſuriam. & uide de hoc Archid. in cap. quatuor. 12. quæſt. 1. ubi dicit, quod ſi papa mandat executori, dicendo hoc modo, conferas, uel aſſignes beneficium tali clerico, ſi repereris eum idoneum, quod poteſt conferre beneficium, nullo uocato, nec aliqua informatione habita. Secus dicit, ſi papa mandaſſet per hæc uerba, prouideas uel prouideri facias. Et ibi etiam dicit, quod eo caſu procederet, nullo uocato, & ſi ille, cuius ius læditur, poſtea compareat, auditur, & ſi ius habeat, caſſabitur, quod factum eſt. Et uide Archid. in cap. dudum. 12. quæſt. 2. ubi dicit, quod ſi papa mandat alicui executori hoc modo. Mandamus tibi, ut aſſignes præbendam illi, ſi fuerit idoneus, uel dignus, uel ſi uoluerit reſidere, quod cum illæ clauſulæ ſonent ad inſtructionem & monitionem, tenet quod ipſe facit, ſed ſi læditur ius litigatoris, eſt appellandum, & alleg. Vincen. in c. mandatum, de reſcrip. quem dicit ita, tenete. Et quod de hac materia not. Inn. hic. Vide Archid. in cap. 1. a 1. quæſt. 1. ubi dicit, quod ſi papa dat facultatem Epiſcopo deputādi in ſua eccleſia unum clericum, quem ad hoc idoneum eſſe putauerit, non poterit in eccleſia ſua deputare clericum, qui habet ſufficiens beneficium. Adde quod no. Ioan. And. in capit. accepimus, de ætate & qualita, ubi ponit, an executor poſſit mittere in poſſeſ. non oblato libello, & dum alleg. Bald. in l. ſi. ff. de conſti. princ. Item, an uerba, quæ quotidie continuetur in literis apoſtolocis, quas dirigit ad executores, uidelicet, Si tibi conſtiterit, inducant conditionem, uel monitionem, uide per Bald. in l. non dubium, in 10. colum. C. de legi. ubi facit mentionem de doctrina Inn. hic. Item quando papa ſcribit, ſi tibi conſtiterit, utrum poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis, uide ſingu. per Bald. in l. in bonæ fidei, in penult. colum. C. de rebus credit, ubi tenet, quod non. Item adde Old. conſi. 227. Item an ſit differentia, ſi in literis Apoſtolicis dicatur, ſi, eum uitæ laudabilis eſſe reperies, uel ſi dicatur, ſi prædictus clericus eſſet uitæ laudabilis, uide Old. conſi. ſuo 41. Et adde hic, quod no. D. Ant. in c. ex parte, de conſti. in 2. col. Adde hic quod nota. Bal. in l. præſcrip. in 4. col. C. ſi contra ius, uel uti. pub. uer. uenio ad ſecundam, ubi ponit de illa forma, prouideas tali, ſi eſt de nobili prole, uel ſi ſit Doctor Decretorum, & dicit, quod cum tales conditiones non ſint tacite, inducunt conditionem, non monitionem, & alleg. Inn. hic, ſecus dicit, ſi aliās ſubeſſent de quo uide per Bar. in l. cum qui duob. §. 1. ff. de acq. hær. Et adde hic Bald. in l. certum. in fi. C. unde cog. ubi dicit, quod ſi princeps mandat aliquem examinari, ſi eſt dignus, iudex non tenetur citare partem. Adde hic quod no. do. Anto. in c. cũ contingat, in 6. colum. uerſic. ex iſtis patet determinatio, de reſcrip. Adde an executor teneatur aſſumere partes iudicis, Pet. de Anch. conſi. 121. Ab. Pan. conſi. 34. Lapum alleg. 15. & 61.

iudicialiter potuiſſet procedere. & plus videtur velle Innoc. quod non teneatur iſte executor ante prouiſionem admittere exceptiones alterius partis pro intereſſe ſuo comparentis, niſi opponatur de defectu poteſtatis, puta quod reſcriptum ſit nullum. Oportet enim quod primo conſtet de poteſtate, argum. l. cedere diem, ff de verbo. ſignifi. ſecus vbi non contenderetur de fundamento iuriſdictionis, argum. c. conſtitutus, inſ. de appel. Secunda opinio. eſt, vt diſtinguatur inter clauſulam ſonantem in monitionem, & clauſulam ſapientem conditionem. vt primo caſu non teneatur adhibere cauſæ cognitionem. Secundo caſu ſub diſtinguit, quia ſi alteri ſit præiudicium, puta Epiſcopo, vel Capitulo, ad quos pertinebat collatio; & tunc debet procedere partibus vocatis, & cum cauſæ cognitione; alias non teneret prouiſio. Aut non ſit alteri præiudicium, & poteſt procedere ſine cauſæ cognitione, quia videtur hoc caſu ſibi mandatum, tãquam bono viro, prouiſio tamen erit nulla, conditione non purificata. In tertia opinio. videtur reſidere in prima opinio. cum quadam tamen limitatione, vt ſemper poſſit executor procedere extraiudicialiter, partibus nõ vocatis, niſi tria concurrant. Primo, quod clauſula appoſita ſapiat cõditionem. Secundo, ꝙ inſerta ſit per verba ſapientia cognitionem iudicialem, vt puta, ſi ſibi conſtiterit, quod ſit magiſter in Theologia. Tertio, quod alteri irrogetur præiudicium; nam, ſi nulli ſit præiudicium, videtur commiſſum, vt ſibi conſtet tanquam bono viro, & cum hac opinio. videtur tranſire glo. in d. cle. 1. de offic. dele. Sed idem Inno. clarius locutus eſt in c. propoſuit, de conceſ. præb. in ver. executore. Ibi enim ponit in hac materia duas opinio. & expreſſe eligit alteram. Primo enim dicit, quod executor datus ad prouidendum, eſt purus, & merus executor, ita quod nullam habet iuriſdictionem, nec dẽt citare partes, niſi in literis hoc caueatur. tunc e. n. eſt ſeruanda forma mandati, de reſcrip. c. cum dilecta. Vnde plus videtur, ſecundum eum, quod ſi cõparet quis q velit aliquid dicere in perſonam eius, cui eſt facienda prouiſio, non debet eum audire, quia purus, & merus executor eſt, & nullam habet iuriſdictionem, allegat notata in c. de cætero, de re iud. Et idem dicit, ſi velit hunc executorem recuſare, quod non eſt audiendus, de offi. deleg. c. nouit, poteſt tamen, ſecundum eum, opponi de reſcripti ſurreptione, quia ob hanc cauſam reuocaretur quicquid feciſſet, etiam poſt executionem. Refert tamen ibi alios tenere, & forte bene, ſecundum eum, quod licet iſte executor nullum vocare teneatur, ſi tamẽ aliquis compareat, qui velit aliquid dicere in perſonam, debet audiri, argum. inſ. de accuſ. capitu. accedens, quia iſte executor habet iuriſdictionem. Sed Innoc. approbat ibi primum dictũ, dicens, quod de ſtricto iure magis poteſt ſuſtineri, & clarius loquitur ibi poſt aliquas lineas, dicẽs ſe fateri, quod ſi omiſſa cognitione ſummaria, & repulſis contradictorijs exequetur mandatum, quod valet, quia eſt merus executor ad implendum mandatum. Item, quia ſummaria cognitio nõ eſt ſemper de neceſſitate, neque de ſubſtantialibus executionis mandati, fatetur tamẽ, quod in compulſione eſt neceſſaria cauſæ cognitio; & ſic contradicit Innocentius his, quæ dixi ſup. in primo articulo, ſecundum eum. Sed in dicto capitu. ad diſſoluendum, prope fin. ſentit aliam opinionem dicens, quod executor ad ꝓuidendum ſimpliciter deputatus non debet admittere exceptiones contra perſonam, cui fienda eſt prouiſio, quia non eſt iudex, nec in forma iudicij ꝓcedere debet. Secus dicit, ſi eſt datus cum clauſula illa, ſi eſt idoneus, vel, vt aliter compellat, tũc enim oppoſitam exceptionem vel denunciationem debet admittere, & appellari poteſt ab eo, & caſſabitur quicquid faciet poſt talem appellationem, ſi probatio fuerit oblata, infra de appella. capitu. interpoſita Aliter locutus eſt Innocen. in capitul. de cætero, de re iudic. vbi dicit, quod quædam eſt executio pro parte mera, & pro parte miſta, vt ſi mandatur alicui, vt Titio prouideat de tali præbenda, ſi vacat. Nam cognitionem habet in hoc, ſi vacat, ſed poſtquam conſtiterit, quod vacat, nõ habet amplius cognitionem. Iõ ſi aliquis vellet obijcere in perſonam aut iudicis, aut illius, cui fienda eſt prouiſio, non eſt audiendus, ſecundum eum, adducit no in d c. propoſuit. & 25. q. 2. c. dicenti. §. & ſi non cognitio, & de reſcrip. c. cum dilecta, & ſic videtur ſentire ibi Innocen. per hæc verba, ſi bene ponderentur, ꝙ ſi datur ſimpliciter, nullam habet cognitionem,[a] ſi autem datur cũ aliqua clauſula, habet cognitionem, quatenus venit purificanda illa clauſula, & non aliter Et hæc multum differunt à præcedentibus Aliquid de materia tengit idem Innocen. in c. fin. de tranſla. præla. vbi dicit, ꝙ is, cui mandatur iuriſdictio, vt alicui prouideat, ſi eſt idoneus, extra iudicium ſe informat de idoneitate, nec credit eſſe neceſſarium, quod huiuſmodi executor debeat aliquem vocare ad ſciẽdum, ſi velit dicere illum, pro quo ſcribitur, non eſſe idoneum; licet antequam prouideat, debeat examinare, an ſit idoneus, vel ne, vt no. ſup. de poſtu. præla. in c. 3. Sed in c. 1. de conceſſ. præb. lib. 6. & c. cum olim. il 1. de priuile. videtur limitare omnia prædicta. Dicit enim quod licet executor, cui ſcriptum eſt vt præbendam conferat, & in poſſeſſionem inducat, & contradictorem compeſcat, poſſet præbendã conferre non vocatis his, quorum intereſt; tamen nullo modo debet auferre poſſeſſionem alicui, prius non vocato, & conuicto poſſeſſore, nec etiam alias ſtatum poſſeſſionis mutare, C. ſi per vim, vel alio modo. l. ſi niſi primo collationem feciſſet, vocatis partibus, & cum cauſæ cognitione in danda poſſeſſione, quia tunc datio poſſeſſionis eſt executio collationis primo factæ cum cauſæ cognitione. Nec eſt vis, ſecundum eum, in commiſſione papæ, ſiue tantum dicat, Conferas, ſiue adijciat, & in poſſeſſionem inducas, quia ſemper poſſeſſionem date poteſt in c ſignificaſti, de offi. deleg. Et idem quoad præmiſſa videtur velle Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de pe. & poſ. §. ſi. ad ſi. facit ꝙ leg. & no. in c. licet Epiſcopus, de præben. lib. 6 & c. ordinarij, de offic. ord. lib. 6 Hæc ſunt dicta Innocen in hac materia, in varijs locis ſparſa, ex quibus potes colligere difficultatem huius paſſus. Hoſtien. in c. propoſuit, præalleg. tenet executorem datum etiam ſimpliciter ad prouidendũ, arctari ad admittendas legitimas exceptiones, cum ſit executor miſtus. & in talib. literis ſemper intelligatur clauſula, ſi idoneus fuerit, de reſcr. c. cum adeo. Et no. hic, quod legitimæ exceptiones ſunt ſemper admittẽdæ, licet præciſe ſcribatur, de off deleg. c. ex parte. il 2. & ſic tenet ſecundam opi. quam ibi recitat Innoc. quam ſup. retuli. Clarius adhuc loquitur idem Hoſtien. in c. de cætero, præalleg. vbi referens dicta Inno. dicit ibi illa dicta mira & noua & quod ipſa nõ intelligit concludens certa eſſe, ꝙ cum papa ſcribit ꝓ aliquo beneficiando, admittuntur exceptiones propoſitæ, & contra beneficiandum, & contra reſcriptum, & contra executorem, vt patere dicit in eo, quod legi. & no. ſup. de reſcr. c. ad aures, & c. cum adeo, & c. poſtulaſti, & c. ſi proponente, & in multis alijs iurib. & ſup. de offi. dele. c. paſtoralis. §. quia vero. Poſſet tamen ſaluari illud dictum Innocen. ſecundum eum, ſi ſic intellexit, quando papa certo iudici, & pro certa perſona, & de certa præbenda præciſe, & ex certa ſcientia ſcribit, exprimens ſufficienter in ſua litera, ꝙ nõ vult contra hoc mandatum ſuum aliquã exceptionem admitti. Dicit tamen, quod vix in hoc caſu ſaluabitur, cũ papa dicat, quod nec ſe, nec anteceſſores ſuos credat hoc expreſſiſſe, vt leg. & no. in d. c. ex parte. il 2. de offi. deleg. Dicit etiam, quod dictum Innocen. poſſet ſaluari, quando papa, vel alius alicui ſibi noto, beneficium vacans conferret, quem etiam mandat per aliquem executorem in poſſeſſionem induci. talis enim executor non habet prima facie exceptionem admittere, de quo dicit dicendum vt not. in c. cum eccleſiaſticæ, de excep. & c. accedens, de accu. Io. And. ẽt fuit varius. nam in [illegible] capitulum S. Crucis, de reſcrip. in pen. col. tranſiuit cum [illegible] poſt. qui dixit Inn. mandaſſe ſeruari, quod ſi ante prouiſionem executor vult admittere exceptiones oppoſitas contra reſcriptum, vel perſonam, aſſumendo partes cognitoris, poſſit. quaſi videatur ſibi mãdatum, quod ſi audiat aliqua, quæ ipſi [illegible] ueant, cognoſcat, ſi velit, de his, vel negocium remittat ad ſuperiorem, de re iud. c. de cætero, & ſup. de reſcr. c. ſi quando, de [illegible] fal. c. ſuper eo Sed ſi repulſis legitimis exceptionibus appellet, & nihilominus prouideat executor, dicit, quod probata exceptionũ veritate caſſabitur collatio, alias non caſſabitur, etiã ſi appellans ſe obtulerit probaturum. cum oblatio ſit extraiudicialis, ex quo executor cognitionẽ non aſſumpſit, & in extraiudicialibus non ꝓficit oblatio, vt no. in c. cũ inter, de elect. & in c. interpoſita, de appel. Nec obſt. ſecundum eum, de appel. c. dilecto. quia ibi per confeſſionem partis conſtabat de veritate exceptionis, vel ibi de executoris compulſione, qui ſine cauſæ cognitione non compellit, hic loquimur de prouiſione, quæ verba no. qa faciũt ad multa. Sed idem Io. And. in c. dudum 2. de elect. in 5. col. poſt Inno. dicit, quod ſi quis authoritate reſcripti, petit ſibi prouideri de beneficio, non eſt neceſſaria lit. cont. qa is, cui ſcribitur, potius eſt executor, q̃ cognitor. ſup. de offi. dele. c. ſuper quæſtionum. §. porro. ſed exceptiones legitimas debet admittere, vt ſup. de reſcrip. c. cum adeo, & c. conſtitutus, & c. capitulum. Nihil enim pt petere impetrans, quam id ꝙ in reſcripto cõtinetur, nec ex alia cauſa, & ideo reſcriptum ſufficit pro libello,[b] argum. ĩ. de dila. c. præterea. & contradictio eſt pro reſponſio-

ADDITIONES.

a Cognitionem. Vide Car. in cle. 1. in 2. q. de conceſ. præben. & in cle. 1. in 3. no. de off. dele. Seb. Sap.

b Pro libello. Si quis authoritate reſcrip. petit ſibi prouideri de beneficio, reſcriptum ſufficit pro libello. & vide do. Anto. in d. c. præterea, de dil. in 3. col. vbi dicit, quod in beneficialibus citatio cum aſſertione reſcripti habet vim libelli. & ibi etiam dicit, quod in cauſis ſummarijs, & breuioribus, in quibus non requiritur libellus, ſed ſufficit qualiſqualis petitio iuxta cle. ſæpe, de verb. ſignifi. Illa citatio cum inſertione reſcrip. delegatoris, quam facit delegatus, habet vim libelli. Nam delegatus in citatione [illegible] tenorem reſcripti delegatoris, prout conſuetudo obſeruat, & habetur in l 2. ff. ſi quis in ius uoc. non ie. quæ bene no. Et idem dicit Innocen. in c. dudũ, ſup. de elect. in glo. ſua, in uerbo conteſtatione. tenet Arcan. c. iudicia. §. oneratur 3. q. 3. Adde, quod in citatione ſit inſerendus tenor delegationis, Aug. conſi. 39.

ſpon ſione tutius tamen eſt,ſecundũ eum,vt aliqua petitio offe
ratur,& lis conteſtetur,arg. in d.c. dudum, & c.vno,de lit.con-
teſt.& hoc etiam völuit Inn. in d.c.dudum, quæ verba no. Alia
verba poſuit poſt Compoſt.in c.mandatum,de reſcrip.in 5.co-
lum.vbi dicit,quod ſi eſt reſcriptum,vt compellat,vel vt prouî
deat,inſtandum eſt apud executorem vt exequatur mãdatum,
vel conferendo,ſi ad hoc habet mandatum, vel mandando ca-
pitulo,vt illum recipiat,& ſi capitulum opponit legitimam ex
ceptionem,quare non teneatur recipere,auditur,de appel.c.di
lecti,& de elect capi.cum inter canonicos. ſi autem nullam le-
gitimam proponat , vel proponit, ſed non probat, tunc execu-
tor ſine lit.conteſt.compellit. Videtur tamen ſecundum eum,
quod vbi partes iudicis aſſumpſit executor,ſit ferenda diffini-
tiua, quę ſine lit. conteſta. pen non debet. Poteſt etiam peti ab
executore,quod pronũciet, ſe ad executionem mandati,vel ꝯ-
pulſionem Capituli,oppoſitis non obſtãtibus,debere procede-
re,quæ verba etiam no.quia inſtruunt in modo procedeodi co
ram executore. Clarius loquitur idem Ioan. And.in cap.acce-
pimus,de ætate,& qualita.in verſic. exceptione:oam per illum
textum,dicit,quod quando ſcribitur pro aliquo beneficiando,
non eſt neceſſe quod lis conteſtetur , nec quod libellus detur
in ſcriptis , ſed ſufficit , quod impetrans dicat executori,ſuppli
co, exequamini mandatum vobis iniunctum & ſi nil oppona-
tur, procedat ſecundum formam mandati,de reſcrip.cap.cum
dilecta, & c. ſi quando. Et idem ſi Friuola exceptio opponatur,
de præben. cap. dilectus, il 2.de conceſſ. præben.c.cum noſtris.
Si vero aliquid rationabile opponatur , illud examinabitur,&
executio ſuſpendetur,ſupra de reſcript.capit. conſtitutus,& de
appel. cap. dilecto. Sed ſuper exceptione oppoſita prius,quam
teſtes recipiantur, erit lis conteſtanda, ſecundum eum,allega.
cap. veniens, de renunc. & remittit ad plene no.in ſumma,§.&
quando, ſub.§. de dilatorijs,verſicu.penult.& vlti.Et ſic vult io
hoc loco ſimpliciter, quod exceptiones ſint admittendæ.& lis
conteſtanda ſuper eis. Vide eundem Io. An.in ti.de pe.& poſt.
§.fi.in addi.mag.vbi format q.Papa mandauit executori,quod
ſi conſtaret A. renuiſſe duo beneficia curata,contra decre.exe-
crabilis,Ioan. 22.quod alterum conferret B. impetranti.Execu
tor proceſſit,illo A. poſſeſſore non vocato, & poſtquam conſti
tit ſibi de facto, contulit impetranti beneficium , de quo in re-
ſcripto,ac illum induxit in poſſeſſionem. Poſſeſſor appellauit,
& petijt ante omnia ſe reſtitui in poſſeſſionem , cum fuerit de
facto ſpoliatus, iuxta no.in c.conquerente, de offi.ord. Quæri-
tur quid iuris:nam opponebatur, ꝙ executor poterat procede
re,parte ooo vocata,per ea quæ ponit hic Inno. ſed Ioan. And.
determinat illum primo reſtituendum,quia executor non po-
rat recipere probationes , parte non vacata . Nec obſt. not.hic,
quia procedunt,cũ gratia eſt facta, ſed in quæſtione oostra gra-
tia erat fienda,prius conſtito, quod ille teneret beneficia cõtra
extrauag.execrabilis, ſed non poterat conſtare illo non vocato
cum ageretur, de facto ſuo. Idem ſecundum eum præſuppoſi-
to, quod fuiſſet merus executor factæ gratię, non tamen debe-
bat impetrantem inducere in poſſeſſionem, poſſeſſore nõ vo-
cato , cum poſſet ſibi ius competere. Hoc enim non licet ordi-
nario collatori,vt in c.licet Epiſcopus,de pręb.lib.6.fortius nec
delegato,cum ordinario poteſtas ſit fauorabilior, vt in cap.1.&
ibi gl.de reſc.lib.ar.arg.in c.fin. de re iudic.& vide ibi latius per
eum, & hæc bene no. quia multum limitant hic not.per Inno.
Habes nunc dicta antiquorum in vnum collecta, quę ſparſa in
gerunt difficultatem. Dom.Anto.in effectu clarè cum recitan-
do,diſtinguit inter executorem ad prouidendum , & executo-
rem ad compellendum,primo caſu, ſi in literis eſt clauſula,vo-
a catis vocandis,a vel quod debeat citare partem,& tunc eſt cla-
rum,quod tenetur citare,vt voluit Inno.in d.c.propoſuit.Qui-
nimo plus dicunt Do.de Rot.ſeu Collector deciſionum,quod
taliter deputatus videtur iudex potius,quam executor,de quo
vide per eos deciſ. 337. & ſic habebit procedere in loco,vbi de-
putatus fuit per cap ſtatutum.§.in nullo,de reſcri.lib. 6. De quo
per Gul.de Mon.Lau.de reſcrip. clem. 1.& vide per Do.de Ro.
361.deciſ. Aut in literis hoc non cauetur , & tunc aut ſimplici-
ter ſine aliqua clauſula purificanda mandatur prouiſio , & di-
cit ſe credere,quod debeat admittere executiones,per quas ar-
guitur ſuæ poteſtatis defectus, & hoc voluit Inn.in pluribus lo-
cis ſuperius alleg.Alias autem exceptiones de iure deberet ad-
mittere,ſed hoc nõ admittit ſtylus curię, vt dicit Compoſt. vbi
ſupra,vocare autem, partes non arctatur ſecũdum eum,nec aſ-
ſumere partes iudicis,antequam opponatur,vt voluit Innocẽ.
in locis præalleg. Aut fuit deputatus cum clauſula, & tunc aut
cum clauſula ſonante in monitionem, & non arctatur aſſume
re partes iudicis. Putat tamen, quod licet de iure non teneatur
citare,tamen exceptiones legitimas tenetur admittere,ſaltem
vt ſuperiori referat , ſed dicit , quod practica hoc non admittit,
vt dicit Compoſt.in d.c.capitulum. Aut ſonat in conditionem,
& tunc ſi non tangitur præiudicium tertij, putat idem quod in
præcedenti membro.Si autem tangitur præiudicium tertij, vo-
candus eſt ille , cuius intereſt , & debet partes iudicis aſſumere
de iure,& ſic tenet ſecundam opin.Inn.hic, nec placet ſibi dif-
ferentia illa Inno.an dicatur,ſi tibi conſtiterit, &c. vel ſimplici-
ter, ſi eſt de tali vita , &c. nam illud verbum ,conſtiterit, poteſt
referri ad ſui cognitionem.Idem dicit,ſcilicet, quod debet cita
re partem , quando opponitur clauſula,quę dēt purificari,quo
ad alium,antequam conferat,vt no.Ioan.And.in addi.Spec.lo
co præallega. vt pura , ſi conſtiterit,quod talis poſſidet duo be-
neficia curata,&c.Et dic, quod hoc membrũ includebatur ſub
præcedenti , cum hæc clauſula ſonet in conditionem,& veniat
in præiudicium alterius.Secundo caſu principali,ſcilicet in exe
cutore ad compellendum, dicit, quod aut deputator ad cõpel-
lendum habentes poteſtatem conferendi, & tunc, ex quo præ-
ceſſit prouiſio,nulla admittitur exceptio, de app.c.conſtitutus
de acc.c.accedens, licet poſſit, ſi velit, ſaltem vt referant, & ſic
poteſt intelligi ſecundum eum, quod no.Hoſti.in d. c.de cęte-
ro.Sed certe nimis generaliter in hoc loquitur,cum poſſint op
poni exceptiones,de quibus in c. accedens, infra de accu.Item
contra reſcriptum . Omittit etiam membrum,ſcilicet quando
fuit deputatus ad hoc compellendum ordinarium ad conferẽ-
dum,quo caſu dic,quod debent admitti exceptiooes legitimę,
vt voluerunt Inno.& Ioan.And.in pluribus locis præalle.Aut
eſt deputatus ad compellendum poſſeſſorem beneficij, & tũc
dicit,quod tenetur citare,& iudicis partes aſſumere, arg.d.c.li-
cet Epiſcopus , & no.Innoc. & Ioan.And.vbi ſupra hęc proce-
dunt,quando deputatur executor ad compellendum reſpectu
iuris de nouo creati in literis Si autem datur ad ius creatum an
te literas,vt in forma c.cum ſecundum Apoſtolum, de præbē.
refert duas opin.Prima, quod eſt iudex, & non executor,ita qđ
oportet , quod procedat , vt iudex,& exceptiones admittat, vt
dicit eſſe tex in c.accepimus,de ęta & quali. & alleg. Inn.& Io.
And.ibi.Sed certè illa decr.hoc non probat,imo potius probat
oppoſitum,dum dicit,ꝙ mandat illos examinari,ſi ſint idonei.
Item non dicit , quod debeat citare Epiſcopum, ſed admittere
exceptiones illius,ſi quas forte voluerit opponere, nec Inn.nec
Io.hoc ſentiunt , imo oppoſitum . Nam loquitur Ioan.And.vt
ſupra dixi, ſumendo generaliter arg.ex tex.illo, ad alios execu-
tores.Secunda eſt opi.præcedenti contraria: nam ſentiunt Do.
de Ro.391.dec.& alleg.Pau.in clem.1. de conceſ.præb.Dicunt
enim , quod ex quo proceſſit examinatio in ordinatione,non
videtur datus,vt iudex, ſed vt executor, & purificationem gra-
tię habebit facere,ſe informãdo extraiudicialiter,vt bonus vir,
etiam in abſentia impetrantis, quia cum alias fuerit examina-
tus,non exigitur eius præſentia,ſed fiet extraiudicialis inquiſi-
tio de moribus,& vita,vbi fuit conuerſatus, de elect.c.poſtquã.
Et hæc opi.mihi placet, & videtur tex.in d c.accepimus,maxi-
me in eo,quod dicit, quod ex ſuperabundanti mandat inquiri
iterum. Hæc poſſem tacere, cum tantum ſint ſparſa, & ſatis fa-
tigatus fuerim in colligendo,& fideliter recitando aliorum di-
cta,tamen ne cupientibus,& affectãtibus iudicium meum de-
ſit clare & breuiter dico,quod quidam ſunt caſus, in quib. cla-
rum eſt , quod non poteſt iudicis partes aſſumere, & quidam
ſunt,in quibus tenetur.Remanent aliqui dubij,in quibus dicã,
quod mihi videtur.Primus caſus, quando delegans non habe-
bat iuriſdictionem.Non enim potuit committere,quod nõ ha
bebat , quia nemo dat , quod non habet.1.q.7.c.Daibertum.&
c.quod autem,de iure patro.quod ſentit hic Inno. poſt prin.Ex
quo infero,quod iſti inferiores habentes de iure ſpeciali cogni
tionem,ſine iuriſdictione,non poſſunt,nec per ſe,nec per ſuos
commiſſarios partes iudicis, aſſumere,ſed extraiudicialiter ad
eorum inſtructionem poterunt informationem ſumere, ſicut
faciunt arbitri, & arbitratores , etiam ſi in commiſſione dica-
tur,ſi tibi conſtiterit, &c. Nam poſſunt illa verba referri,& ve-
rificari in extraiudiciali inſtructione,tex.eſt no.in cap.cum cõ-
tingat,de reſcr.Secundus caſus, quando ſuperior delegãs prius
cognouit plene de iuribus partium , etiam reſpectu executio-
nis fiendæ,& ſimpliciter mandat,vt cõferat, & inducat in poſ-
b ſeſſionem . Talis enim eſt merus executor, b & nullam excep-
tiooem debet admittere.l. executorem , & l.ſi vt proponis , C.
de excep.rei iudic. no. in l.a Diuo Pio,ff.de re iud.& d.c.de cæ-
tero. Tertius caſus,quãdo ſuperior prouidit, ſeu prouideri mã-
dat alicui ex certa ſcientia , remouendo aperte omnes excep-
nes,& reſeruando ſibi cognitionem,arg.eorum,quę no.in d.c.
ex parte,de offi.deleg. & per Hoſt.in d.c.de cętero,& in hoc eſt
diligenter aduertenda forma mandati,arg.de priui. c.porro.In
his.n. caſibus, & ſimilib. ſi qui poſſent occurrere, executor eſt
omnino

ADDITIONES.

a Vocatis vocandis . Quomodo debeat procedere executor, qui eſt datus cum clauſula,vocatis vocandis, vide Card. in conſi.64.inci.do.noſter Papa,& in conſi.94.incip.nobiles viri,quem refert Fel.in cap. de cætero ,col. 3 .uer.qd de clauſula,inf.de re iud. Seb.Sap.

b Merus executor.Vide tamē Lud.Rom.in conſi.52. incip.attentis his, & Fel.in c.de cætero,col.2.uer.2.concluſio. Seb.Sap.

omnino merus,& dicitur merus, quia non habet miſturam iu-
riſdictionis,& in iſtis non habet locum gl. in d.c.paſtoralis. Ca-
ſus vero,in quibus debet aſſumere partes iudicis, ſunt iſti. Pri-
mus,ſi in literis mandatur,vt citet aduerſarium, vel apponitur
clauſula, vocatis vocandis, &c. vt ſupra dixi,& bene facit cap.
exhibita,& quod ibi no.de iudi. Secundus caſus, quando vult
dare poſſeſſionem,quam alius obtinet. Debet enim illum vo-
care,quantũcunque ſimpliciter ſcribatur, quia non eſt de intẽ
tione Principis,vt quis remoueatur a poſſeſſione ſine cauſę co
gnitione.l.fi.C.ſi per vim,vel alio modo 3.q.9.c.caueant, & c.
omnia.& tenent Doct.in locis præalle.& probatur in d.c. licet
Epiſcopus,de præb.lib.6. Tertius caſus, ſi executor fuit datus
cum clauſula,quæ venit purificãda ex facto tertij,de cuius præ
iudicio agitur.tunc enim tacite videtur mandata cognitio, qa
cauſarum merita partium aſſertione panduntur,in c.tum ex li
teris,de in integ.reſt.& d.l.fi.& hoc eſt,quod voluit Ioan.And.
in d.addi.Quartus caſus,quando executor datur ad compellẽ-
dum ordinarium collatorem,vt conferat. Debet enim cũ mo
nere,& citare,vt conferat.Et ſi ille opponit exceptiones legiti-
mas,audiendus eſt,vt eſt caſus cum ibi not.in c. accepimus, in
fin.de æta.& quali.& in c.capitulum,& c.conſtitutus, de reſcri.
volunt Doct.in locis præall. Non enim debet quis impugnari,
& defenſio negligi contra c.cum inter, de excep. In his enim,
& ſimilibus caſibus executor dicitur miſtus, quia habet cũ exe
cutione,iniunctam miſturam iuriſdictionis, quia ex quo ſupe-
rior prius non cognouit de iure executionis fiendæ, videt̃ ſuo
commiſſario etiam iuriſdictionem dediſſe,argu.c.ex literis,de
offic.deleg.& d.c.accepimus,& 25.q.2.c.dicenti.§ & ſi non co
gnitio.Non autem appellatur iudex, quia iuriſdictio hic datur
acceſſoriè ad miniſterium exercendum, quod ex ſui natura eſt
extraiudiciale,nec deputatur inter partes contendentes;ſed qa
acceſſoriè habet iuriſdictionem, & ratione prædicta tractat̃ ip-
ſius materia,vt in c.ſuper eo,de offic.deleg.ad denotandum,ꝙ
habet iuriſdictionem delegatam,vt innuit ibi glo.& in c.tibi,q.
de reſcrip.lib.6.ex his habes fundamentum huius materiæ.Ex-
a tra prædictos caſus remanet dubietas,an executor a poſſit aſſu-
mere,vel non,partes iudicis, & an teneatur exceptiones admit
b tere,b vbi eligit viam meri executoris. Et in hoc concluderem,
ꝙ ſi vult,poteſt iudicis partes aſſumere,etiam ſi fuit datus ſim-
pliciter, per ea, quæ dixi ſup. in 1.arti.Si autem vult procedere
extraiudicialiter,dico quod etiam poteſt, quia cũ actus ſui na-
tura ſit extraiudicialis,poteſt a principio procedere, vt vult, ſi-
cut ille,qui habet duas vias,poteſt eligere a principio quã vult,
vt not.in ſimili,in c. Quintauallis, de iureiur.& c. vt quis duas,
de elec.lib.6,Quod dico procedere, etiam ſi ſit appoſita clauſu
la ſonans in conditionem per verbum,ſi conſtiterit, quia cum
hæc verba poſſint referri ad extraiudicialem inſtructionem,vt
in d.c.cum contingat, non debet per hæc verba alterari natura
negocij.Nam ſi teneretur a principio citare,eſſet potius iudex,
quam executor.Nec curo de præiudicio alterius extrinſeco, vt
puta,quia ad Epiſcopũ pertinebat collatio,nam ſi ſuperior po-
tuiſſet extra iudicium ſe informare, vtrum is,pro quo mandat,
ſit de tali loco,vel magiſter,&c.ſic poterit & iſte. Sed, vbi age-
retur de iure alterius,tũc bene fateor,vt ſupra dixi, quod ille ſit
vocandus, puta, ſi diceretur in literis, ſi conſtiterit Epiſcopum
fuiſſe negligentem in conferendo rem,vel ſi conſtiterit,ꝙ talis
teneat duas eccleſias curatas,&c.Nam hoc caſu tacitè videtur
mandata cognitio,quia cauſarum merita partium, &c.vt ſup.
dixi. Sed ſi compareat is,qui prætendit aliquod præiudicium, fa
teor,quod debeat audiri,& tũc debet aſſumere partes iudicis,
vt in d.c.accepimus.in fin.& c.cum adeo.& c.ſi quando,de re-
ſcrip.cum multis ſimilib.Probatur ratione, ex quo ſuperior nõ
cognouit de iure executionis,videtur hoc mandaſſe ſuo com-
miſſario,argu. in d.l.a diuo Pio.& probatur hic in fi. vbi poteſt
presbyter iſte in ſe aſſumere onus probandi iſtum Impetrantẽ
non eſſe idoneum,& debet audiri.Et ſic illud dictum Comp.in
c.capitulum,non videtur generaliter procedere. Nam ad hoc
habet iuriſdictionem miſtam, vt vbi expediat, aſſumat cogni-
tionem,quod ſatis videtur expedire, vbi quis pro ſuo præiudi-
cio ſe opponit,arg.opt.in d.c.ex parte,2.de offic.delega. & c. ſu
per eo,eod.titu.l.1.§.ſi quis a Principe.ff. ne quid in loco publ.
Sed dubium eſt,quid ſi quis ſe opponat,non ex præiudicio pri-
uato,ſed publico, vt quia comparet tertius, & dicit illum non
eſſe idoneum,nunquid debeat audiri? Et hoc caſu fortè poſſet
procedere dictum Compo.vt executor non teneatur eum au-
dire,cum ſit executor extraiudicialis,ſed agat poſtmodum ille
per viam denũciationis,vel accuſationis, ſicut nec committẽs
ordinario tenebatur admittere,vt no. Innoc. in c.ad diſſoluen-
dum,de deſpon.impub.Sed de mero iure contrarium puto ve
rum,licet enim fateor ordinarium poſſe,non tamen eius dele
gatum,quia in dubio debemus credere ordinarium noluiſſe,ꝙ
indigno fieret prouiſio,arg.in l.ſi procurator,ff. de condi. inde.
& maximè quãdo expreſſit illam clauſulam,ſi eſt idoneus. Itẽ
ſicut in confirmatione admittitur excipiens contra defectum
pro intereſſe publico,iuxta tamen no. in c. ſuper de his, de acc.
ita in prouiſionis actu, cum prouiſio habeat vim electionis, &
confirmationis,iuxta not.in c. cum olim,de cauſa poſſ. & ppr.
& præſumẽdum eſt,ꝙ ſuperior voluerit potius a principio oc-
currere,quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere,
iuxta conſilium,l.fin.C.in quibus cau.in integ.reſti.non eſt ne-
14 ceſ.†Ex his infero incidenter ad duas quæſtiones. Prima eſt,an
coram executore ſit fienda litis cõteſtatio. Vidiſti ſupra varias
c opiniones, ſatis credo,ꝙ vbi executor c proceſſit cum contra-
dictoribus,ſit fienda litis conteſtatio,quia talis contradictio ha
bet vim cuiuſdam petitionis,vt not.in c.ſuper eo, de elect. Hoc
dico ſaluo eo,quod hodie habetur in clemẽ. diſpendioſam, de
iudi.ſecus vbi proceſſit ſine cõtradictore,& hoc ſatis ſenſit Io.
15 And.in d.c.accepimus.†Secunda quæſtio eſt, an & quando ſit
appellandum,& an neceſſe ſit appellare a proceſſu executoris
ad beneficia.Et in hoc concludo cum Innocen. & Doct. hic, ꝙ
aut proceſſit ſine cauſæ cognitione,& tunc ſi non fuit appella-
tum intra decẽdium,poterit nihilominus obijci poſt, qa actus
extraiudiciales non tranſeunt in rem iudic.poſſet tamen qs in-
tra decendium appellare,ſi ſentiret ſe grauatum, vt in c.conceſ
ſationi.de appel.lib.6.ad idem,c.conſtitutis, 2.eod.tit. Si autem
proceſſit cum cauſæ cognitione, puta inquirendo de meritis
perſonæ, & aliis in reſcriptis contentis, tunc neceſſe eſt, vt hi,
quibus infertur præiudicium,appellent intra decendium. Vlte
rius autem non ſunt audiendi,de elect.c.cum dilectus,& c. fin.
de elect,lib.6.quod poteſt intelligi ſecundum Io. And. ſiue fue-
rint abſentes,ſiue præſentes,etiam non vocati,ex quo cum pri-
mo ſciuerunt factam prouiſionem, intra decendium non ap-
pellauerunt,ff. quæ ſeu ſine appel.reſcin.l.1.§.item cum ex edi-
cto,quod intellige,niſi a principio fuiſſent ſpecialiter vocãdi.
nam tunc proceſſus eſſet nullus.3.q.9.c. caueant, & dixi ſupra
poſt Io. And. in addi.Specu.ſi vero vocati fuiſſent, vt contuma-
ces,tunc non audirentur appellantes. 2.q.6.c.ei qui.§. ſunt etiã
quorum,& 24.q.3.c.de illicita. An autem per viam denuncia-
tionis,vel accuſationis audiri poſſit,qs tunc comparens,vide p
Fed.ↄſi.21.& 97.& ꝙ dico in c. cum olim,de cau.poſſ. & propr.
Vnum tamen quoad prædicta not. ꝙ vbi ↄditio eſt notoria,or-
do non eſt ſeruandus,ſm Inn.Pro quo alleg.c.qm̃, de fil. presb.
& c.ad noſtram,de iureiu.& l.1.C.qui & aduer.quos. iuncta gl.
Dicit tamen Inn.quod hoc ipſum debet exprimere,vel in rela-
tione,vel in interlocutoria,vt ſi verum eſt,non ſit ei vlterius cõ
tradicendi facultas,niſi appelletur. 2.q.6.cap.biduum. Hoc vlti
mum puto cautum,ſed non neceſſarium,per ea,quæ no. idem
Inno.in c.tua,in fi.de cohab.cleri.& mulie.pro hoc.c.2.24.diſt.
16 †Venio nunc ad vltimum articulũ.ſ.an teneat collatio, ſi clau-
ſula appoſita in reſcripto non verificatur. Innoc. hic ↄcludit, ꝙ
aut erat clauſula ſapiens monitionem & inſtructionem, vt illa,
ſi eſt idoneus,& tenet collatio, licet in veritate nõ ſit idoneus,
qa cum illa clauſula intelligat̃ ipſo iure,ſi exprimatur, non dat
nouam formam mandato,ad hoc,c.ſignificaſti,& ꝙ ibi no. de
ele.& l.3.ff.de leg.1.Vide in ſimili no.dictum Inno.in c.prudẽ-
tiam,de offi.dele. vbi dicit,ꝙ ſi exprimatur clauſula cõcernens
inſtructionẽ circa merita cauſæ, quæ alias intelligebat̃, nõ dat
nouam formam mandato.Hinc dicit,ꝙ ſi executor pro execu-
tione

ADDITIONES.

a An executor. Adde, quod executor,qui cœpit procedere,ut miſtus,põt deſi
ſtere,& procedere,vt merus,ut tradit Felin.in c.cum ordinem,col.3.ver.&
dicit Pet.de Anch.ſup.de reſer.Et quas exceptiones debeat admittere exe-
cutor merus,& quis miſtus,tradit Fel.in c.paſtoralis.§.quia vero,col.2.glo.
in verbo,& ſi ſciat,ſupra de offi.deleg. Seb. Sap.

b Circa hoc de mero executore,puta nuncio, dicas, quod non cognoſcit de
nullitate ſententiæ,quam habet exequi, nec debet aliquam exceptionem
admittere,vt per Bar.& Doct.in l.a Diuo Pio.ff.de re iu.& per Bal. in l. & ſi
non cognitio.C.ſi contra ius,vel vtil.publ.& habetur per Do.An.in c.de cę
tero,de re iu.& per D.Card.in clem.1.in §.pen.in 5.q.de foro comp.vbi di-
cit,quod non admittit et exceptionem nullitatis,& vide Hoſtiẽ.in c.quod
ad conſultationem,ubi etiam per Inno.de re iu.& Arch.in c.ſicut.2.q.1.&
vide per Spec.in tit.de exe.ſen.in §.fin.in uer.ſi.vbi etiam dicit, quod ſi ad-
mitteret exceptionem,poſſet ab eo appellari,tamen dicit do.Card.in loco
præal.quod talis executor etiam merus, poteſt admittere exceptionẽ nul
litatis,non ut pronunciet,ſed ut inſtruat ſe,& ſi viderit ueram exceptionẽ,
ſuperſedeat,quod etiam uoluit dn.Card.in c.paſtoralis, in § quia uero, de
offic.delega.Subdit tamen,quod ſi de tali exceptione nullitatis fuiſſet co-
gnitum,& de ea pronunciatum,etiam ſi ſit notoria,non debet illam admit
tere,neque ſuperſedere,quod etiam uoluit dn.Abb.in d.c.de cætero,de re
iud.Et de quib.exceptionib.poſſit executor cognoſcere vltra ea,quę dicit
Inno.in d.c.de cætero,& in c.ad diſſoluendum, de deſpon.impu. uide Bar.
in l.pen.in fi.ff.de confe.Dicas tamen, quod executor exequẽs ſententiam
latam in cauſa criminali à iudice incompetente,ſi hoc eſt notorium, puni-
tur,ut per Bal.in l.in criminali.C.de iur.om.iud.Dicas tamen,quod execu-
tor non tenetur ſeruare ordinem iuris, ſecundum Innocen.in c.ex ratione,
de appel.& in c.ad petitionem,de accuſ.& habetur per Bald. in l.1.in pen.
colum.C.de iur.& fac.igno.& per Do.Car.in clem.1.in §.pen de foro com-
pe.& no.Bald.in l.ſi.103.q.C.de contrah.emp.& habetur per Aret.in c.ſta-
tutum,lib.6. Ant. Franc.

c Vbi executor. Vide Fel.in c.cauſam quæ,col.14.ver. non obſtãte collatione,
ſupra de reſcrip. Seb. Sap.

Digitized by Google

tione mandati excommunicaret contradictores, tenet excommunicatio, quia iuriſdictionem hēt. Si vero clauſula ſapiebat conditionem, tunc niſi prius verificetur, collatio non tenet, quia cum daret nouam formam mandati, non licet commiſſario egredi formam reſcripti, quod ſi fecerit, actus eſt ipſo iure nullus, neque tenet excommunicatio ab eo lata, d.c. cum dilecta,
17 de reſcrip. & c. venerabili, de offic. deleg. † Non enim habet poteſtatem, antequam purificetur conditio, vt l. cedere diem. ff. de verb. ſign. Primum tamen dictum videtur Inno. hic limitare, niſi collatio fiat ſcienter indigno. Et no. hoc dictum ſing. ſentit enim, quod collatio facta ſcienter indigno per executorem, eſt ipſo iure nulla quod clarius tenet idem Inn. loquēs expreſsè in commiſſario papæ, in c. inter dilectos, de excesſ. prælato. ibi tamen loquitur de collatione facta ſcienter notoriè indigno; hic autem nullam mentionem fecit de qualitate notorietatis. In contrarium facit dictum Compoſt. recitatum, & non impugnatum per Ioan. And. in c. capitulum, de reſcrip. in pen. col. prope fin. vbi dicit, quod collatio facta criminoſo non eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda. alle. bonum tex. in d. c. inter dilectos. Ego in hoc eſſem in opin. ſing. diſtinguerem enim ſic, quod aut collatio fit incapaci, puta laico, fœminæ, infanti, vel ſimili, iuxta no. per Inno. in c. cum noſtris, de conceſſ. præben. & non tenet collatio, quia papa per verba generalia non intendebat ſecum diſpenſare, cum ignoret defectum. l. Barbarius. ff. de offi. præto. & quod no. in c. 2. de ſchiſma. Aut fit capaci: licet alias indigno: quia minori, iuxta ætatem requiſitam à canonibus, vel alias indigno ea indignitate, quæ reddit ipſam collationem ipſo iure nullam iuxta ea, quæ habentur, & no. in c. cum in cunctis, de elc. in fi. iūcto c. quanquā. in fi. eo. ti. li. 6. & tunc licet collatio ordinarii, vel ipſius commiſſarij, ſit ipſo iure nulla, vt dictis iuribus, iuncto c. ſi compromiſſarius, eo. ti. li. 6. ſecus puto per collationem factā per commiſſarium papę, quia iura inducentia nullitatem, ſunt pœnalia, & loquuntur in ordinariis, & ideo non debent extendi ad papam, vel ad ſuum commiſſarium. l. Princeps, ff. de leg. & in c. innotuit, de elect. Hoc enim nullo iure cauetur, & pœnę non debent extendi ad caſus non expreſſos, de pœn. diſt. 1. c. pœnæ, no. glo. in c. fi. de iure pat. Pro hoc gl. not. in cle. ſi de beneficio, de præb. in verbo Epiſcopi, quæ dicit, quod licet executor differat conferre beneficium vacans intra ſex menſes, non per hoc perdit poteſtatem conferendi. Nam c. 2. de conceſſ. præb. loquitur in ordinario. Idem ergo dicendum in propoſito, quādo contulit indigno. Fateor tamē, quod propter indignitatem ille poterit priuari, ſeu collatio caſſari. Vide ad hoc d. c. inter dilectos, quæ no. Nec obſt. ſi dicatur, quod papa mandauit conferri, ſi eſt idoneus, quia vt ſupra dixi, illa clauſula, ſapit monitionem, & non conditionem.

De iureiurando. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit iuramentum, ſacramentum, & iuſiurandum.*
2 *Super quo eſt iurandum.*

Quia in defectum probationum, recurritur ad iuramētum, infra eo. c. ſi ſupra de procu. c. ex inſinuatione; ideo poſt tractatum de probationibus, tam in ſpecie, quam in genere, merito
a ſubditur [a] hæc rub. Eſt enim iuramentum, [b] maximum litium
b expediendarum remedium, l. 1. ff. eo. Et alibi dicitur, quod omnis cōtrouerſiæ finis, eſt iuramentum, infra eo. c. & ſi Chriſtus. Vide ad materiā gl. 22. q. 1. in ſum. q̄ ponit, quid ſit iurm, quid iurare, q̄ fuit cā inſtitutionis iuramenti, item formam iurandi, &
c pœnā periurij. [c] Proſequamur hic primum, ne ædificemus ſine fundamento. Nā ignoratis principijs, oportet ignorare ea, q̄ ſequunt. 1. q. 1. c. cū Paulus. Gl. prīcal. dicit, ꝙ iurare eſt aliquid Deo teſte dicere. Iurm eſt vox ipſius iurantis, vel actus ipſe, vel ipſū, ꝙ iuratur. Hoſt. in ſum. eo. ti. § 1. dicit, quod eſt aſſertio, vel negatio de aliquo honeſto, licito, & poſſibili, ſacræ rei atteſtatione
d firmata. [d] Cy. in auth. ſacramenta puberū, C. ſi aduer. ven. dicit, quod eſt affirmatio, vel negatio verbis expreſſa cum vera reli-
e gione. [e] Tamen poſtea non perſiſtit in eo, quod dixit de expreſſione verborū, concludens, ꝙ expreſſio verbalis non eſt de ſubſtantia iuramenti. Nam non reperitur, ſecundum eum, contractus aliquis, ad cuius eſſe verba requirantur, niſi contractus ſtipulationis. l. 1. ff. de verb. obl. Quælibet diffinitio prædictarum
1 poteſt tolerari. † Item ſcias, quod iuramentum, & iuſiurādum, ſunt ſynonima, id eſt, idem ſignificantia, quoad materiam noſtrām. De primo & tertio patet hic in rubro, & nigro. Nam in rubro ponitur de iureiu. & in nigro tractatur de iuramento, patet etiam in l. iuſiurandum, ff. eo. De ſecundo patet in d. auth. ſacramenta. Quandoque tamen aliter accipitur ſacramentum, ſup. de ſac. non ite. per glo. c. veniens, de tranſ. & 1. q. 1. c. multi. Quare autem appellatur iuſiurandum, dicunt quidam, vt no. in d. Authen. ſacramenta, quod ius ponitur pro expreſſione verborum, quod non placet ibi Pet. & Cyn. Et dicunt, quod ponitur, quia multa ſunt neceſſaria, vt iuridicè iuretur, quaſi ſit
f ſenius, de iureiurando, [f] id eſt de iurando iure, id eſt iuramento

ADDITIONES.

a Meritò ſubditur. Iſtam continuationem reprehendit Petr. hic, quia nimis reſtringit iſtum tit. vbi tractatur principaliter de iuramento præſtito ſuper actu, vel contractu, vt ſe hic, per eum. item quia continuatio eſt in genere, ſed debet fieri ad proxima. l. 2. ff. de ſta. ho. ergo debet fieri ad ti. de præſumptionibus. Bald. hic dicit, viſo de præſumptionibus, ſed quia iuramentū præſumitur verū, ideo videndū eſt de iureiur. Poſſet ſic ſummari iudicio meo, viſo de ſpeciebus probationis, vt de teſta, inſtrumentis, & præſumptionibus, & quia iuramentum eſt ſpecies probationis, quia ex delatione eius fertur ſententia, vt l. non erit, §. dato, ff. eo. c. fin. infra eo. cum ſim. ideo ſequitur de iureiu. Vel ſic, viſo de probatione ordinaria, videndum eſt de probatione ſubſidiaria. ſed vbi deficit probatio ordinaria recurrimus ad iuramentum, vt eſt glo. in cap. ſi vero, de ſenteut. excommu. inſtitu. de act. §. aliæ, cum ſim. ergo. Et iſta eſt ratio, quare ponitur poſt præcedentes titulos, quia eſt remedium extraordinarium. Pondera etiam, quia iuramentum dicitur probatio legitima, vt cap. ſicut, de proba. ergo debuit incipere a iuramento, & non a præſumptionibus, quia præſumptio propriè non eſt probatio, vt not. glo. & Barto. in l. 1. C. de fid. inſtrum. & iur. haſtæ fiſ. lib. 10. dic, quod ex quo iuramentum eſt probatio ſubſidiaria, ideo poſt ponitur. And. Barb.
Qualis virtutis ſit actus iuramēti, vide beatum Th. in 2. 2. q. 89. art. 4. per Aug. de Aret. & D. Iaſ. de May. in §. item ſi quis, Inſt. de act.
b Iuramentum. Vide glo. in c. ſuper hoc, ſupra de renun. quæ vult, quod hoc etiam procedat in iuramento præſtito, non in figura iudicij, & eam ad hoc not. ibi. D. An. & Io. de Imo. vide Bar. & alios, in l. nam poſtea, in princ. ff. de iureiu. Sebaſt. Sapia.
c Et an periurium ſemper ſit peccatum mortale, vide beatum Thom. 2. 2. q. 99. arg. 2. & 3. & in ea. q. art. 1. ponit late, an periuriū poſſit cōmitti ſine falſitate.
d Firmata. Ponderandum dicit, ſacræ rei, quia ſac. in ſua canonica dicit. Noſite iurare, nec per cœlum, nec per terram. & nunc qualiter præſtatur iuramentum ſine atteſtatione rei ſacræ. Item in veteri teſtamento præſtabatur iuramentum. Viuit aīa mea, & ſic ſine atteſtatione rei ſacræ. And. Barb.
e Religione. Item pondera, quia apud Liuium de ſecundo bello Punico. in princ. ſcribitur, tactis ſcripturis iurabant. Ecce qualiter ſine vera religione præſtatur iuramentum, facit c. mouet te. 22. q. 1. Sed quid ſi reperitur, quod Titius iurauit, ex præſumatur tactis ſcripturis ad ſancta Dei Euangelica. Ioan. de Imo. conſi. 86. concludit, quod ſic. Et idem dixit, ſi notarius iurauit, &c. And. Barb.
Super qua materia ſit præſtandum iuramentum, & de forma ſecundum quā debeat iurare, dicas non refert ſuper qua materia iuretur, dummodo iuretur. Nam dicit Barto. in l. qui per ſalutem, ff. de iureiur. & Bald. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven. quod valet iuramentum præſtitum per Euangelica, corporaliter tamen tactis quibuſcunque ſcripturis, aut etiam ipſis Euangelijs, vt in auth. vt omnes obed. iud. prouin. in §. 1. & habetur per Ioan. And. in c. vt circa, de elect. lib. 6. in nouell. & per Spec. in tit. de iura. dela. in §. 1. & vide Bald. in c. 2. in tit. quid ſit inue. & in cap. item ſacramenta, de pace iura. fir. in vſi. feud. & vide Cyn. & Bald. in l. ſeſtum. in 1. q. & in l. iuſiurandi. poſt gloſ. C. de teſti. Et vide gloſ. & domi. Card. in clem. 1. in §. porro, de hær. vbi etiam ponit de iuramento præſtando, tam a parte, quam a teſtibus, & etiam ab Imp. iurare fidelitatem Papæ, & ibi etiam dicit poſt glo. quod non ſufficit prælectio ſcripturæ, niſi illa tangatur ad hoc, vt iuramentum valeat. Et vide plenè per Alex. poſt Pau. de Caſt. in l. 3. §. iurari, ff. de iureiur. vbi etiam dicit, quod iurans ſimpliciter, intelligitur iurare p Euangelica, vel ſecundum Bart. in d. l. qui per ſalutem, intelligitur iurare p Deum. Et adde, quod iuramentum non præſtatur ſine verbis ab eo, qui loqui poteſt, ſecus autem, ſi præſtetur a muto, quia ſufficit iurari per ſigna. vt per Alex. in l. 1. in princ. & in §. 1. ff. de verb. obliga. & in l. qui iuraſſe, in princ. poſt Dom. omnes ibi, ff. de iureiu. & per Pau. de Caſt. & Ro. in l. 3. ff. de iureiu. & per Do. Anto. in c. cum apud, de ſpon. De multiplici autem forma iuramenti præſtandi per Iudæum habetur per Bart. in l. iuſiurandum, in §. ait prætor, in fin. ff. de iureiu. & vide quæ habentur in ca. mouet. 22. q. 1. hic alleg. & in c. qui ſludet. 1. q. 1. & vide Spec. in titu. de iura. cal. in §. reſtat, verſ. pe. Et adde, quod iuramētum Iudæi per Euangelia vel per Ieſum Chriſtum, non valet, ſecundum Bart. in l. ait prætor, in §. iurari, & ibi per Alex. de iureiu. & in l. ſpadonem, in §. iam autem, ff. de excu. tuto. Nec etiā valet, ſi iuret per Virginem, cogitur tamen ſeruare tale iuramentum, nec peccat Chriſtianus, qui taliter illud recipit a Iudæo, ſecundum Barto. & Alex. in prima conſtitu. ſforum, in princip. & habetur per Ang. in Auth. iuſiurandum, quod præſtatur ab his, in §. 1. Et adde etiam, quod iuramentum teſtis ſcriptum in actis, præſumitur tactis ſcripturis & ſolemniter, quando fuit præſtitum parte pręſente, & iudice deferente, vt per Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de teſti. in §. ſequitur, ver. & not. & per Dom. Anto. in c. fraternitatis, de teſti. & per dom Abb. in ca. tuis, in eo. tit. & per Bald. in l. iuſiurandi, C. de teſti. & in cap. 1. & in §. 1. quid ſit inueſt. in vſi. feu. & per Alex. in l. nam poſtea, in §. 1. & in l. idem eſt. ff. de iureiur. Et adde, quod iuramētum præſtitum per illa verba, Deus ſit mihi teſtis, valet, & obligat per text. in auth. quibus mod. nature eff. leg. in §. quoniam, & per Ale. poſt Ro. in l. 3. in §. dato, in fin. ff. de iureiuran. Et adde, quod iuramentum Epiſcopi, fit per ſolam propoſitionem lib. Euangelici abſque tactu ſcripturarum. c. fin. de iuram. calu. & ca. teſtium. §. Epiſcopus non flagitetur. 1 1. q. 5. & plenè per Specu. in titu. de iur. calum. in § pe. & per Cardi. in clem. 1. in §. porro, præalleg. Et ſub qua forma iuret Abb. vid. in ca. ne Dei, de ſimo. & vide in c. nullus hoc eod. tit. et per Card. in clem. quia contingit, in 1. col. de relig. do. Et ſub qua forma iurent clerici, non beneficiati, uide in c. etiam in eccleſijs, de maio. et obed. Et de forma iuramenti præſtandi per tutorem, et curatorem, vide glo. et Card. in clem. quia contingit, in §. ille, et per Specu. in tit. de tuto. in §. 1. Ant. Fran.
f De iureiur. Tu pondera, quia ideo dicit de iureiur. quia adhuc non eſt præſtitum, vnde loquitur de iuramento, adhuc non producto in eſſe, & ſic loquitur in genere, et bene, quia omnis noſtra cognitio incipit a genere, poſtea venit ad indiuiduum. l. 1. ff. ſi cer. pet. l. 1. ff. de iuſt. et iur. Philoſophus 1. ethi. And. Barb.

to iure facto, & dicit Hoſtien. in d.§. 1. quod melius diceretur
de facto iurato, vel de iureiurato. Si autem quæris de etymolo
gia nominis, dic, quod dicitur ſacramentum, quaſi per ſacra
aſtringimentum. Iuramentum vero dicitur quaſi iuris aſtrin
a gimentum. † Super quo autem ſit iurandum, id eſt ſuper qua
materia, an ſuper Euangelijs, an ſuper reliquijs, an ſuper cor-
pore Chriſti. vide gloſſ. not. ſemper menti tenendam, in cle-
men. 1. §. porrò, de hær. in ver. tacta. Et dic, quod ad ſubſtantiam
iuramenti non requiritur tactura, vt patet ex diffinitione, & p
batur in c. & ſi Chriſtus, infra eo. Sed quia fortius ſtringit iura-
mentum corporale, igitur iura communiter exigunt corpora-
le iuramentum. 3. q. 9. c. hortamur, de electio. c. vt circa, lib. 6. &
d. clem. 1. cum multis ſimilib. Hinc dicit Ang. not. in c. mouet.
22. q. 1. Quanto id, per quod iuratur, magis ſanctum eſt, tanto
magis eſt pœnale periurium, & no. Innoc. in d. c. & ſi Chriſtus,
& hoc quia videtur magis contemnere in tranſgreſſione. Hic
eſt, quod quandoque iuratur per Deum omnipotētem, & qua
tuor ſancta Euangelia, vt in c. quoties cordis. 1. q. 7. Quandoque
ſuper ſanctorum reliquiis, vt in c. habemus. 22. q. 1. Item ſcias,
quod vbi diſpoſitio pro ſolemnitate actus requirit iuramentū
corporale, ſeu cum tactura, non eſt iuri ſatisfactum ex ſolo ver
a bali iuramento, a vt dicit glo. no. in c. vt circa, præalleg. De fide
autem, qualiter multipliciter ſumatur, vide bo. glo. in d. c. mo-
uet. Et an magis adſtringat iuramentum, quam fidei interpoſi-
tio, dico plene in d. c. ad aures, quod met. cau. vide Arch. in c. 1.
de ſepult. lib. 6.

ADDITIO.

a Verbali iuramento. Pondera, quia §. ſed neque plenè, loquitur de authorita-
te Iacobi in ſua canonica, dum dicit, Nolite iurare, &c. & ſic loquitur de iu-
ramento verbali, & non corporali, tamen realiter, & formaliter requirun-
tur verba, vt ibi decidit tex. Cum autem debet deferri muto, poteſt dici, vt
dicit glo. in l. cum nouiſſim. C. de præſcrip. 30. anno. quod requiruntur ver
ba in matrimonio contrahendo in ualentibus loqui, ita dicamus in iura-
mento. And. Barb.

SVMMARIVM.

1 *Ex iuramento ſuper vſuris ſoluendis præſtito, obligatio ſaltem ſecundaria acquiritur parti ſuſcipienti.*
2 *Ex puro iuramento oritur parti ſuſcipienti obligatio ſaltem naturalis.*
3 *Iuramentum continens turpitudinem ex parte ſuſcipientis tantum, eſt obligatorium.*
4 *Si ille, in cuius fauorem iuratur, obligationem remittit, non indiget iurans alia abſolutione.*
5 *Iudex ex officio ſuo poteſt occurrere peccato futuro.*
6 *Quæ remedia competant, quando quis iurauit ſimpliciter ſoluere uſuras.*
7 *An remedium, quod creditores compellantur remittere iuramentum, ſit ſubſidiarium.*
8 *Quæ remedia competant iuranti ſoluere uſuras, & nullam quæſtionem mouere.*
9 *Quæ remedia competant, quando vſuræ ſunt ſolutæ, & quis iurauit non repetere, & nullam quæſtionem mouere.*
10 *Nunquid in abſolutione à iuramento ſit citanda pars.*
11 *Filij legitimati ſuccedunt unà cum legitimis ex alia uxore poſtea natis. Et ſic nota, quod legitimatio non uitiatur per ſuperuenientiā filiorum.*
12 *Vbi iuramentum ualidat contractum, ſublato iuramento, non propterea reſcinditur contractus.*
13 *Abſolutio an teneat parte non citata.*
14 *Quid ueniat appellatione diſtrictionis eccleſiaſticæ.*

CAP. I.

EX adminiſtrationis. Creditores compellun
tur relaxare iuramentum de vſuris ſibi ſoluen
dis, hoc dicit, quo ad literam, ſed quo ad intel-
lectum, generalius ſic. Agi poteſt ad relaxatio-
nem iuramenti, cuius implementum turpitu-
dinem continet ex parte ſuſcipientis, & eſt caſus not. Caſus li-
ter. per verba tex. lucidè apparet, ideo per Ber. aliter non expri-
1 mitur. † No. 1. quod ex iuramento præſtito ſuper vſuris ſoluen-
dis obligatio ſaltem ſecundaria acquiritur parti ſuſcipiēti. Cu-
ius contrarium tenuit Do. Ant. in c. debitores, infra eo. ſed con
tra cum iudicio meo eſt caſus hic. Nam ſi nulla obligatio acq-
a reretur parti non compelleretur ad relaxationem iuramenti. a
Nam relaxatio præſupponit vinculum, infra de deſpon. impu.
c. ad diſſoluendum, & l. decem, ff. de verb. obliga. Nec eſſet iſte
iurās tutus ex relaxatione ſuhius partis, cum nemo dare poſſit,
ꝙ non habet. 1. q. 7. c. Daibertum, & c. quod autem, de iure pa-
2 tro. † Not. 2. ex hoc, & ex tex. ꝙ ex puro iuramento oritur parti
b ſuſcipienti obligatio, b ſaltem naturalis. Non enim hic ponde-
ratur pactum præcedens, & præſuppoſito, quod præceſſiſſet,
nullam obligationem induxiſſet, infra eo. c. debitores. ſolum er
go iuramētum fuit hic obligatorium, quod videtur cōtra Bar.
in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. vbi dicit, quod ex iuramēto ex-
traiudiciali, nulla obligatio, etiam naturalis parti acquiritur p
iſtum tex. ſed licet fortè procedere poſſet de iure ciuili, ſecus de
iure canonico, argu. opt. hic, & quia iurans parti, intendit illi p
mittere, licet ad confirmationem adducat religionem iuramē-
ti, & de hoc aliquid dicetur, infra eo. ca. cum contingat, habet
3 enim iuramentum pactum interclusum. † No. 3. quod iuramē-
tum continens turpitudinem, & peccatum ex parte ſuſcipien
tis, eſt obligatorium. Satis enim eſt, quod ex parte præſtantis,
turpitudinem non continet, alias non valeret, vt in c. ſi vero, in
fra eo. 22. q. 4. per totum. Ex quo infero, quod promittens ſolue
re vſuras non peccat, concor. infra eo. c. debitores, ſed tu hoc li-
mita, & reſtringe, prout no. Inno. in c. ſuper eo. inf. de vſu. No. 4.
iudicem eccleſiaſticum habere iuriſdictionem in laicos ratio-
ne iuramenti, non ſolum quando agitur ad obſeruantiam ip-
ſius, vt in c. fina. de foro compe. lib. 6. & in c. nouit, de iud. ſed ēt
vt compellat ſuſcipientes ad relaxationem eius, quod turpiter
4 receperunt. † No. vlt. quod licet iuramētum c principaliter obli
c get Deo, infra eo. c. debitores, tamen ſi ille, in cuius fauorem iu
ratur, obligationem remittit, non indiget iurans alia abſolutio
ne, quia Deus videtur etiam remittere, cum ad vtilitatem alte-
rius iuramentum receperit. Ad idem de ſponſ. c. 2. ſecus ſi prin
cipaliter iuraretur contemplatione Dei. nam tunc etiam Papa
non remittit ſine cauſa, vt dicetur infra eo. c. quanto. Et videtur
mirabile, quod Deus recipiat iuramentum in fauorem facino
roſi hominis, cum Pſal. dicat: Odiſti omnes, qui operantur ini-
quitatē. Et lex ciuilis dicat, quod nemo ex improbitate ſua de-
bet actionem conſequi. l. itaque fullo. ff. de furt. Sol. poteſt dici,
quod Deus non conſiderat vtilitatem ſuſcipientis, ſed religio-
nem & promiſſionem iurantis. Ex quo enim aſſumpſit religio
nem iuramenti ad implementum promiſſionis, quam poteſt
ſine ſuo peccato exequi, debet ob Dei reuerentiam exequi, ſed
ſi ſuſcipiens remittit iuramentum, etiam Deus remittit, qa per
iuramentum non intendebat placere Deo, ſed ſatisfacere pro-
5 ximo. † Venio ad glo. oppo. contra tex. videtur enim ꝙ credito-
res non debeant compelli ad relaxationem iuramenti, cū obli
gatio quęſita eis ſit de iure naturali, quę per principem tolli nō
debet in clem. paſto. de re iudic. per Innoc. in c. quæ in eccleſia-
rum, de conſti. Glo. 1. metu contrarij, vt arbitror, dicit, ꝙ hoc fa
cit eccleſia ratione peccati, quia ſine eorum peccato non pōt
iuramentum adimpleri. Ex hac ſolutione not. ꝙ iudex ex offi-
cio ſuo poteſt occurrere peccato futuro, & impedire, ne fiat. fa
cit quod legi. & no. in c. ex literis, & in cap. 2. de ſpon. Item pōt
compellere laicum ad reſtituendam rem, quam ſine ſuo pecca
to retinere non poteſt. Gloſ. ſubſequenter quærit, quid ſi debi-
tor ſoluiſſet vſuras, & iuraſſet non repetere? Reſpondet dando
duo remedia. Primum, vt debitor denunciet hoc eccleſiæ, qa
ille ſtat in peccato; & ſic indirectè cōpellitur reſtituere vſuras
officio iudicis. Secundum, vt petat abſolutionem, ſeu relaxatio
nem huiuſmodi iuramenti, & poſtea poterit repetere, nec vio-
lat iuramentum petendo relaxationem iuramenti, licet per re
laxationem perueniatur poſtmodum ad repetitionem, & hoc
ideo, quia cum hoc iuramentum ſit odioſum, non debet extē-
di, ſed in proprijs terminis obſeruari, arg. bo. in c. ad audientiā,
quod met. cau. facit quod no. Innoc. in c. ſuper hoc, de renunc.
Ponit tertium remedium in caſu quo vſuræ non eſſent ſolutæ,
vt compellatur deſiſtere creditor officio iudicis ad exactionē
illarū, c. tuas, infra de vſuris. Sed vt plenius, quam alibi habeas
hanc materiam hic vtilem, & quotidianam ſimul collectam,
diſtinguo principaliter in duo membra, & in quolibet ponam
duos caſus contingentes. Aut enim vſuræ nondum ſunt ſolu-
tæ, aut ſic. Primo caſu, aut iurauit quis ſimpliciter ſoluere vſu-
ras, aut iurauit ſoluere, & nullam quæſtionem, & querimoniā
mouere, nec iudici denunciare. In ſecundo caſu, quando vſu-
ræ ſunt ſolutæ, aut iurauit debitor ſimpliciter nō repetere, aut
iurauit non repetere, & nullam quæſtionem, ſeu querimoniā
6 facere, nec iudici denūciare. † Venio ad primum caſum primi
membri, ſcilicet quando ſimpliciter iurauit ſoluere, in quo di-
co multa remedia competere iuranti. Primum facile eſt, ſcili-
cet vt ſoluat, & ſic adimpleat iuramentum, & poſtea repetat, vt
infra

ADDITIONES.

a Ad relaxationem iuramenti. Pondera ſi dici poſſit, quod de facto fiat iſta re-
laxatio, ex eo, quia iſtud iuramentum erat nullum, quia præſtitum contra
ius diuinum, ius naturale, & ius canonicum, quia iurauit ſoluere uſuras, &
ideo Bald. hic dicit, quod ſi iuraſſet ſoluere vſuras expreſſè, non valuiſſet
iuramentum. Ideo dico, quod emanauit de facto iſta relaxatio. Faciat ſimi-
le de c. graue, de offi. ord. ibi, per te ipſum relaxes. Si opponitur de. c. debi-
tores, infra eod. dic, quod non fuit expreſſum, de vſuris ſoluendis, nec eſt
abſurdum, quod ponantur uerba de facto, vt patet in c. accedens, cum ſimi
libus, vt lit. non conteſt. vide c. Quiotauallis, vbi uerbum, reuoces, intelligā
tur de facto. And. Barb.

b Obligatio. Pondera c. ſequens, vbi dicitur diſtringi uinculo iuramenti, quia
probatur, quod officio iudicis compellitur, & non actione ad obſeruan-
tiam iuramenti. And. Barb.

c Licet iuramentum. Vide Spec. in titu. de legato. §. nunc oſtendendum, uerſi.
hoc quoque, Car. in clem. 1. in 13. q. de iureiu. Bal. in Authen. quod eis, C. de
nup. & in l. 1. col. 3. C. de pact. vbi ſentit, quod etiam partes poſſunt tacitè
remittere tale iuramentum. Sebaſt. Sap.

Digitized by Google

infra eo.c.debitores. Secundum remedium, vt petat credito-
rem compelli ad relaxationem iuramẽti, vt hic. Sed hoc reme-
dium dico competere, ſi non inſtat terminus ſolutionis fiẽdæ.
Nam, ſi non poſſet fieri hæc compulſio, quominus interim in-
cideret periurium, non debet iſte audiri, ſed debet prius ſolue-
re. Ad hoc ratio c.debitores, inf. eo. & hoc ibi aperte ſentiũt Io.
And. & Vinc. & idem confirmat Io.And.in addi. Specu.in titu.
eod. ſuper Rubr.in vlt.q. Idem dico, vbi lapſus eſſet terminus
ſolutionis fiendæ, & ſic incidiſſet in periurium. Non enim de-
bet audiri volens arrẽtare remedium huius cap. quia ſic ſtaret
in peccato periurij, & peccata tanto ſunt grauiora, quanto diu-
tius infœlicem animam detinent alligatam, in c. fi. de conſue.
& hoc apertè ſentit Fede.conſi.300. Tertium remedium eſt, vt
debitor petat abſolutionem ab Epiſcopo. Nam Epiſcopus põt
abſoluere a iuramento turpiter ſuſcepto, vt no. Inno. eleganter
in d. c.debitores, præalleg. & in c. ad aures, quod met. cau. facit
c.1. & quod ibi no. de voto. vbi diſpenſat ex cauſa ſuper voto, ꝙ
eſt de iure diuino, ſicut iuramentum, vt c.licet, & c.magnæ, de
7 voto, quod tene menti. †Sed dubium eſt, nunquid prætermiſſo
remedio huius c. poſſit attentari hoc remedium abſolutionis
petendæ, an vero ſit iſtud ſubſidiarium remedium? Innoc. in c.
debitores, videtur velle, quod prius ſint creditores compellen-
di, iuxta formam huius c. Et ſi ſic non poſſunt induci, tũc Epiſ-
copus iſtum abſoluat. nam Epiſcopus ex cauſa abſoluit à iura-
mẽtis, etiam licitis, vt in c.nos ſanctorum, & ca. iuratos. 15. q.6.
Et refert hic D. Ant. ſic vidiſſe alias conſultum, ſed ipſe dicit, li
cet hoc ſit vrbanius, arg. in l.quidam Iberus. ff. de ſer. vrb. præd.
non tamen neceſſarium eſt, quia ſunt duo remedia æquè prin
cipalia, inf. eo.c. ſi vero, & ſupra quod met. cau. c. Abbas, & c. ad
aures. Sed repetio Io. And. in addi. ſenſiſſe oppoſitum, ſequẽdo
dictum Innoc. præalle. Sed mihi plus placet dictum D Ant. Nã
ſi Epiſcopus abſoluit principaliter, quando iuramentũ eſt me-
tu præſtitum, nec eſt neceſſe recurrere prius ad iuramentũ ſu-
ſcipientis, vt d. c. ſi vero, & no. Inno. in d. c ad aures, ergo fortius
in caſu noſtro. Nam ex his, quæ fiunt per metum, obligatio etiã
primaria acquiritur parti, vt no. plenè in c. Abbas, præalle. & ni
hilominus Epiſcopus principaliter abſoluit, conſtito de iuſto
metu. Ergo fortius poterit in caſu noſtro, in quo ex promiſſio-
ne nihil acquiritur parti, vt in d.c.debitores, & iuramentũ prin
cipaliter dirigitur in Deum, vt ibi patet. Ergo congruentius ad
hoc videtur, ꝙ Epiſcopus, qui eſt Dei vicarius in ſua diœceſi, ab
ſoluat, vt in c.mulier. 33. q.5. Item vbicunque reperiuntur à iu-
re duo remedia prodita, videntur æquè principaliter compete
re, nec vnum eſt ſubſidiarium ad aliud, vt l.quoties, ff. de act. &
oblig. Nec obſt. ſi dicatur, quod c. ſi vero, loquitur in Papa, quia
in hoc recitat factum. Nam cum Epiſcopus poſſit abſoluere,
vt ſupra dixi, ergo procedit etiam in Epiſcopo. An autem in ab
ſolutionis actu, debeat Epiſcopus vocare partem aduerſam, di-
cam infra. Item intelligo, quod hoc remedium competat in-
telligendo, vt ſup. dixi in præcedenti remedio, quando ſcilicet
antequam terminus ſolutionis fiendæ immineat, actus abſolu-
tionis poſſet expediri, per ſupradictam rationem, & prædictũ
remedium abſolutionis apertè ſentit in d. c.debitores, in verſ.
cogẽdi. Quartum remedium ſatis notabile, ſi veritate fulcitur,
eſt, vt debitor conuentus ratione iuramenti, excipiat, quod nõ
debet cogi ad obſeruantiam iuramenti, cum ipſe creditor te-
neatur propter ſuam turpitudinem illud relaxare, & ſic illud ſi
bi relaxari petit. Et quod hoc fieri poſſit, videtur velle. Fede. cõ
ſi.263. alleg. no. per glo. in c.paſtoralis, de cauſa poſ. & propr. in
gl.pen. Et facit, quia per viam exceptionis poteſt peti reſtitutio
in integ. l.nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. Et hanc ſentẽ
tiam ſequitur hic D. Ant. Sed contra hanc opi. adduco ea, quæ
in præcedentibus membris dixi, & dixit Fede.conſi.300. vbi in
fine dicit, quod petens abſolui à iuramento, debet præuenire
terminum ſolutionis fiendæ: non enim debet audiri poſt ter-
minum, cum inciderit in periurium, quia fruſtra auxilium le-
gis inuocat, &c. de vſur. c.quia fruſtra. facit quod no. Ioã. And.
inf. eod. c.debitores, vbi vult, quod inſtante termino ſolutionis
fiendæ, non poteſt peti relaxatio iuramenti, ne interim incidat
in periurium. Ideo in præmiſſo articulo ſic dicerem, quod aut
lapſus eſt terminus antequam conueniatur debitor, & nõ põt
prædicto modo excipere, ne perſeueret in periurio, ſed debet
ſoluere, & poſtea repetere, arg. infra eo. c.debitores. Aut termi-
nus non eſt lapſus, ſed mora committitur ex ſola interpellatio-
ne, iuxta l.ſciendum, & l.mora, ff. de vſur. & poſt interpellatio-
nem non poterit ſupradicto modo excipere, ne incidat in per-
iurium, ratione prædicta. Reſtat ergo dicere, quod ſolum pote
rit ſic excipere, antequam conſtituatur in mora ſoluendi, &
quod poſſit liquere de turpitudine recipientis iuramentũ, ante
quam inſtet terminus adimplendi iuramentum per prædicta,
a & hæc puto veriſſima. Quintum remedium a eſt, vt iudex ex
officio compellat creditorem deſiſtere ab exactione vſurarũ,
vt in c.tuas, infra de vſur. & hoc remedium proderit, quãdo iu-
rans non conſtitueretur in mora ſine interpellatione credito-
rum. Nam alias non eſſet tutum, quia dies interpellaret pro ho
8 mine, in c.potuit, de loc. †Venio ad ſecundum caſum, quando
ſcilicet iurauit ſoluere, & nullam quæſtionem mouere, & dico
quod habet iſte primum remedium, ſ. ſoluendi, & poſtea repe-
tendi. Nam non iurauit non repetere, & hoc iuramentũ eſt ſtri
ctè intelligendum, arg. in c ad aures, quod met. cau Secũdum
remedium, vt denunciet eccleſiæ. nam nullum iuramentum
obligare poteſt quis denunciare criminoſum eccleſiæ, vt in c.
quemadmodum, in fi. infra eo. & no. glo. in c. ad noſtram. 1. in-
fra eo. & c.veniens, de regu. & in c.authoritatem, 15. q.6. debet
tamen denuncians ſe fundare ſuper ſalute proximi, & nõ prin-
cipaliter ſuper intereſſe ſuo, quia tunc obſtaret illi iuramentũ,
vt no. Hoſt. in d.c.quemadmodum. Dicit tamen hic D. Ant. ꝙ
b dupliciter poteſt venire iſte denuncians, b ſcilicet per viam de-
nunciationis Euangelicæ, vel iudicialis, & tunc habet ſeruare
formam monitionis, de qua in c.nouit, de iudi. & 2.q.1.c. ſi pec
cauerit. Item per viam cuiuſdam intimationis, vt iudex certio-
ratus inſtet circa correctionem peccati, & in hac nõ credit mo
nitionem neceſſariam. Nihil allegat, ſed ego allego bon.tex. in
c.præterea, il 2. de ſpon. vbi caſus de hac intimatione, quæ fit iu
dici ad peccatum obuiandum ſine aliqua monitione, facit ca.
tertio loco, de præſump, ſed primum dictũ do. Anto. vt habeat
hoc caſu locum denunciatio iudicialis, mihi non placet, quia
illa fundatur magis ſuper intereſſe proprio, quam ſuper ſalute
proximi. Tertium remedium, vt petat debitor abſolutionem à
iuramento abſque eo, quod faciat citare creditorem. Et hoc re-
medium ſentit Io. And. in prædicta addi. in fi. dicens, quod per
eam non detrahitur multum iuri aduerſarij. Simile in liberto,
qui petit veniam à iudice, vt poſſit agere contra patronum, l.
quique, in princ. ff de in ius vocan. Sed hoc mihi non placet ex
duplici capite. primo, quia ſatis exponit querelam de aduerſa-
rio, proponendo, quod illicitè cum adſtrinxit iuramento. Secũ
do, quia non poteſt negari, quin ex relaxatione iuramenti fiat
præiudicium creditori, argu. in c.fina. de ſo. compe. lib.6. ergo
non debet fieri abſolutio, eo non vocato, & vocari non poteſt,
quin aduerſarius incidat in periurium, exponendo querelã cõ-
tra illum, & facit, quod infra in fi. dicam. Quartum remedium,
vt iudex ex officio ſuo compellat creditores relaxare hoc iura-
mentum, vt hic, vel compellat eos deſiſtere ab exactione, in c.
9 tuas, infra de vſu. †Venio ad ſecundum principale membrum,
quando ſcilicet vſuræ ſunt ſolutæ. Et primus caſus fuit, quãdo
iurauit non repetere, & dico, ꝙ competunt tria remedia. Pri-
mum, vt petat abſolutionem huius iuramenti, arg. in c. ſi vero,
infra eo. & declara, vt dixi in præcedenti membro. Secundum,
vt petat creditorem compelli ad ipſius relaxationẽ, vt hic. Ter
tium, vt denunciet hoc iudici. Poteſt addi quartum, vt iudex ex
officio compellat ad reſtituendum, vt eſt caſus in d. c. tuas. Et
declara hæc omnia ſecundum prædicta. Secundus caſus, quan
do ſoluit, & iurauit non repetere, nec vllam querimoniam fa-
cere, nec denunciare, dic, quod habet remedium denunciãdi,
intelligendo, vt ſupra dixi in alio membro. Item iudex ex offi-
cio poterit creditorem compellere ad reſtituendum, & decla-
10 ra, vt dixi in ſecundo caſu primi membri. †Nunc extra glo. quæ
ro, quia ſupra dixi iurantem ſoluere vſuras, vel ſolutas non re-
petere, poſſe petere relaxationem, ſeu abſolutionem iuramen
ti, nunquid in hac abſolutione debeat creditor vocari? Io. And.
latè proſequitur in addi. prædi. in vlt. q. Et tãdem concludit, ꝙ
quandoque iuramentum eſt temerarium, etiam ex parte iurã
tis, & tunc non requiritur partis vocatio, vt in c.conſtitutis, de
teſtib. Pro hoc, quia tunc potius requiritur denũciatio, ꝙ nõ ſit
ligatus, quam relaxatio, & intelligo hoc, quando manifeſtè cõ-
ſtat iuramentum non ligare. Nam in notorijs non eſt opus ve-
nire ad iudicium, vt in c.quoniam, de fil. presbyt. Si autẽ poſſet
dubitari, tũc puto aduerſarium, cui iuramentũ fuit præſtitum,
vocandum, quia cum ſua interſit, ne relaxetur, debet vocari. 3.
1 exiſtenti, ſuiſque ſucceſſoribus † Quæro primo, qualiter iſta intelligantur cum B. Petrus, beata patria fruens, non indigeat fidelitate noſtra? Solu. dic ſecundum Innocen. quod ſeruat quis fidelitatem S. Petro, ſeruando fidem, quam B. Petrus ſeruauit, & docuit; & ſic videtur per hoc iuramentum ſe adſtringere ad ſeruandam fidem catholicam. Seruat autem fidelitatem Romanæ Eccleſiæ, tenẽdo eam matrem, & magiſtram, & præ omnibus alijs præcellentem, & dominam, & per verbum, Rom. Eccleſiæ, includuntur Cardinales, ſecundum Ioan. And. quod etiam ad eos extenditur hoc iuramẽtum, cum ipſi cum Papa, conſtituant Eccleſiam Romanam, & ſint pars corporis papæ, ar. in l. quiſquis. C. ad legem Iul. maie. & infra de his, quę fi. a prę la. c. nouit, & c. quanto. Sed dicit Ioan. And. quod litera ſequens eis contradicit, quia ſecundum id fuerat proponenda. Vult dicere, quod cum ſtatim fiat mentio ſpecifica de pœna, non videtur, quod includantur in hoc vocabulo, Romanæ &c. Nam ſi litera voluiſſet per hoc verbum intelligere papam, & Cardinales, feciſſet prius ſaltem mentionem de papa, ſicut fecit poſtea. Sed tenendo primum, pro quo adduco in ſimili, c. cum clerici, & de verb. ſign. poteſt dicere, quod prius voluit comprehendere totum collegium Romanum, tanquam dignius, cum Papa includatur, & poſtea ne videatur papa neglectus, vel eum tranſire ſub generalitate, fit ſpecifica mentio de papa. Pro hoc facit quod no. Archi. in c. ſunt quidam, 25. q. 1. Et per hoc dico, quod iurans, nõ adſtringitur cuilibet Cardinali in ſpecie, ſed ipſi collegio Cardinalium. Sicut in ſimili dicimus de obligato Capitulo, vt non ſit aſtrictus cuilibet canonico, vt in c. Epiſcopus. §. qui manumittitur. 12. q. 2. & d. c. cum clerici, & quod ibi not. Secus in papa, cum ſpecialiter hoc exprimatur. Quod credo ſeriosè fuiſſe factum propter cauſas præmiſſas, quinimo plus dicunt doct. per iſtum tex. quatenus ſpecialiter etiam exprimitur nomen proprium papæ, quod vaſallus Eccleſiæ tenetur iurare Epiſcopo, etiam in factu proprijs, 7. q. 2. capitu. ſcire, ſed canonicus non tenetur iurare. d. §. qui manumittitur, & pro hoc facit ſecundus artic. iuramenti. No. etiam ex hoc primo artic. quod non tenetur ſubditus obedire Prælato canonicè non intranti in eccleſiam, etiam ſi iuraſſet obedire ſucceſſori, facit. c. aliena-
a tiones. 12. q. 2. † No. ex hoc ſecundo articulo, quod ad perditionem membri, non ſequitur perditio vitæ. Quid autem com-
b prehendatur appellatione membri, [b] vide plene per Bar. in l. 2. ff. de publi. iudic. vbi concludit, quod ſtrictè illud dicitur corporis membrum, quod habet officium diſtinctum, & ſeparatum, vt pes, manus, oculus, & ſimilia, per quod infertur, quod
c digitus c ſtrictè nõ eſt membrum, ſed pars membri, ſcilicet manus. Quod manus ſit membrum, probatur in Auth. ſed nouo iure, C. de ſer. fug. & eſt tex. no. & magis clarus, in c. ſicut vrgeri, 1. q. 1. vbi dicitur, quod etiam ſi ſit arida, verum quidem mẽbrum eſt, licet ſit inefficax, quod no. quia facit ad multa. Adduco etiam pro concluſione Bar. no. tex. in c. ſingula. 89. diſt. vbi clarè innuitur dici membrum, quod habet certum officium. Faciunt hæc ad intellectum cle. ſi furioſus, de homi. & ad ſtatuta facientia mentionem de membro. No. ex tertio membro, quod quis declarat alteri voluntatem ſuam tribus modis, voce, nuncio, & literis. Oppo. contra tex. de incongruitate locutionis. Nam ſupra locutus eſt in ſingulari, vt patet ibi, Manifeſtabit, & poſtea loquitur in plurali, ibi, Ad eorum damnum. & ſic rela-

ADDITIONES.

a Sancto Petro. Adde, an Epiſcopus, qui eſt exemptus, teneatur iurare fidelitatem Metropolitano, ſi iurauit Papæ. Fran. Aret. conſi. 151.

b Membri appellatione, quid comprehendatur, uide Bald. in c. 1. de no. for. fide. & in Auth. ſed nouo, C. de ſer. fu. & in l. reos, C. de accu. Bald. in l. data opera, C. qui acc. in 21. col. Io. de Ana. in c. cum ex iniuncto, de hære. & Bal. in l. ſi fugiuum, C. de ſer. fug. ubi ponit, ubi, & quomodo comprehẽdatur debilitatum membrum, & Bal. in l. 1. C. de ædil. edi. in ulti. col. & uide nouiſ. in c. in quibuſdam, de pœ. ubi dicunt, quod ſi quis eſt damnatus ad mutilationem membri, intelligitur de manu. Adde Barto. conſil. incipien. an digitus ſit membrum.

Quid ueniat appellatione membri, uideas Ro. in l. 1. 5. colum. ultra hic alle. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. eſt ui. exi. & uide tex. in Auth. ut nulli iudicum, in §. quia uero. Et Ideo in ſtatuto faciente mentionem de membro, debemus intelligere de manu, de quo plene per Ale. poſt Bar. in l. 1. ff. de publi. iu. ubi poſt Bal. & Imo. dicit, quod membrum dicitur illud, quod habet propriam operationem in corpore, & uide Ang. Aret. in tract. male f. in uer. membrum, in prin. & uide Bal. l. data opera, in 15. col. C. qui accu. non poſ. & in l. reos, C. de accu. ubi ponunt, quid de digito, & quid de barba, & de labijs, an ſint membra? & an mutilatio membri ſit meri imperij, & an aequi parctur morti. & de alijs circa huiuſmodi materiam, uide glo. & Barto. in l. 2. C. de of. eius qui uices alte. ge. & in Authen. ſed nouo iure, hic alle. & uide Barto. in l. Imperator. la 2 ff de ſtat ho. ubi inter reliqua dicit, quod membrum non poteſt mutilari mulieri prægnanti, niſi poſt partum. Et adde etiã quod propter modicum e: torem commiſſum in pœna pecuniaria non ſoluta intra terminum, etiam ſtante ſtatuto de hoc loquente, non debet mutilari membrum ſecundum Bald. in l. quamuis, & ibi per Raph. & Imo. ff. de condi. & demonſtr. Et adde, quod illud membrum debet mutilari, ſtante ſtatuto, cum quo quis principaliter deliquit, puta ſcriptori manus, curſori pes, teſti fallaci lingua. Ita Bal. no. in l. 3. in prin. C. de ſer. fug. ubi tamen dicit, quod hodie mutilatur ſola manus, niſi conſ. [illegible] Ant. Franc.

c Quod digitus. Vide Bar. Bal. & alios in l. non ſunt liberi. ff. de ſta. ho. [illegible] ſentit, quod digitus non ſit membrum, ſed officium membri. Sebaſt. Sap.

Digitized by Google

relatiuum diſcordat cum ſuo antecedenti, contra c. ad audien
tiam,de reſcr.Sol.dic,quod iſtud relatiuum,Eorum,refertur ad
principium c.vnde dic ad eorum damnum,id eſt diminutionē
fidei beati Petri, vel in derogationem honoris eccleſiæ, vel in
læſionem perſonæ Papæ,ſecundum Inno. vel Cardinalium,ſe-
cundum Hoſt.ar.præal. l. quiſquis canonizata ſub §. verum.c.
3 quæro.6.q.1.ſed de eis dico,vt ſupra dixi. † Ex quarto articulo
no.quod Epiſcopus tenetur ex iuramento defendere & adiuua
re Papatum, & regulas ſanctorum patrum.Et dic papatū,id eſt,
principatum,tam in ſpiritualibus,quam in temporalibus, ſecū
dum Innoc.Dic regulas,id eſt canones ſummorum Pontificū,
& aliorum ſanctorum patrum per Eccleſiam Romanam ap-
probatos,3.diſt canon.18.diſt.per totum,ſecundum Inno.hic.
Alibi dicit canon,quod Epiſcopi ſunt debitores ſacras regulas
cuſtodire.Et ſic poteſt ex text.colligi dictum ſatis acerbum, qđ
a Epiſcopus a non ſeruans, vel ſeruari non faciens canones, inci-
dit in periurium.cum iuret defendere, & retinere canones.Nō
enim defendit,nec retinet,qui non ſeruat,nec ſeruari facit, pro
hoc alleg.gloſ.ſingu.in cap.ſacerdotes,2.q.7.quæ dicit, quod a
Prælato non ſeruante canones,poteſt recedi,ſicut receditur ab
excommunicato, & ab alio præciſo ab Eccleſia. Et quoniam
vtrunque dictum ſimpliciter intellectum, ſatis acerbum eſt,
dicerem,quod procedunt,vbi ex contemptu, quis non ſeruat,
nec ſeruari facit canones.Tunc enim Prælatus eſt periurus, vt
hic,& licitè ab eo receditur,vt in d.gloſ.Eſt enim hæreticus,in
c.alienis,2.q.7.Et per illum tex.reſtringo illam glo. intelligo ta
men quod eſt hæreticus,ſi credit Papam non habere poteſta-
tem condendi,19.diſt.cap. nulli ſas. Alias deponitur contem-
nens.4.diſt.c.denique.§.hæc,& ſi legibus, de quo vide bo. glo.
in c.generali,de elect.lib.6.ver.inhibemus. No.quod non tene
tur ſubditus adiuuare Prælatum ſuum, etiam Papam contra
ordinem ſuum,quod intellige,vt in gloſ. Not.ibi, Contra om-
nes homines, quod Prælatus tenetur ex debito iuramenti iu-
uare Papam,etiam contra principem ſuum. Periurus eſt ergo
prælatus,qui timore ſui principis ſecularis non adiuuat Papā.
An teneatur iuuare contra filios, ſeu parentes proprios,vide
4 bon.glo.in c.de forma,præall.c.†Ex 5.art. no. quod prælatus nō
tenetur ire ad ſynodum,ſeu cōcilium,niſi vocetur. Et per hoc
dicit Ioan.And.poſt Vincen.ꝙ ſi Epiſcopus videt omnes alios
Epiſcopos ire ad ſynodum,non tenetur ipſe ire, niſi fuerit vo-
catus,vt hic,& in c.ſi Epiſcopus.18.diſt.No.2.quod dicit voca-
tus, & nō peremptoriè citatus.Ex hoc enim infertur,quod vna
vocatio ſufficit ſecundum Io.And.quod no.Et dic, quod regu
lariter ad actū extraiudicialem ſufficit vnica requiſitio, vt eſt
glo.no.in d.c.ſi Epiſcopus,& in clem.1.de hære.& in ver. requi
5 ſierit.†Oppo.& videtur, quod text. debuiſſet dixiſſe, ad conci-
lium,& non ad ſynodum, quia Epiſcopi faciunt ſynodum,Pa-
pa & Archiepiſcopi cōcilium.Hoſt.fatetur contrarium, tamē
dicit,quod quandoque vnum ſumitur pro alio.17.diſt. c.nec li
cuit.18.diſt.per totum, & cum hoc dicto, communiter tran-
ſeunt hic Doct.Ego dico,quod licet pro dicto Hoſtiē. videatur
tex.in c.ſicut olim,de accu.vbi appellatur ſynodus Epiſcopo-
rum,& concilium Archiepiſcoporum,tamen dico,quod con-
cilium etiam generale rectè poteſt appellari ſynodus, vt patet
ex etymologia vocabuli.Dicitur enim ſynodus Græcè, Latinè
vero idem eſt,quod comitatus,ſeu cœtus,vt dicit tex. in cap.1.
16.diſt.vbi habetur,vnde dicatur concilium, & vide cap. 1. de
ſpon.Sed quæro, nūquid prælatus teneatur ire perſonaliter ad
ſynodū,ſeu concilium? Dic, quod ſic,niſi infirmitate detētus,
& tunc tenetur mittere legatum,vt eſt text.not.in c. Epiſcopus
ad ſynodum,18.diſt.Et ex hoc,& ex tex.no quod prælatus, qui
iurauit iuxta formam huius c. incidit in periurium, ſi vocatus
non confert ſe ad concilium,niſi fuerit impedimēto legitimo
b detentus,vt hic.Ex 6.c.no.ar.quod is,cui data eſt ſecuritas [b] ve-
niendi,vī data ſecuritas redeundi. Non.n.ſecurè venit, qui tu-
te redire non poteſt,quod tenet Bartol.in l.vtimur,ff. de ſepul.
vio.facit,quod ipſe not.in l.ſi cui.ff.ex quib.cau.ma. & in l.1. ff.
ad leg.Iul.ma.& ibi format qōnem,nunquid videatur data ſe-
c curitas [c] ſemel duntaxat veniendi,an plures? dic, vt ibi. Not.ꝙ
Epiſcopi tenentur ſubuenire Legatis Apoſtolicæ ſedis, in ſuis
neceſſitatibus,quæro de quo legato intelligat iſte tex.Sol.dicit
Hoſt.quod tam de generali,quam de ſpeciali, etiam ſi ſimplex
6 nūcius ſit, de reſcri.c.ad audientiam,de cēſi.c. cū inſtantiā.†Ex
vltimo c.no.quod Epiſcopi tenent̄ ſingulis annis viſitare Apo-
ſtolorum limina,aut perſonaliter,aut per nuncium. Tex. tamē
in c.iuxta.93.diſt.videtur limitare iſtum. Dicit enim quod Epi-
ſcopi,qui immediatè ſubſunt Papæ,debēt omni occaſione re-
mota,ſi propinqui ſunt,perſonaliter viſitare limina Apoſtolo-
rum,ſi remoti ſunt, tunc viſitabunt per chirographum. Poſſet
tamen dici,quod iuramentum nō adſtringit,niſi prout hic dr̄,
quia non debet extendi iuramētum,in c.pen.inf.eo.ſed c.illud
procedit ſine iuramento. Quæro quid intelligitur hic appella-
tione liminū? Io.And.dicit,ꝙ curia Romana. Nam,vbi eſt Pa-
pa,ibi intelliguntur eſſe limina Apoſtolorum, ipſe.n.fungit̄ au
d thoritate ipſorum Apoſtolorum.[d] Non enim poteſt iſte tex.in
telligi de Apoſtolis mortuis,per id,quod ſequit̄ in tex.ibi, Niſi
e corū abſoluat licētia.Ex hoc no.quod ibi cēſet̄ [e] Roma, vbi eſt
Papa;nō tñ debet Papa,ſine cauſa trāſferre ſedē de ciuitate Ro
mana,vt ī c.fundamēta,de elec.li.6.& qđ ibi no.Io.An. & facit
tex.in cap. quāuis.21.diſt. Secundo quæro,qualiter viſitat qois
per

ADDITIONES.

a Quod Epiſcopus.Vide Rom.in ſing.497.inci.curialis de Florentia,Abb.in c.
cum non liceat,col.1.& in c.ſuſcitatus,col.2.ſupra de reſcr. Card. in cle.1.
in 10.q.de æta.& quali. Seb.Sap.

b Ad materiam ſalui conductus, vide Bart.in l.2.C. de naufra.lib.11.per illum
tex.Bar.in l.is qui reus.ff.de pub.iud. Et an intelligatur pro una vice tantū
data ſecuritas,vide ipſum Abb.Pan.in c.fi.de treu.& pa.plenè diſtinguen-
tem,& vide quod no.in c.ſtatutum,§.2.de reſcri. Et qñ conceditur ſecuri-
tas alicui cū ſocus, qui comprehendantur, & an comprehendantur Iudæi,
vide no.per Bal.in l.ſpadonem,§.iam autem,ff.de excu.tut. per Ang. in d.l.
utimur,de ſepul.uio.l.ubi pulchre loquitur in materia. Adde quod inferior
a Principe non pōt dare ſaluum conductum ueniendi, & reuertendi, te at.
eſt in l.relegati,ff.de pœ.ad fi.& in §.ſed neque homicidas,iuncta gl.in Au
then.de man.prin.Bar.in l.nō omnis.§.fi.ff.de re mili.Voluit plus Bal. ſing.
in c.1.§.ſacramenta,in ult.col.de pa.iur.fir.quod ſaluuſconductus eē ceſſus
ab inferiore ab Imperatore,& firmatus iuramento,non ſit ſeruandus. Et ta
men Bart.in d.l.is,qui reus,ad fi.& ibi eum ſequitur Imo.tenet,quod iudex
poteſt dare ſaluum conductum reo accuſato, vt ueniat ad ſe defendendū,
idem tenet Ang.in q.per eum diſputata inci.Bono.in 7.col.quamuis contra
rium,& male tenuerit Bar.in l.reos,in 13.col.C.de accu. Limita tamē ſing.
Bal.in l.ſed ſi hac.§.ſed & ſi per pœnam.ff.de in ius voc.per illum tex.quod
ſaluuſconductus per iudicem pōt concedi reo,vt veniat ad ſe defendēdū,
non autem poſſet concedi actori,uel accuſatori,vt ueniat ad agendum,vel
ad accuſandum,ut ibi plenius per eum,quod bene no.in c.fi.inf.de re iud.
Sed quomodo procedant hæc in iudice,ſi ſolus Imperator,vel Papa poteſt
ſaluumconductum concedere? Poſſet fortè dici,quod primo adducta pro
cedant,quando quis fuiſſet exbannitus ab ipſo Imperatore vel Papa, tunc
inferior ab eo non poſſet ſibi dare fiduciam,ſeu ſaluumcōductum,alias ſic.
Ita procedant dicta per Bar.in iudice.

Adde,an ſaluuſconductus datus pro ueniendo intelligatur pro redeun-
do,Alex.conſi.46.lib.2.

Ad iſtam materiam de ſaluo conductu, quia eſt multum quotidiana, &
primo,an intelligatur pro una uice tantum.dicas,quod ſic.Ita Bart.in l.do-
tis.ff.de iu.dot.& in l.1.in 4.q.ff.ad leg.Iul.maie.& uide Gemi.in c.1.in §. il
le vero,in 2.no.de fil.presbi.lib.6.per l.bonet,§.hoc ſermone.ff.de ver.ſig.
& uide Alex.in conſi.15.in 4.per.conſi.Quod intellige verum, niſi ſaluuſ-
conductus eſſet datus ad certum tempus, quia tunc durante tempore, poſ-
ſet quis pluries uenire,ita Alex.in d.l.1.ff.ad leg.Iul.ma. vbi dicit hanc ma-
teriam eſſe hoc modo limitandam,per l. cum in annos, ff. qui.mo. vſuſfru.
amit.Et ita tenet,Cum.in l.ſi mihi,& Titio.ff.de verb.oblig.per eū.per Bar.
& Ang.in l.utimur,ff.de ſepul.vio.& per Io.Cald.in q.ſua inci. ex octo ſtu-
dentibus.Et ad illud quod dicitur,quod ſaluuſconductus datus pro veniē
do,intelligitur ēt pro redeundo,vide Bar.in l.fi.C. de dig.lib.12 & per D.
Abb.in c.quia diuerſitatem,de conceſ.præben.& habetur per Bar.in Auth.
habita,in 2.col.C.ne fi.pro pa.& uide Alexā. in conſi.46.in 2.par. Et adde,
quod ſaluuſconductus non debet ſeruari committentibus delictum in lo-
cum ſaluiconductus,vt eſt gl.in Auth.de mand.princ.in §.neque, in 1.gl.&
per Bar.in l.illicitas,in fi.§.ne potentiores.ff.de offic.præſi.quod adeo verū
eſt,ut dixerit Bal in §.item ſacramenta,in vlt.col.de pa.iura.fir.quod iudex
etiam ſecuritatem iurans bannito, non tenetur illam ſeruare de nouo de-
linquenti.Et ita vidi alias ſeruari Paduæ de quodam bannito,cui fuerat fa-
ctus ſaluuſconductus pro homicidio, pro quo erat bannitus, & uenēs ex-
pendit ſcienter falſas monetas,committendo nouum delictum,qui fuit ca-
ptus,& non obſtante ſaluoconducto punitus. Et adde etiam, quod ſaluuſ-
conductus conceſſus Titio, & ſocio, prodeſt etiam ſocio Iudæo. Ad quod
vide ultra hic alleg.Ang.in l.vtimur.ff.de ſepul.uio.& l.1.ff.ad l.Iul.maieſt.
vbi dixit,quod licet talis ſaluuſconductus comprehendat etiam Iudæū,qđ
etiam uoluit Ang.in ſuo conſi.incip.datus eſt ſaluuſconductus, non tamen
comprehendit Sarracenos.Et ad prædicta uide glo.in c.noli exiſtimare. 23.
q.1.quæ dixit,quod ſaluuſconductus non extenditur ad futura delicta. Et
uide pleniſſime per Rom.in l.3.in §.ſi quis ſerui,ff.de acq.poſſ.& uide An-
gel.Aret.in tract.maleſi.in ver.fama publica.in uer.5. quær̄, ubi ponit, an
& qñ habens ſaluumconductum poſſit capi.Et adde, ꝙ ſaluuſcōductus cō
ceſſus alicui de eundo,& redeundo ſecure, cōprehendit ēt nuncium ſuū.
Ita Bal.in Auth.habita.C.ne fi.pro pa.in 2.no.Ita etiam Bar.ibid.in fi. An au
tem ſaluuſconductus expiret morte concedentis,Bal.in l.5.C.de poſtu. di-
xit quod ſic.Sed Bar.in l.uanr,in §.Scæuola.ff. de leg.3. & in l. poſt dotem,
in 2.col.ff.ſolu.mat.poſt Cy.in l.fi.C.de act.emp.uidetur tenere contrariū,
quia moriendo quis dr̄ uelle perſeuerare in priori uoluntate,niſi expreſſè
reuocet.Ita Bar.in l.more,in 4.col.in prin.ff.de iuriſ.om.iud. & in l.pe.in 2.
col.ff.ſi cer.pet.Et adde ēt,qđ ſaluo conducto ſolus nō tenetur quis crede
re c.ex tranſmiſſa,de reſt.ſpol.no.in c.accedētes. non conte.ubi ēt per Do.
Abb.quia ubi eſt iuſtus timor perſonæ,non ſufficit ſaluuſconductus, & ui-
de Alex.plene in l.is,qui reus,ff de pub.iud.& uide Phil.Franc.in c.ex par-
te.de appel.Et adde denique,quod ſaluuſconductus conceſſus ad benepla
citum intelligitur eſſe perpetuus,ita Bar.in l.centeſimis,in §.ſi ita ſtipula-
tus fuero,in 3.col.ff.de uer.obl.& ibi per Alex.in pen.col. ubi alleg. plures
concor.& facit tex.in l.iuriſperitos,ff.de excu.tut.

c Securitas.Vide Fely.in c.4.col.2.uer.tene etiam menti, ſupra de treug.& pa.
Sebaſt. Sap.

d Apoſtolorū.Vide tñ,qđ dixit Spe.in tit.de leg.§.nunc oſtendendum,in fi.

e Cenſetur.Illud qđ dr̄,ubi Papa,ibi Roma,habet locū in materia larga,ſecus
in ſtricta,ut no.Doct.in c.1.in ult.col.de ſchiſmati.in 6.Item uide do.Ant.
in c.fi.in 1.col.de ſu.cope.& uide D.Ant.hic.uer.quid cōprehendatur.Sed
fortè melius eſſet dicere,ibi eſſe curiā Romana, ubi eſt audientia Papæ, li-
cet Papa ibi non ſit,per tex.in cle.ne Romani,uer.eo tamen adiecto,de ele
ctio.Item uide Domi.in c.ubi periculum.§.1.in 1.col.de elect. in 6. Item
de Bal in l.ſi ſcripta,in 3.col.C.de preci.impe.offer. ubi dicit, quod ubi eſt
Papa,ibi eſt communis patria & alleg Inno.in c.expoſuit,de data.

per nuncium? dicunt Doct. quod mittet nuncium cum literis
patentibus ſtatum ſuæ eccleſiæ continentibus. An autem te-
neatur pecuniam mittere ad Papam, ſeu curiam? dicunt Doct.
quod non, niſi ſit alias debita, vel niſi eccleſia Romana egeat.
Tunc enim eſt illi ſubueniẽdum, quia fidelitatis debitum hoc
importat, vt patet de feudis, c. 1. & d. c. de forma. Item Papa eſt
dominus omnium, & vicarius Chriſti, in cap. cuncta per mun-
dum. 9. q. 3. & de transla. epiſ. c. 2. Item, cum in tali caſu neceſſi
taris ſit ſubueniendum nuncijs Apoſtolicis, vt in præcedenti
articulo, & inferioribus ordinariis, vt in c. cũ apoſtolus, de cẽſi.
fortius Papæ ſubueniendum eſt, de elec. c. licet, in fi. ſecundum
Hoſt. facit quod ipſe Hoſtien. not. in c. 2. de deci. & quod leg. &
no. in cle. 1. eo. tit. Ex fine literæ no. vnum modum iurandi, ex
quo no. iuramentum præſtari, licet non exprimatur verbum,
Iuro, ſicut quidam voluerunt, quod nõ eſt neceſſarium, vt hic
vides, infra eod. cap. & ſi Chriſtus. An autem Epiſcopus præſtet
hoc iuramentum corporaliter. Ioan. And. dicit hic, quod ſic, p
illud verbum, hæc. Generaliter autem, an, & quãdo Epiſcopus
in iurando teneatur tangere, dixi plene in c. fina. de iuram. cal.
An autem Epiſcopus iuret alia capitula vltra iſta. Ioan. And. ad
dit duo. Primum habetur in c. 2. de feu. ſecundum in cap. vt ſu
per, de reb. eccle. non alie. Venio ad glo. tertiam, & not. primo
in eo, quod vult hoc, c. debere coniungi cum c. de forma, ita, vt
vnum ſuppleatur per aliud cum ambo tractent de forma iura-
menti fidelitatis, & arguebat Vinc. per ea, quæ dicuntur in hac
glo. vaſallum non poſſe teſtificari pro domino, de quo vide in
Spec. de teſt. §. 1. ver. ſed nunquid vaſallus, & ea, quæ no. in cap.
7 accedens, il 2. vt li. non con. †Glo 4 reſtringit tex. ad conſilium
honeſtum, inhoneſtum autem poteſt reuelare ei, qui poteſt p
deſſe, & non obeſſe, arg. in c. hoc videtur, alleg. in glo. Dicit Ho
ſtien. ſe neſcire, quid glo. intendat, cum Papæ conſilium præſu
mendum ſit honeſtum. Sed ego miror de Hoſt. quod habuerit
dictum glo. pro inconuenienti, cum Papa nedum poſſit pecca
re ea fragilitate humana. 2. q. 7. c. nos ſi incompetenter, ſed etiã
poſſit eſſe hæreticus, vt c. ſi Papa. 40. diſt. Et ideo ego no glo. ſ
ſing. quod malum conſilium non tenetur prælatus, ſeu vaſal-
lus cœlare, ita quod iuramentum ad hunc caſum non extendi-
tur, facit c. 1. eo. tit. lib. 6. & debet reuelare ei, qui poteſt prodeſ-
ſe, & non obeſſe. Et facit hæc glo. quod ſi iuraui non reuelare ſe
cretum mihi per te dicendum, quod debet intelligi de hone-
a ſto, & non de alteri nociuo,[a] & quod tũc poſſum reuelare, ſed
non tamen omnibus, ſed illi, qui poteſt prodeſſe, & nõ obeſſe,
vtputa ſacerdoti, qui admoneat illum, vt oret pro illo, arg. in d.
c. hoc videtur, quod bene no. & pro hoc vide tex. iuncta glo. ſi.
8 in c. nerui. 13. diſt. in ver. contagione. †Vltimo not. glo. in verſi.
Saluo, quæ vult, quod prælatus non debeat iuuare etiam Papã
cum armis Io. And. dicit hoc eſſe verum in pſona propria. 23.
q. 8. c. 1. & c. ſeq. & patere dicit, inſ. de voto. c. ex multa. §. de cle-
ricis. tenet tñ ſm eum mittere, vel ducere militiã, de dila. c. fin.
Item põt hortari ad pugnã milites, vt in c. hortatu, & c. igiť. 23.
q. 8 fin cũ, quæ verba no. Et vide ad prædicta bo glo. in c. ſciſci-
tatis. 7. q. 1. quæ dicit, ꝙ in nullo caſu, licet clericis pugnare, ſi
poſſunt euadere. 50. diſt. c. de his clericis, poſſunt tñ alios horta
ri ad pugnã iuſtã, & ẽt intereſſe d. c. igitur, & c. vt pridem, ea cã
& q. Aduerte, fateor, quod prædicta ſunt vera interueniẽte Pa-
pæ licentia, quia clericatus reddit clericos inhabiles ad pugnã-
dum, ẽt cum infidelibus, vt in d. c. ex multa: niſi pro defenſione
propriæ pſonæ, vt in cle. ſi furioſus, de ho. Sed ego moueo du-
bium, nunquid cum Papæ licentia poſſint clerici, vti armis ẽt
offendibilibus, & dico, ꝙ ſic, ſi eſt bellum iuſtum. hoc enim eſt
clericis ꝓhibitũ ex ſola ordinatione Eccleſiæ; Papa tñ nõ debe-
ret diſpenſare propter errorem ſine magna cauſa. Hæc eſt aper
ta ſententia Io. Cal. in c. petitio, de homi. vbi late proſequit, fa-
cit ꝙ no. Hoſt. in c. ſicut dignũ, de homi. vbi tenet Papã poſſe di
ſpenſare cũ homicida volũtario, qa irregularitas eſt de iure po
ſitiuo, ꝙ ẽt ſenſit Inno. in c. ad audientiã, eo. tit. facit c. is, qui. de
ſent. excõ. lib. 6. Latius hãc materiam examino in c. cler. arma,
de vi. & hon cler. vbi videas, & ibi tracto generaliter, an, & qñ
liceat clericis arma mouere, tam pro ſe, quam pro alio.

ADDITIO.

a Nociuo. Facit not no. per Bar. in l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alien. iur. vbi di-
cit, quod confirmatio priuilegiorum, intelligitur de iuſtis, non autem de in
iuſtis, cum multis alleg per Felian c. 2. col. 17. uer. leges inferiæ, ſupra de re
ſcrip. vbi etiam vult, ſquod confirmatio priuilegiorum non intelligatur de
nociuis alteri, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Pronomen ſuus, quandoque denotat iuriſdictionem.*
2 *Simplex clericus, tunc iurat obedire, quando eſt ſuſpectus de inobedientia.*

CAP. V.

NVllus. Non tenetur clericus Epiſcopo ſuo obe-
dientiæ iuramentum præſtare, niſi ratio-
ne adminiſtrationis ſibi conceſſę. h. d. Caſus literal.
ex text. verbis cuique apparet, ideo Ber. eum non
1 ponit. †No. ibi clericos ſuos, quod hoc pronomen, Suus, non
ſemper denotat dominium. Hic enim denotat iuriſdictionẽ
& quandam poteſtatem. Ad idem cap. ſi tibi abſenti, de præ-
ben. lib. 6 & de hoc in l. Quintus Mutius, ff. de auro, & arg. leg.
per Bart. in procem. ff. noui per glo. in c. 2. de poſtu. præla. Secũ-
do no. vnum caſum, in quo licite iuratur, ſcilicet pro obedien-
tia præſtanda. Alios caſus vide in gloſ quam no. & vide gloſ. 2.
2 q. 5. c. 2. †Gl. 2. oppo. de c. quanquam. 24 diſt. vbi clerici præſtant
Epiſcopo iuramentum obedientiæ Reſpondet, quod loquitur
de illis, quibus committitur rerum eccleſiaſticarum admini-
ſtratio, iſtud vero de clericis ſimpliciter, ad hoc cap. legebatur,
de maio. & obed. Ego do ſolemnem limitationem ad iſtũ text.
a quod c. iſtud procedit, quando ſimplex clericus a non eſt ſuſpe-
ctus de inobedientia, tũc enim data ſuſpicione, poteſt compel-
li ad iurandum, pro hoc bon tex. in c. cum in eccleſijs, de maio.
& obed. & d. c. legebatur, in fi. põderata ipſius ratione, & quod
voluit glo. no. in d c. quanquam.

ADDITIO.

a Simplex clericus. Vide Abb. in c. legebatur, & in c cum in eccleſijs, ſupra de
maio. & obed.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſimplici promiſſione de ſoluendis vſuris, non naſcitur obligatio, etiam
naturalis.*
2 *An iuramentum acceſſorium ualeat, ſi non ualet id, ſuper quo eſt interpo-
ſitum iuramentum.*
3 *Inter iuramentum, & ſimplicem loquelam inualidam, eſt differentia, ſecus
ſi loquela eſt ualida.*
4 *An ei, qui iurauit ſoluere uſuras, proſit regula. Cui damus actionem, &c.
& regula, Dolo facis, &c.*
5 *In ſoluente vſuras non præſumitur animus donandi, & in eo non habet lo-
cum regula. Cuius per errorem, &c. nec regula, qui ſic ſoluit.*

CAP. VI.

a DEbitores.[a] Qui ſe obligauit ad vſuras ſoluen
das, ſoluere non cogitur, niſi iura-
uerit, quo caſu cogitur, ſed repetit. Tria ſunt dicta
ſecundum ibi, Si vero. Tertium, ibi, Et cum, &c. Ca
ſus iter. Aliquis promiſit ſoluere vſuras, cum vſuræ prohibitæ
ſint de iure canonico & diuino, quærebatur, vtrum ille ſit cõ-
pellendus ad eas ſoluendas? Et reſpondit, quod non debet com
pelli ad hoc. Si vero iurauerit ſoluere, tunc propter iuramen-
tum debet compelli, & cum vſuræ ſolutæ fuerint, creditores
ſunt compellendi per cenſuram eccleſiaſticam, vt eas reſti-
1 tuant. Ber. †No. 1. arg. ex tex. in princ. quod ex promiſſione de
b ſoluendis vſuris non naſcitur[b] obligatio, etiam naturalis. Hoc
colligo ex eo, quia promittens non cogitur ſoluere. Nam ſi na
turalis eſſet orta, cogeretur ratione pacti, vt in c. 1. de pact. ſicut
cogitur in cauſa iuramenti. Probo alia ratione, quia vbicun-
que lex reſiſtit contrahentibus, non naſcitur obligatio, etiam
naturalis, vt in l. cum lex. ff. de fideiuſ. & ibi plene per Bar. quod
procedit, etiam ſi alteri contrahenti tantum reſiſtat, vt ibi not.
Bart & hoc probat aperte. Nam lex non reſiſtit recipienti ad
vſuram, ex quo neceſſitatus facit, vt not. Innocen. in cap. ſuper
eo, de vſur. ſed ipſi mutuanti, in c. conſului, eod. titu. & tamen
nulla obligatio naſcitur, vt hic patet. No. ſecundo arg. optimũ,
quod vbi turpitudo verſatur ex parte recipientis obligatio-
nem, & non ex parte ſe obligantis, promiſſio, ſeu pactum non
obligat ſine iuramento; ſecus cum iuramento. Et ſic habes ca-
ſum, in quo Eccleſia facit differentiam inter promiſſionem, &
iuramentũ, de quo, inſ. latius. No. ibi. Cogẽdi ſunt Dño, quod iu
ramen-

ADDITIONES.

a Debitores. Limita hunc text. vt colligitur ex no. per Bald. in c. 1. ſupra eod.
& declarat Ant. Sicul. in repe. l. cum acutiſſimi, char. 13. colum. 1. C. de fidei-
commiſ. Seb. Sap.
Vide Hoſt. in ſumma, de iureiur. §. quomodo ceoſeatur, in 3. col. uer. nam
& ſi iurẽ vſuras ſoluere, & vide Bal. in auth. ad hæc. C. de vſur. 10 2. col. Item
adde, quod licet iuramentum de præſtandis vſuris liget, ut hic dicitur, ta-
men iuramentum de ſeruando ſtatutum permittens præſtationem vſurarũ
non ligat. Bal. in l. eos. § ſuper his, C. de uſu.
An iurans uſuras ſoluere, etiam ex cauſa voluptuoſa, teneatur ad obſeruã
tiam iuramenti, abſque dubio credo tutius eſſe, quod ſic, quia iurans non
poteſt tute contrauenire iuramento, niſi prius impetret abſolutionem, etiã
ſi iuramentum ſit illicitum ex parte iurantis c. ſi uero hoc, eod. tit. quamuis
Bald. tenuerit contrarium, in l. 4. C. de iureiur quod forſan poſſet procede
re, ſi ius reſiſteret tali obligationi vſurarum, quia non videretur tunc eſſe
neceſſaria abſolutio ſecundum ea, que traduntur in c. cum contingat, hoc
eod. tit. ſed tutius credo tenere primam opin. & uide omnino Pau. de Caſt.
in conſ. 168. & Old. in conſ. 185. vbi dixit, quod iurans non repetere vſu-
ras, põt abſolui a iuramento officio iudicis, ẽt abſente creditore. Ant. Fran.
b Non naſcitur Vide Bal. in l. 1. C. de cond. inde. & in l. eos §. 1. de uſu. & in l. fi.
C. de uſu. & in. l. data opera, in 7. colũ C. qui accu. non poſ. & in l. quoniam,
Alexandrum. C. de adul. Sal. in auth. ad hæc, C. de vſu. D. Paul. in l. pen. ff. de
cond. ob turp. cau. And. Barb.

Digitized by Google

ramentum principaliter dirigitur in Deum, & ei acquiritur principalis obligatio, licet effectus concernat vtilitatem priuatam No. vlt. quod ſoluens vſuras, non videtur habere animum donandi, alias non poſſet repetere, l. Campanus. ff. de oper. li-
2 ber. de quo aliquid, infra. † Venio ad gloſ. oppo. obligatio hic
a non contrahitur, ſed iuramentum tenet, & ſic valet acceſſoriū a
b ſine principali, b contra cap ſi diligenti, de foro compet. & reg. acceſſorium, de regu. iur. lib. 6. & l. non dubium, C. de legi. cum multis ſimilib. Solu. glo. 1. ſentit hic contrarium, ſed nō ſoluit. Ioan. And. dicit, quod in pactis præter legem valet regulariter acceſſorium, ſine principali. vnde committitur pœna appoſita, licet non valeat actus principalis, vt no. gloſ. in l. pacta, quæ contra, C. de pact. & in dicta reg. acceſſorium. Hoc tamen no. a ſoluit contrarium, quia ſtipulatio vſurarum eſt contra legem diuinam & canonicam. ca. 1. de vſu. per totum, & ſic etiam acceſſorium deberet corruere iuxta theoricam glo. de quibus ſupra Hoſt. reddit hanc diuerſitatis rationem. Per iuramentū potius iurans obligatur Deo, quam homini, & ideo alias vanum & irritum ſolidat adiectio iuramēti. 22. q. 1. c. habemus, q. d per promiſſionem obligatio acquiritur homini, quæ hic impeditur ex prohibitione legis propter turpitudinem contrahentis, ſed iuramentum dirigitur in Deum, apud quem nulla reperitur turpitudo, vel prohibitio, & hæc ſolutio ſic declarata eſt ſatis bona. Ex qua ſolutione infertur, quod vbi cauſa annullans principale non concurrit cum acceſſorio, & annullato principali, non annullatur acceſſorium, ad hoc Inſti. de inuti. ſtipu. §.
3 ſi quis alium quæ verba not. † Sed contra prædicta oppo. Deus
c non facit differentiam c inter ſimplicem loquelam, & iuramentum. 22. q. 5. c. iuſſi, ſicut ergo qs compellit ad obſeruantiam iuramenti, vt hic, ita debet compelli ad obſeruantiam promiſſionis, ſeu pacti. d. c. iuramenti, & c. 1. de pact. & 23. diſt. c. pſalmiſta. Sol. dicunt Goff. & Hoſt. quod licet Deus non faciat differētiam, Eccleſia tamen facit, vnde plus peccat tranſgreſſor iuramenti, quod patet ex maiori pœnitentia. 24. q. 1. c. non afferamus. Simile in voto ſolēni, & ſimplici, inf. qui cle. vel vo. c. rurſus, & c. conſuluit, & Io. And. dicit in vtroque caſu prædicto, dicendum quod comparatio fit in genere, non in determinata quantitate reatus. Vult dicere, quod loquela ſimplex, & iuſiura
d æquiparantur in genere, quia, ſcilicet vterque peccat, d & ex tranſgreſſione quilibet eſt dignus pœna æterna, iuxta illud Sap. 1. Os, qꝫ mentitur, occidit animam, & tranſumptiuè, in d. c. iuramenti, tamen in quantitate plus peccat tranſgrediens iuſiu, quam ſimplicem promiſſionem, vt probatur in c. mouet, & c. habemus. 22. q. 1. & in c. 1. ea. cauſa, & q. & hoc originaliter voluit glo. in d. c. iuramenti, & c. pen. infra eo. Sed certè iſtæ ſol. nō placent quoad caſum huius cap. Nam ſi Deus non facit differentiam, nec Eccleſia facere debet, quia iudicium Eccleſiæ debet ſe conformare, inquantum poteſt, cum iudicio Dei, vt in c. vt noſtrum. vt eccl. benefi & c. a nobis. 2. de ſen. excom. Nec ēt procedit dictum Io. And hic, quia ſi iſte, qui ꝓmiſit vſuras, peccaret in non adimplendo promiſſionem, compelleretur ꝓmiſſionem ſeruare, vt in cap. 1. de pact. nec haberetur reſpectus ad peccatum alterius. Satis enim eſt. quod ſine peccato ille poteſt ſuam promiſſionem adimplere, ſicut obſeruatur hic adimplēdo iuramentum, in quo non conſideratur, quod alter magis peccet, & grauetur in recipiendo vſuras, ſed potius conſidera-
e tur, quod habetur reſpectus ad iurantem, e vt non peccet, quia minus malum eſt, vt vnus peccet, quā duo. Nec debet qs ꝯmittere peccatum, etiā minimū, vt alter euitet maius, vt dicit glo. no. in c. quod ait. 14. diſt. in Dic ergo clarius, & melius, qꝫ illa authoritas præall. Deus non facit differentiam, &c. procedit, quādo iuramenti & ſimplicis promiſſionis datur validitas, ſed in caſu noſtro ſimplex promiſſio eſt nulla propter turpitudinem recipientis, iuramentum vero valet, quia Deus turpiter nō recipit, nec iurās peccauit, vt ſup. latius dixi, & hæc breuis ſol. ſuffi-
4 cit, not. eam † Glo. 2. procedit multum inuoluiè, immiſcendo quatuor contraria, quæ veniunt ad diuerſos effectus. Et ſcias, quod prima duo veniunt contra creditorem in fauorem debitoris, reliqua econtra. Capio prima duo. videtur enim, qꝫ iurās non debet cogi ad ſoluendū, quia cū habeat actionem ad vſuras repetendas, vt hic, ergo fortius habet exceptionem, ne cōpellatur ſoluere per regulam iuris, cui damus actionē, fortius exceptionem, vt in l. inuitus, §. cui damus, ff. de reg. iur. & in regu. qui ad agendum, de reg. iur. lib. 6. Item & ſecundo vbicunque petit, qui reſtituere tenetur, poteſt repelli per exceptionē de dolo, quia doloſe agit, qui petit, quod ſtatim reſtituturus eſt, vt in l. dolo. ff. de doli excep. & in reg. dolo facit, de reg. iu. lib. 6. Sed iſte vſurarius tenetur poſtea reſtituere, ergo pōt nūc repelli modo prædicto, & hæc ſunt in fauorē debitoris contra eundem, quod non audiatur poſtmodum repetendo. Gloſ. arguit primo ſic: Aut iſte debitor ſoluit debitum, & non auditur repetens, vt l. Iulianus. ff. de condi. indeb. & c. fina. de ſol. Aut ſoluit indebitum, & etiam non debet audiri, cum ſciat, quod qui indebitum ſoluit, videtur donare, l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. & no. in d. c. fina. Item & ſecundo ſic. Qui ſoluit, vt ſtatim repetat, non videtur ſoluere, vt in l. qui ſic ſoluit, ff. de ſol. ergo iſte repetendo non videtur a iuramento abſolutus, & ſic iuramentum debet obſtare repetitioni, & ſic repetere non poteſt, & ſic ſilent duo prima contraria, quæ fundantur ſuper iure repetendi. Et per hoc habes clarè nitorem glo. vſque ad ver. Ad hoc dicas. & ibi glo. reſpondet non ad omnia contraria, ſed dūtaxat ad illud de ſolutione indebiti ſcienter facta. Dicit enim ſatendum, quod ſi vſuræ ſunt indebitæ, vt tāquam indebitæ poſſint repeti. Nec obſt. quod ſcienter ſoluerit, quia nō animo donandi, ſed timore iuramenti fecit, ideo excuſatur, ſicut ille, qui metu inducitur, hoc voluit glo. vſque ad ver. & ſicut. Antequā expediamus illam particulam, examinemus contraria ſupra
f formata. Ad primum de regula, cui damus f &cæt. reſpondet Goff. hoc procederet, quando creditor non agit, ſed compellitur officio iudicis, & ſic non habet locum exceptio, quaſi contrarium procederet, vbi creditor ageret, & ſic vult Goff. tacitè, quod contra agentem poteſt ille, qui iurauit, excipere, & ſic intellexerunt aliqui finem iſtius gloſſ. dum dicit, quod debitor compellitur ſoluere, niſi petat inſtrumentum relaxari. Domi. Ant. videtur diſtinguere inter modos excipiendi. Aut enim excipit de contractu vſurario, petendo abſolutionem, vel relaxationem iuramenti, & auditur. per id, quod not. Feder. conſil. 300. Aut ſimpliciter excipit contractum eſſe vſurarium, vel quod habet actionem ad repetendum, & nō debet audiri Nec obſt. regula præalleg. l. cui damus actionem, &c. procedit enim quando nihil ſubeſt magis repellens exceptionem, quam actionem, hic autem ſubeſt iuramentum, quod obſtat exceptioni, ſed non repetitioni. Hæc eſt bona ſolu. & not. eam pro limitatione ad illam regulam, & vide aliam notabilem, quam ponit Innocen. in cap. inter dilectos, de exceſſ. prælato. Sed primum membrum diſtinctionis, non placet indiſtinctè, quia oportet, quod excipiat petendo relaxationem, vel abſolutionem, antequam conſtituatur in mora. Nam excipiendo inſtanti termino, incideret in periurium, quod eſt contra mentem huius decret. Item ſi dictum ſuum procederet indiſtinctè, iſtud capitulum eſſet quaſi ſine effectu, cum quilibet exciperet petendo abſolutionem. Ideo dic, vt plenius, dixi ſu-
prā

ADDITIONES.

a Si non valet actus principaliter, an & quando valeat aliquod acceſſorium ſine principali, vide per glo. Cyn. & Bald. in l. 2. ff. de iur. omn. iudi. Bald. in l. & ii 15, C. de prædi. mi. cano. in c. inter dilectos, de fi. inſtru. & iod. c. ſi diligenti, de foro compe. Bal. in d. l. non dubium, C. de legi. Et adde text. ſing. in l. fina. ff. de conſti. pec. vbi eſt tex. no. quod ſi non valet principalis actus, non valet etiam aliqua confeſſio inde procedens, & illum alleg pro ſingu. Bald. in l. abſentis, prope fin. C. ſi cert. peta. in 2. colum. quod ſi non valet actus principalis, non valet etiam confeſſio acceſſoria, vel inſtrumentum guarentigiæ propterea confectum. Et nunquid extincto principali, extinguatur acceſſorium, ponunt Cyn. & Doct. in l. 1. C. de iudi. & in l. fina. ff. de eo, quod cer. loc.

b Sine principali. Tu pondera, iſtud iuramentum eſt contra legem diuinam & contra legem poſitiuam, quomodo poteſt ligare? Item iuramentum habet tres comites, veritatem, iuſtitiam, & diſcretionem, c. animaduertēdum 22. quæſt. 3. Iſtud iuramentum eſt contra naturalem iuſtitiam, ergo non obligat, ideo videtur dicendum, quod debet reſtringi, quando ex iuſ ſerie non apparet, quod iurauit ſoluere vſuras. vide ibi late. Iſta videtur veritas. Pōdera etiam, quia gl. in l. eos. C. de vſur. vult, quod ex tali iuramento de ſeruandis ſtatutis, & conſuetudinibus, quis non tenetur illa ſeruare, ergo multo minus tenetur ſeruare in contractu, quia potentius eſt ſtatutum, quā pactum, in rub. de decr. deni. Et pondera, quia poteſt argui, non eſt prohibitum iſtud iuramentum ex parte iurantis per no. hic in gl. ſi. & c. cum ſuper eo, de vſur. ergo iſtud iuramentum non eſt contra. l. diuinam, &c. Reſpondeo, quia ſaltem non habet tres comites. Item tendit in perniciem proximi iſtud iuramentum, quia facit mutuantem incidere in laqueum, quod non eſt dicendum, vt c. ille. 22. q. 5. Poteſt reſponderi, quod cito remouetur per reſtitutionem, vt hic dicitur, & facit l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolu. Item pondera, quia iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, c. quanto, inf. eo. ſed iſtud eſt huiuſmodi, ergo. Reſponde, quod non eſt verum, quia hoc iuramentum tendit, vt iurans non incidat in periurium. Pondera, nam pone, quod acceperit ad vſuras quis ex cauſa voluptuoſa, & iurauit ſoluere, an habeat locum iſte tex. videtur, quod ſic, quia indiſtinctè loquitur. Mihi videtur non eſſe verum ex eo, quia peccat ſic iurans, & iuramentum tale tendit in perniciem animæ, per not. in cap. ſuper eo, de vſur. Item, quia tale iuramentum non videtur præſtitum Deo. cogita bene, quia ſunt noua, quæ hic expreſſi. Pondera, ſi ligat pro cauſa voluptuoſa, fortius ligat pro cauſa neceſſaria. And. Barb.

c Faciunt ad hoc no. per ipſum met Abb. Panor. in c. querelam, inf. eod. in 2. col. in fi. ver. vlt. glo. expeditis, quæro, &c. & vide quæ ibi addidi.

d Vterque peccat. Tu pondera, quia vt dicit Cice. ſolus paradoxis, æquale delictum eſt occidere ſeruum, & occidere dominum, quia ſemper attenditur non licere. And. Barb.

e Ad iurantem. No. quod attenditur, ne ex iuramento iſto grauetur vſurarius, quia melius eſt, vt vnus peccet, quam duo. Tu dic, qꝫ attenditur illud, quod principaliter fit, vt voluit glo. in l. venia. C. de in ius voc. And. Barb.

f Cui damus. Quomodo procedat illa regula, declarat Do. Abb. in c. ſi diligenti, in 8. colum. ſupra de foro compe. & Ioan. de Ana. in c. accedens, in 1. col. infra de accuſ. & per D. Abb. in c. conſtitutus. 2. col. ſu. infra de appel. vbi no procedat, quando actio, & exceptio competunt ad vindictam, vide Modern. in l. creditori. C. de pact. Seb. Sap.

Digitized by Google

pra cap. 1. vbi expediui magnam partem materiæ huius cap. Alij, vt refert Goff. dixerunt dictum ꝯtium procedere, quando creditor directè ageret, ſed c. iſtud procedit creditore denūciante periurium debitoris. Hoc tamen ſibi non placet, q̄a creditor debet repelli à denūciando ratione ſui criminis, cum ſit infamis, ſaltem infamia canonica, & quia bono zelo non denūciat, nec charitatiuè mouetur, infra de ſimo. c. licet Heli. Videamus latius in quibus caſibus poſſit practicari diſpoſitio huius c. Aut enim iudex videns hunc debitorem in præcipitio deierādi, vult ex officio ſuo eū compellere ad ſoluendū, & poteſt, nec ille pōt excipere, nec abſolutionem petere, niſi intra terminū ſolutionis faciendæ poſſit conſtare ꝯtum eſſe fœneratitium, vt ſentit hic Inno. & latius dixi ſup. in c. 1. & in hoc caſu clarè ꝓcedit diſpoſitio huius c. Aut creditor denunciat pactum debitoris, ita, quod agit denunciatione Euangelica, fundans ſe principaliter ſuper ſalute proximi: & dicit Goff. ꝙ non debet creditor audiri, quia non bono zelo venit. Ego dico dictum Goff. ꝓcedere, quando notoriè contractum conſtaret eſſe vſurarium, tunc enim ille repellitur à denūciando ratione criminis, & maxime quia infamis eſſet, non ſolum infamia canonica, ſed etiā ciuili, vt in l. improbum fœnus, & quod ibi not. Bal. C. ex quib. cau. irro. infam. & 3. q. 7. c. infames. §. porro. Item iudex ex officio ſuo compellet hunc creditorem ad relaxandum iuramentum, vt in c. 1. ſup. eo. & ſi non vult relaxare, poterit ipſe abſoluere, vt hic no. Inno. vel ipſe abſoluet principaliter, ſm ea, quæ dixi in c. 1. ſup. eo. Item poſſet compellere creditorem, vt deſiſteret ab actione, vt in c. tuas, inf. de vſu. Si autem cōtractus nō appareret vſurarius, tunc poſſet creditor venire ad denunciandum peccatum illius in non obſeruando iuramentum, & ſic ſecundo modo poſſet intelligi iſte tex. Tertio modo poſſet intelligi iſte tex. & practicari creditore directè agente, ſed primo videamus, vtrum poſſit directè agere. Dico ſic, quod aut ꝯtus non apparet vſurarius, quia forte malitiosè fuit conceptus ſub forma depoſiti, vel mutui gratuiti, ſed plus fuit ſcriptū quam receptum fuerit, & tunc dico, quod optime practicari poteſt hæc litera. Non enim debet debitor admitti ad excipiendū, ne incidat in periurium, debuiſſet enim eſſe vigilans per prius, antequam inſtaret terminus, impetrare relaxationem, iuxta ea, quæ dixi, in d. c. 1. Nec habet hic locum officium iudicis, tum, quia non conſtat de turpitudine contractus, tum quia interim debitor incideret in periurium; & ſic propter timorem periurij non habet locum regu. Cui damus actionem, &c. nec regula, dolo facit. Aut contractus apertè apparet vſurarius, & videtur, quod tunc non poſſit creditor agere. Non enim agit vigore ꝓmiſſionis, quia nulla eſt, vt in princ. c. Non vigore iuramenti, quia ſecundum opin. do. Ant. actio, ſeu obligatio non acquiritur parti, ꝓpter ſuam turpitudinē, & ſine actione nemo experitur l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de nego. geſt. Hic aūt deficit obligatio, quæ eſt mater actionis, l. licet. §. ea oblig. ff. de procu. Sed, vt dixi in d. c. 1. credo, quod hæc opi. do. Ant. in hoc non ſit vera, & cōtrarium ſentit hæc glo. dum innuit creditorem poſſe agere ꝓ vſuris ſoluendis, vbi interuenit iuramētum. Quare dico, quod ſaltem ſecunda obligatio acquiritur parti, vt dixi in d. c. 1. ratione cuius iſte poterit agere. Nam, ex quo ius præcipit aliquid fieri, a datur actio ſaltē ex illa l. ff. de condi. ex le. l. vna. & pro hoc adduco c. tuas, ſæpe alleg. inf. de vſu. vbi dr̄, ꝙ iudex non debet ꝯpellere creditores, qui receperūt iuramēta, vt deſiſtant ab exactione: ergo præſumitur, ꝙ actio competat, alias fruſtra fieret cōpulſio, & hoc caſu etiam poſſet practicari hoc c. quando, ſcilicet creditor ꝯparuit, inſtante termino, ita, ꝙ ex illa dilatione, ille incurreret periurium. Debet enim iudex eligere, vt potius admittat iſtū cum peccato, quam eū repellendo, patiatur aliū incidere in periurium, Idem ſi ille creditor cōparuit, poſtquā debitor incidit in periurium. Nō enim debet iudex pati illum ſtare in periurio, nec debet illum abſoluere, tum, quia nō petit, tum, quia non eſt dignus hoc remedio, ex quo legem contem-
3 pſit, incidendo in periurium, iuxta ea, quæ dixi in d. c. 1. †Ex prædictis habes vltra alios, varios modos practicandi hoc c. & remanent ſoluta prima duo contraria, quæ veniebant contra ſecūdam partem c. Veniamus nunc ad alia duo cōtraria, quæ militant cōtra tertiam partem c. in qua permittitur repetitio poſt ſolutionem. Glo. iſta, vt ſupra vidiſtis, reſpondet ad primū, q̄d timor iuramenti excludit præſumptionem donationis. Hoſ. & Ioan. And. vidētur hoc dictum impugnare. Nam ex hoc ſequeretur, quod ſi is, qui non iurauit, ſoluerit vſuras, non poterit repetere, cū in ſolutione eſſet timor iuramenti, quod tamen eſt falſum, ſecundū eos, nihil allegant ad hoc. Sed ꝓ hoc facit tex. in c. ad noſtram, de emp. & vend. & c. illo vos, de pig. & clarius, inf. de vſur. c. quia fruſtra, & in c. Michael. Dicūt ergo Inno. & Hoſtiē. quod hic admittit repetitio, ſcientia iudeorum non obſtante, in fauorē ſeruātis iur̄m, vel ꝓmiſſum, & in odiū creditoris. Itē ſm Hoſt. il. ꝯtræ loquūtur de ſolutione, quæ nō improbatur à l. de quo per eū. in ſum. de vſur. § ſi. ver. ſed quomodo. Itē & tertio, ſm eundē, hoc eſt ſpeciale in vſura, vt repetat, non obſtante ꝙ ſcienter ſoluerit indebitū, & hoc propter periculū animæ ipſius recipientis. Quartā ſolutionē ponit D. Ant. dicēs, quod aut interuenit iur̄m, & tunc in dubio excluditur præſumptio donationis ꝓpter timorē periurij, vt hic. Aut interuenit ſimplex promiſſio. Et tūc ſi ꝯſtat, ꝙ voluit donare, & caſus eſt clarus, quod ceſſat repetitio. Aut ꝯſtat de ꝯtrio, & tunc datur repetitio, ſed ſi ſumus in dubio, dicit adhuc dandā repetitionem, quia, ex quo præceſſit cauſa, præſumitur, quod voluerit ſatisfacere promiſſioni ſaltem naturali, & non donare. Et pro hoc videtur velle Do. Ant. quod in ſimplici promiſſione vſurarum, oriatur obligatio naturalis, quod puto falſum, cum lex reſiſtat, vt ſupra dixi. Dico ergo, quod præſumptio donationis hic excluditur, q̄a aut à principio ſoluit, & neceſſitatus fecit cupiditate conſequēdi pecuniam mutuo, aut ex poſtfacto, & videtur voluiſſe ſoluere, vt parceret pudori ſuo, ne notaretur de fractione promiſſionis apud vulgus, arg. op. in l. Quintus Mutius. ff. man. & in cap. tua, infra eod. cum ibi no. Nemo enim eſt ita ſupinus, quod libenter ſoluat vſuras, l. cū de indebito. ff. de proba. No. tamen ex glo. & ex prædictis, quod vſuræ repetuntur ex quaſi contractu, per conditionem indebiti. De hoc remitto ad glo. & Doc. in d. c. Michael, & per glo. 16. q. 6. c. ſi Epiſcopum, per Spec. in titu. de act. & pet. §. 1. ver. quod autem dixi, vbi conſuluit, quod repetēs ſe non artet ad cōditionem indebiti, dic, vt in d. c. tua nos. Ad vltimum contrarium de l. qui ſic ſoluit, glo. hic non reſpondet, ſed Hoſtien. dicit, quod quando propter iuramentum ſoluitur vſura, ius non intendit verè ſolui, ſed potius numerari, ita, ꝙ ex ſola numeratione, iuris interpretatione, ſatisfacit iuramento, ad hoc Inſti. quib. mod. tol. obli. in princ. Vel dic clarius, quia l. qui ſic ſoluit, loquitur in obligatione à iure nō improbata, hoc autem à iure improbatur, nec poteſt creditor retinere ſine peccato. vnde ſatis eſt, vt interueniat numeratio ad ſatisfactionem iuramenti, vt ſic cōſulatur debitori, & creditori. Vel dic, vt fortè voluit glo. iſta ſoluere in verſi. vel ſic. quod iſte purè ſoluit ratione iuramenti, nec appoſuit pactum de repetendo, ſeu reſtituendo, licet alio iure repetat, ſcilicet quia ſoluit indebitum, & quia ille peccat retinendo ſine iuſta cauſa, & contra l. diuinā & humanam. Nūc venio ad vltimam partic. glo. in ver. Et ſicut habet, quæ ſcotit oppoſitionem de c. 1. ſupra eo. vbi iurans nō compellitur ſoluere, ſed creditor compellitur relaxare iuramētum. Glo. reſpondet, ꝙ debitor habet vtrunque remedium. nā ſi vult petere abſolutionem, audietur vt ibi, ſed ſi non petit, & cogitur ſoluere, habet remediū repetendi, vt hic in fi. Sed certè ſecundū hoc vana eſſet huius c. diſpoſitio, cum quilibet poſſet petere ſe abſolui. Ideo dic, vt latè dixi in c. 1. ſup. eo. Per prædicta habes clarè tria dicta huius c. quare, ſcilicet nulla naſcat obligatio ex ꝓmiſſione vſurarū. Item, quare compellatur iſte adimplere iuramentū. Item & tertio de iure repetendi.

ADDITIO.

a Aliquid fieri. Vide Bal. in Auth. ei, qui. C. de bon. autho. iud. poſſi. vbi dicit, q̄d creditor, qui petit vſuras, non dicitur calumnioſè petere, quia non eſt in calumnia, qui petit iure permittente. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutus ab excommunicatione, an teneatur præſtare cautionem iuratoriam, uel fideiuſſoriam, uel pignoratitiam.*
2 *Fructus rei pignoratę non computantur in ſortem, quando debitor iurauit non moleſtare, niſi prius ſortem ſoluerit.*
3 *Promittens ſoluere cum iuramento, ſi compenſat, non eſt periurus.*
4 *An iſti debitores, de quibus in cap. noſtro, ex uiolentia illata, cadant à iure eorum.*

CAP. VII.

AD noſtram. Si debitor creditori iurauerit rem pignoratam non repetere, niſi prius debitum ſoluerit, iuramētum ſeruare compellitur. Sic ſummat Io. And. ſed hæc ſummatio nullam dubitationem continet, ſed fortè propter varietatē lect. ſummauit Ioā. And. ita generaliter. Ideo ſummo ſic. Debitor, qui iurauit creditori nullum grauamen ſuper re pignorata inferre donec ſoluerit debitum, non auditur repetens pignus, volendo compenſare fructus in ſortem; ſed debet prius debitū integraliter ſoluere, & demū rem cū fructibus inde perceptis expoſcere, & eſt notabilis caſus. Cōmunis diuiſio. Secunda, ibi. Ideoque. Caſus lit. Quidam P. nomine quandam pecunię ſummam mutuauit quibuſdā hominibus, recipiēdo ab eis quaſdā poſſeſſiones, & redditus in pignore, præſtito iuramento ab eis, quod ipſi P. ſuper illis nullum grauamen inferrent, donec ſibi pecuniam ſoluerēt. Et antequam de poſſeſſionib. & redditibus illis ſortem ſuam deduxiſſet, cœperūt illū coram Archiepiſcopo moleſtare, ita quod per Archiepiſcopum dictus P. fuit excōmunicatus, vnde ſuper his conqueſtus fuit D. Papæ, & ipſe mādat eidem Archiepiſcopo, & eius cōiudicib. quatenus recepta ſufficiēti cautionē ab ipſo P. ꝙ eorū debeat ſtare mādato, ipſum abſoluāt, poſtmodū ꝯpellāt creditores, ſi eſt ita, vt poſſeſſiones,

Digitized by Google

& redditus prædictos eidē P. reſtituant, quia contra iuſm ſuū venerunt, nec ſibi moleſtiam inferant, vel grauamem, donec pecunia fuerit reſtituta. Cum autem fuerit reſtituta, ſicut iurauerunt, compellant dictum P. vt quicquid vltra ſortem recepit, deductis expenſis, reſtituat eis, quod ſi non fecerit excommunicent illum. B Nn. ꝙ licite capit quis in pignore poſſeſſiones & redditus. Et no. quod verbum, Poſſeſſio, quandoque capitur pro proprietate rei, & non pro nuda poſſeſſione, concor. c. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper rebus, vt lite non conte. No. quod creditor deducit ante omnia expenſas, quas fecit in re pignorata, & quod fructus dr̄ ſolum id, quod ſupereſt deductis expēſis. l. j. C. de fru. & lit. expen. & l. fructus, ff. ſol. ma. No. ꝙ vbi eſt contentio de obſeruantia iuramenti, vel de fructibus in ſortem computandis, poteſt adiri iudex eccleſiaſticus inter laicos. a No. ſm cōem [a] intellectum, & tene ſemper menti, ꝙ iuſm eſt obſeruandum in forma ſpecifica, nec ſufficit illud adimplere in effectu. Patet hoc, quia iurans prius ſoluere, tenetur actualiter ſoluere, nec ſufficit compenſare, quanquam compēſatio ſit ficta ſolutio. l. ſi peculium. §. 1. ff. de ſta. lib. de quo inf. latius. No. quem poſſe compelli per eccleſiaſticum iudicem ad reſtituendum quicquid percepit ex re pignorata, q̄q̄ ꝯtus pignoratitius non præceſſerit, quaſi videatur re ipſa vſuras committere, retinendo ſibi fructus, vel redditus occaſione mutui præcedētis. No. vl. ex fine literæ, ꝙ abſolutus ab excommunicatione, cum ſolemnitate debita de parendo mandato iudicis, non reincidit ipſo facto in excommunicationem, q̄q̄ mādato, vt promiſit, nō pareat, ſed opus eſt, vt de nouo in illam reducatur, ad idem c. quæſtioni, de appel. fallit in caſibus contentis in c. eos, de ſenten. excommunic. lib. 6. Venio ad glo. & primo, quia hic papa mandat recipi in abſolutionis actu ſufficiētem cautionē, quæro, qualis debet eſſe hæc cautio? Gl. 1. dicit, quod pignorati-
1 tia, ſeu fideiuſſoria, ex quo hic adducitur qualitas ſufficientiæ.† Sed contra hoc & contra tex opp. videtur enim ꝙ nulla cautio erat hic præſtanda, quia vbi excommunicatio eſt iniuſta, debet relaxari ſine aliquo grauamine, vt in c. 1. de ſenten. excom. lib. 6. & c. ſacro, de ſen. excom. Sed hic fuit iniuſta, cum non teneretur creditor reſtituere res pignoratas ante ſolutionem ſortis. Sol. Hoſt. ꝙ contraria procedunt, quando nulla cauſa exprimitur in ſententia, vel exprimitur manifeſte falſa, vel iniuſta, vel quando nō fuit ſeruatus ordo, vt in d. c. ſacro ſed in caſu noſtro ordo ſuit ſeruatus & cauſa expreſſa quæ non fuit iniuſta, vel falſa, ſed dubia, quia debitores dicebant de fructibus ſatisfactum; creditor autem negabat, vnde, quia non cōſtabat adhuc de veritate, fit abſolutio, & ratione dubietatis debet præſtari ſufficiēs cautio. Et no. ſecundum Io. And. ꝙ licet pro dubia cauſa, non
b ſit quis excommunicandus, lata tamen ſententia tenet, a ſimile. 1. q. 6. c. biduum. Vel poteſt dici ſecundo, ſecundum Hoſt ꝙ ſufficiens cautio vocatur hic iuratoria, & non pignoratitia, vel fideiuſſoria, prout dixit glo. quia obſtante iuramento ante ſolutionem pecuniæ, non poterat de fructibus quæſtio referri. Et ꝓ hoc inducit finem c. vbi non mandat creditorem iſtum diſtringi per cautionem pignoratitiam, vel fideiuſſoriam, ſed ſolum eum reducendum in primam ſententiam. Certe vtraque ſol. Hoſt. videtur mihi falſa. Prima enim eſt apertiſſime cōtra tex. in d. c ſacro. § caueat, vbi dicitur, ꝙ abſque manifeſta, & rationabili cauſa non eſt excommunicatio proferenda, ꝙ ſi contrafactum fuerit, eſt talis ſententia, ſine aliquo grauamine, reuocāda. Ad idem c. nemo epiſcopus. 2. q. 1. & c. graue. 11. q. 3. Sed hęc cauſa erat dubia, ſecundum opi. Hoſt. ergo ſine aliqua cautione erat relaxanda. Secunda ſol non procedit ex eo, quia ſi non poterat referri quæſtio fructuum ante ſolutionem, ergo excōicatio fuit iniuſta, & per conſequens ſine grauamine relaxāda, ita, vt iuſm præſtari non debeat. Innoc. dicit. ꝙ iſte fuit excōicatus pro contumacia, & hoc fuit iuſtum, & idcirco non abſoluitur, niſi præſtita cautione & iuramento. Fatetur tamen, ꝙ ſentētia reſtitutionis rerum fuit iniuſta, & ideo ꝯ ipſam mādatur, ꝙ res creditoribus reſtituantur. Hoc dictum nō placet Hoſt. quia aut ipſe fuit excommunicatus pro contumacia commiſſa in non parendo ſententiæ reſtitutionis rerū, & excommunicatio fuit iniuſta, cum non teneretur parere illi ſententiæ, vt iniuſtæ, & ſic per conſequens non fuit contumax, ergo ſine cautione venit abſoluendus. Aut fuit excommunicatus pro cōtumacia commiſſa in non comparendo, & adhuc iniuſte hic agitur contra eum, cum deberet ſufficere iuratoria cautio. inf. de verb. ſigni. c. ex parte, & c. cum olim, & ſic non poteſt dictum Inno. ſaluari, niſi dicatur ſecūdum Hoſtien. quod creditor violenter reſtitit debitori in reſtitutione rerum, quæ fiebat iudicis authoritate, modum excedendo, & monitus noluit ſatisfacere, ꝑpter quod iuſte fuit excommunicatus, & ratione huius offenſę, ſaltem dubiæ, cauere debuit. Vel, ſecundum eum, iſte fuit excommunicatus ꝑꝑ contumaciam, & ꝑꝑ expenſas, quibus ante oīa cauendum fuit, de iudi. c. 1. Hę duę vltimę ſol. ſatis ſunt veræ in ſe, licet non multum conueniant literæ. Dicit ēt ꝙ ſolu. Inno. ꝑt ſatis ſuſtineri, quia excommunicatus pro contumacia in non comparendo coram iudice non debet abſolui ſine ſufficienti cautione, nec ſufficit iuratoria, vt eſt tex. iuncta glo. no. in c. qua fronte, de app. facit tex. in c. 1. de do. & contum. li. 6. d. An. dicit ſe putare, ꝙ iſte ideo abſoluitur cum cautione, quia ſententia fuit lata ex cauſa probabiliter dubia in iure, ex quo petebatur, vt fructus compēſarentur in ſortem, vt patebit ex his, q̄ dicam in ſeq. gl. & maxime, quia retractato grauamine ſententiæ, re-
c ſtabat aliquid implendum [c] ex parte creditoris, vt patet in fi. c. Hæc ſolu. licet videatur applaudere literæ, non tamen puto eā veram, quia probabilis error licet habeat excuſare iudicem, vt non condemnetur excommunicatus ad intereſſe, non tamen aggrauat excommunicatum, qui ſolonis eſt, vt præſtet cautionem de parendo, cum illa exigatur propter præſumptionem inobedientiæ, cauſatam ex culpa contracta in excommunicatione, & hæc ſaōs colliguntur in d. c. ſacro. Illa ergo Innoc. ſolutio iuuata, vt ſup. magis videtur iuri conſona, vt dicamus iſtum fuiſſe excommunicatum propter contumaciam commiſſam in non comparendo in iudicio moto ob cauſam in tex. contentam, & hæc ſola ſolutio ſuffeciſſet, ſed, vt antiquorum dicta nō
2 tranſirent indiſcuſſa, inſtat plus, q̄ oportuit. † Opp. d 2. & videt,
d ꝙ non teneatur debitor ſoluere prius integram ſortē, ſed quod poſſit computare fructus [d] in ſortem, vt in c. 1. & 2. inf. de vſur. cuius contrarium innuit litera. Sol. ex gl. 4. eliciuntur duo intellectus. Primus, vt litera intelligatur cum ſuppletione, ſ. vt ſors prius ſoluatur vere, vel per computationem fructuum, vt in cōtrario. In hoc tamen glo non perſiſtit, ſed tranſit ad ſecundum intellectum, vt ſpeciale ſit hoc propter iuramētum præſtitum de non moleſtando, donec fuerit ſatisfactum. vnde oportet, ꝙ prius ſoluatur vera ſors, & poſtea qcquid inde potuit creditor percipere, repetatur. Gl habuit in hoc bonum intellectum, ſed non ponit bonum exemplum. Nam, vt dicit Ioan. And. & be-
f ne, ſi iuraſſet debitor non moleſtare, niſi prius ſatisfecerit, [f] non procederet diſpoſitio, vel deciſio literæ, quia ex quo ſatisfactū eſſet de fructib. non diceretur venire contra iuramentum, vnde potuiſſet iuſte repetere pignora. Dicit ergo Ioan. And. ꝙ ex forma iuramenti requiritur numeratio pecuniæ, & ſolutio. q. d. non ſufficere, ꝙ ex fructibus ſatisfiat. Et dicit poſt Boati. ꝙ cū hic non fuerit iuratum de vſuris ſoluendis, non eſt locus petitioni relaxationis iuramenti, de quo. ſup. eo. c. 1. Et hunc intellectum aperte ſentit Inno. hic in fi. dicens, ꝙ ēt ſi creditor ageret repetendo pecuniam, non poſſet debitor fructus compenſare, cū iurauerit nō moleſtare, niſi prius ſortem ſoluerit, non cōputatis fructibus. hoc enim actū erat inter eos, & hic intellectus cōiter tenetur, ſm quem elicitur, vt dixi in vno no. ꝙ iuramen-
g tum debet impleri in forma ſpecifica, [g] nec ſufficit, quod in effectu impleatur. Aduerte, aut fructus ſuperſunt, & in dubio nō poteſt opponi compenſatio per debitorem, ſi creditor paratus eſt eos reddere, ſoluto ſibi debito, duplici ratione. Prima, quia de ſpecie ad quantitatem non fit compenſatio, vt no. in c. fi. de depo. & hoc alio modo voluerunt Inn. & quidam alij intelligere tex. iſtum, ſed non eſt bonus intellectus iudicio meo, quia ſecundum hoc fruſtra ponderatur hoc iuramentum. Dictum tñ eſt verum in ſe. Secunda ratio, quare non poſſit opponi compenſatio, eſt, quia fructus rei pignoratæ non ſunt conſumpti in cauſa pignorum, ſicut ipſa res principalis. l. quamuis, in fi. & ꝙ ibi no glo. C. in quibus cau. pig ta. contra. Aut fructus non ſuperſunt, quia cōſumpti, & ſic creditor obligatur in quantitate. Vel recepit quantitatem ex re pignorata, & tunc non interueniēte iura-

ADDITIONES.

a Secūdum communem. Vide ad hoc D. Iaſ. in l. ſi pecuniam, in prin. col. 2. ver. in ea gl. ff. de condi. ob cau. vbi ponit, quod quando interuenit iuramentū, debet promiſſum precise obſeruari. Seb. Sap.

b Sententia tenet. Tu pondera, quia videtur, quod in dubio debuit fauere reo, c. ex literis, de prob. & ſic non excommunicare. And. Barb.

c Aliquid implendum. Tu pondera, quia hic dicitur quod propter hoc fuit excommunicatus, quaſi velit dicere, propter illud pactum videbatur contractus vſurarius, vel quia erat vſurarius creditor. And. Barb.

d Oppono. Vide Nigus. de pigno. in 5. membro. 5. par. nu. 14. Iac. Anel.

e No. hic, quomodo intelligatur, quod dicitur, ꝙ fructus pignoris computantur, & vide plenſ. per d. An. hic. Et caſus in quibus fallit hæc regula, enumerantur in c. conqueſtus. de vſu per glo. & Doct. & per gl. 14. q. 14. q. 3. in ſumma. Et an in ſortem computentur non ſolum fructus percepti, ſed etiam q̄ percipi potuerunt, vide late d. Abb. Panor. poſt Doc. in c. 1. de vſu.

f Prius ſatisfecerit. Facit differentiam. Ioan. And. inter verbum ſoluere, & ſatisfacere. Idem dixit d. Pet. in c. ſi propter, de reſcrip. li. 6. in repe. Tu pondera, quia hic iurauit ſoluere pecuniam. And. Barb.

An iurans ſoluere, poſſit aliter ſatisfacere abſque periurio, puta rem ꝙ inuito creditore hoc facere non poſſit, quia ſatisfacere quis tenetur, ſicut voluerit creditor, vt per Specu. in ti. de obliga. & ſol. in §. 6. ver. quid ſi lata. & habetur per Bal. in l. per diuerſas, in 13. col. ff. man. & ideo dicebat Bal. in l. j. ff. qui ſatiſ. cog. quod ſatisfacere non dicitur, qui dat fideiuſſorem per Auth. ſi qſi. C. de conſti. pecu. & per l. ꝑmiſſor, in 2. in §. cōſtituto, ff. e. ti. Et adde, ꝙ qui cedit creditori actiones, non dicitur ſatisfacere, vel ſoluere, vt eſt gl. in l. legaui, in fi. ff. de libe. leg. & vide Alex. in l. in cauſæ, ff. de procu. An. Ir.

g Eſt paſſus dubius & diſputabilis multum, & idem tenent Innoc. & d. An. de But. in c. veniens, inf. eo. & ibidem per ipſum met Abb. Panor. vbi ſatis plene examinat, ibi vide concordiam, & diſcordiam.

iuramento,de quo hic,in dubio eſt fienda compenſatio, & ſic
debet intelligi.c.1.& 2.de vſu. & c.cum contra de pig. Aut in-
teruenit iuſm de non inquietãdo,niſi prius ſoluatur debitum,
& hic caſus eſt dubius. Doctores noſtri cõmuniter ſequuntur
ꝙ prædixi,vt non habeat locum compenſatio, vt ſic iuramẽtũ
3 impleatur in forma ſpecifica.†Sed cõtrarium a reperio ſenſiſſe.
a Bar.in l.amplius,ff.rem ratam haberi,vbi ponit talem q̃õnem.
Quidam promiſit tibi ſoluere certam quantitatem,& hoc iura
uit.poſtea compenſat tecum,nunquid per hoc ſit periurus? Vi-
detur text. innuere,ꝙ ſic.Contrarium ipſe determinat. mouet̃,
quia edicta ſeu conditiones debent impleri in forma ſpecifica,
ſicut iuſm,vt in l.qui hæredi.in prin.& l.Mæuius.ff.de cond. &
demon.ſed iuſſus dare,ſeu ſoluere, implet conditionem com-
penſando,vt l.ſi peculio.§.1.ff.de ſtat.libe ergo &c. Præterea,ſi
ego impedior iuſta de cauſa facere ꝙ promiſi, non ſum periu-
rus,vt l.ſi.ff.qui ſatiſd.cogan.& c.ſignificãte,de pign. Sed ſi ego
non ſoluo,quoniam tu debes mihi reddere,ego impedior a te,
nam ideo tibi non ſoluo,quia tu mihi non ſoluis,vnde quaſi fa-
cto tuo impeditus non debeo eſſe periurus. Hanc rationem fa-
cit tex.in l.3 circa prin.ver.inde quæritur.ff.de ſtat.libe.Quid di
cendum? Põt dici,ꝙ ante factum,eſſet ſequenda opin.Io.And.
& Innoc.ſed poſt factum,vt quis excuſetur a periurio, ſequen-
da eſt opin.Bar.quæ procedit generaliter,quando quis tenetur
ſoluere. Sed opinio. noſtrorum Doct.procedit in caſu huius c.
quando,ſ.tempore traditi pignoris interuenit hoc iuramentũ
de non moleſtando ante ſolutionem ſortis.Nam tacite videtur
actum,vt fructus non compenſentur ante ſolutionem,alias ni
hil operaretur iuramentum,quia de iure eſt,vt ſup.dixi, vt ante
ſolutionem fructuum non fiat compenſatio, & hoc caſu puto,
ꝙ poſſit peti abſolutio a iuramento,licet aliter ſenſerit Io.And.
poſt Boat.Nam licet hoc non ſit vſurarium,tamen turpiter re-
net iſtum vinculatum iuramento, cum ſine aliqua iuſta cauſa
b recuſet cõpenſare quantitatem debitam b rõne fructuum con
ſumptorum. Et poſſet attentari hoc eſſe vſurarium,cum velit
interim percipere vtilitatem huius pecuniæ ꝯ illud Euangeli-
cũ.Mutuum dantes,nihil inde ſperantes.de vſu.c.conſuluit. Et
per hoc habes intellectum huius c.omiſſis quibuſdam aliis le-
4 cturis,quæ magis inuoluunt,quam declarent.†Opp.3. & videt̃,
ꝙ debitores iſti debuiſſent ex violentia illata, cadere à iure co-
rum,vt l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.& 16.q.6.c. placuit. Gloſ.
ponit quatuor ſolutiones.Prima,ꝙ in cauſis eccleſiaſticis rigor
ille non ſeruatur.Sed certe hæc ſolutio eſt falſa, tum quia cauſa
non erat hic eccleſiaſtica,nec ratione rerum, nec perſonarum.
Tum quia etiam inter perſonas eccleſiaſticas, dũ agitur de ea-
rum iure priuato,pœna illorum iurium habet locum, vt patet
in c.eum qui,de præben. lib.6. Secunda ſolutio, quod non fuit
actum ad hoc,& hæc eſt ſatis bona. Nam pęna illorum iurium
non committitur ipſo facto,vt in eis no. Tertia ſolu. quod iſti
debitores excuſantur,quia authoritate iudicis iſtum creditorẽ
expulerunt.Hæc ſolutio mihi non placet, q̃a authoritas iniuſte
impenſa non excuſat,de hoc vide per Bar.in l.iuſte poſſider, ff.
de acq.poſſ.& vide quod dixi in c.conquerente,de reſtitu.ſpol.
Quarta ſolu.quod de hoc cognoſcere inter laicos non ſpectat
ad Papam,& hoc placet.

ADDITIONES.

a Contrarium. Opin.Bar.ſequitur do.Abb.in c.cũ dilectus,col.12.ſup. de ord.
cog.& Io.de Imo.in l.Iulianus.1.ff.de condi.& demon.& Io.Fab.in §.in bo
næ fidei,Inſtit.de act. Cõtrarium firmat Bal.in c.quæ in eccleſiarum, col.6.
ſup.de conſti.& vide no.per do.Iaſ.in l.ſi pecuniam,in princ.col.pen.ff.de
condi.ob cau.Maria Soc.in c.querelam.inf.eo. Seb. Sap.

b Quantitatem debitam.Pondera,quia pactum de non moleſtando,intelligi-
tur de facto,& non de iure, ut per Bald.in l.1.C.de his, quæ pęnæ.no. ideo
non videtur actum, quod non compenſentur fructus. And.Barb.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians beneficio per metum,non indiget alia collatione.*
2 *Iuramentum non eſt ſeruandum,quãdo ſine interitu ſalutis æternæ, uel cor
poralis ſeruari non poteſt.*
3 *An iuramentum tendens in diſpendium ſalutis ſit ſeruandum, & qualiter
dicatur tendere in diſpendium.*
4 *Iuramentum, quod nunquam erit Epiſcopus, uel clericus, an ſit obliga-
torium.*
5 *An ualeat iuramentum,quod quis præſtat de non fideiubendo pro aliquo.*
6 *An eleemoſyna ſit in præcepto.*
7 *An iuramentum & confeſſio facta calore iracundiæ,ualeat.*
8 *Is qui iurauit redire ad carcerem,debet ſeruare iuramentum.*
9 *Iuramentum metu extortum,an obliget & in foro pœnitentiali, & in fo-
ro fori.*
10 *Iuramentum metu extortum,an obliget contrauenientem ad peccatum mor
tale,an ad ueniale.*

CAP. VIII.

SI vero. Si iuramentum per metum extortum ſer-
uari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ,ſer
uandum eſt.Eccleſia tamen Romana conſueuit a ta
li iuramento abſoluere. Communis diuiſio. Secũda
ibi.Diximus tibi.Caſus liter. Aliquis per metum grauiſſimum
compulſus fuit renunciare beneficium ſuum, iuramento in-
terpoſito de eodem vlterius non repetendo,& ſic ille compul-
ſor retinuit ſibi beneficium illud,quæritur quis illorum benefi
cium illud debeat habere,an neuter? Reſpondet Papa, ꝙ non
eſt tutum alicui venire contra iuramentum ſuum,niſi illud ta-
le ſit, quod ſeruari non poſſit ſine periculo animæ, nec Papa
vult alicui dare materiam contra iuramentum ſuum venien-
di, ne author periurij videatur,tamen in Romana eccleſia a
pluribus Romanis Pontificibus factum eſt, quod clerici, qui
coacti beneficium ſuum abiurauerunt, de iuramento abſolu-
tionis beneficium meruerunt, & ad coercendam iniquitatem
illorum,qui illos iurare compulerant, permiſſi ſunt eadem be
neficia obtinere.B.Not. primo regulam, ad quam allega. quo-
tidie iſte tex.quod iuramentum, quod ſeruari non poteſt ſine
a interitu ſalutis æternæ , non eſt obligatorium , a ita , quod pro-
pria authoritate poteſt iurans contrauenire, & dic, quod non
ſolũ poteſt,ſed imo etiam debet. 22.q.4.quaſi per totum. A cõ-
trario collige, ꝙ vbi ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ,
eſt ſeruandum,quod tamen falſum eſt, vt in regu. non eſt obli-
gatorium,de reg.iur.lib.6.& ibi bon. gloſ. & clarius patebit ex
infra dicendis. Non enim valet argumen. à contrario ſenſu ,
vbi contrarium reperitur expreſſum,infra de ſenten. excom-
b muni.c.a nobis.2. No.ſecundo,quod valet renunciatio b bene
ficij metu facta,ad hoc vide quod legitur,& notatur in cap. ſu-
per hoc,de renun.& per do.de Ro. deci.362.& in cap. ſolicite,
de reſtitu.ſpoliato.& quod ibi dixi. Not. tertio, ꝙ a iuramento
turpiter recepto poteſt eccleſia abſoluere, nec eſt neceſſe, ꝙ is
qui turpiter recepit, moneatur primo, ad illud relaxandũ. Ad-
hoc quod plene dixi in cap.1.ſup.eo.licet hoc dicatur de eccle-
ſia Romana,tamen idem intelligas de epiſcopo, vt notat Inno
cen.in cap.ad aures,quod met.cauſa,& c.debitores, ſupra eod.
Et Romana eccleſia dicitur cauſa exempli, ſeu quia ſic factum
1 eſſe reperiebatur.†No.vltimo argu.optimum,quod renũcians
beneficio per metum , non indiget noua collatione, ſed per
actionem,quod metus cauſa,reſtituitur in priſtinum ſtatũ , fa-
cta abſolutione a iuramento. Et credo,quod dupliciter poteſt
metum paſſus agere. Primo intentando vtilem actionem in
rem,quia per reſignationem metu factam, ſolum perditur di-
recta actio,vt eſt tex.notab.in l.metum §. volẽti, & l. ſi mulier,
in fin.quod met.cauſa. Item ſecundo per actionem perſonalẽ,
quod metus cauſa, per quam omnia debent reduci ad ſtatum
priſtinum,vt in iuribus prælleg.ad hoc adduco iſtum tex. & c.
ad audientiam,& cap.Abbas,quod metus cauſa,vbi ſine noua
collatione reſtitutus fuit renuncians ad beneficium metu reſi
gnatum.Sed cõtra prædicta facit tex.iſte in ver. permiſſi,quod
verbũ denotat diſpenſationem.Soln.Goff.vt arbitror, metu cõ
tranij, exponit permiſſi, id eſt dimiſſi , quia ſecundum eũ, poſt
abſolutionem non requiritur aliqua diſpenſatio,ſed ius com-
mune eſt,quod hic dicitur. Et hoc ſatis placet, & aperte proba
tur per d. cap.Abbas, & c.ad audientiam. Innocen. videtur in-
telligere iſtum tex.de permiſſione , quæ ſequitur ex abſolutio-
ne iuramenti,quaſi permiſſio fuerit in eo, ꝙ ſuperior præſtitit
authoritatem abſolutionis actu. D.Ant.dicit ꝙ ſi teneatur opi-
nio,ꝙ renũciatio meticuloſa, quaſi habens in ſe annexam vo-
lũtatẽ,excludat ius beneficij, ꝙ renũciauit,oportet, ꝙ vltra ab-
ſolutionẽ p̃mittat ibid.celebrare,& remittit ad not.in d. c. Ab-
bas.Ego dico,vt ſ.dixi,ꝙ licet renũciãs pdat ius & directã actio
nẽ, remanet tñ ſibi vtilis,per q̃ põt ſine noua collatione repete
c re beneficiũ metu reſignatũ,c vt aperte ꝓbat̃ in d. c. ad audien-
tiã. Itẽ dico,ꝙ p actionẽ,ꝙ met. cã, oĩa reducunt̃ in ſtatũ priſti-
nũ,vt in d.§.volẽti,& ꝙ ibi no.Bar.Oppo.ſecũdo ꝯ tex.de c. ad
audiẽtiã,p̃all.vbi ſine abſolutione iuramẽti fuit ille auditus, q̃a
licet iurauerit reſignare, nõ tñ iurauit nõ repetere. Sol. intelli-
ge,ꝙ hic nõ ſolũ iurauit reſignare,ſed ẽt nõ repetere, alias ꝓce
deret ꝯriũ,cũ tunc nõ veniret ꝯ iuẽm repetendo, & hoc credo
2 voluiſſe hic gl.ſi.quæ p hoc remanet declarata. †Opp.tertio,vẽ
enim ꝙ licet nõ vergat in interitum ſalutis æternæ ſpiritualis,
nihilominus iuſm nõ eſt ſeruãdũ,cum poſſit vergere in perdi-
tionem vitæ corporalis,vt in c.ſi.22.q.4.Sol.gl.1.fatetur ꝯriũ,&
ſic ad tex.debet ſuppleri.per d.c.ſi. & p hoc ego facio hãc ratio
nem

ADDITIONES.

a Obligatorium.Vide c.ad audientiam,quod metus cauſa.vbi utitur uerbo gra
uiſſimo.vide l.metum.ff.quod met. cauſa. in uerb. in conſtantiſſimo homi-
ne. And.Barb.

b Renunciatio.vide Rom.dec.374.inci. fuit dubitatum. Ioan. de Imo. in c.ad
aures,colum.pen.ſup quod met.cauſa,& Abb.in c.2.§.1.colum.4. ſupra de
reſti.ſpol. Zach.

c Metu reſignatum.Pondera,ſi non tenet reſignatio metu facta, quia nulla eſt
ipſo iure,ergo non eſt opus intentare utilem, vel directam actionem, quod
me.cau.Quod ſit nulla,patet per cle.2.de pę.& per c.ad audientiam , quod
met.cau.in uerbo, carere.Et ratio , quia in contrahendo matrimonio ſpiri-
tuali requiritur libertas.c.vbi periculum.§ cæterum, de elec. lib.6. ergo in
eo diſſoluendo,&c. And.Barb.

Digitized by Google

nem. Quemadmodum enim non valet iuramentum tendẽs
in mortem alterius.22.q.4.cap.1.cum quatuor ſequẽ.ita & for-
tius non debet valere,ſi tendit in mortem propriam, vt in c. ſi
non licet.23.quæſt.5.Intelligit tamen iſta gloſ.quando directe
vergit in mortem,ſecus ſi occaſionaliter. Ponit exemplum in
Vltramontano,qui iurauit trahere moram de menſe Auguſti
Romæ.Nam ſic iurans debet ſeruare iuramentum,ſecundum
glo.quaſi velit glo.dicere,quod licet aliquando ex tali mora ꝓ-
pter intemperiem aeris,contingat vltramontanis mors, tamẽ
hoc non ſemper accidit,& ſic directe non tendit ad mortem,
ſed occaſionaliter.Sed Ioan.And.dicit dictum glo.verum, niſi
ex imminente infirmitate,vel complexione iudicaretur, ſic iu
rans,moriturus ex tali mora,quod eſt valde not. & probo etiã
ratione.Nam ex his circunſtantiis iuramentum apparet teme
rarium,nec eſt veriſimile, quod Deus velit recipere tale iura-
mentum,per quod creatura ſua incurrat mortem, quam ipſe
tanta attentione formauit. Et per hoc dicerem, quod ſi à pe-
ritis medicis diceretur. Fratrem Cartuſien. ordinis non poſſe
aliter mortem euadere,niſi per eſum carnium,quod non obſtã
te regula,ſeu voto,deberet carnes comedere.Sicut enim iura-
mentum non ligat propter periculum mortis,ita nec votum,
cum paribus paſſibus ambulent,vt no.in d.c.1.& c.debitores,
ſupra eo.& in c.licet,& c.magnæ,de voto.Fertur tamen,ꝙ ma
giſter Arnaldus de Villanoua ſummus,& quaſi diuinus medi-
cus,fecit tractatum,in quo concludit vitam poſſe reſtaurari ſi-
ne eſu carnium.Dixit enim ꝙ vinum mediocre, maxime aro-
maticum,& vitelli ouorum mediocriter molles, qui acutiſſi-
ma digeſtione conuertuntur in laudabilem,& multum ſangui
nem,ſunt ad hoc magis competentes,quam carnes,& certe,ſi
hoc verum eſt,ceſſat primum dictum. Sed vbi ex circũſtantijs
medici dicerent ꝯtrium,certe ꝓcederet dictum meum.Itẽ poſ-
ſet contingere,ꝙ infirmo oua eſſent faſtidioſa,ita ꝙ non poſſet
illa capere,vt plures exiſtũt,quo caſu in dubio iſtud eſſet tenen
dum.Nã neceſſitas excuſat ab omni præcepto,vt in c.2.de ob-
ſeruieiu.Concluſio ergo ſit,iuſm non eſſe ſeruandum, quando
ſine interitu ſalutis corporalis.vel ſpiritualis ſeruari nõ poteſt.
3 †Oppo.quarto & aliter.videtur enim hoc non ſufficere per c.ſi
aliquid.22.q.4.vbi iuramentum non ſeruatur,ſi vergit in dete-
riorem exitũ.ſeu in diſpendium ſalutis, licet non tendat in inte
ritum.Sol hic gl.2.in fi.fatetur ꝯtrium,& facit hanc ſecundam
ſuppletionem ad tex.Et aduerte,vt intelligas, quandoque iura
mentum vergit in interitum ſalutis ſpiritualis, vel corporalis,
quandoque in diſpendium,quandoque in peiorem exitũ.Tũc
vergit in interitũ, quando obligat ad peccatum mortale, ꝙ eſt
mors animæ.Nam decedens in peccato mortali, punitur pęna
æterna 26.diſt.c.vnum orarium,& hoc reſpectu ſalutis ſpiritua
lis.Vergit autem in interitum ſalutis corporalis, quando obli-
gat ad id,quod eſt mors corporis.Dicitur autem vergere in di-
ſpendium,quando obligat ad veniale.Nam peccatũ veniale tẽ
dit non in interitum ſalutis, quia per id non priuatur quis vita
æterna,ſed in diſpendium, ideſt in diminutionem, quia impe-
dit,vt non cito perueniatur ad vitam æternam. Nam oportet,
vt prius purgetur in purgatorio,ſi in illo decedit,vt in c. qualis.
25.diſt.ad hoc c.2.& ꝙ ibi no.de pac.lib.6.Tertio caſu, qñ tẽdit
in peiorem exitum,attende.Eſt enim hoc multum generale,&
poteſt in ſe comprehendere peccatum mortale,& veniale,vn-
de tex.in c.ſi aliquid,prǽalle.dicit tale iuſm non obſeruãdum.
a Dicit tñ ibi no.Archi.ꝙ iuſm vergit in peiorem exitũ a ſex mo
dis.Primo,quando iuratur aliquid,ꝙ eſt mortale. Secundo, qñ
iuratur illud,quod eſt veniale in ſe. Tertio cum iuratur aliqd,
quod in ſe eſt indifferens,tamen ex circunſtantijs efficitur ve-
niale,vel mortale.Pone exemplum,vt ipſemet Archid.not. in
c.animaduertendum.22.q.2.ſi quis iurauerit, ꝙ nunquam erit
negociator,vel miles, vel quod non recipiet feudum a tali do-
mino,vel quod non recipiet mutuũ,vel qd ſimile. Certe ſi res
venit ad caſum,in quo non põt aliter viuere, niſi veniat ꝯ iura
mentum,nõ tenetur illud obſeruare. Ratio, quia ſi a principio
fuiſſet iſte caſus,iuſm fuiſſet temerarium,& ideo põt ꝓpria au-
thoritate contrauenire,ſecundum eũ, quod eſt no. Quarto,cũ
iuſm excludit opus ex neceſſitate faciendum, vt quando iurat
quis, ꝙ nil ex charitate dabit tali,vel quod non colet Deũ. Nõ
enim eſt veriſimile,ꝙ Deus recipiat talia iuramenta, cum ipſe
mandet opera charitatis exerceri,& iuramentũ non debet eſſe
4 iniquitatis vinculum.inf.eo.c.quanto. †Quinto, cum excludit
opus de genere bonorum, vt cum quis iurat, ꝙ nunquam erit
Epiſcopus,vel clericus,vel monachus.In ꝯtrũ tamen facit text.
in c.Archidiaconum,alias incipit,Florentinum,85.diſt. vbi vi-
detur valere iuramentum,vt nõ accedat ,ſeu promoueatur ad
Epiſcopatum;idem ſentit glo.in c.innocens.22.q.4.in verbo, at
gu.eſt hic.Idem no.Hug.20.q 3.in prin.vbi dicit, quod ſi qs iu-
b rat,ꝙ nunquã erit clericus,b vel regularis, talia iuramenta ſunt
c ſeruanda,c & generaliter,ſecundum eum,omnia iuramenta,q-
bus iuratur aliquid,quod nec mortale eſt,nec veniale. Idẽ vide
tur ſentire Gra.in c.ſina.22.quæſtio.4.Sed Arch.po.t Rayn. ſen
tit contrarium in d.c.ſi aliquid,& in c. innocens, dicens, quod
tale iuramentum conſideratur in d.c.Archidiaconum, non ꝙ
ſit obligatorium,ſed quia mortaliter peccat temere iurando.
Nam duæ ſunt ſpecies iniuſtitiæ,facere malum, & declinare a
bono.vnde ſicut nõ obligat iuſm ad faciendũ malum, ita vr̃,ꝙ
non obliget ad declinandũ a bono,cũ nulla ſit vtilitas in obſer
uatione huius iuramenti.Præterea cum dñs conſulat opera ꝑ-
fectionis, ꝯtrium quodãmodo eſſet, ſi vellet, ꝙ occaſione talis
iuramenti abſtineret̃ a bono. Nec obſt.dictum Gra. quia ſcd̃m
Archi. non dicit,quod huiuſmodi iuramenta ſint obligatoria,
ſed quod non prohibentur obſeruari. Hoc vltimũ mihi nõ pla
cet,cũ vult ꝯuenire ꝓpter bonum publicum. Primum placet,
cũ nititur ꝓpter bonũ priuatum,ſ.vt præſit,& nõ proſit,ad hoc
5 c.qui epiſcopatum.8.q.1.†Sexto dicitur vergere in peiorem exi
tum,cum excludit opus indifferens pia intẽtione pro Deo, aut
ꝓximo faciendũ,vt ſi quis iurat,ꝙ non loquetur Martino, vel
quod nõ intrabit domũ eius,vel quid ſimile.Non.n.tenetur iu
rans ad obſeruantiã talis iuramẽti,ſi vult ꝯtrium facere,pia intẽ
tione propter Deum,vel ſaltem proximi,& de hoc vide, quod
d no inf.eo.c.cũ quidã.Ex his deciditur quæſtio,d an valeat iura-
e mentum,ꝙ quis qñque præſtat de non fideiubendo e pro alio.
Lauren.tenuit,quod ſic,quia ſicut poteſt quis iurare pro vtili-
tate ꝓximi,ita ꝓ vtilitate ꝓpria,vt recitat Arch.in c.nõ eſt ꝯ.22.
q.1.& Io.And.in c,ſi.de fo.ꝯpe.lib.6.Sed idem Ioan.And.latius
hoc aſſumit in addi.Spec.eo.tit.ſuper rub.& ibi ꝯcludit, ꝙ ſi ſa-
lus ꝓximi periclitaretur,niſi fideiuberet,non tenetur ad obſer-
uantiam talis iuramẽti, quia iuſm non extenditur ad hunc ca-
ſum incogitatum, & ſi cogitauit hunc caſum, iuſm fuit teme-
rariũ,& ſic non obſeruandũ.Simile hr̃ in c.1.eod.tit. lib 6. Ego
hoc dictum habeo ꝓ indubitato, qa in tanta neceſſitate, tenet̃
q̃libet ſubuenire ꝓximo.86 diſt.c.paſce.84. diſt. c.1.& 2. & 43.
diſt.c.ſcimus.vnde non potuit per iuſm ſuum ſe ſubtrahere ab
hoc onere.arg.in c.ſi diligenti,de fo.compe.Et plus ego ſentio,
ꝙ tale iuſm nõ obliget,vbicũque ꝓximus vere indiget tali fide
iuſſione,licet non pericliteẽ ſalus ꝓpria, qa tenemur ex præce-
pto Dei diligere ꝓximos,ſicut noſmetipſos,de pę.diſt.2.c.cha-
ritas.§ ꝓximos. Ideo tenemur eis ſubuenire in ipſorum neceſ-
ſitatib.ergo per iuſm noſtrum non poſſumus nos ſubtrahere
ab hac pietate ex neceſſitate ſẽda,vt in d.c.ſi diligẽti,& hoc ꝓ-
cedit tenendo, ꝙ teneamur ſubuenire ꝓximo in ſuis neceſſita
6 tib.ex præcepto.†Sed ſi volumus tenere opin. B.Tho.2.2. q.32.
f art. 5.vbi examinãs illũ articulũ, an eleemoſyna f ſit in p̃cepto
dicit duo ꝯſiderãda,unũ ex parte dãtis, aliud ex parte recipien
tis.Ex parte dantis dicit ꝯſiderãdũ, ut in eleemoſynam eroget̃,
ꝙ eſt danti ſuperfluũ,ut habetur Luc.11. Quod ſupereſt, date
eleemoſynã.Et dr̃ ſupereſſe nõ ſolũ reſpectu ſuimet, ſed ẽt re-
ſpectu illorũ, quorũ cura ſibi incũbit.Prius.n.tenet̃ qs talib.ſub
uenire

ADDITIONES.

a In peiorem exitum.Quando iuramentum vergat in peiorem exitum, decla-
rat pulchre Bal.l.ſi quis ad declinandam,C.de epiſ.& cler. Seb. Sap.

†b Nunquam erit cleri.Quid ſi quis iurauit accipere aliquam in vxorem, & ea
relicta intret religionem,an ſit per hoc periurus? Dic quod non,tex.eſt,no.
in cap.ex publico,de conuer.coniu.& in cap.licet,de regu.bene facit illud
quod tenet Hoſt.in ſum.ſua,in titu.de obli.ad ratio. in §. ſi quis obligetur,
in ver.nunquid ergo poteſtas,& vide circa prædicta tex.ſolemnem. in cap.
cum beatus,22.q.2.

c Sunt ſeruanda.Caſus eſt de hoc in l.ſi.ff.ad muni.cum modificatione, de qua
ibi,quem ad hoc alleg Rom.ſing.504.incip.quid ſi vnus iurat.ſup.retuli, &
ſecutus ſum poſt illum & alios,quos alleg.in c.ex parte,nume.2.in apoſt.in
ver.periuri,ſupra de reſcrip.& in c.cum inter,nu.13.in uer.litigare, ſupra
de renunc. Zach.

d Deciditur quæſt.Super hac quæſtione conſuluit Old.in conſi.90. incip. qui-
dam iurauit. Sebaſt.Sap.

e Fideiubendo.Iſtam quæſtionem ponit etiam ipſe do.Abb.Pan.in diſputatio-
ne ſua incip ſtante ſtatuto 35.col.ver.Faciunt etiam,not.per Pet. de Anch.
in d.c.cum C.laicus,& dom.And.in c.cum quidam.inf.eod. Et vide de hac
quæſt.Old.conſi.90.incip.quidam iurauit.Et quod iſtud iuramentum ſaltẽ
in antiquo non teneat,quaſi nutriens peccatum,adduco, quod no.Arch.in
c.ſicut enim 11.q 1.vbi dicit, quod laicus tenetur fideiubere pro proximo
ſuo,quod niſi faciat peccat.Et quod licet non teneatur de iure ſcripto ciui-
li, vel canonico,tenetur tamen de iure naturali,& ad hoc poteſt cogi, & ꝙ
iuramentum de non fideiubendo,non obliget, quando ille, pro quo fideiu
beret,eſſet in diſcrimine,niſi pro eo fideiubeat,tenet Ro.in l. non ſolum.§.
morte,in 2.col.ff.de oper.no.nunc.& alleg.Io.And.in addi.Spec. in rub. de
iureiuran & fa.quod no Bart.in d.§.morte,de illo,qui fuit proteſtatus , qđ
ſi contingeret eum fideiubere,non intendebat obligari, et quod non vole
bat,quod ualeret fideiuſſio.

An iurans non fideiubere pro proximo,debeat illud ſeruare, dicas,quod
non, quia uidetur eſſe contra ius naturale,& diuinum præceptum,ubi dile
ctio proximi,ſicut Dei mandatur,et ideo non obligat.Ad quod uide Spec.
in tit.qui fi.ſint leg.in uer.ſed pone quædam.Et ideo tale iuramentum non
uidetur obligatorium,vt in reg.non eſt obligatorium,de reg.iur. in 6.& in
c.1.de iureiur.eod.lib. Et quibus caſibus iuramentum ſit licitum de iure ca-
nonico,uide glo.in c.ſignificaſti,et in c.nullus,hoc eo.titu. Et in ſpecie de
hoc uide no.per Doct.in c.ſi.de fo.comp.lib.6. Ant. Franc.

f An eleemoſina.Vide Card.Alex.in c.non ſatis.86.diſt.et Fel.in c.1.col. ulti.
diſt.aliquid per eandem in c.1 ſup.de off.iud. Seb. Sap.

Digitized by Google

uenire,& poſtea alijs. Ex parte aũt recipientis, requiritur,ꝙ ne-
ceſſitatem habeat: nec oĩs neceſſitas obligat ad ei dandũ ex p̄-
cepto,ſed illa ſolum, ſine qua neceſſitatem patiens non poteſt
aliter ſuſtentari, vt d.c.paſce. & ſic concluditur,ſm eum,quod
eleemoſyna tunc eſt in præcepto, cum quis hēt ſuperflua mo-
dõ dicto,&ſimiliter eſt in tanta neceſſitate, qđ non põt aliter
ſuſtentari,alias eſt de conſilio.Et hoc caſu dico,ꝙ eſt magis du
bium, nunquid iuřm obliget, ex quo proximus non eſt in tali
neceſſitate, ſed nihilominus puto,quod non obliget tale iuřm.
Rõ, quia licet fideiuſſio non ſit hoc caſu de præcepto, tñ eſt de
conſilio, & eſt opus ex pietate faciendum pp Deum, & amorē
proximi, ſed vt ſup. dictum eſt, non põt obligari, vt non faciat
a opera pietatis a & perfectionis,quia non eſt veriſimile,ꝙ Deus
recipiat talia iuřa ꝯ ſuum conſilium,cum ipſe dicat.Si vis perfe
ctus eſſe vade & vende oĩa,quę habes, & da pauperib.vt hř in
Euangelio.Si tñ quis non obſeruat, non peccat, vt dixit Gra. in
d.c.ſi.Et idem per oĩa puto,qñ quis iurauit non mutuare pecu-
niam eadem rõne.& hoc not. quia pñt decidi multæ q̃ões.Et
vide ad proximum dictum,qđ no.Ioã.And.in c.2.de ſol.vbi di-
cit,quod ſi eccleſia habet pecuniam ſuperfluã, illam recte mu-
tuat.cum enim teneatur de ſupęrfluo facere eleemoſynam.12.
q.2.c. aurum.16.q.1.c. ſi.fortius tenetur mutuare indigentibus.
Nunc habes ex prædictis multipliciter limitatam regulam po-
ſitam in tex.vt dicamus iuřm non eſſe obſeruandum,ſi vergat
in interitum ſalutis æternæ, vt hic.Idem ſi ſalutis corporalis,vel
ſi vergit in peiorem exitum. Idem dicas, ſi eſt ꝯ bonos mores
naturales, vt puta ſi prębet occaſionem delinquendi vt in c.quē
admodum,inf.eo.& reg.non eſt obligatorium, de reg.iu.lib.6.
& ibi videbis multa exempla in glo. Secus ſi eſt ꝯ bonos mores
ciuiles, vt in c.cũ contingat.inf.eo.& d.c.2.de pact.li.6.† Adde
7 aliam nota.limitationem,quam ſentit Io.And.inf.eo.c.ſicut ex
b literis.ſ.cum temeritate,& calore iracundiæ [b] quis iurauit,qua-
ſi non videatur hřē conſenſum iurantis.Sicut in ſimili dicit gl.
no.in ꝓfeſſione, in c. ex literis,de diuor.do.Ant.in d.c.ſicut,di-
cit ſe putare,ꝙ ſi calor iracũdię fuit tantus,ꝙ illud deliberate nõ
feciſſet iuřm, non eſt obligatorium, quia hæc, voluntas nõ eſt
diſcreta, vel ſi eſt, de facili eſt per Epm commutãda,de quo per
Ray.in ſum.ea.cir.prin.& hoc placet, & credo, qđ hoc idē vo-
luit Io.And. † Quid aũt c de eo,qui iurauit redire ad carcerem
8 Dicit,quod tenetur obſeruare, etiam ſi ſubſit periculum mor-
c tis, dummodo carcer modo ſit iniurioſus,de quo vide glo.no.
in clem.paſtoralis.de re iudic.in ver.violentam.& per Io.And.
in addit.Specu.in titu.ſuper rubr.facit quod no. Barto.in l.rele-
gan.ff.de pœn.Extra hos caſus iuramentum regulariter eſt ob-
ſeruandum, licet ſit temerarium. Nam temerarium eſt,quan-
do neceſſitas non repellit ad iurandum,tamē nihilominus eſt
obſeruandum,vt glo.no.in cap.Archidiaconum, aliàs Floren-
tinum,præalleg.not. Archid. in d.cap. animaduertendum.Gl.
3.colligit argumen. ex tex. ꝙ iuramentum metu extortũ,obli-
9 gat.† Oppo.in contrarium de c.Abbas.& c.1. cum ſi. quod me.
cau.Soluit, ponendo tres opin. Prima, quod non eſt obligato-
rium.Secunda diſtinguit, an habuerit animum obligandi ſe,&
obligatur,an defuerit animus ſe obligandi,& non obligat. Ter
tia opi.quam dicit glo. communiorem,eſt,vt obliget,dummo
do ſeruatum non vergat in peiorem exitum, vt hic probari vi-
detur.Et in ſi.videtur gloſſ.velle facere differentiam inter iura-
mentum aſſertorium,& promiſſorium . Et dicit, quod aſſerto-
rium dicitur,cum eſt de præſenti,vel de præterito, & iſtud non
debet præſtari contra veritatem per quemcunque metum gra
uiſſimum,quia potius debet omia mala pati,& c.quod me.cau.
cap.ſacris.Promiſſorium de futuro,cum quis promittit ſe aliqd
facturum, vel dicturum, & iſtud indubie non eſt ſeruandum,
cum ſeruari non poſſit ſine peccato. Si autem ceſſat peccatum
in obſeruantia,ſunt opiniones,vt ſupra vidiſtis. Nũquid metus
impediat obligationem, & gl.tenet, quod eſt obligatorium,vt
hic.Ioan And. & infra eod.cap. verum,& cap.ad audientiam,
quod met.cau.videtur velle,quod prædicta ſecunda opin.poſi-
ta in glo habeat locum in foro pœnitentiali, vbi de omnib.cre
ditur confitenti,de homi.ca.ſignificaſti vnde,ſi non habuit ani
mum ſe obligandi ,ſed ſolum voluit tempus redimere & eua-
dere, non obligatur apud Deum, qui ſolum reſpicit cor. 14.q.
5. cap. ſi quid inueniſti,ſed in foro iudiciali ſibi non creditur,vt
in cap.tua,de ſpon.no.Innocen.inf.eod.cap.veniens.Vnde hoc
caſu eccleſia in reuerentiam iuramenti ſtatuit, vt debeat obli-
gari, ac ſi obligaret, quaſi velit in hoc oſtendere fortitudinem
iuramenti,vt hic,& d.capit.verum. Et idem tenet ibi Hoſtien.
idem,ſcilicet,quod obliget in foro iudiciali, tenet Calde. & re-
fert B.Thom.hanc opin. tenere.2.2.quæſtio.79.argumen.7.&
videtur ſentire, quod obliget etiam in foro conſcientiæ, quod
intelligo ſecundum diſtinctionem præcedentem. Hanc etiam
opin tenet glo.in cap.authoritatem.15.queſtio.6. dicit tamen,
d quod licet iuramentum metu extortum,obliget ipſo iure,[d] da
tur tamen exceptio,vel actio, quod met.cau.ad reſcindendum
ff.quod met.cau.per totum.& no.hoc vltimum Sed Archid.di

cit ibi & melius, quod licet habeat exceptionem , quod metus
cau.& de iure poſſit agentem repellere, non tamen poteſt ea
vti ſine peccato, ſi tamen velit ea vti repellitur agens, & ille v-
tens eſt abſoluendus a iudice. hoc vltimum ego intelligerem,
10 ſecundum ea, quæ dixi in cap.1. ſupra eod.† Sed dubium eſt,nũ
quid iuramentum metu extortum obliget contrauenientem,
ad mortale,an ſolum ad veniale,tex.in cap.verum.infra eod.vi
detur,quod tantum ad veniale, & ſatis hoc ſentit ibi glo. Ioan.
Calde. ſentit hic, quod ad mortale.Et ad cap. verum.§. cæterũ,
reſpondet tripliciter. Primo,quod loquitur poſt abſolutionem
hæc tamen ſolutio non placet ibi Ioan . And. Secundo reſpon-
det,quod procedit in foro iudiciali, ſecus in foro pœnitentiali.
Tertio,quod tex. ibi,ſolum dicit contrauenientem non puniē-
dum pro mortali, non autem dicit, quod non peccat mortali-
ter. Archid.in cap.habemus.22.quæſtio.1.poſt B.Thom.tenet,
quod obliget ad mortale. Dixit enim quod periuriũ ex ſuo ge-
nere eſt mortale peccatum, quia importat contemptum Dei,
nec excuſatur a peccato mortali, non implens,quod quoactus
iurauit.Sed glo.in cap. vnum.§. alias ea demum.25.diſtin.in fi.
clare non aperit intentum ſuum, ſed referendo finem ad prin-
cipium, videtur ſentire, quod obliget ſolum ad veniale, per il-
lud cap.verum,& ſic intellexit eam ibi Ioan.de Forl.vt ibi reci-
tat Archid.Ego complectendo hunc artic. & præcedentem di-
ſtinguo ſic,quod aut iſte metum paſſus,non habuit animum ſe
obligandi,& nõ indiget quoad Deum abſolutione,quia Deus
recipit iuramentum, prout ex corde procedit, vt in cap.huma-
næ aures.22.queſtio.5.peccauit tamen iurando,quia aſſumpſit
nomen Dei ſine effectu, erit tamen peccatum veniale.Et forte
hoc procedit ſolũ in homine perfecto , ſed in alio nullum erit
peccatum, cum excuſetur ratione metus, & pro hoc quod ha-
betur in ſimili,in cap. nequis.22. queſtio. 2. Aut habuit animũ
obligandi, & tunc puto, quod contraueniendo peccat morta-
liter,quia affuit conſenſus, ſed ratione metus non punietur ita
acriter , ſicut ſi veniſſet contra iuramentum libere præſtitum,
argumen.in d.cap. ſacri.& 2. quæſtio.1.cap. in primis.Et crede-
derem, quod vbi conſtaret de hoc,ſcilicet quod habuit animũ
ſe obligandi,deberet puniri pro mortali,licet non ita acriter, &
ſic reſtringuo capit.verum.§. cæterum.infra eod.Aut ſumus in
dubio, vtrum ſcilicet habuerit animum ſe obligandi,vel non,
& dico,quod proprie loquitur d. cap. verum. Nam in dubio p̄-
ſumendum eſt,quod non haberet animum ſe obligandi,argu-
men.in cap. ſuper hoc,de renunciat.& l.cum de indebito,ff.de
proba.& ita ſentit Ioan.And.poſt Hoſtien.in d.capit. verum,&
in cap. ad audientiam, quod met. cau. ſed quia poſſet accidere
contrarium.Item ne eccleſia ſic daret materiam deierandi,vo-
luit,quod in dubio obſeruaretur tale iuramentum,quaſi volue
rit ſe obligare , ſed poſt factum reſpectu poenæ, quę eſt reſtrin-
genda, præſumitur in miniorem partem , vt non puniatur tan-
quam pro mortali,tum in odium metum inferentis,tum quia
ex quo eccleſia procedit ex pręſumptione,debet in pœna infli
genda temperare ſententiam,vt no.Inno.in cap.quia veriſimi
le,de pręſumpt.& hunc puto verum intellectum illius cap.per
quem ſaluatur dictum B. Thom.Archidia.& aliorum.Et ex his
poteſt reddi ratio,de qua alias dubitaui, quare votum metu fa-
ctum non ſit obligatorium,vt no.in capit Abbas, præalleg.ſed
iuramentum ſic , cum ſit quoddam votum, & iudicetur a pa-
ri,& no.in cap.debitores,& in cap.1.ſupra eo.Dico enim quod
vt ſupra dixi,iuramentum non debet eſſe obligatorium,ſi non
habuit animum obligandi, & ſic deberet præſumi.ſed eccleſia
aliter ſtatuit,ne detur materia allegandi metum, & ſic deieran
di, cum frequenter iuramentum interueniat in actibus homi-
num,& vt habeatur in maiori reuerentia, debet peti abſolutio
quæ ratio ceſſat in voto,quod raro remittitur.

ADDITIONES.

a Opera pietatis. Pondera , quia non eſt declinare a bono,ſed a perfecto. vnde quilibet poteſt declinare, ſi non contemnat. And.Barb.

b Calore iracundiæ.Vide Roma.in ſingu.508. incip.uolo commentare,l. quicquid calore.uer. tertio principaliter quæritur, & Fely.in c.Matthæus.infra de ſimo. Seb.Sap.

c Quid autem. De ueritate uide Didacum Couar.in 1.lib.uar.reſ.c.2.fol.39. uer cæterum. Iac.Anel.

d Obliget ipſo iure.Adde Roma. ſing.ſuo 493.incipien.tu ſai, & c.1.de iureiu. Zachar.

SVMMARIVM.

1 *Monachus an obligetur naturaliter,& cum conſenſu Abbatis an obligetur ciuiliter.*
2 *Fideiuſſor clerici poteſt conueniri coram iudice ſeculari.*
3 *Interdictum latum pro pecuniario debito,eſt nullum.*
4 *Totus conuentus, an poſſit ſubtrahi pro utilitate monaſterij.*
5 *Abbas an poſſit uni concedere,ut perpetuo ſtet extra monaſterium.*
6 *Abbas an poſſit concedere uni monacho , ut ſeruiat uni prælato.*
7 *Laici an poſſint dari in obſides.*
8 *An,& quando monachi & clerici poſſint dari in obſides.*
9 *Iuramentum tollit beneficium Velleiani.*
10 *Promittens factum alienum cum iuramento,obligatur,ac ſi obligaſſet ſe curaturum,& facturum.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. IX.

a EX reſcripto. aMonachi, qui pro debito mona
ſterij iurant ſtare in obſtagio, & fi
deiuſſores, qui iurauerunt creditorem indemnem ſer
uare, iuramenta ſeruare coguntur. Communis diui-
ſio. Secunda, ibi. Ideoque. & pone caſum in terminis. Quidam
Abbas pro vtilitate monaſterij certam quãtitatem pecuniæ re-
cepit mutuo à quodã P. & conuentum fuit inter eos, vt certis lo
co, & tpe ſolueretur dicta pecunia per Abbatem dicto P. & pro
hac ↄuentione obſeruanda, quoſdam ex ſuis monachis obſides
dedit, qui de obſeruanda ↄuentione iurauerunt. Itẽ promiſit di
ctus Abbas, qđ ſi illi monachi dati pro obſidib aliquo caſu de-
ficerent, alios in eorum loco ſurrogaret. Inſuper ſi fidẽ mona-
chi non ſeruarent, Abb. dedit fideiuſſores quendam nobilem
virum, & eius vxorem, qui ſub iureiurando ẽr ſe obligauerunt.
Denique omnib. deficientib. in dicta conuentione obſeruãda,
iſte P. creditor conqueſtus eſt Papę, qui mandauit, vt hr̃ in lite-
ra in ver. ideoque mandamus, &c. No. Abbatem poſſe pro vtili
tate monaſterij aliquos ex monachis tenere extra monaſteriũ,
etiam dando eos in obſides. No. 2. quod clerici, ẽt religioſi, pñt
pro vtilitate eccleſiæ ſe obligare ad ſtandum in obſtagio. Et eſt
obſtagium conuentio iurata, vel alias obnoxia, adſtringens quẽ
ad non exeũdum de certo loco, donec fuerit principali conuẽ
tioni ſatisfactum. Et eſt ſ'm Hoſti. communi et vulgare linguæ
Latinæ, maxime in Frãcia, Lombardia, & prouincia, & vtimur
1 hodie hoc cõiter in Italia. † No. 1. quod monachus põt pro vti
litate monaſterij ſe obligare perſonaliter, ẽt cum iuro. Ex hoc
tex. colligit Hoſt. arg. imo dicit expreſſum, pro naturali obliga-
ne actionem dari. Nam monachi non poterant obligari ciuili-
ter, ſed naturaliter tantum. Aduerte, de dicto principali dic, vt
plene no. in c. 1. de pact. ſed quo ad alia credo dictum Hoſt. hic
non colligi, quia monachi ſe obligauerunt cum conſenſu Ab-
batis, & pro vtilitate monaſterij. Et ſic puto, ꝙ ẽt ciuiliter fue-
runt obligati, cum eorum conſenſus, & voluntas dependeat a
voluntate Abbatis, vt in c. ſi religioſus, de elect. lib. 6. Puto etiã,
quod ſine conſenſu Abbatis monachus non obligetur etiã na-
turaliter, quia ius reſiſtit huic obligationi, vt in c. nõ dicatis. 12.
q. 1. & in c. 2. de teſt. li. 6 ergo nulla oritur obligatio vt in l. cũ lex,
& ibi per Bar. ff. de fideiuſſ. quod no. Secus dico in ſeruo, ille. n.
obligatur naturaliter, vt in l. naturaliter, ff. de cond. ind. Et hoc
ideo, quia ius ciuile non reſiſtit, ſed nec aſſiſtit. Hinc forte dixit
tex. not. in c. multos. 54. diſt ſeruitutẽ iſtam ſpiritualem, quę eſt
in monacho, eſſe strictiorem ſeruitute humana. Et facit ad hoc,
quia ſeruus non renunciat propriæ volũtati, ſed monachus ſic
vt in d. c. non dicatis. Ex hoc infero aliud notabile, quod in obli
gatione monachi ſine conſenſu Abbatis nõ poteſt accedere fi-
deiuſſor. l. 1. & 2. ff. de fideiuſ. tamen de his ↄtctibus monachorũ
eleganter in c. cum olim 2. per Inn. de priui. & c. quod quibuſ-
dam, de fideiuſ. & per Bar. in l. ſeruus communis ita, ff. de ſtipu.
ſeruo. No. non eſſe improbatum, vt clerici etiam religioſi iurẽt
ſuper contractu obſeruando. Item no. quod laicus iurans ſuper
contractu, etiam tanquam fideiuſſor, poteſt conueniri coram
2 iudice eccleſiaſtico, facit c. ſi. de foro compe. lib. 6. † An autem
b fideiuſſor clerici poſſit cõueniri coram iudice ſeculari, b cum
principalis ibi conueniri non poſſit, vide per Spec. in tit. de cõ-
3 pe. iudi. adi §. 1. ver. ſed pone, & concluſio eſt, quod ſic. † No. mi
c rabile, ꝙ tota terra c poteſt ſubijci interdicto, ex eo, quia domi-
nus non ſeruat conuentionem iuratam, etiam ſi conuentio cõ
cernat commodum pecuniarum, & priuatum intereſſe. Hodie
vero ipſo iure eſt nullum interdictum latum in aliquem locũ
pro pecuniario debito. De quo dic, vt habetur in extrauag. Bo-
nifa. quæ incipit, prouide, de ſent. exc. Opp. & videtur, quod iſti
monachi non poterant detineri, vt obſides, arg. in c. nuper, &c.
contingit, de ſen. excõ. Gl. 1. meru contrarij, vt arbitror, dicit, ꝙ
iſti fuerunt dati voluntate eorum, alias detineri nõ poſſent. Ho
ſtien. dicit hoc non procedere in monachis, quia non habent
velle. quare dicit, quod de imperio Abbatis, & pro vtilitate mo
naſteri, ſeu neceſſitate, manebunt in obſtagio, de poſtul. cap. 2.
Nec obſt. ſecundum eum, quod ſtabilitas loci, vel clauſtri ſit de
regula. infra eo. c. ſicut ex literis. & quod monachus ſine clau-
ſtro non viuat. 16. q. 1. c. placuit, & quod Abbas tenetur reuoca-
re vagantem, de off. ord. c quanto, & c. ſi. de reg. & quod benefi
ciati, vel exiſtentes in ſacris, non ſunt auocandi a diuinis, vt in
c. ſi. 88 diſt. & argu. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio.
Hoc enim dicit procedere, cum auocaretur totus conuentus,
etiam ad tempus vel de vno monacho in perpetuum, ſed pro
d neceſſitate, d vel vtilitate monaſterij hoc tolerat̃ ad tp̃s de Ab-
batis imperio, ſicut aliquando manẽt in alicuius prelati, vel ma
gnatis ſeruitio, quod fit non ſine vtilitate monaſterij, cum per
illum negocia monaſterii promouicantur, ſicut in ſimili dr̃ de
cle. non reſid. c. cum dilectus. & facit quod no. in c. cum I. & A.
4 inf. de reiud. † No. plura ex his dictis Hoſt. primo, quod totus ↄ-
uentus non poteſt ſubtrahi monaſterio pro neceſſitate. vel vti
litate monaſterij, ẽt ad tp̃s. Ego diſtinguerem cãm neceſſitatis,
& vtilitatis, arg. in c. ſi canonici, de off. ord. lib. 6. & c. ex parte. ῀
de ver. ſig & in c. 2. de iure pat. vbi bo. tex. ſed pro leui cauſa nõ
5 eſſet fiendum, & ſic procedit d. Hoſti. † Secundo no. Abbatem
non poſſe concedere vni monacho, vt in perpetuum ſtet extra
clauſtrum. In contrarium adduco c. inſinuante, qui cle. vel vo.
& quod ibi no. Inn. vbi dicit, quod licet Abbas non poſſit ſe ad
hoc obligare, arg. in c. cum ad monaſterium, ver. nec alicui, de
ſtatu reg. in̄ poteſt concedere monacho, vt ſtet in certo loco ex
tra monaſterium. in d. c inſinuante. Nam, vt dicit Ab. in c. cum
illorum, de ſen. exc. vbicunque fuerit monachus, dummodo ſit
ſub obedientia Abbatis, ſemper fingitur eſſe in clauſtro. Sed ꝓ
dicto Hoſt. adduco tex. no. in c. monachum. 20. q. 4. vbi dr̃, quod
ẽt propter neceſſitatem infirmitatis, nõ licet monachis relicta
congregatione, eligere ſibi cellulas ſolitarias extra ſepta mona
ſterij. Poteſt dici, quod ſine cã, vel leui non poteſt Abbas hoc
concede-

ADDITIONES.

a Ex reſcripto. Rom. in l. ſciendum, ff. de uer. ob. dicit in hac decr. eſſe ſing. caſum pro dicto Arch. in c. quamuis, de pact. in 6. & Io. And. in c. cum cauſam, de emp & vend. videlicet, ꝙ quando in contractu interuenit iuramentum, non requiritur certificatio priuilegij.
An in renunciatione iurata requiratur certificatio iuris renunciati, uideas plene per Doct. Mod. in l. ſi. in §. idem quæſiji, ff. de cond. inde. & in l. 2. eod. tit. Et adde, quod talis renunciatio iurata per defunctum, afficit etiam hæredem, ut ibi per Doct. Dicas etiam, quod renuncians priuilegio non videtur renunciare iuri communi, vt in l. miles, in §. ſexaginta, ff. de adult. & habetur per Bal. in l. ſed & ſi quis, in §. quæſitum, ff. ſi quis caut. Et adde glo. in cle. dudum, de ſepul. & gl. in c. cum non deceat, de elect. lib. 6. quæ dicunt, quod renunciatio omnium ſtatutorum, uel beneficiorum, non ſe extendit ad ſtatuta iurata. Et de huiuſmodi certioratione facienda etiam cum iuramento, an ſit neceſſaria, uide no. in l. quamuis, C. ad Velle. & uide glo. in l. ſi. in §. penult. ff. eod. titu. & adde per Barto. in l. patroni, in §. Iulianus, & ibi plene per Alexand. in 4. colum. ff. de iureiuran. & uide do. Ant. in c. ſi diligẽti, in 6. colum. de foro compe. & adde Bal. in l. 1. in ſi. C. ne uxor pro marito. Anto. Franc.

b Seculari. Idem tenet do. Ant. hic in 2. col. uer. quæro an fideiuſſores laici, &c. & Rom. ponit hoc in ſuis ſing. & idem tenet Bal. in rub. C. de priuil. do. & tu nec expreſſe Arch. & in c. quidem, in ſi. 11. q. 1. & alleg. Spec. in loco hic per do. Ant. & ipſum allegato. bene facit gl. in uer. fideiuſſorib. §. ſi. auth. de repli. quæ dicit, quod exceptio, quæ cõpetit principali ratione perſonæ, non competit fideiuſſori. Sed priuilegium, quod habet clericus, ut nõ conueniatur coram laico, ei competit ratione perſonæ, ergo non tranſibit in fideiuſſorem. Quid econtra, ſi clericus fideiuſſit pro laico coram iudice laico, prætextu illius ſententiæ, poſſit contra clericum fieri executio, uide per Pe. de Anch. in c. ea, quæ, de reg. iu. in 6. 21. q. circa ſi. & quid ſi duo fideiubent pro aliquo, quorum unus eſt clericus, alius eſt laicus, corã quo debebunt conueniri, Bal. in l. præcipimus. §. eodem obſeruando, C. de app. dicit, quod etiam laicus hoc caſu debebit conueniri coram iudice eccleſiaſtico.
Adde quæ no. in meo reper. titu. de fideiuſ. in q. quæ incipit, an, & quando priuilegium.
Circa iſtum paſſum valde dubium, an exceptio competens principali, competat etiam fideiuſſori, uide Bal. in l. exceptionem, & in l. tam mandatori, ff. de excep. & in l. 2. C. de non nu. pec. & uide Bart. in l. ſi ea lege, C. de vſu. rei iud. & in l. 1. in ſi. ubi per Bal. C. de fideiu. min. ubi inter alia dicunt, quod fideiuſſor poteſt excipere de non num. pecu. reo etiam inuito, ita, quod licet debitor compareat agnoſcendo debitum, & confitẽdo pecuniam ſibi fuiſſe numeratam, poteſt fideiuſſor opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quod tamen intelligit Bal. uerum in l. tam mandatori, vlt. col. & in l. ſi cui, C. de nõ nu. pecu. ſi debitor eſt pauper, ſecus ſi eſt diues, & ibi ẽt dicit quod poteſt excipere eo caſu, quo contractus eſt vſurarius, ẽt ſi principalis confiteatur contractum eſſe uerum. Et prædicta intellige uera, ẽt ſi quis fideiuſſit non rogatus, ut l. ſi mulier, in §. ſi. ff. ad Velle. & uide Bal. in l. ſi mulier, in 12. col. ff. ſol. mat. vbi ẽt dicit, quod fideiuſſor poteſt opponere exceptionem competentem reo principali, quam ipſe reus etiam opponere nõ poteſt, & uide Rom. in ſingu. ſuis in uerbo, exceptiones, quæ. & uide Spec. in tit. de accu. in §. 6. uer. item quæritur, & in tit. de fideiuſ. in §. 1. uer. & no. Dicit tamen Bal. in auth. habita, C. ne fil. pro patre, quod fideiuſſor ſcholaris non gaudet priuilegio ſcholaris, & uide Bar. in l. ſi. C. ad Maced. ubi dicit, quod fideiuſſor filiifamilias iuuatur beneficio Macedoniani, niſi pater habuerit ratum mutuum factum filiofam. de quod etiam per Bar. in l. ſed & ſi pater, in §. non ſolum, ff. ad Maced. & no. in l. ſi filius pro moliere, ff. quæ res pig. obli. poſſ. Et ad materia uide quæ habentur in l. ſi eum, in §. 1. ff. ſi quis quis cau. & Bal. in l. conſtitutionib. C. de uſu. & in l. ſi quis poſtquam, & in l. vbicunque, de fideiuſſ. Et an fideiuſſor conueniatur in foro ſuo, uel in foro ſui principalis, dicas quod conuenietur in ſuo foro, niſi renunciauerit priuilegio fori, quia tunc poterit conueniri in loco contractus, ſi ibi repertus fuerit, uel ſi ibi promiſerit ſe repræſentare, uel ſoluere iuxta materiam leg. hæres, abſens, ff. de iud. & c. Romanæ. §. contrahentes de foro comp. lib. 6. Et uide Bal. ſin. loquentem in l. cum Archimedoram, C. ut in po. leg. Et ſi ex duob. obligatis unus eſt clericus, & alter laicus, coram quo iudice debeant conueniri, dicas, quod ſi promiſſio eſt diuidua, quilibet conuenitur in ſuo foro, alias conuenientur in foro clerici, ut per Barto. in l. præcipimus, C. de app. quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, ut in c. aqua, de conſecra. eccle. uel alta. cum ſi. Ant. Fran.

c Tota terra. Vide Gem. in c. ſi ſententia, de ſen. exc. in 6. & Cald. in trac. de eccleſiaſtico interdicto, in 2. membro, q. 16. Arch. in c. ſicut domini veſtimentum. 16. q. 7. Seb. Sap.

d Pro neceſſitate. Vide Abb. idem tenentem in c. quanto, ſup. de of. ord. & Car. in cle. 1. §. ex præmiſſis, de ſupp. neglıgen. Prælato. vbi dicit, ꝙ quando Abbas dedit licentiam cum cauſa. quod monachus ſtet extra clauſtrum, non poteſt talem licentiam reuocare ſine cauſa, ex quo limitatur dictum Inn. in c. inſinuante. inf. qui cle. uel uouen. ubi dicit, quod Abb. non poteſt ſe obligare, quod monachum non reuocabit. Hoc enim debet intelligi, quando cauſa ſubeſſet reuocandi. Seb. Sap.

Digitized by Google

procedere, ſed ex cauſa vrgenti, & probabili hoc poterit, facit
6 ꝙ no. idem Inno. in c. porrectum, de reg. † No. 3. Abbatem poſ
ſe cõcedere monacho, vt ſit in ſeruitio alicuius prælati, vel alte
rius magnatis. Pro hoc ego allego c. cũ paſtoralis. 2. q. 7. vbi eſt
tex. no. probans monachum poſſe eſſe Epiſcopi cubicularium.
Et ibi gl. examinat, an Epiſcopus, inuito Abbate, poſſit illũ ha-
bere, & facit hoc ad id, quod ſuperius dixi. Nã ibi deputatur ad
ſeruitium Epiſcopi ſine temporis præfinitione, & vide ꝙ no. In
7 no. in c. cum I & A. præall. † Secundo hic gl. 1. principaliter op.
vr enim quod liberi homines non poſſint obſides dari, de pig.
c. 1. & l. qui filios, C. quæ res pig. ob. poſſunt. in quibus pater, ꝙ
liber homo non põt dari in pignus, & qui recipit, punitur, vt in
Auth. vt nul. iud. §. quia vero. In contrarium arguit glo. Nam iu
ra videntur hoc permittere, vt in c. vt pridem. 23. q. 8. & l. obſi-
des, alle. in gl. Sol. gl. tripliciter Primo, quod liber homo non p̃t
a detineri, vt ius conſtituatur in eo, tanquam in pignore, a niſi in
caſu l. 2. C. de pat. qui fil. diſtra. ſed bene p̃t teneri nuda detentio
ne, vt fiat, ꝙ conuenit inter partes. Et pro hac ſolu. facit ſ̃m Io.
And. quia quandoque tenetur res pro ea pecunia, pro qua obli
gata non fuit, vt in l. vna, C. etiam ob chirog. pecu. pignus rene.
po. Secundo ſoluit gl. ꝙ hic narratur factum, quaſi dicat ius hic
non poni Tertia ſol. ꝙ pro pecunia obligari non p̃t, ſed pro pa-
cto ineundæ pacis, vel conſimilis ſic, vt hic, & c. expoſita, de ar-
bi. Gl. 10. q. 2. c. ea enim §. hoc ius, in ver. conflata, tenet primam
ſolutionem, eam tñ reſtringendo per hanc vltimam, vt pro pe
cunia non poſſit ita reſtringi, c. vt pridem. 23. q. 8. & vr ibi velle,
quod inuiti retineri poſſint iſti dati obſides, quod tñ dicit non
procedere in clericis, quia clericus nõ p̃t renunciare beneficio
can. ſi quis ſuadente, vt in c. contingit. 2. de ſenten. excommu-
nic. Et ad c. iſtud dicit, quod authoritate papæ pro neceſſitate
eccleſiæ hoc fuit factum. Sed certe hoc eſt diuinare ad iſtũ tex.
& potius colligitur contrarium. Inno primo ponit ſolu. glo. po
ſtea dicit, ꝙ obſides vocat eos, qui iurant, ꝙ non recedẽt de cer
to loco, quouſque ab eis fuerit ſatisfactum. Nam ſi detineren-
tur inuiti, eſſent excommunicati detentores. 17. q. 4. c. ſi quis ſua
dente. ſecus ſi de eorum voluntate detinentur, dicto c. contin-
git. & idem ſentit Hoſt. Ioan. And. diſtinguit modum tenendi.
Si enim clericus promiſit obſtagium in caſtro, vel palatio, &
ne dicatur fractor fidei, ſi ibi ſponte manet pudori ſuo parcẽs,
ceſſat excommunicatio. Si vero tenetur in compedibus, vel in
carcere inuitus, vt inde fugere non poſſit, tunc eſt locus pœnæ.
d. And. nil dicit hic de ſuo, ſed ſola recitatione fuit contentus.
ſed profecto articulus iſte non eſt clarificatus per præcedentia.
b Vnde, cum quęritur, an liber homo poſſit dari in obſidem, [b] fa
cio tria membra. Aut quæritur de laicis, aut de monachis, aut
de clericis ſecularibus. Primo caſu dico, quod ab Imperatore
ſuis hoſtibus, & econtra poſſunt dari, & iſti obſides hoc caſu
ſunt quaſi ſerui. vnde non poſſunt teſtari ſine licẽtia principis,
vt in l. obſides, & quod ibi no. ff. de teſta. Idem puto de alijs prin
cipibus habentibus iura principis, ſeu ius indicandi bellum. ad
hoc quod in ſimili no. Bar. ff. de publ. iud. in l. infamem. & iſti ꝓ
prie dicuntur obſides veri. Aut quæritur, nunquid poſſint dari
ab inferioribus? Et gloſ. in l. 1. C. de pa. qui fil. diſtra. dixit, quod
non, licet fateatur de facto vſurpatum contrarium. Et idem do.
Azo in ſumma, de teſt. Bar. in l. obſides, non eligit, ſed remittit
ad iſtum tex. Ego credo, quod poſſint dari, vt ſunt proprie obſi
des, vt ſic perdant quodammodo libertatem, quia immutare
ſtatum hominis eſt ſolius principis, arg. l. 1. §. de qua, ff. de poſt.
& forte hoc voluit Inno. hic, dum dixit, quod hic vocantur ob-
ſides, qui iurant, quod non recedent, & c. q. d. iſtos non eſſe pro
prie obſides. Aut dantur, vt non recedant de loco, donec fiat,
quod inter partes conuenit, ita quod aliter non alteratur iſtorũ
c ſtatus, & poteſt probabiliter dubitari c & credo, quod ſi non in
teruenit iuramentum, non poſſint ſaltem inter priuatos de iu-
re dari, quia vr quædam ſpecies ſeruitutis. Nam video, quod
obligatus ad factum præciſe non compellitur, cum videatur q̃
dam ſpecies ſeruitutis, vt leg. & not. in l. ſtipulationes non di-
uiduntur, ff. de verbo. obliga. & l. ſi quis ab alio, in fi. de re iud. fa
cit etiam ꝙ no. in l. cum tale, ff. de condi. & demonſt. ſed ſucce-
dit obligatio ad intereſſe, vt in iuribus præall. no. Igitur fortius
dicendum in caſu noſtro, vt nõ valeat hæc obligatio, quatenus
teneatur ſtare, & non recedere de certo loco. Item hic vr qui-
dã carcer priuatus, quem iura miro modo deteſtantur, vt l. 1. C.
de priua. carc. Et ad iura, quæ videntur aliud velle, eſt dicendũ,
ꝙ narrant factũ, & non ponunt ius, ſaltem inter priuatas perſo
nas, ſed ſi interuenit iuramẽtum, puto quod is, qui iurauit, poſ
ſit compelli ad obſeruationem ipſius, vt ſtet in loco, donec fiat,
quod conuenit, non tamen aliter debet detineri inuitus, & ſic
intelligerem iſtum tex. Non enim crederem valere iuramentũ
vt poſſit inuitus detineri, quia eſſet ꝯ bonos mores, contra cap.
8 non eſt obligatorium, de reg. iu. li. 6. † Venio ad ſ̃m membrum,
videlicet, qd de monachis. Et puto, ꝙ tam in eis, q̃ in clericis ſe
cularibus, ſolus papa poſſit eos dare obſides, ut proprie ſortian
tur naturam obſidum, de quo ſup. arg. in c. cuncta per mundũ,
& c. per principalem. 9. q. 1. & ſic procedit gl. in d. c. vt pridem.
Aut dantur, non vt proprie ſint obſides, ſed vt ſtent in certo lo
co, & c. vt ſupra & puto quod Abbas poterit monachum ſuum
deputare pro neceſſitate, vel vtilitate monaſterij, etiam inuitũ,
quia monachus non p̃t Abbati reſiſtere, cum voluntas ſua de-
pendeat a voluntate Abbatis, vt in iuribus præall. Ex qua ratio
ne puto, ꝙ eum detinentes, etiam inuitum, dummodo de vo-
luntate Abbatis, non ſint excõicari. arg. c. vt famæ, de ſenten. ex
com. ſed inuito Abbate, nõ poterit retineri, tum quia habet be
neficium can. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4 & facit c. nuper. inf. de
ſentẽ. excommunic. tum quia eſſet quędam ſpecies ſeruitutis,
tenere hominem inuitum, vt ſup. dixi in laicis. Si aũt interuenit
iur̃m, ſerua ꝙ ſup. dixi in laicis. Et idem per omnia dico in cleri
cis ſecularibus, niſi quia non poterunt per Epiſcopos deputari,
ſicut monachi, cũ non ſint ita adſtricti, nec poterũt inuiti tene-
ri, licet à principio conſenſerint ſine excõicationis pœna, argu.
præal. c. contingit. Nec Epiſcopus in hoc p̃t diſpenſare, arg. c. ſi
9 diligenti, de foro comp. † Opp. contra tex. in eo, quod mandat
vxorem compelli ad obſeruantiam fideiuſſionis. Nam mulier
iuuatur bñficio Velleiani, vt non teneatur obligans ſe pro alie
nis debitis, ff & C. ad Velle. per tot. no. in c. ſi diligenti, de foro
cõpe. Sol gl. pen. dat tres ſolutio. Prima, ꝙ mulier audiet, ſi exci
pit de ſuo bñficio. hæc diuinat. Secũda, ꝙ forte hęc mulier rcnũ
ciauit huic bñficio. hæc etiam diuinat. Et an, & qñ valeat renun
ciatio, dixi plene in d. c. ſi diligenti. Tertia ſol. ꝙ hic obligatur
d vigore iuramenti, [d] arg. c. cum contingat, de foro compet. &
hoc

ADDITIONES.

a Pignore. Vnũ caſum, in quo liber homo eſt nexus pignori, vide in l. ſenatus. §. ſi. ff. de leg. 1.

b Obſidem. An liberi homines poſſint dari obſides, & de hoc vide Bal. vbi ponit Bar. verba in l. ob æs, C. de act. & oblig. & Bal. in extraua. de pa. Conſtan. in gl. in ver. damna. & per Bal. in d. l. 2. C. de pa. qui fil. diſtra.

Circa hoc, quod hic dicitur de obſide, an dari poſſit liber homo, dicas, quod homo liber non poteſt dari pro obſide pro qualibet cauſa priuata, ſed bene poteſt dari pro cauſa publica, ita Bal. in l. ob æs, C. de act. & oblig. & in l. ob æs, C. de præ. mi. Et an poſſit dari filius pro patre, vide q̃ habentur in auth. imo, C. de act. & obliga. & per Alexan poſt Bald. in l. 1. ff. in ius voc. vt eant. Et adde, quod obſes datus ſine conſenſu ſuperioris habentis ius in eo, p̃t re uocari, quia dari nõ potuit, ita Bal. in l. 2. C. de pa. qui fil. diſ. vbi etiam dixit, quod obſides non tenentur ſeruire ei, cui dati ſunt, nec poſſunt locari, vel pignorari, nec etiam poſſunt ſe reuocare in libertatẽ, ſi conſenſerunt ſe da ri pro obſide. Et adde, quod clericus non p̃t per Epiſcopum dari obſes pro fiducia treugæ, vt eſt glo. reputata ſing. in c. vt pridem. 23. q. 8. quam allegat etiam pro ſingu. Ro. in ſuis ſingu. in ver. treug. & verſi. nunquid Epiſcopus. vbi etiam dicit, quod nec monachus poteſt dari obſes per Abbatem, niſi cũ authoritate papæ. Ant. Franc.

c Dubitari. Tu pondera cõtra omnes, quia d. c. 2. de pigno. dicit, quod liber homo non p̃t detineri, ergo confunditur omnis doctrina Doctorũ. Pondera, quia iſte tex. loquitur in monacho, q eſt ſeruus monaſterij, & ſubditus ſub iugo Abbatis, & tñ requiritur iur̃m, ergo liber homo non poterit. Item quia hic agitur de fauore monaſterij, & ſic fauore publico, vt dixit Bal. & Saſi. in l. ob æs, C. de act. & oblig. Pondera etiam, quia hic liber homo non poteſt facere cõuentionem, vt ſit ſeruus. l. 2. ff. de li. homi. exhi. ergo non poteſt facere pactum, vt detineatur. Pondera, quia legi prohibitiuæ non poteſt renunciari, gl. in l. 1. C. ne fideiuſ. do. den. ſed d. c. 2. prohibet, ergo pondera, quia per iſtud pactum vr dari iuriſdictio priuato homini, quia ex quo deti net per vim, ergo non valet tale pactum, C. de priua. car. l. 1. Item carcer nõ ſolum eſt locus arctus, ſed vna ciuitas, vt per Ange. in l. ſi a bonæfidei, ff. de rei ven. ergo non valet huiuſmodi pactio. And. Barb.

Circa hoc quod hic dicitur de libero homine, dicas quod cum liber homo non recipiat æſtimationem, vt in l. liber homo, ff. ad l. Aquil. ideo nõ poteſt vendi. l. liberi. ff. de contrah. emp. l. homo liber, ff. de verbo. oblig. & per Spe cu. in titu. de feu. in § 2. in ver. 2. Poteſt tamen obligari pro pignore in redẽ ptionem captiuorum. l. ab hoſtibus, & ibi Bal. C. de poſt. reuer. & quia non recepit æſtimationem, nec eſt dominus mẽbrorum ſuorum, vt in d. l. liber homo, & per Bal. in l. ob æs. C. de præd. mi. non poteſt volens facere ſe percuti, vt per Bar. in l. 1. in §. vſque, & ibi videas per Alex. ff. de iniur. in ꝯrũ tñ videtur tex. in l. cum homo. 23. q. 5. quod poteſt obligare ad pœnam corporalem, ad quod vide omnino Bal. in d. l. ob æs. Et adde quod homo liber nõ poteſt in facie ſignari ob reuerentiam creatoris, ad cuius ſimilitudinem eſt facta facies hominis. Ita no. voluit Inno. in c. ad audiẽtiam, de cri. fal. Dicas tamen quod licet homo non ſit dominus ſuipſius, habet tamen liberum arbitrium. 23. q. 4. ſoe. Nabuchodonoſor. & in c. qui Epiſcopus. 23. diſt. & in c. ſi. de pœ. diſt. 2. & ipſi homini omnia ſubiecta ſunt, quia hominis gratia cũa fuerunt facta a Deo, clemen. 1. § indiuid. & ibi plene per dom. Car. de reli. & ven. ſan. Et an poſſit ſe ad carcerem obligare, vide plene per Ang. in l. nemo carcerem, per illum tex. C. de exact. tri. lib. 10. Adde etiam, quod ſi homo liber eſt in obligatione, eſt repetendus & eximendus ab obligatione, iudicis tamen officio erit æſtimatio præſtanda, & ad illam fiet condemnatio, vt per Specu. in titu. de obliga. & ſolu. §. 4. in verſicu. ad vlteriora. Anton. Franc.

d Vigore iuramenti. Vide Alex. in conſi. 42. in 6. col. in verſicu. optime facit, & in conſi. 94. in pen. col. in 1. vol. & in conſ. 222 incip. viſa facti narratione, in 2. vol. Imo. in c. cum contingat, in 21. col. inf. eo. vbi dicunt, quod iur̃m habet vim certiorationis. Nam ad hoc quod mulier poſſit renunciare Velleiano, oportet quod ſit certiorata. Si autem iuramento poteſt renũciare, ergo iuramentũ habet vim certiorationis, & ad hoc tex. reputatur ſin. vide Ale. in l. ſciendum, ff. de verb. oblig. & Corſ. in repe. rubri. huius ti. in 13 priuilegio, & d. Ao. Baueriam in tract. de veritate iuramenti, in 2. & 17. effectu. & Iaſon in auth. ſacramenta pube. col. 14. C. ſi aduer. ven. & in d. l. ſciendum, col. 13. & d. Franc. Cur. in conſi. 44. incipien. ſuper contingenti. colum. 5. Seb. Sap.

Google

hoc mihi placet, & eſt valde no. & notabis ſemper in hoc hunc tex. iuncta hac gl. quod mulier obligatur ex fideiuſſione, ſi iurauit. Et plus dicit Bar. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. quod contractus fideiuſſionis firmatur iuramento, quod bene no. Nam mulier principaliter iuuatur in fauorem ſui, merito contractus in contrarium firmatur iuramento, argumen. in cap. 2. de pact. lib. 6. An autem poſſit petere relaxationem, vel abſolutionem
10 iuramenti, vide quod dicam in d. cap. cum contingat. † Vltimo oppo. videtur enim quod ex alio capite hæc mulier & maritus non poterant conueniri, quia non potuerunt promittere factũ alienum. Inſti. de inuti. ſtipu. §. ſi quis alium. Soluit glo. fi. quod iſti ſolum compellentur ad dandum operam, vt conuentio obſeruetur, &c. Aduerte, quia glo. videtur ſentire iſtos fuiſſe fideiuſſores obligationis facti, videlicet, vt cõuentio de obſidibus, & alijs obſeruetur quo caſus cum promittant factum alienum, tenẽtur ſolum præſtare operam, quam poſſunt, & non aliud. Et ſecundum tunc intellectum collige vnum ſingulare, quod li-
a cet alius promittens factum alienum a ad nihilum obligetur, niſi ſpecifice promiſerit ſe curaturum & facturum, vt in d. §. ſi qs alium, tamen ſi ſimpliciter promiſit factum alienum cum iuramento, obligatur ad operam præſtandam, ſicut ſi ſe ſpecifice obligaſſet, vt ſic valeat iuramentum eo modo, quo valere poteſt, argumen. in cap. ad noſtram. infra eod. & l. cum pater. § filius matrem. ff. de lega. 2. & ad hoc facit tex. cum glo. in cap. ex literis. 2. de ſpon. Si autem vis intelligere tex. quod iſti obligauerunt ſe, vt fideiuſſores debiti principalis, tunc ceſſat motiuum glo. & tunc poterunt conueniri, iuxta ea, quæ habentur in Authen. de fideiuſ. in princip. & vt no. in cap. 2. de fideiuſſ.

ADDITIO.

a Alienum No. ſing. limitationem ad regulam. §. ſi quis alium, Inſtitu. de inuti. ſtipu. cuio ſimil. ex no. effectu iuramenti. Et idem tenet Ang. de Are. in d. §. ſi quis alium, in 6. fall. & in § verſa vice, in eod. titu. & dom. Iaſ. de May. in §. 2. eum ſi quis. in 3. colum. in 9. effectu iuramenti, in fi. Inſti. de act. quamuis referat Ioan. Fab. in d. §. ſi quis, tenere contrarium quod promiſſio, ſeu ſtipulatio facti alieni iurata, non teneat de iure ciuili, per l. non dubium, C. de leg. vbi dicit eſſe clarum & expeditum, quamuis de iure can. ſecus. cum ei, ſine dubio tamen forte, ſit ſecus, per iſtum tex. & vide quæ addidi in c. quanto, inf. eo. in 3. col.
Ad illud de promittente factum alienum cum pœna interpoſito iuramento quod valeat talis promiſſio, vide Ang. in l. inter ſtipulantem, ubi etiam per Alex. ff. de verb. bi. & in l. ſtipulatio ita, in §. alteri, & per Alex. poſt Ro. & adde, quod ualet etiam promiſſio facti alieni, quando ſimul promittitur factum proprium, uidelicet, quando quis promittit ſe facturum, & curaturum, quod alius faciet, ut per Bar. in l. qui autem, in §. ſi quis, in fi. ff. de conſt. pecu. & uide Bal. in rubr. C. de conſtit. pecu. in ult. colum. Et adde etiam, quod in ſponſalibus & matrimonijs, promiſſio facti alieni ſimpliciter facta, ſemper in dubio præſumitur eſſe cum clauſula ſe facturum, & curaturum ita no. uoluit Bald. in l. fi. in pen. colum. C. de ſpon. & in l. fina. in 2. colum. C. de non nume. pecu. Et idem dicas, ſi promittatur factum alienum in quibuſcunque ſpiritualibus, quia ſemper intelligitur cum clauſula ſe facturum & curaturum, & valet promiſſio etiam ſine pœna & iuramento, ſecundum do. Ant. & Abb. in c. literis, il 2. in 1. no. de ſpon. & ibi dicit dom. Abb. quod promittens dare filiam Titii in vxorem alteri, intelligatur promittere, quod curabit iuxta poſſe, & ualet promiſſio, quod etiam uoluit Saly. in fi. C. de non nume. pecu. Ant. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Propter periurium, poteſt quis a beneficio, & ab ordine deponi.*
2 *Sola ceſſatio biennij ſolutionis cenſus, uel penſionis, an, & quo caſu ſufficiat ad priuandum clericum de beneficio.*
3 *Infamia, nunquid ipſo iure priuet quem titulis ſui beneficij, dignitatibus, & honoribus.*
4 *Is, cui intereſt, poteſt agere ciuiliter de crimine, ut quis remoueatur a beneficio.*
5 *Non obſeruans fidem, an efficiatur infamis, & priuetur beneficio.*
6 *Periurus non dicitur, qui ob neceſſitatem non adimplet iuramentum, uide in primo notab.*

CAP. X.

QVerelam. Periurus eſt, & ab eccleſia remouẽdus, qui non neceſſitate, ſed voluntate venit contra licitum iuramentum. hoc dicit. Prima pars ponit impetrantis querelam. ſecũda dat iudices, ibi. Quoniam. Caſus liter. Gulielmus clericus promiſit iuramento interpoſito R. clerico Linconienſi, ſe ſoluturũ annuatim ipſi R. duos biſantios nomine eccleſiæ de ſtatera, ſed p biennium a ſolutione penſionis ceſſauit, propter quod dictus R. conqueſtus fuit dom. Papæ. Super hoc Papa ſcribit iudicibus dicens, quod non merentur eccleſias regere, qui ſunt crimine periurij irretiti. Vnde mandat, quatenus, ſi conſtiterit dictum Gulielmum clericum contra iuramentum ſuum ceſſaſſe in ſolutione penſionis non neceſſitate, ſed voluntate, ab ipſa eccleſia ipſum remoueant, & eam præfato R. reſtituant. Bern. Not. 1.
a quod non adimplens a iuramentum ex neceſſitate, non incidit in periurium. Deus enim reſpicit animum. 14 quæſtio. 5. cap. ſi
1 quid inuenit. vide de hoc quod dicetur. infra eo. c. breui. † No.
a quod periurium eſt remotione beneficii dignum, & colligitur intelligendo, quod iſte clericus habebat hanc eccleſiam in titulum, ſed ſi haberet ad penſionem reſpectu fructuum, & eſſet vicarius temporalis, tunc iſtud non colligitur, ſed primum dictum eſt verum. Imo plus dico, quod propter periurium poteſt quis deponi ab ordine, & beneficio, vt probatur in c. cum non ab homine, de iud. facit c. ſi Epiſcopus. 50. diſt. & in deteſtationem huius criminis vide bo. text. in cap. fina. 22. quæſtio. 1. & ibi gl. tractat, cui ſit maior pœnitentia imponenda, homicidæ, adultero, vel periuro, ibi videas. Oppo. videtur enim quod iſte clericus non fuit obligatus ex illo iuramento, eo, quod ſine authoritate Epiſcopi non potuit eccleſiam conſtituere cenſualẽ, vt in c. prohibemus, & c. præterea, & c. ſignificauit, de cenſi. Nec ligat iuramentum contra ius publicum præſtitum, de foro cõpe. c. ſi diligenti. Sol. c. iſtud poteſt intelligi dupliciter, vt ſentit gl. fi. & Doct. Primo, quod eccleſia iſta erat annexa præbendæ illius canonici ad ſuſtentationem illius, iuxta ea, quæ habentur in c. extirpandæ. §. qui vero, & cap. expoſuiſti, de præben. Secundo poteſt intelligi, quod iſte clericus erat vicarius temporalis, & conductor fructuum illius eccleſiæ, & pręſtitit iuramentum de ſoluendo, vt patet in litera, & quilibet intellectus eſt bonus, primus tamen melior, cum litera dicat, qđ debeat ſoluere no-
2 mine eccleſię. † Op. videtur enim quod ſola ceſſatio biennij ſufficiebat ad priuandum iſtum clericum ſine delicto periurij, vt in c. potuit, & c. propter, inf. de loca. Sol. glo. 1. fatetur contrarium; tu dic hoc procedere, ſecundum illum intellectum habentem, quod iſte erat rector, vel vicarius temporalis, ſed intelligendo, quod erat rector, vel vicarius perpetuus, ſola ceſſatio ſolutionis cenſus, ſeu penſionis, non ſufficiebat ad priuationẽ, ad hoc c. conſtitutus, & quod no. ibi, de relig. do. Ideo forte ponderatur hic periurium, & hunc intellectum puto veriorẽ. Nam ſecundum primum non oportebat adire papam, cum ipſo iure cecidiſſet a locatione, vt in dictus iuribus. Item iſte potuiſſet iſtum remouere a vicaria temporali ad libitum, vt in c. ad hæc, de offic. vica. Et ſic fruſtra reſpectu remotionis ab eccleſia, ſecũdum primum, intellectum ponderatur periurium. Glo. 2. quærit, quare periuri non merentur eccleſias regere? Reſpondet, quia ſunt infames, & infamib. portæ dignitatis, &c. Ex hac glo. & ex gl. c. peruenit, inf. de fideiuſ. quidam tenuerunt, quod periuri indiſtincte ſunt infames, ſecũdum canones. Sed certe hoc non dicit gl. imo relata ad tex. non poſſent melius dicere. Cum enim iſte clericus venerit contra promiſſionem iuratam, fuit factus infamis non ſolum infamia canonica, ſed etiam ciuili, nec reſpectu iuris canonici tantum, ſed etiam de iure ciuili, vt in l. ſi quis maior, C. de tranſac. ſecundum communem intellectum, qui ibi traditur, de quo dixi ſatis plene in c. teſtimonium,
3 ſupra de teſt. dic vt ibi. † Sed ego quæro vltra glo. nunquid infamia priuet quem ipſo facto titulo ſui beneficii, & alijs dignita-
b tibus, ſeu honoribus: Ego ſemper de hoc dubitaui. b do. Cardin. videtur tacite hic ſentire, quod nõ. Dicit enim hoc caſu, quod
c periurium c non priuat ipſo facto quem beneficio ſuo, licet collatio facta periuro non teneat, vt no. Fede. conſi. 48. adducit ipſe no. per Innoc. in c. cum noſtris, de conceſ. præben. Sed certe Innoc. ibi nihil ſpecifice dicit de periurio, ſed aperte hoc ſentit iudicio meo, in c. inter dilectos, de exceſ. prælato. poſt prin. vbi dicit, quod petenti beneficium ſuum, non poteſt opponi exceptio periurij, vel adulterij, vel alterius criminis, quod non inducit priuationem ipſo facto, non tamen loquitur de quolibet periurio. Nam poſſet intelligi de periuro, quod non infamat infamia ciuili, vt ſi venit contra iuramentum aſſertorium, iuxta ea quæ no. Arch. in c. authoritatem 14. quæſtio. 6. & dixi in d. c. teſtimonium, tamen quicquid ſentiat, nihil adducit ad hoc probandum. Sed in contrarium ego adduco tex. no. in l. 2. §. miles, ff. de his, qui no. infam. vbi aperte videtur innuere, q̃ infamia priuat ipſo facto quem militia. Et gl. ſing. dicit, quod pari ratione priuat quem militia cœleſti, & alijs dignitatibus, & honoribus. Idem videtur gl. velle in l. fruſtra, C. de re milit. li. 12. ad idẽ l. infamia, de decu. li. 10. vbi dicit litera, quod infamia, quæſitum adimit honorem, & ſic loquitur per verba præſentis temporis. Ex quo videtur, quod ipſo iure priuat honoribus quæſitis, iuxta theoricam gl. in regula, in pœnis, de regu. iu. lib. 6. & eorum, quæ dixi in c. ſi diligenti, de foro competen. Et ſatis hoc puto procedere in dignitatibus, & honoribus, circa titulos beneficiales. Sed in illis dubito quia non reperio tex. hoc dicentem, imo video,

ADDITIONES

a Adimplens. Quod neceſſitas excuſet, multa adducit Fel. hic & Iaſ. in l. principalibus, ff. ſi cer. pet. & Fel. in c. cum in eccleſia. inf. de ſimo. And. Sic. in extrauagan. ſup. de fer. Seb. Sap.
b De hoc dubitaui. Tu uide, quod ſic, ut per Rom. ſin. 306. incip. fuit a me quæſitum. & ita ſcripſi in apoſt. ad illum in c. ſcilicitatus, nu. 7. uer. ipſo facto ſup. de reſcrip. Zach.
c Periurium. Vide Gem. in c. ſtudeat. 50. diſt. col. 2. & in c. quo iure, colũ. pen. 8. diſt. Io. de Ana. in c. inquiſitionis, in princ. inf. de acc. Abb. in c. ſi conſtiterit, col. 2. eo. tit. Seb. Sap.

video, quod quantumcunque quis ſit criminoſus, non perdit
a ipſo facto beneficium acquiſitum per prius, etiam ſi eſſet homi
cida,[a] vt probatur in cap. clericis, ne cler. vel mona. & in cap. ex
literis, de exceſ. prælat. & tamen homicida eſt deteſtabilior om
nibus. Eſt enim irregularis, adeo vt dubitetur, an Papa poſſit cũ
eo diſpenſare, vt no. in cap. ſicut dignum, de homi. ſaltem nega
ri non poteſt, quin difficillime diſpenſaretur, per cap. minor. 50.
diſtin. vbi tex. no. facit, vt diſpenſari non poſſit, licet quidam il-
lum referant ad difficultatem diſpenſandi. Facit pro dicto prin
cipali, quod no. Innocen. in capit. cum noſtris, præallega. & iſte
tex. in ver. Remouentes, licet poſſit reſponderi, quod debeat re
ferri ad remotionem facti. Tamen ſatis eſt, quod non dicitur, ꝙ
ipſo iure, vnde non debemus imponere hanc pœnam ſpecia-
lem, ex quo de iure canonico expreſſe non cauetur, vt in ſimili
dicit gl. in cap. fin. de iure patro. Fateor tamen, quod collatio fa
cta infami eſt ipſo iure, nulla, vt in regula: infamibus, de reg. iu.
lib. 6. & in l. 1. C. de digni. lib. 12. facit quod not. in cap. inter dile-
ctos, præalleg. & vide quod ibi no. Et ad primum dictum facit
glo. 3. hic in fin. quæ dicit, quod merito iſte debuit priuari, cum
eſſet infamis, & ſic no. verſic. priuari. Oppo. vlterius, & videtur,
quod iſte priuari non debuit ratione periurij, quia hic ciuiliter
agebatur de penſione, & ſic etiam probato crimine, priuari nõ
debuit. vt in cap. 2. de ordi. cogn. & cap. ſuper his, de accuſatio.
Et quod agebatur hic ciuiliter, probant Tancre. & Vincen. per
b ver. querelam,[b] appoſitum in princip. cap. & no. bene hoc ver.
quia iſtud verbum, Querela, ex proprio ſignificatu conuenit
cauſæ ciuiliter, & criminaliter intentatæ. Et vide de hoc verbo,
quod no. glo. 1. in cap. querelam, ſupra de procurat. & in l. 3. C.
quomodo & quando iud. Sol. glo. fin. ponit duos intellectus, vt
vt ſupra dixi. Primus, quod iſte erat vicarius temporalis, & con-
ductor fructuum. Et ſecundum hunc intellectum ceſſat contra
rium, quia non principaliter ratione periurij, ſed ob defectum
4 penſionis non ſolutæ, intra biennium iſte fuit remotus. † Secũ-
dus intellectus, quod habeat beneficium in titulum, & tunc ad
contraria reſpondet, quod per modum denũciationis fuit hæc
querela prolata, & ad hoc agebatur, vt eccleſia priuaretur. Et quã-
quam Doctor. communiter tranſeant cum hoc intellectu, mi-
hi tamen non ſatisfacit, quia denunciationis via, non admitti-
tur, monitione trina non præcedente, vt in cap. nouit, de iudic.
melius, in cap. cum dilectus, de accu. Item denunciatio tendit
principaliter in finem boni publici, vt anima fratris corrigatur,
vt in d. cap. ſuper his, & no. in d. cap. nouit. Hic autem iſte cano
nicus fundat ſe ſuper iure priuato, vt patet in princip. in verſic.
querelam. & ex fine, vbi mandat Papa huic canonico eccleſiã
reſtitui. Quapropter dico, quod iſte canonicus agebat contra
iſtum clericum, cum deferendo de crimine periurij ciuiliter,
non vt deponeretur ab ordine, ſed vt ab adminiſtratione eccle
ſiæ tanquam indignus remoueretur, quod fieri poteſt, vt eſt bo.
tex. in capitu. per tuas. in fin. infra de ſimo. Et hoc pro ſuo inte-
reſſe, tum quia non ſoluebat penſionem ſibi, vt iuramento fir-
mauerat, tum quia cum eccleſia eſſet ſua, vel ſibi ſubiecta, inte
rerat ſua, ne ipſe periurus & infamis illã detineret, & ſuper hoc
impetrauit iudices delegatos a papa, & ob hoc in fine papa mã-
dat huic canonico eccleſiã reſtitui, ſi conſtiterit ita eſſe, vt nar-
rabat: vide pro hoc glo. in cap. ex parte, de teſt. in gl. 1. in fi. & ibi
per Doct. Ex his tene vnum menti ſecundum hũc intellectum,
quod is, cui eccleſia eſt ſubiecta, vel aliter intereſt, poteſt agere
contra rectorem ciuiliter de crimine, vt remoueatur a bene-
5 ficio, & vide quod dixi ſuper rubric. de iudic. † Vltimo gloſſ. ex-
peditis, quæro. ſupra vidimus, quod ratione periurij poteſt
quis priuari beneficio ſuo, nunc quæro, nunquid idem ſit ratio
c ne fidei violatæ?[c] Archid. in cap. iuramenti. 22. quæſtio. 5. refert
Bern. Ioan. & Hoſt. tenere, quod ſic, in capit. querelam, infra ne
prælat. vic. iu. ſed ipſe finaliter tenet contrarium, dicens, quod
licet omnia iſta poſſint dici iuramenta, tamẽ quia grauius pec-
cat veniens ꝯ iuramentũ, quam fidei interpoſitionem, non de
bet iſte ſecundus ita ſtricte puniri, ſicut primus, argumen cap.
non afferamus. 23. quæſtio. 1. Ex quo infert, quod non debet pri
uari beneficio, ſicut periurus, & idem videtur velle idem Arc.
in cap. 1. de ſepul lib. 6. facit quod in ſimili no. glo. in cap. pe. inf.
eod. & hanc opinionem videtur ſentire, & ſequi dom. Ant. Sed
tu aduerte latius: nam Gaſp. de Cald. in cap. 2. de ſponſa. primo
recitat Rotam tenere illam opi. Archid. poſtmodum videtur
ab illa declinare, dicens, quod omnia iſta ſunt iuramenta. vt pri
mo dixit Archid. Do. Card. in d. c. 2. & in c. ad aures. quod mer.
cau. ſequitur primam opinio. quia, ex quo hęc pœna priuatio-
nis non reperitur inducta ꝯ violatorem fidei, nõ debet ad eum
d extendi,[d] & videtur ibi velle dare regulam in cognoſcendo iu-
ramentum a fidei interpoſitione, dicens nunquam eſſe iura-
mentum, niſi exprimatur verbum, iuro. Innoc. vero circa hoc
vltimum aliter dixit in cap. ad aures. Dixit enim iuramentum
eſſe, quando fit ſuper libro, vel reliquijs vel alia re ſacra. Et per
hoc vltimum videtur intellexiſſe de libro Euangeliorum, ſeu
Miſſali, quia alij libri non benedicuntur. Fidei autem interpoſi-
tionem dicit eſſe, quando promiſſio eſt facta per Deum, vel fi-
dem ſuam, quæ verba ex toto mihi non placent, nec aliquo iu-
re probatur. Primo enim dictum Innoc. non procedit, dum ta-
cite ſenſit iuramentum non eſſe, ſi non præſtatur ſuper aliqua
re ſacra. Hoc enim expreſſe eſt contra c. & ſi Chriſtus, infra eo.
tit. & plene dixi ſupra eo. ſuper rub. Imo, quod plus eſt, iuramẽ-
tum dicitur, licet præſtetur per creaturam, licet ſic iurari nõ de-
beat, vt in d. c. & ſi Chriſtus. & 20. quæſtio. 1. cap. mouet. Theo-
rica vero do. Card. eſt aperte contra cap. ego. N. in fi. ſupra eod.
vbi non exprimitur verbum, iuro, & tamen eſt iuramẽtum, ad
idem cap. & ſi Chriſtus, vbi ponuntur multæ formæ iurandi ab
ſque verbo, iuro, & vide bo. gl. 22. queſtio. 1. in ſumma. Et ꝑ hoc
etiam dico dicta illorum, qui volunt indiſtincte facere differen
tiam inter iuramentum, & fidei præſtationem, non procedere.
Nam ſic dicendo. Sic Deus me adiuuet, eſt iuramentum, vt d.
c. ego. N. Vel, Teſtis eſt mihi Deus, & c. vt d. c. & ſi Chriſtus. mul
to fortius debet dici iuramentum, ſi dico, Promitto per fidem 2
meam, vel per Deum. Pro hoc facit diffinitio iuramenti, quam
poſui ſup. ſuper rub. Nã hoc caſu adhibetur ipſe Deus, ſeu eius
fides

ADDITIONES.

a Homicida. Sed mihi videtur, quod ſit ipſo iure priuatus, ad hoc allega. text. iſtum, dum dicit, Remouentes, denotat. n. priuationem eſſe factam iure, ſed importat executionem fieri ab homine, allego cap. ex tuæ, de cler. non reſid. in ſimil. & adduco in ſimili cap. fin. de poſt. & quod ibi no. do. Ant. & tex. in cap. ex literis, de exceſ. præla. in uer. amouentes, vbi verbum amouẽtes, importat priuatum eſſe a iure. Et pondera, quia in cap. ſeq. dicitur contrarium in verbo, excludat, dic, quod ibi fuit temerarium iuramentum. Et pondera, quia in cap. cum non ab homine, de iudic. non imponitur ipſo iure pœna depoſitionis periuro, ergo multominus hic. Reſpon. quod ibi agitur de maiori pęna, hic de minori. Item hic agitur de fauore eccleſiæ, vt nõ regatur per periurum. Pondera, quia gl. hic ſentit, quod requiritur ſententia. And. Barb.

b Ver. querelam. Not. de uerbo querelam, quod dixi in cap. querelam, de elect. & ſic pondera, quia in modo opponendi gl. ſentit, quod verbum, querela importet cauſam ciuilem, ſed in modo ſoluendi inferi, quod importet cauſam criminalem. Sed ego allega. aliam in c. Maximianus. 81. diſt. Et uidetur dicendum hoc modo, uidelicet uerbum æquiuocum poſitum in libello, attenditur penes concluſionem, vt colligitur ex his, quæ remiſi ad Lud. Rom. in l. viro, ff. ſol. mat. quia libellus attenditur penes concluſionem, vt in c. ex parte, de reſcr. vt in caſu noſtro. nam dum Papa hic condemnauit, priuando ab eccleſia, uidetur, quod iſtud fuerit petitum, arg. cap. licet Hely, de ſimo. quo caſu, ubi petitur naturalis pœna delicti imponi, uidetur agi de crimine ciuiliter, caſus eſt ſing. in c. per tuas, de ſimo. Naturalis pœna periurii eſt deponere, ut in cum non ab homine, de iud. Sed hic fuit expulſus ab eccleſia, ergo non fuit impoſita naturalis pœna delicti, & ſic videtur intentaſſe cauſam criminalem ciuiliter. And. Barb.
Circa hoc, quod hic dicitur de querela, dicas, quod querela ſimpliciter, nõ eſt actio, ita Bar. in l. nam poſtea, in §. ſi minor, ff. de iureiu. in 2. colum. imo dicitur eſſe remedium ſubſidiarium, ut ibi no. Barto. in l. maximum uitium, in 2. notab. C. de lib. præt. & alibi dicitur, quod eſt accuſatio ſecundum Bal. in l. certum, in vlt. colum. in princip. C. unde cog. Barto. tamen in l. poſth. in §. ſi quis, ff. de inoffic. teſtam. dicit, quod nec eſt actio, nec exceptio, nec accuſatio, ſed officium iudicis, ut ibi per glo. in uerſic. ſucceſſionem. Et de modo formandi libellum, ubi querela intentatur, uide Spec. in tit. de lit. conte. in §. nunc uidendum. in uerſi. ſed nunquid in querela, & in tit. de teſt. in §. 1. in uerſi. in querela, & in uer. ſed quare. & uide Bald. in l. nam & his, in §. huius, in prin. ff. de inoffic. teſtam. & in l. qui repudiantis, §. 1. circa prin. eo. tit. de inoffic. teſtam. Quandoque tamen capitur pro in integ. reſtit. quandoque pro appellatione, & nullitate. Et ideo quid importet, cognoſcitur ex modo concludendi ſecundum Bart. in l. 3. in 1. col. C. quomodo & quando iud. And. Barb.

c Fidei violatæ. Vide Rotam deciſio. 125. incip. item not. & deciſio. 435. incip. vtrum violator fidei Alex. in l. ſi quis maior, & ibi Mod. in repe. in 10. no. C. de tranſact. & Alex. in l. 3. §. iurari. ff. de iureiur. & Corſe. in repet. rub. huius tit. in 6. q. Seb. Sap.

d Extendi. Et pro hac opin. facere uidetur illud dictum Ioan. Fab. in §. item ſi quis poſtulante, Inſtit. de act. ubi quærit, nunquid, quemadmodum ex iuramento oritur actio, & exceptio. aliquando actio in factum, aliquando actio ex contractu, ſi iuramentum eſt formiter præſtitum. l. actori, C. de reb. cred. cum ſim. Nunquid eodem modo ex ſimplici promiſſione per fidem oriatur actio & exceptio, ſicut ſi eſſet iuratum. Determinat tandem quod nõ, quia ſecundum eum, iura multum ponderant iuramentum, ergo non ſufficit ſola promiſſio per fidem. Sed huic fundamento reſponden, quod non eſt uerum, quod iura ita ponderent iuramentum, & actualem præſtationem iuramenti, ſicut dicit Ioan. Fab. Pater, nam ſi iuramentum ſit remiſſum, & ſic nõ ſit præſtitum, quamuis actualiter iuramentum non ſit ſecundum, ita tamen oritur actio, & exceptio datur, ſicut ſi actualiter fuiſſet iuratum. l. nam poſtea. §. 1. & l. remittit, ff. de iureiuran. ergo non eſt uerum, quod ad hoc, ut oriatur actio & exceptio, quod l. ponderet ipſum iuramentum. Nec eſt verum fundamentum dom. Card. dum dicit, quod ex quo hæc pœna priuationis non reperitur inflicta contra violatorem fidei, non debet ad eum extẽdi, quia dico, quod imo eſt extendenda, quia vbicunque tractatur de diſpoſitione iuramenti, illa diſpoſitio cenſetur fauorabilis, & conſequenter extẽdenda, ſecundum dom. Anto. in c. ſi. io. 1. fallen. de conſue. Pet. de Ancha. & Imo. in cap. quamuis, de pact. in 6. no. expreſſe Gem. in c. 1. de temp. ord. per illum tex. & do. Alex. in l. qui iuraſſe, in prin. ff. de iureiuran. Item facit, quia quotieſcũque agitur de delicto puniendo, illa eſt materia odioſa, ſed debet extendi, ſicut materia mere fauorabilis. Iſtam regulam tradit Barto in l. quemadmodum, circa med. per uoam gl. ibi, C. de agric. & cenſ. lib. 11. Idem expreſſe dicit Pau. de Caſt. in l. bona fides, per illum tex. ff. depoſi. Ergo ſicut ratione periurij poteſt quis priuari beneficio, idem erit ratione fidei violatæ, quia cum iſta materia ſit mere fauorabilis, vt delicta puniantur & non odioſa, debat extendi.

Digitized by Google

fides ad confirmationem ſimplicis aſſertionis. Non enim debent eſſe euangelia in maiori reuerentia, quam ipſe Deus, ſeu ipſius fides. Imo per euangelium iuratur per reſpectum ad ipſum Deum. Quamobrem puto, quod omnis fidei præſtatio ſit iuramentum, ſed non econtra: vnde fidei præſtatio propriè eſt, quãdo quis interponit fidem ſuam, vt quia dicit. Promitto per fidem meam, vel per Deum, iuramentum vero generaliter eſt, quando ſimplici aſſertioni interponitur vinculum religionis. Et ſic poſſunt intelligi multa iura, quę ponunt iſta, vt diuerſa, vt in c. peruenit, & c. fideiuſſor. & c. querelam, ne prælat. vi. ſu. & c. 2. de ſponſa. Et per hoc infero ad dubium principale, nunquid violator fidei veniat priuandus beneficio, & puto, ꝙ ſic, quia periurium committitur, vt ſupra probatum eſt, & iura volunt, quod pro periurio priuetur, vt hic, & d. c. cum non ab homine. Nec eſt verum fundamentum tenentium contrariam ſententiam, ſcilicet, quod minus peccat violator fidei, quia dico poſ-
a ſe contingere, quod magis peccaret, a quoniam periurium tanto grauius eſt, quanto ſanctius eſt id, ſuper quo iuratur, vt in d. cap. mouet, & no. Innocen. in d. c. & ſi Chriſtus. Sed poſſet contingere, quod iuramentum eſſet præſtitum per aliquam creaturam, quo caſu non eſt dubium, fidem interpoſitam eſſe magis ſanctam. Item iura non ponderant quantitatem delicti, cũ quandoque minus, quandoque plus delinquatur, vt ſupra dixi. Sed ſimpliciter attendunt periurium, quod eſt grauiſſimũ peccatum, maxime in clerico. Videtur enim non obſeruans, Deũ contemnere, & ideo gl. no. dixit in capit. 2. de ſpon. fidei præſtationem, & iuramentum æquipollere. Idem volunt glo. in cap. ſi. ne prælat. vi. ſu. & in cap. conſtitutus, de tranſa. licet Collec. aliud ibi ſenſerit, dicens, quod violator fidei nõ eſt infamis, ſicut violator iuramenti, quod puto falſum per prædicta. Facit c. tua, infra eo. vbi ſecundum communem lec. probatur, quod ꝑ periurio clericus vitari non poteſt, quo ad vulgi opi. licet in veritate ſit periurus, quia iuramentum non erat licitum, imponitur pœna priuationis beneficij, ergo fortius hæc pœna imponẽda eſt, vbi violauit fidem legitime præſtitam.

A D D I T I O.

a Magis peccaret. Tu pondera, quia eſt tex. quem nemo animaduertit in cap. ex reſcripto, ſupra eo. ibi, fidem præſtiterunt, & poſtea dicitur, adimpleant ſicut iurauerunt, ecce nunc qualiter fides præſtito eſt iuramentum. And. Barbat.

Fides eſt ſeruanda eadem modo ſicut iuramentum, alias committitur periurium, & incurritur infamia, ſecundũ Spec. in tit. de arb. in §. qualiter, ver. ſed idem eſt, & in ver. ſequitur in ver. ſed pone. & vide Io. And. in c. 1. de ſepul. lib. 6. in noue. & vide gl. in c. peruenit, de fideiuſ. & habetur per Io. An. in c. cum tempore de arb. Et vide Alexan. in l. 5. in §. dato, in fi. ff. de iureiur. vbi dicit idẽ eſſe, etiam ſi promiſſio eſt facta ſub periculo animæ, quia obligat ſicut iuramentum, rumpens tamen iuramentum magis punitur, quam ſimplicem fidem. vide dom. Anto. in cap. querelam, vbi etiam per do. Abb. ne præla. vi. ſu. & in cap. ad aures, quod met. cau. & vide Arch. in capit. iuramenti. 22. quæſt. 1. Aut. Fran.

S V M M A R I V M.

1 *Rector eccleſiæ non poteſt ſe obligare ad ſoluendum cenſum, uel ad augendum ſolitum.*

2 *Periurus ratione certi beneficij priuatur omnibus beneficijs.*

3 *An pro temerario iuramẽto priuetur quis beneficio, uel inhabilitetur ad promotionem, uel deponatur.*

4 *Qualiter peccat tranſgrediens licitum iuramentum, uel temere iurans.*

5 *Forma iuramenti, quod præſtatur à clerico Epiſcopo.*

C A P. XI.

TVanos. Si præſentatus iurat præſentanti de antiquo cenſu augendo, & poſtea ꝯtrium iurat inſtituenti, valet ſecundum, & non primum, tamen ab eccleſia remouetur. Communis diuiſio. Secunda, ibi. Tuæ igitur. Caſus literalis. Monachi, ſeu viri religioſi habent aliquando præſentationem in eccleſijs, a quibus certam percipiunt penſionem cum ipſi eligunt clericos ad eaſdem eccleſias, conſtringunt eos iuramento ad maiorem penſionem, cum vero Epiſcopi eos inſtituunt, iurant quod penſionem annuam non augebunt. Quęritur hic, quod iuramentum ſit ſeruandum? Reſpon. Papa, quod cum poſterius iuramentũ ratione, & authoritate Lateranẽ. Concilij iuuetur, ideo primo præiudicat, quod de cupiditate proceſſit, veruntamen iuſtum eſt, vt clerici illi pro periurio, quod vitare non poſſunt, ab eccle-
1 ſijs perpetuo remoueantur. Not. Rectorem eccleſiæ non poſſe ſe obligare ad ſoluendum cenſum, vel ad augendum præſtari ſolitum de redditibus eccleſiæ, etiam in vita ſua, quod videtur clarius probari. infra de cenſi. cap. præterea, in fi. Nam hoc poſſet eſſe eccleſiæ damnoſum in futurum, argumen. c. peruenit, de arb. Et no. quod etiam patrono ſponte ſoluere nomine cen-
2 ſus non poteſt. † No. 2. caſum no. ꝙ conſtituens ſe inter iuramẽta contraria tanquam periurus eſt perpetuo ab omni officio remouendus. Et no. bene ex hoc, & ex fine literę, quod ratione periurij, etiam commiſſi reſpectu certi beneficij, priuatur quis nõ ſolum ipſo beneficio, ſed etiam omnibus alijs, & inhabilitatur [illegible]tuo ad beneficium ſuſcipiendum. Et nota bene hoc procedere, etiam ſi ſit tale periurium, quod infamiam non irroge. Nam periurium, de quo hic, non irrogat infamiam, quia non eſt proprie periurium, vt dicam ſtatim cum gl. Et pro hoc facit cap. cum non ab homine, de iudic. vbi ſimpliciter pro periurio ſtatuitur pœna depoſitionis. Opp. & videtur, quod iſte clericus non comiſerit periurium, cum proprie periurium ſit tranſgreſſio liciti iuramenti; vbi autem quis tranſgreditur iuramentum illicitum, non incidit in periurium: imo meretur tranſgrediendo, licet peccauerit in iurando, vt probatur. 22. quęſtio. 4. per totum, & in c. quanto. infra eod. Quod autem primum iuramentum fuerit illicitum, patet ex no. in 1. gl. & 2. Sol. Gl. 2. metu cõtrarij exponit ver. pro periurio, ideſt pro temerario iuramento.
3 & no. illam expoſitionem. † Sed tunc fortiter oppo. vltra alios. pro temerario iuramento non debet qs priuari beneficio, imo quod plus eſt, non inhabilitatur ad promotionem, vt in cap. ſicut, infra eod. not. glo. in cap. Florentinum. 85. diſt. & 21. quæſt 4. cap. diffinitio. & ſpecifice videtur probari quo ad caſum noſtrum, in capit. ſignificauit, & cap. grauius, infra de cenſi. in quibus clericus pręſtans temere tale iuramentum de ſoluendo cẽſum præſentatori, fuit abſolutus a tali iuramento, impoſita pœnitentia pro temeritate iurandi. Sol. quidam ſenſerunt, quod ratione ſimoniæ iſte clericus priuatur, argumen. c. cum clerici, ſupra de pac. quod nihil eſt, cum litera hic ſe fundet ſuper periurio. Alij dixerunt, quod primum iuramentum poterat eſſe licitum reſpectu clerici iurantis. Valuiſſet. n. ſuperioris poſtmodũ interueniente conſenſu, ideo non debuit propria authoritate contrauenire iurando contrarium. Hoc non placet, tum quia non valuit tale iuramentum, etiam quoad ſe, per d. cap. ſignificauit, & cap. grauis, cum ſimilib. tum quia non iurauit contrarium ſpõte, ſed ex præcepto ſuperioris, vt patet in tex. Ideo ego ſaluo aliter, & ſic. Quandoque quis promittit, vel iurat ſoluere, augere cenſum, vt præſentetur ad eccleſiam, ita quod promittit temporale pro ſpirituali conſequendo, & tunc ratione ſimo-
a niæ priuatur beneficio, a ita loquitur cap. cum clerici, de pact. Quandoque non promiſit, ſeu iurauit ſoluere ex pacto, ſed ſimpliciter, ita quod ceſſat ſimonia, & tunc aut præſtitit ſolum vnũ iuramentum, & non debet priuari, licet cõtraueniat, quia non peccat in contraueniendo, ſed prius peccauit temere iurando.
b Aut poſtea iurauit contrarium, b & ſic ſcienter conſtituit ſe inter duo iuramenta contraria, & habet locum pœna huius c. vt iſte priuetur, tanquam periurus, licet in veritate non ſit periurus, & hoc ideo, quia quoad ſe, & quo ad vulgi opi. non poteſt euadere periurium, & ſentit hic Innoc. qui dixit, quod iſte erat perplexus inter duo iuramenta contraria, vt ſi vnum ſeruabat, alterum ſeruare non poterat. Sentit etiam Ioan. And. dum exponit tex. quod iſte non poterat vitare periurium, ſecũdum fatuam opi. quorundam, vel propter ſuam erroneam conſcientiam. Et ex his habes caſum ſingula. in quo quis priuatur beneficijs propter iuramentum temerarium. Et puto, quod tale periurium non ſit ſufficiens ad depoſitionem ab ordine, iuxta no. in d. cap. cum ab homine, cum debeat intelligi de ſtricto periurio, & habes nunc vltra alios derectum verum intellectum hu-
4 ius c. † Secundo principaliter gl. tangit incidenter, & inuolute, qualiter peccet tranſgrediens licitum iuramentum, vel temere iurans, & capiendo mentem, facit tres caſus. Primus caſus, cum quis iurat licitũ, & ſcienter tranſgreditur, talis peccat mortaliter, vt ſupra eo. c. querelam, & vide bonum tex. in c. ille, qui 22. quæſtio. 5. Secũdus, cum quis iurat falſum, credens illud eſſe verum, & iſte nullum peccatum incurrit, vt in c. homines. 22. q. 2. Ioan. And. poſt Tancr. dicit hoc verum, ſi adhibuit omnem diligentiam, alias eſt veniale, vel, ſi fuit in culpa, mortale. Tertius caſus, quando quis iurauit illicitum, quo caſu aut iurauit ex deliberatione, & propoſito, & peccauit mortaliter in iurando, infra eod. cap. ſicut. Aut iocoſa leuitate, vel incaute, & eſt veniale. 25. diſt. cap. vnum orat. §. alias ea demum. Vel poteſt intelligi glo. vt ponat hoc vltimo duos caſus. Primus, quando ſcienter iurauit illicitum, & peccat mortaliter. Secundus, quãdo iurauit indiſcrete, vt quia in vanum aſſumpſit iuramẽtum iocoſe, vel leuitate quadam, & hoc caſu peccat venialiter, & facit ꝑ hoc d. §. alias ea demum, in fin. & ibi gloſ. Sed aduerte latius B. Thom. & Arch. in c. habemus. 22. quæſtio. 1. aut enim qs tranſgreditur iuramentum licitum ſcienter, & peccat mortaliter, & ſi iocoſe, vel indeliberate iurauerit, qa periurium reſpicit Dei contem-

A D D I T I O N E S.

a Priuatur beneficio. Tu pondera text. cum dicit ex cupiditate proceſſit, & poſtea dicit pro periurio, quod vitare non poteſt, vnde videtur quod fuit verum iuramentum ſimoniacum, & ſic non ſolum fuit temerarium, ſed etiam ſimoniacum, & ſic fuit iuramentum temerarium qualificatum. And. Barba.

b Iurauit contrarium. Nunquid autem, quando quis primo iurauit vnum poſtea iurat contrarium, primum iuramẽtum debeat ſeruari, traditur per ſcribentes, in l. duobus. §. idem Pomponius, ff. de iureiuran. & per Felyn. in cap. cum M. Ferrarienſis, colum. 17. ver. & pro hac fallentia, ſupra de conſtitut. Seb. Sapia.

contemptum, qui quidem contemptus nõ vitiatur, licet ioco-
ſe quis iuret, quia non debet nomen Dei iocoſe aſſumere, cum
ſit vnum de decem præceptis diuinis. Nõ aſſumes nomen Dei
in vanum, &c. Qñque quis indeliberate iurat falſum: nõ ſcit ſe
falſum iurare, & nihilominus peccat ẽt mortaliter pp diuinum
contemptum. Qñque quis iocoſa leuitate aliquid iurat, quod
poſtea ex aliqua neceſſitate adimplere non poteſt, & peccat ve
nialiter, & hoc vltimo caſu intelligo tex. cum glo. in d. §. alias ea
demum, & vide ad materiam tex. no. in c. primum eſt. 22. qõ. 2.
5 vbi ponuntur, & diſtinguuntur octo genera mendaciorũ. † Ex-
tra gl. quæro, quia iſte clericus iurauit Ep̃o, quod ſolitam & an-
tiquam penſionem non augebit, quale iuſm præſtat generali-
ter clericus Ep̃o? intellige de beneficiato, quia alij rẽ non iurãt.
ſup. eo. c. nullus Sol. dicit Hoſt. ꝙ licet diuerſa forma iurandi p
rectores, vel curatos, ſm diuerſitatem locorum ſeruetur, hęc ta
men vr̃ congrua, & per iura probari. Iurabit enim, ꝙ fidelis erit
Ep̃o & obediens, ſup. eo. c. nullus. Sub quo intelligas, ꝙ ſeruabit
illius ſñias, & pro poſſe faciet ſeruari, quod tñ aliqui exprimũt.
Pro hoc ſup. de off. ord. c. cum ab eccleſiarum, & c. ad reprimẽ-
dam. Secundum capitulum, ꝙ mandata ſua ſancta, & honeſta
adimplebit, ſup. de offi. ord. c. fi. Tertium, ꝙ nihil alienabit, ſine
ipſius licentia. 12. q. 2. c. Abbatib. 17. q. 4. c. in vẽditionib. Quartũ
ꝙ nomine eccleſiæ vltra certam ſummam, quæ arbitrarie de-
terminatur, mutuum non ꝯhet, inf. de fideiu. c. quod quibuſdã.
Quintum, ꝙ eccleſiam non relinquet, nec ad aliam ſe transfe-
ret ſine ipſius licentia, ſup. de renun. c. admonet. Sextum, ꝙ iu-
ra eccleſiæ pro poſſe petet, & defendet, vtilia eius procurabit.
& nociua vitabit. Quod dicit intelligendum etiam poſtpoſitis
negocijs proprij patrimonij, arg. 7. q. 1. c. præſentium. & c. pla-
cuit, & 16. q. 1. c. qui vere, & c. nos aũt. Septimum, ꝙ nil dedit, vel
dabit, nec aliquod pactum fecit, nec commiſit aliquod illicitũ
per ſe, vel per alium ipſo ſciente, pro adipiſcẽda eccleſia, de pa.
c. fi. de ſimo cap. nobis. Et ꝙ quam cito hoc vitium ad eum per
uenerit, inſinuabit Epiſcopo, & ad ipſius voluntatem renuncia
bit, de elect. c. pen. Octauum, ꝙ ordines ſuo tempore recipiet,
& hoc ſi ordinatus non ſit, de ęta. & quali. c. quæris. Nonum, ꝙ
in eccleſia perſonaliter reſidebit, & deſeruiet in ordine, quẽ ip-
ſius cura requirit, de cle. non reſi. c. quia nonnulli, & c. relatum.
Decimum, ꝙ non ſoluet vltra antiquam, & ſolitam pẽſionem,
vt hic, & cum hac forma tranſeunt hic communiter Doc. Sed
certe licet ad omnia ſuperius contenta obligetur promotus, ta
men iure non probatur, vt ad omnia hæc clericus debeat iura-
mento obligari: vnde ego allego tex. & glo. vbi ponitur directa
forma huius iuramenti, nec inſeruntur tanta ſicut hic, 23. diſt.
c. quanquam, vbi videas, & dic, vt ibi.

S V M M A R I V M.

1 *An dignitas delinquentis aggrauet delictum, & quis magis puniatur, maior in dignitate, vel minor.*
2 *Magis excuſatur, qui delinquit cum pulchra, quam qui cum deformi.*
3 *Quis magis grauetur de peccato, an peccans occulte, an publice.*
4 *Si profeſſus exiuit ordinem, & accepit uxorem, an inquiſitor poſſit procedere contra ipſum.*
5 *Non ita ignominoſa pœna imponitur nobilioribus, ſicut uilioribus.*
6 *An iuramentum de non loquendo, uel de non præſtando officium charitatis ſit obligatorium.*

C A P. XII.

CVm quidam. Ep̃i, de periurio, grauius, quã
alij ſunt puniẽdi. hoc primo.
Illicitũ eſt iuſm de non præbendo ſubſidiũ ꝯiuncto.
hoc ſcdo, & ſunt duo dicta per ſe patentiam. Caſus
lit. Quidam Ep̃i de Sardinia receperunt a quibuſdã creditorib.
quandã pecuniæ quantitatẽ, & iurauerũt illã ad certum termi-
num perſoluere, qđ facere ꝯtempſerunt: quærit qd ſit iſtis Ep̃is
faciendũ pro eo, qđ ꝯ iuſm venerint? Reſp. Papa, ꝙ in ipſos tan
to grauius eſt vindicandũ quanto maiori dignitate præcellunt,
& qa eorũ exemplo alij ad ſimilia prouocant: illi quem qui iu-
rauerunt non loqui patri, ſorori, vel fratri, nec aliqđ ſubſidium
impartiri eiſdẽ, ab iſto illicito iuſo ſunt abſoluendi, iniuncta eis
pñia pro eo, ꝙ male iurauerũt. B. No. t. duo, rõne quorũ maior
a pñia imponiẽ pro delicto. Primo, ſi delinquẽs eſt in dignitate, a
& tanto maior imponiẽ, quanto in maiori dignitate eſt poſitus
vide bo. tex in Papa, in c. aliorũ. 9. q. 3. Sdo ex corruptione pro-
ximi pp malũ exemplũ, vt puta, qa peccatũ eſt palã cõmiſſum,
& tanto grauius ex hoc eſt puniendus, quanto plures exemplo
malæ vitæ corrupit. Vñ Gregor. Scire prælati debẽt, ꝙ ſi peruer
ſa vnquã perpetrant, tot mortib. digni ſunt, quot ad ſuos ſubdi-
tos perditionis exempla tranſmittũt, vt legiẽ in c. præcipue. 11.
q. 3. No. ex ſcđa patre, non valere iuſm ꝯ officium pietatis, cha-
ritatis, & propinquitatis, rõnem inf. videbis. Opp. ꝯ tex. in eo, ꝙ
innuit, dignitatem delinquentis aggrauare peccatum. vr̃. n ꝙ
acrius ſit puniẽdus ignobilis, q̃ in dignitate poſitus, vt in l. 2. C.
vt nemo pri. 24 q. 1. c. qui ꝯ Eccleſię pacem. Sol. gl. in hoc inſtat,
a tandem vr̃ concludere, quod aut quæritur de quantitate pecca
ti, quoad pñiam imponendam in foro ꝯſcientię, aut quoad pę-
nam fori cõtentioſi. Primo caſu non ꝯſideratur immediate di-
b gnitas delinquentis, ſed quantitas cõtẽptus. b Vnde ſicut quã-
to quis magis ſeipſum affligit, tanto magis eſt iuſtus. 7. q. 2. c. ad-
uerſitas. §. cũ vero, ita quanto magis ꝯtemnit, tanto magis pec-
cat. Vnde poſſibile eſt, qđ in eadem ſpecie peccati magis delin
queret ruſticus, quã magnus prælatus, qui minus contẽpſit, ſed
in dubio, vbi non ꝯſtat de cõtemptu, maior pręſumitur magis
ꝯtemnere, quia vr̃ magis Deo ingratus, & ſic rõne præſumptio
a nis magis punitur, † & ſic ſm gl. dignitas non aggrauat delictũ,
ſed magis ipſum delinquentem, rõne præſumptionis, & ſic in-
telligatur tex. iſte. idem no. gl. in c. homo Chriſtianus. 4. diſt. Se
cundo membro, ſ. quoad forum contentioſum, dicit, ꝙ in pœ-
na pecuniaria plus punitur nobilis, & in dignitate poſitus, ſed
in corporali magis puniẽ priuatus, & ignobilis, & ſic reducit gl.
ad concordiam iura pro, & ꝯ, in c. alle. & hoc vlt. firmat Hoſti.
in c. ea quę, de ſta. reg. vide tu ad primũ membrum, quod no. Io.
And. poſt B. Tho. in c. accuſatus, de hær. lib. 6. vbi concludit, qđ
c in eodem genere peccati minus peccat religioſus, quã laicus, c
niſi in trib. caſib. Primus, cum peccat ꝯ votum religionis, puta
fornicando contra promiſſionem continentiæ. Secũdus cum
excedit per contemptũ, quia vr̃ magis ingratus, cum ex Dei be
neficio ſit productus ad perfectionis ſtatum, facit quod hr̃ in
Anth. de mona. in princ. & in c. fi. 47. diſt. Tertius cũ peccat pu-
blice, ita qđ præbet alijs ſcandalum: nam tunc tenetur ẽt de de-
licto aliorum, de voto, c. magnę, & d. cap. pręcipue. Extra prędi
ctos caſus, leuius peccat religioſus, & pp merita pręcedentia &
ſequentia, iuxta illud pſal. Si ceciderit iuſtus non collidetur, qa
dñs ſupponit manum ſuam. Hinc Hieron. vt hr̃ de pœn. diſt. 3.
Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit. Licet iuſtus cadat, non tñ
perdit nomẽ iuſti, ex quo per bona opera illico reſurgit. Ex quo
infero ad qõ. gl. quod poſitus in dignitate, vt Ep̃s, leuius delin-
quit, quam inferior, cũ dicaẽ religioſiſſimus, vt in c. ex multa, de
vo. & ſic in ſtatu perfectionis, in c. licet, de reg. & in c. niſi cũ pri
dem, de renũ. niſi peccet ꝯ votum emiſſum in receptione ordi-
nis, vel ex ꝯtemptu, vel publice in ſcandalũ aliorũ, rõnib. præal.
& in trib. caſib. præall. vel eorũ altero, aggrauatur peccatũ ex di
gnitate, & ſic põt recte intelligi iſte tex. & c. homo Chriſtianus,
præalle. alias ſecus, vt in c. ſepties. & in dubio præſumiẽ magis
contemnere, vt hic in gl. & in d. c. homo Chriſtianus, & qđ ibi
d no. de multis circunſtantijs aggrauantib. delictũ, vide bo. tex. d
2 cũ gl. in c. 1. de pœn. diſt. 5. † Et per hoc põt determinari q. gl. in
c. fi. 14. q. fi. & tangit gl. in d. c. 1. vtrum magis qs peccet cũ mu-
liere pulchra, quã cũ deformi, credo per prædicta, quod primo
debeat attendi maior cõtemptus, & in dubio magis excuſatur,
qui delinquit cũ pulchra, quia magis p̃ſumitur tentatus, facit
3 de pœ. diſt. 2. c. ſciendum. † Item faciunt hęc ad aliam q. qs ma
e gis grauetur de peccatis, an peccãs occulte, an publice? e De qua
vide gl. in c. de hoie, de celebrat. miſ. & in c. nemo. 32. q. 4. & in
f c. clericus ſolus. 81. diſt. Iac. But. ſubtilius diſtinguit, in l. 3. f C. de
ſum.

A D D I T I O N E S

a In dignitate. Vide Card. in clemen. 2. in 5. quæſtio. de uita & honeſta. clerico
Seb. Sap.

b Contemptus. Quomodo autem cognoſcatur contemptus, declarat Fely. hic,
& latius in c. 1. col. fi. uer. vlt. circa prædicta, ſup. de ma. & obed. & in c. 1. col.
6. uer. alius caſus eſt, ſup. de conſt. Seb. Sap.

c Quam laicus. Põdera, quia religioſus eſt dignior laico, uel clerico, iuxta no.
per gl. in c. a ſubdiacono. 93. diſt. & maiorem gratiam habuit a Deo, quia vo
catus ad perfectionem, ergo cadens magis peccat per iſtum tex. Fateor ta-
mẽ, quod facilius reſurgit, non ſequitur, ergo facilius peccat, ſeu leuius. Vn
de pone, qđ ſi incontinenti moriatur, credendũ eſt tamen, quod Deus non
patietur illum mori in peccato. Et põdera quia in Epiſcopo male loquitur,
quia dicit cõtra hunc tex. qui dicit, ꝙ grauius punietur. Et põdera, quia Io.
And. loquitur ex eo, quia Epiſcopus dicitur religioſiſſimus. l. nulli. l. cũ cle
ricis, C. de epiſ. & cle. dicitur ſanctiſſimus, ut in Authẽ. de ſan. Epi. & tamen
grauius punitur, ergo. And. Barb.

d Vide bo. tex. in l. aut facta, ff. de pę. Vide Sal. in l. ſeruos, C. ad leg. Iulia. de vi.
pu. ubi arguit contra communem doctrinam. And. Barb.

e An publice. Vide Abb. in c. ſane. inf. de celeb. miſ. do. Iaſ. in § ſequens. uer. ex
maleficijs. col. 3. Inſt. de act. Iaſ. in l. ſi quis id, quod. in 3. no. ff. de iur. om. iud.
And. Sic. in conſi. 47. incip. ſcribit præclare, col. 25. in 1. col. Seb. Sap.

f In l. 3. Et ibi per Bal. & alios, & uide gl. ibi. C. de inter. ma. qui uolunt qđ nũ
quam excuſetur mulier, uel ruſticus, facientes actum clam. Et quando dica
tur aliquid clam, uel occulte factum, uide Bal. in l. 2. de his, qui ex pu. ra. li.
10. & in l. fi. de præd. cu. eo. lib. Et quod magis puniatur, uide Bar. in l. 1. §. ge-
neraliter, ff. ui bo. rapto.
Licet ruſticus & mulier æquiparentur in multis, & excuſentur, quo ad iuris
ignorantiam, l. 2. in fi. ff. de iu. fi. l. 1. in fi. ff. de eden. habetur per dom. Ant. &
Imo. in c. 1. de conſti. tamen nunquam excuſantur in facto clandeſtino, qa
ſemper præſumitur contra eos. pro quo uide Alex. plene in l. cum de indebi
to, ff. de prob. Et quando quid dicatur fieri clam, uide Barto. in l. fi. ff. de ritu
nup. & in l. 2. uer. & ſic nota. C. de his qui ex publi. ratio. lib. 10. Et uide eun-
dem Bar. in l. prohibere, ff. quod ui aut clam, & in l. clã poſſidere, ff. de acq.
poſſ. & in l. non intelligi, §. tacite, ff. de iure fiſ. & uide Barto. in l. poſt contra
ctum, in 4. col. in prin. ff. de don. & uide plene per Alex. in l. 2. §. fi. poſt Bart.
ff. ui bonor. rapto.

ſum. Trini. vbi dicit, quod aut tractamus de cauſa delicti, aut
de effectu Si de cauſa, quæ eſt dolus, aut conſtat de dolo, & nõ
facit differentiam inter clam, & palam. Aut dubitatur, &
tunc ſi tractamus de his, quæ ſunt de genere prohibitorũ, non
eſt differentia, quia ſemper præſumitur dolus. l. 1. C. de ſica. & in
c. 1. de preſum. & ꝙ ibi no. Aut loquimur de his, quę ſunt de ge
nere permiſſorum, in ſpecie tamẽ ſunt prohibita, vt matrimo-
nium, & tunc aut fiunt clam, & præſumitur dolus. Aut palam,
4 & non præſumitur dolus, ſed error. l. fi. ff. de ritu nup. † Et hæc
a facium ad q. [a] quæ fuit de facto. Quidam frater profeſſus [b] exi-
b uit ordinem, & accepit vxorem. quærebatur, an inquiſitor hæ
reticæ prauitatis poſſet de hoc cognoſcere? But. dicebat per p̃-
dicta, ꝙ aut accepit vxorem clam, & præſumitur in dolo, & nõ
in errore, ideo inquiſitor non poterit cognoſcere. Aut accepit
palam, & non præſumitur in dolo, ſed in errore, ꝙ putaret ſibi
licere, & quod errauerit in fide, & ſic cognitio pertinebit ad in-
quiſitorem, quod no. Prædicta procedunt, cum conſideratur
delictum ex parte effectus, & tũc peius eſt cõmittere delictum
palam, q̃ occulte, ad hoc d. l. 3. C. de ſum. Tri. & d. c. præcipue, &
faciunt hæc ad materiam ſup. tactam. Quis autem magis me-
reatur in eodem genere boni, an religioſus, an laicus, vide glo.
no. in cle. ſi dominum, de reli. & vene. ſan. vbi concluditur, qđ
5 religioſus. † Quoad ſecundum membrum glo. vide in ſimili, ꝙ
le. & no in l. deſertorem, ff de re mili. & l. capitalium. §. 1. & §.
ſerui cęſi. ff. de pœ. vbi patet, quod pro eo. delicto non imponi
c tur pœna ita ignominioſa nobilibus [c] militibus, & aliis viris ho
neſtioribus, ſicut vilibus, & ribaldis. Et facit pro conſuetudine
hodierna, vt viles tantum furca ſuſpendantur, vt no. Bar. in d. l.
deſertorem. Et qui dicantur ignobiles, vide bon. gloſ. in cap. qui
contra Eccleſiæ pacem 24. q. 1. & l. ne quis, de digni. li. 12. & per
6 Bar. plenius in l. 1. eo. titu. † Venio ad ſecundam partem Decre.
& oppo. videtur enim quod non ſit neceſſaria abſolutio ab iſto
d iuramento, cum illicitũ iuramentum [d] non obliget, ne ſit vin
culum iniquitatis. 12. q. 4. c. inter cætera. Sol. glo. 1. metu contra
e rij intelligit, quod hic ſit abſolutio ad cautelam. [e] Innocen. re-
fert quoſdam dicere, quod taliter iurans nõ debet loqui parti,
donec per ſuperiorem fuerit abſolutus, quia tale iuramentum
poteſt obſeruari abſque detrimento ſalutis æternæ, ſuperior tñ
poteſt, & debet relaxare, quo facto libere poteſt loqui. Do. An.
dicit ſe credere, quod inquantum iuramentum dirigitur ad nõ
loquendum parti ex indignatione, vel quia non velit præbere
officium charitatis, nõ ſit obligatorium, nec eget abſolutione,
quia militat contra charitatem Idem dicit ſi iuramentum ſic
præſtaretur de alio conſanguineo, vel extraneo, quia debet fra-
tri ſuo, quam citius p̃t, reconciliari. Si vero tale iuſm fuerit præ
ſtitum ex aliqua iuſta cauſa, vt quia forte locutiones illius erãt
corruptiles, iuramentum eſſet obligatorium, & non abſoluere
tur. In dubio tamen tale iuramentum non habet bonum aſpe
f ctum, [f] & quia poſſet eſſe obligatorium, fit abſolutio, vt hic, ſe-
cũdum eum, & ſic videtur intelligere iſtum tex. in caſu dubij.
Sed certe contra eum aperte facit hæc litera, quæ aſſertiue dicit
hoc iuramentum eſſe illicitum, & contrarium rationi, & man-
dat iſti imponi pænitentiam de eo, quod male iurauerit. Vnde
g placet mihi intellectus gl quod abſolutio fiat hic ad cautelã. [g]
h Vel intellige de abſolutione [h] facti, ne taliter iurãs notetur de
i facto de tranſgreſſione iuramenti. [i] Et quod tale iuramentum
ex indignatione præſtitum non liget, bene facit c. qui ſacramẽ-
to. 22. q. 4. & de pœni. diſtinc. 2. c. charitas. §. item proximos. Et
generaliter quot modis iuramentum dicatur illicitum, dixi in
c. ſi vero, ſup. eo. Et qui poſſint à iuramento abſoluere, no. in c.
1. & c. debitores, ſup. eo. & inf. eo. c. quanto.

ADDITIONES.

a Ad quæſtionem. Et vide Bal. in d. l. nemo. vbi aliter loquitur. Et pondera, q̃a
licet publice contrahat, videtur, quod non ſit ex eo excuſatus, quia iſta q̃õ
videtur eſſe, quando contrahit in loco, vbi ignoratur, quod eſt monachus,
iuxta no. in l. Barbarius, ff. de off. prætor. & quod no. Bal. in l. qui contra, C.
de inceſt. nup. quo caſu non vi facere ex errore, ſed ex eo, q̃a credit occul-
tum eum eſſe monachum, ideo latus dicitur eſſe in dolo. And. Barb.
b De hac q Vide Bart. in l. 3. C. de ſum. Trini. & Moder. in cap. ad abolendam.
de hære.
c Pœna ignominioſa nobilibus. Dic hoc eſſe verum ex conſuetudine Italica,
ex Gallica vero ſecus, vt per Iaco. Rebuff. in l. quemlibet, & in apoſt. C. de
decu. li. 10. Zach.
d Caſus, in quibus iuramentum non obligat, vide plene numeratos per Bald.
in l. ſi ad excludendam, C. iureiuran. vbi inter alia dicit, quod iuramentum
non obligat, quando eſt excluſiuum pietatis, vel ſi iurauit non loqui. Vide
etiam Bald. in capi. 1. §. item ſacramenta, in titu. de pace iura. firm. & no. 35.
diſtin. c. 1.
e Ad cautelam. Tu pondera, quia tex. dicit, abſoluendi ſunt, quo caſu non ve-
nit abſolutio ad cautelam, niſi ex iure exprimatur, gl. in c. capitalum de reſc.
ergo non valet ſolutio gl. And. Barb.
f Bonum aſpectum. Pro certo non bene loquitur do. Ant. quia tex. iſte dicit, ꝙ
eſt illicitum tale iuramentum, & eſt contra rationem, ergo loquitur in caſu
certo. And. Barb.
g Ad cautelam. Sed pondera, quia ſi tale iuramentum eſt illicitum, & contra ra
tionem, non requiritur abſolutio, etiam ad cautelam. And. Barb.
h De abſolutione. Pondera, quia filius tenetur alere patrem, ratione naturali.
l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens. ff. de li. agn. & ſic iſtud iuramentum eſt con
tra naturalem rationem, ergo nullo modo ligat. ad quid ergo neceſſaria eſt
abſolutio? Et do nouum intellectum ad tex. quod inquantum dicit, abſol-
uendi ſunt, intelligitur quoad primum in odium iurandi, quia iurauit non
loqui patri. iſtud poteſt ſe habere ad bonum & malum. ideo iſtud iuramen
tum ligauit, opus eſt ergo, vt abſoluatur, arg. c. iuuenis, de ſponſ. Quoad ſe-
cundum modum, quia iurauit non præſtare ſubſidium, eſt contra rationẽ,
ideo non eſt opus abſolutione. Et ſi opponatur de clauſula in fi. appoſita, ꝙ
refertur ad præcedentia, dic ꝙ non ſemper, quando ratio recti ſermonis im
pedit, vt per glo. in cle. ne Romani, de ele. And. Barb.
i Tranſgreſſione iuramenti. Pondera etiam, quia non loqui, non poteſt ſe ha-
bere ad licitum, vt dicit do. An. quia poſito, quod ſermones eſſent corrupti
biles, tamen debent loqui admonendo, & ſic impoſſibile eſt, ꝙ non loqui
habeat iuſtam cauſam, & eodem modo de non præſtando ſubſidio, quia gl.
in c. paſce. 86. diſt. & in c. ſi qui filij. 30. diſt. dicit, quod filius tenetur ſubue-
nire patri hæretico. And. Barb.

SVMMARIVM.

1 *Abbas, vel Prior depoſitus ab Abbatia, vel Prioratu, remanet monachus.*
2 *Iuramentum emanatum calore iracundiæ, non obligat.*
3 *Clericus abiurans clauſtrum, nunquid ſibi præiudicet.*

CAP. XIII.

SIcut ex literis. Non valet iuramentum mo
nachi clauſtrum abiurantis,
& ſibi de hoc grauis pęnitentia imponitur. Cõis di-
ui. ſecũda ibi. Rñdemus. Caſus literalis. Prior cuiuſ-
dã monaſterij iracundiæ calore commotus, iurauit ꝙ in clau-
ſtro eiuſdem monaſterij, in quo profeſſionẽ fecit, de cætero cũ
G. monacho non moraretur. Abbas ſuus dubitando ſuper hoc
conſuluit papã, & ipſe rñdit, ꝙ non licuit illi monacho temera
riũ facere iuſm ꝯ fidem ſuæ profeſſionis, & ſuæ ſtabilitatis pro
poſitum. vnde mandat eidem Abbati, vt talem pęnitentiã ſibi
iniungat, ꝙ alij illius exemplo deterriti, ſimilia facere pertime-
ſcant, & in clauſtro, ꝙ abiurare non potuit, ſtabilitate perpetua
1 ſuã pœnitentiã agat. B. † No. ibi, Prior in hoc tex. & ibi Mona-
cho ſupradicto, ꝙ licet monachus efficiatur Prior, tñ per hoc
a non deſinit eſſe monachus, [a] facit c. fi. de ſimon. & ꝙ ibi no. Ex
quo p̃t colligi arg. quod prior, vel Abbas retinet ius monacha-
tus, & ſic licet renunciet, vel deponatur ab Abbatia vel priora-
tu, remanet nihilominus monachus monaſterij. Contrarium
tamen ſentit Ioã. And. in c. cum ad monaſterium, de ſta. mon.
Et idem Fede. qui latius proſequitur conſi. 19. & per Ioan. de Li
gn. in cle. ne in agro, de ſta. re Sed do. Anton. tenet primum in
d. c. cum ad monaſterium, quod plus placet de æquitate, & ple
nius dic, vt ibi no. Secundo no. ibi, cum fidẽ, &c. quod non va-
let iuramentum monachi contra ſuam profeſſionem, & ſic ar
guo non valere iuramentum cõtra votũ. Et eſt ratio, quia hoc
non dependet à voluntate iurantis, vnde iuramẽtum non poſ-
2 ſet ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ. † No. 3. pœnitentiam
iniungendam ei, qui temere iurauit illicitum, nec excuſatur p
b pter calorem iracundiæ. [b] Ex quo infertur quod calor iracun-
diæ non excuſat a peccato, quod no. Puto tamen, quod minuit
c culpam, [c] licet eam totaliter non excludat, argum. 2. q. 3. capit.
ſi quem §. notandum, ad fi. & l. vna, C. ſi quis Impe. male. l. om-
ne delictum. §. qui ſe, ff. de re mili. facit c. inebriauerunt, 15. q.
1. Et vide glo. no. in capitu. ex literis, de diuor. quæ dicit confeſ-
ſionem factam calore iracundiæ non præiudicare, niſi detur p
ſeuerantia. Et facit hoc ad quæſtion. ſequentem, nunquid iura-
mentum alias licitum, obliget, ſi emanauit calore iracundiæ?
Ioan. And. ſentit hic, quod nõ. dicit enim, quod iuramentum,
de quo hic, non obligat iſtum, etiam ſi non fuiſſet profeſſus, ex
quo ſic temerarie iurauit, & calore iracundiæ. Secus dicit, ſi ex
cauſa, & cum deliberatione iuraſſet, puta, ꝙ nunquam intraret
domum talis mulieris, quam turpiter adamauit, licet ſit a tali-
bus iuramentis abſtinẽdum, per id quod habetur in c. clericos,
de

ADDITIONES.

a Eſſe monachus. Facit c. 1. §. porro, de ſta. reg. li. 6. c. quoniam, de ſimo. & c. per
exemptionem, de priuileg. li. 6.
b Propter calorem iracundiæ. Secus eſt in confeſſione, etiam iudiciaria, vt per
Ludo. Roma. ſing. 5 10. incipien. nolo commentarij. vbi etiam dicit, quod
nec votum, nec iuramentum calore iracundiæ emanatum ligat. Ita no. in
apoſt. ad iſtum, in c. at ſi clerici, nume. 15. in verſi. calore iracundiæ. ſupra de
iudic. Zach.
Calorem iracundiæ. Vide pulchre per do. Iaſ. in l. ſi filiam tuam, col. 2. in 2.
no. C. de inoff. vbi ponit multa, quæ non valeant facta calore iracundiæ, &
limita tribus modis, vt ibi per eum. Et de confeſſione facta calore iracun-
diæ, vide Dec. in c. at ſi clerici, in prin. col. 10. ver. tertio limitatur. ſup. de iu
dic. Seb. Sap.
c Minuit culpam. Sed pondera, quia iſte tex. contradicit, qui hic calore iræ iu-
rauit, & tamen magis punitur. & iura, quæ hic alleg. do. Abb. loquuntur in
ebrio. Ad §. notam. dic, quod ibi dicitur, quod nullo modo punitur. & ita lo
quitur dictum c. ſi quis iratus. 2. q. 3. ſed loquitur in delicto ſucceſſiuo, ſed
non in delicto momentaneo. Et pondera, ſi dici poſſet, quod puniatur pro
ebrietate, ſed non pro delicto, vt dicit gl. in c. inebriauerunt. 15. q. 1. §. qui.
ſed loquitur in offendente ſeipſum. l. 1. loquitur de obloquente de Impera
tore, qui eſt clemens, vide glo. in l. 2. C. ad leg. Iul. ma. vbi non tenet iuramẽ
tum præſtitum calore iracundiæ, & etiam pondera, quia monachus debet
eſſe manſuetus, & non iracundus. l. ſi quis in hoc genus, C. de epi. & cler.
vnde videtur diſtinguendum in perſonis. And. Barb.

de cohab.cle.& mu.& cap.ſicut, quod bene no.Dom.Ant pu-tat, quod ſi calor iracundię fuit tantus, quod illud deliberate non iuraſſet, tale iuramentum non eſt obligatorium, quia hæc voluntas non eſt diſcreta, vel ſi ſit, de facili per Epiſcopum eſt commutanda, de quo remittit ad cap. Raynutium.in ſum.de iureiureiuran.circa princip.Sed tu vide glo no. in cap.dudum, de conuer.coniug in ver.calore, quæ vult, votum emiſſum calore iracundiæ non obligare,argumen.illius capit. & d.§.notan-
a dum,in fin.& Ioan.And.ſoluendo ibi contrarium formatum[a] de cap.ſunt qui opes.17.quæſtio. 4.quod videtur probare contrarium,dicit glo.illam procedere,quando eſt talis,& tanta turbatio, quod ſapit quandam mentis alienationem, & ex multo fauore,alias votum non impeditur,quia ea,quę in ſe bona ſunt, non indigent deliberatione,& ſic intelligit d ca.ſunt qui opes. vbi valet donatio eccleſiæ facta tumultuario mentis affectu.Et ſic idem erit dicendum in iuramento cum procedant a pari,vt no.ſupra eod.cap.1.& cap. debitores . Sed in contrarium adduco dicta beati Thom 2. 2. quæſtio. 87.artic.1. quæ recitat Ioan. And.in capit.literaturam, de vo.qui notanter dixit tria eſſe neceſſaria in voto Primo deliberatio. Secundo propoſitum voluntatis. Tertio promiſſio, & ſatis bene facit cap. literaturam, & cap. nuptiarum, in princip. 27.quęſtio.1. Ergo idem in iuramento,quod principaliter dirigitur in Deum. Deus enim reſpicit cor, vt in cap. ſi quid inueniſti.15. quæſtio. 5.& vult militem voluntarium. 15. quęſtio 1.cap. non eſt. Item video,quod confeſſio non præiudicat calore iracundiæ facta, vt ſupra dixi, fortius nec iuramentum, quare concluderem, iuramentum non obligare ex abrupto factum, quia non habet in ſe conſenſum, ad hoc quod no.Innocen.in dicto capit.literaturam, ad cautelam tamen poteſt peti abſolutio, quę de facili eſt indulgenda.

5 † Secundo principaliter quęro, iſte monachus abiurauit clauſtrum, nunquid ſaltem præiudicauit ſibi? Videtur quod ſic,argumen. cap. ex tranſmiſſa, de renuncia. & in cap. quod in dubijs, vbi patet, quod renuncians beneficio in manibus non ſui ſuperioris, ſibi præiudicat, licet non valeat in præiudicium ſui ſuperioris.Ita videtur dicendum hic, quod iuramentum præiudicet ipſi monacho,nõ autem monaſterio,quin poſſit eum repetere,& hanc opinio.tenuerunt quidam, ſed Innocen.& Hoſtien.contrarium. Nec obſtant iura ſuperius allega. loquuntur enim in clericis ſecularibus, qui ſine eccleſijs eſſe poſſunt, monachi vero non poſſunt, nec debent viuere ſine clauſtro.16.qõ. 1.cap.placuit,& cap.ſi cupis.Vel dic melius, eccleſię conferuntur clericis ſecularibus aliquãdo propter vtilitatem propriam, vt habeant,vnde viuant,de pręben.capit cum ſecundum Apoſtolum. Aliquando propter vtilitatem ipſius, & bonum publicum, ideo ſi illas abiurant,valet iuramẽtum,quatenus eorum vtilitati præiudicet, argumen.cap.ad apoſtolicam , de reg.Sed monachus tenetur ſtare in clauſtro ob propriam profeſſionẽ, quam fecit;promiſit enim ſtabilitatem loci,& de hac profeſſione facit mentionem hæc litera,a qua quidem obligatione non potuit ſe per proprium iuramentum abſoluere,arg.de fo. compet.cap.ſi diligenti. Et per hanc ſolutionem ſoluitur contrariũ, quod formari poſſet de cap.ex reſcrip.ſupra eod.& cap.cum paſtoris. 2. quæſtio.7 & de multis alijs iuribus, in quibus patet,quod monachi,quandoque ſtant extra clauſtrum licite.Nam procedunt,quando interuenit ſuperioris authoritas, ſed ipſe propria authoritate hoc non poſſet.Nam, vt not. Innocen.in cap.fina. de renunc.monachus notaretur apoſtaſia,ſi non eſſet ſub obedientia ſuperioris,facit l.licet.C.de actio.& oblig.

SVMMARIVM.

1 *Simplicitas ſine dolo, commendatur , contraria diſcretioni reprobatur.*
2 *Iurans alicui,& ſucceſſoribus, vel iurans alicui tantum expreſſo nomine proprio,vel nomine dignitatis,an teneatur ſucceſſoribus iurare.*
3 *Iuramentum non ligat hæredes iurantis,& ſic obligatio circa ſpiritualia nõ transmittitur ad hæredes,*
4 *Promiſſio obedientiæ facta per vnum prelatum,obligat alios ſucceſſores,pro quibus promiſit.*

CAP. XIIII.

VEritatis. Vaſallus, qui iurauit prælato,ſucceſſoribus iurare non cogitur.In prima,deciſa conſultatio. In ſecunda reſponſio ,ibi. Reſpondemus.Caſus literalis.Clemen. Papa 3.indulſit Guliemo Regi Siciliæ, vt ipſe non teneretur ſibi præſtare iuramẽtum fidelitatis pro regno Siciliæ , ita tamen, quod per hoc non fieret ſibi , vel ſucceſſoribus ſuis præiudicium , quo minus ſibi vel ſucceſſorib. ſuis hǽdes ſui fidelitatem facere tenerẽtur.Super iſta indulgentia quæſtio mota fuit in præſentia Regis, vtrũ ſingulis ſucceſſoribus Clementis hæredes Regis deberent pręſtare fidelitatem. Duo Cardinales legati Apoſtolicę ſedis,indulgentiam illam ſic interpretati fuerunt,quod hæredes Regis tenerentur pręſtare fidelitatem do. Papæ Clementi,& ſucceſſoribus ſuis per iuramentum , quo præſtito alij iurare poſtmodum minime compellerentur. Cõſultus fuit papa ſuper illa interpretatione, & ipſe reſpondit , vt hęredes Regis, poſtquam ſic iurauerunt , ſucceſſoribus ſuis iurare non compellantur, tamen ita
1 tenentur ſeruare eis fidelitatem,ac ſi iuraſſent. B. † No.1. principium,quod quotidie alleg.hinc dicitur,quod qui verum dicit,
a non laborat.Et no. quod ſimplicitas[a] cõmendatur,alibi reprobatur:vnde repellit a promotione. 39. diſt.c. Petrus.Sol.Simplicitas ſine dolo, commendatur, vt hic,& in ca.ſi cupis. 16.qõ. 1. Et dicitur tunc ſimplicitas,quaſi ſine plica,ſeu mixtura.Illa vero,quæ eſt diſcretioni contraria, reprobatur , vt in contrario.Et dicitur tunc ſimplicitas, quaſi ſine miſtura diſcretionis, & ita no.in d.cap. Petrus, & cap.ſi cupis.Secundo no.quod papa habens iura imperij in loco,licite recipit a ſubditis iuramenta homagij,& fidelitatis,facit clem. paſtoralis,de re iud.& cle.ne Romani.de elect vide bon.tex.cum glo. in cap.tibi domino.64.diſtinct.Item not.iuncta gloſſ.quod regnum Siciliæ eſt de temporali iuriſdictione eccleſiæ: vnde Rex iurat papę homagium,& & fidelitatem. Et pro differentia inter homagium,& fidelitatẽ, vide bonam glo in d.clem.paſtoralis,in ver.ligius,& ad primũ dictum vide bon.tex.ibi. & in d.c.ad Apoſtolicæ, de re iu.lib.6.
2 † Opp.dicitur in tex.quod ſi vaſallus iurauit Papę fidelitatem, non tenetur iuramentum iterare in perſonam ſucceſſoris.vnde ob.c.longinquitate.12.q.2.vbi dicitur, quod liberti tenentur profeſſionem ſtatus ſui facere ſucceſſori,non obſtante quod eã fecerint prædeceſſori.Ad idem l.imperialẽ.§.pręterea,de proh. feu.ali.in li.feu. vbi dicitur,quod ſi maior quatuordecim annis ſua, incuria, vel negligentia inueſtituram non petit à domino intra annum & diem,perdit feudum,& redit ad dominum.Solu.glo. fin. ſoluit hoc contrarium dupliciter. Primo, quod hoc capit.contineat in hoc ſpecialem indulgentiam , ſed reſpectu hæredum,non colligitur ex litera: ideo tranſit ad ſecundam ſolut. quod vbi quis iurauit domino & ſucceſſoribus , non compellitur iterum iurare ſucceſſoribus, quia ex parte iurantis iuramentum eſt perpetuum, & ſic intelligatur hoc capit. ſentit gl. ſecus eſſe,ſi ſimpliciter fuiſſet iuratum domino.Extra gl. Doct. hic multum inſtant,ſed tandem in eandem ſententiam in effectu incidunt.Ex dictis enim Phi.Goffred.& Hoſtien. hęc diſtinctio elicitur , quod aut quis iurauit alicui , & ſucceſſoribus , &
b tunc non cogitur amplius iurare,[b] licet teneatur ſe recognoſcere libertum, ſeu vaſallum , ſeu ſubditum.Et de hac recognitione

ADDITIO.

a Formatum. Pondera, quia d cap. ſunt qui opes,non loquitur in calore,ſed loquitur in tumultuario mentis impulſu , & ſic in quadam incauta deliberatione. And. Barb.

An quæ fiunt calore iracundiæ,valeant: dicas,quod iracundia facit contractum non valere l. quicquid calore, ff de regu iur. & l.4.ff de diuor niſi ad pias cauſas,per cap. ſunt qui opes, hic allegat. Et iracundia facit pollicitationem non valere l. licitatio, in princip.ff. de publ. Impedit etiam votum, vt eſt gloſ. in cap. dudum, de conuer coniu.licet glo. in cap.ſunt qui opes, videatur tenere contrarium. Et vide glo.in cap. ex literis,de diuor.& Alexand.in d.l quicquid calore.Et adde, quod iracundia non excuſat delictũ, l.ſi non conuici , C. de iniur. facit tamen mitius puniri.l.1. ſi quis Impera. maledi.l.famoſi,ff ad l.Iul maieſta.cap.ſi quis iraſcitur.12. quæſtio.3.l.2.C. de abolitio. 2. quæſtio.3. cap.nondum 6 quæſtio. 1.capit.imitare l.fin & ibi per Alexand.poſt Barto.ff ad l.Iul.repe.Vide Specu. in titu.de accuſ.in ver. quid ſi reuocaui, ubi dicit,quod imo ex toto excuſat delictum,vel factum ex iracundia,& non debet imputari,quod etiam uoluit Spec.in tit.de præſumpt. in uerſicu. ſed pone. Pro quo facit, quia iracundia impedit electionem,cap. auditis,de electio. facit etiam blaſphemiam mitius puniri,ſecundum Archidia.23.quæſtio.5. in capit. quid & habetur per Roma in ſingularibus ſuis,in uerbo,iracundia. Impedit etiam vinculum iuramenti,vt in l.2. C.ad l.Iulia.maieſtat. Iracundia etiam in ſententiando facit differri executionem ſententiæ , vt per Specu. in titu. de executione ſententiæ, in §.4.in ver.porro. Et denique dicit Specu. in titu.de aduoc.in §.4.in uer not quod cautus aduocatus debet procurare , & conari prouocare aduerſarium ad iram, quia ira impedit animum , ne poſſit cernere uerum,iuxta dictum ſapientis. Ant.Fran.

ADDITIONES

a Simplicitas.Adde tex.in §.hæc quidem,inſti. de leg.agno.ſucce.

b Amplius iurare. Pondera, quia iſte tex.non probat id,ad quod allegatur,uidelicet,quod iuramentum præſtitum per defunctum, non tranſeat ad hæredem quo ad uinculum ſpirituale,& etiam quo ad forum.Primo,quia hic dicitur, quod fuit indultum Regi, quod nõ teneretur iurare:& dicitur, quod hæredes tenentur iurare,ergo ſequitur, quod ſi iuraſſet, non tenerentur iurare,vnde ſufficeret, quod Rex iuraſſet, & ſic a contrario ſenſu hic probatur contrarium.Et quod ſit tranſitorium quo ad vinculum , facit ſermo teſtantis,qui eſt proprius ſermo hæredis,In Authen. de iureiuran.a mor.præſti. ergo iuramentum teſtantis,eſt primum iuramentum hæredis. Item uitiũ defuncti tranſit in ſucceſſorem,ut cap.quia,de iudic.Barto.in l.ex diuerſo, ff.de rei uendi.Vnde fateor , quod ſi teſtator fuit periurus,quod periurium non tranſit in hæredem, qui finitur mortuo teſtante. Sed ſi hæres non vult implere , quod defunctus iurauit , & iuramentum reſpiciat hæredem defuncti , dico, quod eius hæres, qui non vult implere,incidit in periurium. Et ſi dicatur quod ipſe non iurauit, dico quod ſatis eſt, quod iurauerit ipſe defunctus, quia adeundo uidetur quaſi contrahere cum ipſo defuncto,ut impleat id, quod ipſe defunctus debuit. & uide Abb in capitu. fina de foro competen.Reſpon. ad tex.illum,dum dicit,a ſe,quod ſatis dicitur a ſe, cum dicit, a defuncto, per Authen. de iureiuran. a mor. præſti. Vide, quæ dixi in recollectis. And.Barb.

Digitized by Google

ne loquitur cap. longinquitatem, allega. pro contrario, & hoc,
ne longinquitate temporis pereat memoria originis. Aut nul-
lam mentionem fecit de ſucceſſoribus in iuramento, ſed ſim-
pliciter iurauit perſonaliter, & tunc iurare cogitur cuilibet ſuc-
ceſſori, & ſic intelligatur d.l.imperialem. Contra hanc commu
nem theoricam facit iſte tex.in eo, quod dicit, ſi iuratum eſt no
bis, vel alicui ſucceſſori, &c.& ſic ſufficit iuramentum eſſe præ
ſtitum ſine commemoratione ſucceſſorum. Ideo dicerem ſic,
quod aut in iuramento facta eſt mentio de ſucceſſoribus, & ſer
ua quod ſupra dictū eſt. Aut ſimpliciter fuit præſtitum , & tunc
aut præſtitum ſub nomine proprio, vel fuit appoſitum aliquod
verbum perſonale, vt puta, promitto tibi, &c.& tunc procedat
opinio præmiſſa. Si tamen is , cui fuit iuratum , remoueretur à
dignitate , non tenetur iurans illi amplius ad iuramenti obſer-
uantiam, quia intelligitur, præſtitum perſonæ ratione dignita-
tis, & de hoc eſt tex.in capit. venerabilem, in fi. de electio. Aut
fuit præſtitum ſimpliciter ſub nomine dignitatis, & tunc dico,
quod tranſit ad ſucceſſores , quantumcunque non fuerit facta
mentio de ſucceſſoribus , vt ſi dixerit , promitto obedire Epi-
ſcopo Senenſi, vel Romano Pontifici, quia dignitas non varia-
tur ex diuerſitate præſidentium, vt in cap. liberti. 12. quæſtio. 2.
& in cap. ſi gratioſæ, de reſcrip. lib.6. facit cap. quoniam Abbas,
de offic. delega.& quod no. Bart. in l.centeſimis. §. ſi ita , ff. de
verborum obligatio. Et pro hoc potes inſtrui tu ſcholaris, an iu
ramentum ſemel rectori præſtitum , ſit iterādum in perſonam
ſucceſſoris. Conſuluit tamen Hoſtien. quod prælatus iuramen
tum recipiens, nullam faciat mentionem de ſucceſſoribus, vt
ſic iurans aſtringatur ad iterandum iuramentum ſucceſſorib.
Quid autem ſi poſtea veniatur in dubium an fuerit facta men-
tio ſucceſſorum? dicit Hoſtien. quod ei, qui dicit ſic iuratum, in
cumbit onus probandi, ff. de probatio. l. ei qui dicit. Ex prædi-
ctis habes , an, & quando iuramentum ſit reale, vel perſonale
3 ex parte recipientis.† Nunc quæro, an ex parte iurantis quando
que, ſit reale, vt ſic iuramentum tranſeat in hæredem, vel ſuc-
a ceſſorem iurantis.a Sol. Hoſtien. & communiter Docto. dicunt
quod non, etiam ſi quis iuraſſet pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, ſeu
hæredibus, quia licet quis poſſit obligare hæredem temporali-
ter (imo etiam non faciendo mentionem de hæredib. pactum
regulariter tranſit in eos, vt l. veteris. C. de contrahen. & com-
mit. ſtipula.) Spiritualiter tamen non poteſt, quia licet ſit hone
ſtum, vt in ſpiritualibus, obligationibus filius ſequatur volunta
b tem patris,b non tamen eſt neceſſarium, vt not. in cap. 1. de de-
ſponſa. impub. & in cap. ex literis, de ſponſa. in capitu. vnico, de
c deſponſa. impub. lib. 6. vnde filius, c vel hæres nunquam eſſet
periurus ex iuramento defuncti, argumen. bonum in cap. pen.
infra eo. Sed dices tu, quare quis poteſt ſe obligare alicui, & ſuc-
ceſſoribus , non autem obligare ſe, & ſucceſſores? Reſponde-
tur, primo caſu agitur de obligatione propria , quam quis po-
teſt facere, prout vult. Secundo vero caſu agitur de obligatio-
ne aliena, quam non poteſt facere in iſtis ſpiritualibus, niſi in-
teruenia t mandatum ſpeciale, de iuramen. calum. cap. fi. lib. 6.
Ex his habes no. concluſionem, quod licet obligatio in tempo
ralibus tranſmittatur in hæredem , ſecus in ſpiritualibus. Ratio
diuerſitatis poteſt eſſe, quia in iſtis ſpiritualibus ligatur anima,
quę ſine proprio conſenſu ligari non poteſt, vt in iuribus ſupe-
rius alleg. & facit 30. quæſtio. 1. cap. vno, & quod no. glo. 14. quę
ſtio. 3. in ſumma, & 1. quæſtio. 4. in ſumma. Et hanc concluſio-
nem firmat Ioan. And. in capit. fin. de ſepul. vbi plus vult, quod
non ſolum hæres non obligatur ex iuramento defuncti, ſed ēt,
quod ratione iuramenti defuncti non poſſit conueniri in foro
eccleſiaſtico, & ſic quod cap fina. de foro competen. lib. 6. non
habeat locum in hērede , quod eſt not. & vide quod dixi in dicto
c. fina. Alia concluſio eſt ex prædictis, quod iuramentum ex par
te recipientis quandoque eſt perſonale, quandoque reale , ex
parte vero iurantis ſemper eſt perſonale. An autem ſemper ob-
liget perſonam iurantis, dic, quod aut fuit præſtitum ſimplici-
ter, nō habito reſpectu ad dignitatem eius, cui iuratum eſt, nec
ad dignitatem iurantis, & ſemper obligat, ſi hoc poſſunt impor
tare verba iuramenti, argumen. 42. quæſtio. 3. cap. vno. Aut fuit
iuratum reſpectu alicuius dignitatis, ſeu alterius qualitatis exi-
ſtentis in perſona iurantis , vel recipientis, & tunc ceſſante illa
qualitate, ceſſat iuramentum. Exemplum, iuraui tibi, quia eras
Epiſcopus, ſi deponeris ab illa dignitate , non obligor tibi am-
plius, vt in d. capit. venerabilem. Ex parte iurantis pone exem-
plum . Iuraui ſeruare ſtatuta eccleſiæ , tanquam canonicus. ſi
non ſum amplius canonicus , non aſtringor iuramento , argu.
d. capit. venerabilem, & cap. cum inter P. & quod ibi not. de re-
nuncia. & tenet Feder. conſi. 164. † Quæro, an diſpoſitio huius
4 cap. vendicet ſibi locum in promiſſione obediētiæ? Tex. in ca
pit. cum olim, 1. de reſtitu. ſpoliat. videtur velle, quod non, vbi
innuitur, quem poſſe promittere obedientiam pro ſe, & ſucceſ
ſoribus, & alijs fratribus. Solu. ille tex. prima fronte hoc innue-
re videtur, ſed per iſtum, & rationes ſuperius alleg. oportet il-
lum reſtringere , vt ibi dicunt communiter Docto. aſſerentes,
quod promiſſio obedientiæ facta per vnum etiam prælatum,
alios non obligat , niſi de ipſorum mandato promittatur, ſicut
nec votum , nec iuramentum . Sed dicitur ſic , ibi præſtari pro
aliis in ſignum , quod alij debent obedire . Vnde dicunt , quod
quilibet ſuccedens , illam obedientiam facere tenetur, ſed non
cuilibet ſucceſſori , vt hic. Dicunt etiam , quod ſi alij , pro qui-
bus etiam iuratur, ſciunt hanc obedientiam a ſuo prælato præ-
ſtari, vel eorum procuratore, & hoc patiuntur, obligantur effi-
caciter ex iuramento, vel obedientia ſic præſtita, C. de iuramē.
calum. l. 1. & 2. quod eſt no. facit quod in ſimili no. Innocen. in
cap. ex parte Decani, de reſcrip.

ADDITIONES.

a Succeſſorem iurantis. Tu dic, quod iuramentum afficit hæredem, quo ad va-
liditatem contractus, non autem quo ad reatum periurij. Ita not. Ange. in
Authen. de iureiuran. a mor. præſti. §. 1. colla. 5. Bald. in l. 2. C. plus vale. quod
ag. Pau. de Caſt. conſi. 65. & conſi. 305. Et idem eſt in iuramento populi, qui
ſemper eſt idem , & tam ſucceſſores iurantium non ligantur periurio.
Ita multum not. voluit Cardina. in clemen. 1. §. nos. quæſtio. 3. de iureiurā.
Zacharias.
Circa hoc, an iuramentum afficiat ſucceſſorem, & trāſeat in eum, vide Bal.
in l. 2. C. de fru. & lit. expen. ubi ſingulariter dicit , quod ſi quis iurat ob-
ſeruare contractum, vel aliquid facere per ſe, & ſucceſſores ſuos, & hære-
des, iuramentum non obligat hæredes, & ſucceſſores, niſi quo ad obſeruan
tiam contractus, qui tranſit in hæredes, vt in tit. C. vt ab hæ. & contra hær.
& in tit. de hær. act. non etiam obligat ad periurium, nec etiam ad illius pœ
nam. Sebaſt. Sap.
b Voluntatem patris. Pondera quia ſpiritualia ſunt magis penetrabilia. Nec ob.
c. 1. de deſpon. impub. quia loquit̃ in matrimonio & in actu neceſſario, ſed
titulus hæreditarius eſt actus voluntarius. And. Barb.
c Filius. Aduerte tamen, quod licet iuramentum non tranſeat in hęredem quo
ad reatum periurij , tranſit tamen quo ad robur contractus, quando inter-
ponitur ſuper aliquo trāſitorio ad hæredem, vt no. Bal. in l. ſi. col. 4. C. de pa.
Declarat Corſ. in rep. ru. huius tit. in 21. priuilegio. Quod iuramentum tran
ſeat ad hæredem, tenet Pau. de Caſt. in conſi. 167. incip. viſis & conſideratis
omnibus, & in conſi. 13. in 2. parte, ſecundum nouiſſimam impreſſionem, &
Ang. in conſi. 236. incip. ex themate, & actis, & Old. conſi. 241. incip. factum
tale eſt. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum metu mortis, uel rerum amiſſionis, interpoſitum, eſt obligato
rium quo ad eccleſiam militantem.*
2 *Iuramentum uano metu interpoſitum, an ſit obligatorium.*
3 *Diſpoſitio huius c. an habeat locum in omni coactione.*

CAP. XV.

VErum. A iuramento per metum extorto eccle-
ſia ſolet abſoluere, & eius tranſgreſſores,
vt peccantes mortaliter, non puniuntur. Prima pars
ponit quęſtionem, & ipſius reſponſionem Secunda
reſponſionis illationem , ibi. Cęterum. Caſus literalis. Inuiti , &
compulſi fuerūt iurare pro vita, & reb. ſuis ſeruandis: quærebа-
tur, an iſti indigeant abſolutione, an ipſo iure ſint abſoluti? Re-
ſpondet Papa, quod nihil dicit aliud, quam anteceſſores ſui di-
xerunt, qui taliter iurantes abſoluerunt: veruntamen, vt aufe-
ratur materia deierandi, non eſt eis dicendum, vt iur̃m non ſer
uent, ſed ſi non ea ſeruauerint, non ſunt propter hoc tanquam
pro mortali crimine puniendi, ſeu tanquam pro directo periu-
1 rio. B.† No. 1. quod iuramentum metu mortis , vel rerum amiſ-
ſionis pręſtitum, eſt obligatorium, ſaltem quo ad Eccleſiā mili
tantem, quæ nō iudicat de occultis, an ſi iurans habuerit ſe obli
gandi animum, an autem liget quo ad Deum, dic, vt plene, di-
xi. ſupra eo. c. ſi vero.† No. 2. quod iuramentum turpiter recep-
a tum, vt puta per metum, poteſt per ſuperiorem remitti, nec eſt
neceſſe, vt recipiens compellatur prius remittere, ſed poteſt re
cta via adiri ſuperior, vt ab illo tāquam turpiter recepto abſol-
ſoluat, & ſic videtur via ordinaria, de quo plene dixi in c. 1. ſup.
eo. Et licet dicatur hic de abſolutione facta per Papam idem ta
men eſt de Epiſcopo, iuxta no. per Inn. in c. debitores. ſupra eo.
a ſed hic factū narrat. Nota, q̃d exēplis principis a iudicare poſſu-
mus, ad hoc c. in cauſis, infra de re iudic. & 20. diſt. cap. fi. No. ꝙ
tranſgrediens iuramentum meticuloſe pręſtitum , non puni-
tur tanquā pro mortali . An autem peccet mortaliter, ſunt opi-
nio. dic, vt plene dixi in d. c. ſi vero, vbi examinaui intellectum
3 huius c.† Quæro primo, an ꝓcedat tex. in omni coactione? Sol.
dantur duæ limitationes. Prima, vt procedat in coactione con-
ditionali , non in abſoluta , quia tunc non obligaret iuramen-
tum , & ſic non egeret abſolutione. Nam vis abſoluta, non ha-
bet conſenſum, & homo potius tunc dicitur pati, quam agere:
ſupra, quod metus cauſa, capit. factis, de bapti ſ. capit. maiores.
5. diſt. in c. presbyteros, ſecundum Goffred. Dictum eſt verum,
in ſe, ſed dicit Ioan. And. ſe non videre , quomodo quis poſſit
cogi abſolute iurare verbaliter , cum non poſſit quis compelli
præciſe ad loquendum. Vnde Philoſophus, qui Secundus vo-
cabatur

ADDITIO.

a Exemplis Principis. Idem eſt in exemplis virorum magnæ authoritatis, ſecun
dum Bald. in l. nemo. C. de ſent. & interlocu. unde quando exemplis ſit iudi-
candum, per Card. Alex. in c. ſane. 9. diſt. & Ant. & Iaſ. in c. cum mater, ſup.
de re iudic. Seb. Sap.

cabatur, qui propter cauſam matris plus loqui nolebat, Adriano ſcripſit in tabula, Vocis meę proferendę nulla tibi poteſtas eſt. Et Boe. de conſo. narrat, quod cum tyrannus quidam hominem liberum ſupplicijs puraret inducere, vt proderet ſocios coniurationis, ille linguam ſuam momordit, atque abſcidit, & & in os tyranni ſæuientis abiecit. Secundam limitationem ſentit gl. hic ſecunda, dicens tex. non procedere, intercedente vano metu. Nam tunc non abſolueretur iurans, ſed neceſſe haberet ſtare iuramento, argum. in l. metum, ff. quod met. cau. vbi patet, quod non excuſat, niſi metus qui caderet in conſtantem virum. Hoſ. tenet contrarium, dicens, quod etiam ſi metus fuit improbabilis, fiet abſolutio in odium cogẽtium, ne ex dolo ſuo alij reportent damnum, & ipſi commodum, & hoc mihi placet. Nam etiam de iure ciuili ſubuenitur metum paſſo ex iudicis officio, licet non fuerit atrox, vt l. fin. ff. quod met. cauſa, ita not. gloſſ. & Bart. in l. interpoſitas, C. de tranſac. Nec obſt. d. l. metũ, & ſimiles, quia procedunt reſpectu edicti, quod me. cau. non autem reſpectu officij iudicis. De quo vide etiam bon. glo. in c. pen. quod me. cau. in verſic. neque metum. Item ſatis eſt, quod pars turpiter iuramentum receperit, argum. c. i. ſupra eod. Vltimo quæro, an finis literæ intelligatur, quando nulla interueniat abſolutio? Ioan. And. quod ſic, licet quidam contra, ſed tu tene primum, ꝙ ẽt ſentit, gl. pen. ſi n. interuenerit abſolutio, non imponit aliqua pœnitentia, ſup. eo. c. ſi vero.

S V M M A R I V M.

1 *Nunquid pars iniuriata poſſit ignoſcere gratis parti iniurianti.*

2 *Quando agitur de crimine criminaliter, non poteſt compromitti, ſecus ſi agatur ciuiliter.*

3 *Promittens ſtare mandato alicuius, videtur illum elegiſſe, vt bonum uirum & amicabilem compoſitorem.*

4 *Iuramentum in foro pœnitentiali, interpretatur ſecundum intentionem iurantis, ſed in foro iudiciali interpretatur ſecundum ius.*

5 *Clericus, qui ſe obligauit ſtare mãdato epiſcopi, ſi epiſcopus præceperit, quod renunciet beneficio, & quod non appellet, poteſt appellare, & nõ eſt opus, vt petat relaxationem a iuramento.*

6 *Per ſecundum iuramentum, non tollitur promiſſum alteri factum ſolemniter.*

7 *Obligans ſe iuramento ad factum, compellitur præciſe, nec ſuccedit obligatio ad intereſſe.*

8 *Iurans ſeruare laudum, intelligitur iurare de ſoluenda re laudata, uel ſoluenda pœna.*

9 *In obligationibus facti, an ſuccedat obligatio ad intereſſe, quando factum poteſt adimplere.*

C A P. XVI.

VEniens. Si is, cuius mandato ſtare iuraui, aliqd mihi præcepit cõtra iuramentum per me prius licite factum, illud ſeruare nõ teneor. h. d. inhærendo verbis literæ. Sed poteſt aliter intelligi, vt patebit ex. inf. dicendis. In prima parte ponitur querela impetrantis. In ſecunda prouiſio, ibi. Verum. Caſus literalis. Quidam Venetus nomine Alanus habuit verba cum M. Maurien. conuicia inter ſe inferendo, propter quod ille Alanus graues inimicitias dicitur incurriſſe. Quidam amici utriuſque partis volentes eos reducere ad concordiam, ſuggeſſerunt illi A. ut in ſatisfactionem iniuriatum iuraret ſtare mandatis H. & S. & M. conſanguineorum ipſius M. ille non credens ſe tale quid feciſſe, propter quod aliquid graue deberet ſibi imponi, iurauit ſtare mandatis illorum. ipſi præceperunt ei ſub debito iuramenti, quod nunquam curiam intraret, niſi quando omnes generaliter vocarentur. Iſte recepto tam iniquo mandato, acceſſit ad papam, exponens ſibi prædicta, adijciens, quod erat conſiliarius Ducis, & pluribus eccleſijs, quarum erat aduocatus, iuramento tenebatur in iure ſuo adeſſe, & nullo modo taliter iuraſſet, ſi mandatum ſic contrarium præſciuiſſet. vnde ſuper hoc ſcribit papa illis tribus. Venetus dicens, quod ipſe in per hoc ſcribit Patriarchæ Gradenſi, vt ſi mandatum illud priori iuramento licite facto repugnet, ipſum authoritate pa-
1 pæ denunciet non ſeruandum. Bert. † No. quod ſuper ſatisfactione iniuriæ poſſunt partes componendo iurare de ſtando mandato tertij. Item de ſtando mandato offenſi, vt j. e. c. Quintauallis, pro hoc, quia ſolum agitur de partium præiudicio, vnde gratis poteſt pars alteri ignoſcere, vt in c. ſi illic. 33. q. 4. Hinc dicit Hoſ. hic no. verbum, quod quantacunq; ſit iniuria, iudex debet eſſe contentus de ſatisfactione, de qua contentatur iniuriam paſſus. Nam per nudum pactum, remittitur iniuria, ff. de pact. l. ſi tibi decem §. 1. de pig. act. l. ſi rem. Vin. tamen & Inno. ſentiunt aliter. Dicunt enim hic hoc iuramentum ſufficere ꝓ ſatisfactione, niſi tanta ſit iniuria, quod fuerit maiori pœna puniendua, quod arbitrio diſcreti iudicis eſt relinquẽdum. & hoc dictum ego approbo, pro quo allego caſum in l. licitatio. §. qđ illicite, ff. de pub. vbi patet, quod de eo, quod eſt contra priuatum, oritur reipublicę ius agendi ad vindictam. vnde licet pars poſſit remittere, quatenus tangit præiudicium proprium, non
a tamen in præiudicium iuris reipublicę[a] quæſiti, & vide ad hoc quotidianam quæſtionem, quam ponit Bar. in l. inter omnes, §. recte, ff. de fur. facit c. j. & cap. crimina, de coll. deteg. & quod
2 ibi no. & hoc not. † Secundo no. quod licet vbi agitur de crimine criminaliter, non poſſit compromitti in priuatum, de quo tamen dic, vt in cap. penult. §. 1. de in integ. reſtitutio. & l. non diſtinguemus §. Iulianus. ff. de arbit. ſecus tamen, vbi agitur de crimine ciuiliter, vt hic, & l. quid ergo. §. ex compromiſſo, ff. de his, qui not. infa. cap. Quintauallis, prælleg. & cap. literas, de præſump. Not. 3. practicam præcipiendi ei, qui tenetur obedire virtute iuramenti: nam præcipitur ſub iuramenti debito, cõ concor. inf. capit. proxi. Not. vltimo, quod iuramentum generaliter præſtitum de parendo alicuius mandato, non eſt ita interpretandum, vt comprehendat omnia, quæ ex verborum generalitate poſſet comprehendere. Non enim debet extendi ad aliquod contrarium priori iuramento alteri præſtito, vt hic in fi. Nec veriſimiliter eſt cogitatum, vt colligitur ex narratione facti, de quo inf. latius. Vnde dicit hic gl. j. quam no. quod debet intelligi de idoneo mandato, argumẽ. capi. cauſam, de elect. j. vt ſit rationabile & honeſtum, quod mandatur, ſecundum Hoſtien. Quod bene no. pro iſtis iuramentis generaliter præſtitis de ſtando mandato, ſeu arbitramẽto alicuius, de quo
3 aliquid infra, & per hoc ſit expeditum princi. gloſſ. 1. † Oppo. contra hoc, & contra text. videtur enim quod ſtandum ſit dicto iſtorum; etiam ſi ſit iniquum, vt l. diem. §. ſtari. ff. de arbit. Reſpondet gloſ. j. quod iſti non fuerint meri arbitri, de quibus loquitur contrarium, ſed arbitratores, & amicabiles compoſitores, quorum laudum reduci poteſt ad arbitrium boni viri. l. ſi ſocietatẽ. § arbitrorum, ff. pro ſocio Quod placet Hoſtien. & dicit hoc probari in tex. in eo, quod iurauit iſte ſtare mandato, & non ſententiæ. No. bene ex hoc dicto iuncto tex. quod ſi promitto ſtare mandato alicuius, videor illum elegiſſe vt bonum virum & amicabilem compoſitorem; non autem vt arbitrum. Sed ego tunc vltra alios oppo. ſi ergo iſti fuerunt arbitratores, quare papa non reduxit iſtorum laudum ad aliquam moderationem, ſed ſimpliciter mandatum pronunciauit non tenere? Puto poſſe dici, quod totum mandatum fuit iniquum, & ſic non erat aliquid reducibile. Et ſecundum hoc no. bene ad hoc iſtum text. quòd vbi iudex aditus ſuper iniquitate laudi, reperit totum iniquum, poteſt ſimpliciter illud pronunciare non tenere, vel annullare, nec aliquid eſſe, nec in aliquo partem condemnare, vt papa fecit hic. Puto tamen, quòd iudex poſſet condemnare legitime, prout arbitratores potuiſſent, cum ſuccedat in locum illorum. Et ſic poteſt facere, quod illi facere debuiſſent, ſicut dicimus in iudice appellationis, vt in cap. Raynutius, & c. Raynaldus, de teſt. Forte hic non fuit aliquis, qui hoc peteret, nec conſtitit Papæ, quid iſte debuiſſet pati pro illa offenſa; maxime cum alternatim conuincia
4 ſibi intulerint. † Gloſ. 2. primo colligit argu. iuramentum fore
b interpretandum ſecundum intentionem iurantis. [b] Sed ſtatim opp. & remittit ad cap. ex literis, de ſpon. & dic, quod hoc argumen. ſolum colligitur ex narratione partis. ſed ex diffinitione Papæ poteſt colligi argu. contrarium, cum Papa fundet ſe ſuper iuramento contrario prius præſtito, de quo pars nullam fecerat mentionem; ſed de hoc vide tu bonam gloſſ. in c. hoc videtur, §. quæritur. 22. q. 5. & aliquid ſtatim dicam. Sed gloſſ. tranſit ad aliam quæſtionem in ſecunda parte, & quærit

ADDITIONES.

a Iuris reipublicæ. Tu pondera primo, quod hic fuit iniuria vocis, vt apparet, in verbo, Conuicia, & ſic non fuit illata corpori, puta apponere manum contra alium, etiam ſi pœnæ ſtant in arbitrio iudicis, conſiderata qualitate perſonæ, ideo non probatur hoc dictum Hoſtien. in ſpecie, nec dictum Vinc. ſed potius probatur dictũ Hoſtiẽ. habendo reſpectum ad perſonam, maxime quia dicit, quod graues inimicitiæ ortæ fuerint, ſed poſſunt concordari per dictum Bar. in l. 1. §. vſque adeo, ff. de iniur. And. Barb.

b Vtrum iuramentum dubium interpretari debeat ſecundum intentionem iurantis, vel eius, cui iuratur, & de hoc uide gloſ. ord. in §. quæritur. 22. q. 5. & per B. Tho. in 2. 2. q. 99. arti. 2. in fi. vbi concludit, quòd aut iurans adhibuit dolum, & intelligitur ſecundum intentionem eius, cui iuratur. Aut non adhibuit, & intelligitur ſecundum intentionem iurantis, & vide de hoc per glo. in Auth. iuſiuran. quod præ. ab his, in princ. in ver. quatuor euangelia, col. 2. Ant. Franc.

Circa hoc, an iuramentum intelligatur ſecundum intentionem iurantis, uel quomodo, vltra hic allegata, uide Bal. in c. 1. §. item ſacramenta, de pac. iu. fir. in vſibus feu. & Bar. Cæpo. Veron. in rub. ff. de ver. ſign. in 7. q. 6. q. princ. vbi dicit, quod ſit concluſio, quod in foro animæ interpretatur ſecundum intentionem iurantis, in foro autem contentioſo ſecundum intentionem deferentis, & vide D. Car. in cle. 1. in §. fin. in 16. q. de iureiur. & eundem ibidem in 1. q. ubi dicit, quod iuramentum eſt obligatio animæ iurantis ad aliquid aſſerendum, faciendum, vel ſeruandum, Deum vocando in teſtem. & dicit etiam quod deferens iuramentum alicui, quem credit iuraturum falſum, magis peccat, quam ipſe periurus. Ad quod uide gl. no. in c. ille qui cum ca. ſeq. 22. q. 3. & uide etiam Bal. in l. fi. C. de non nu. pec. ubi refert Io. And. hic; & dicit, quòd iuramentum interpretatur, reſtringitur, & ampliatur ſecundum ius in foro ciuili, & ſecundum intentionem iurantis, in foro conſcientiæ, vt dictum eſt ſupra. Seb. Sap.

rit nunquid virtute huius generalis iuramẽti potuiſſet ſibi præ-
cipere, vt cederet bonis, vel vt cidaret bona ſua? Et reſpondet,
quod non, quia non extenditur ad ea, de quibus non fuit cogi-
tatum debet enim iuramentum generale ciuili modo intelli-
gi: quod bene no. Ex dictis Innocẽ. poteſt colligi hæc diſtinctio,
quod aut iuramentum fuit generaliter præſtitum de parendo
mandato alicuius: aut ſpecificè, & determinatè, ſed orit ex poſt
facto dubitatio ſuper ipſius intellectu, & interpretatione. Pri-
mo caſu dicit, quod iuramentum non extenditur, niſi ad ea, de
quibus cogitatum eſt, vel debuit merito cogitari. infra eo. cap.
Quintaualis. infra de deci. cap. ex multiplici, cum ſimilib. Re-
fert alios dicere, & non male, ſecundum eum, non ſufficere, ſi
iurans dicat, Non cogitaui, quod hęc mihi præciperes, dummo
do pęna nõ excedat culpam, imo omnia poteſt præcipere, qua
tenus culpa patitur, niſi ſit contra ius. infra eod. c. Quintaualis,
vel contraria primo iuramento vt hic, vel niſi eſſet tale, quod
ſecundum communem reputationem nũquam iuraſſet, ſi cre
didiſſet hoc ſibi mandari, argumen. cap. petitio. infra eod. & C.
quę res pign. ob. poſſ. l. 1. in fin. ff. de pign. l. obligatione genera-
li, & no. bene hoc vltimum. Secundo membro principali dicit,
quod in conſilio, animæ ſuæ ſecundum intentionem iurantis
eſt interpretandum, ſed in iudicio recipit interpretationem ſe-
cundum ius. infra eod. cap. venientes, quod eſt not. Et ſemper
hic allegatur, quod iuramentum recipit interpretationem, ſe-
cundum ius in iudicio contentioſo, ſed in pœnitentiali, ſecun-
dum intentionem iurantis. Qualiter autem iudex interpreta-
bitur ſecundum ius, vide glo. no. in d § quæritur, 22. quæſtio. 5.
& in c. ex literis. infra de ſponſ. Et reſpectu fori pœnitentialis, vt
conſideretur intentio iurantis, vide bon. tex. cum ibi no. in cap.
tua, de ſponſa. cap. ſignificaſti, de homi. Et per hoc determina-
5 tur quæſtio ſequens † Quidam clericus iurauit ſtare mandato
Epiſcopi, qui præcipit ei, vt beneficio renunciaret, & quod non
appellaret. Certè, ex quo hoc non erat veriſimile, poterit, præ-
a cepto non obſtante, appellare, a & ita fuit determinatum, vt ha
betur in dominicali. quæſtio. 26. Et per hoc dico glo. ſequen nõ
procedere in eo, quod dicit, ſi mandatum iſtud non repugnet
priori iuramento, ſed alias enormem lęſionem inferret in re-
bus temporalibus, quod petenda eſt relaxatio iuramenti. Nã, ſi
veriſimiliter non cogitauit iſtum caſum, non video, quod ſit
opus petere relaxationẽ iuramenti, cum iuramentum non ex-
tendatur vltra conſenſum iurantis, vt patet ex prædictis, & ſe-
mel Ioan. And. in cap. vno, de commo. vbi dicit, quod genera-
lis renunciatio caſuum fortuitorum, non validatur iuramento
ex defectu conſenſus. per hoc etiam poteſt decidi alia quæſtio.
6 † Quid, ſi mandatum iſtorum non fuiſſet contrarium priori
iuramento, ſed obuiaret alias ſolemnis promiſſio: Solut. dicit
Innocen. quod debet ſeruare iuramentum, ſeu mandatum fa-
ctum in virtute iuramenti, & de promiſſo debet aliter ſatisface
re, quod probat hæc litera, ſecundum eum, quia in deciſione
fundat ſe ſuper iuramento, & tamen ſuper facta fuerat mentio
de promiſſo, facit cap. nonne, ſupra de pręſumptio. Hoſtien. im
pugnat hoc dictum, quia ſi primo aliquid licitum promiſerat,
ad illud obſeruandum obligatur apud Deum, ac ſi iuraſſet, 22.
quęſtio 5 cap. iuramenti. Mandatum ergo contrarium, tanquã
contra Deum, & contra ius, non eſt ſeruandum. Item non eſt
præſumendum, quod generaliter iurando hoc ſenſerit, vt man
daretur contrarium ſuæ promiſſioni, argumen. ex ſupradictis.
Item & tertio non videtur concedendum, vt poſſit mandatũ
fieri, per quod alieno iuri, illius ſcilicet cui facta eſt promiſſio,
præiudicetur, quia nec mandatum Papæ ad talia ſe extendit,
ſupra de offic. deleg. ſuper eo, facit l. a. § ſi quis a principe, ff. ne
quid in loco publi. nec videtur procedere, ſecundum eum, di-
ctum Innocen. in eo, quod dicit, quod de promiſſo debet ali-
ter ſatisfacere, quia non poteſt inuito creditore aliud ſolui. l. 2.
§ 2. ff. ſi cer. peta. & Inſtit. de actio §. ſi quis agens. Item quia poſ-
ſet contingere, quod aliter ſatisfacere non poſſet, niſi adimplẽ-
do, quod promiſit. Finge enim quod promiſit cõtrahere cum
Berta, & nunc mandatur ne cõtrahat, certe non valet, quia pri-
mam fidem non iuratam ſeruare tenetur. infra de ſpon. cap. ſi-
cut, & ſunt iſtæ rationes multum vrgentes contra Innocen. Do
mi. Anto. dicit ſe putare, quod ſi prima promiſſio obligat pręe-
cisè, vt quia eſt obligatio dandi, non arctaretur ad præceptum
ſecundi iuramenti, niſi pars de alio contentaretur, ſcilicet cui
facta fuit promiſſio. Sed ſi eſſet obligatio non præciſa, vt in ob-
ligationibus facti, in quibus quis præciſe non obligatur ad fa-
ctum, ſed ad intereſſe, tunc quia poteſt implere primum, & ſe-
cundum ſaltem ſpecificum iuramentum, ad hoc obligaret, li-
b cet non forte generaliter, vt ſi vni primo promiſi b tradere rẽ,
poſtea promitto alteri, & iuro. Nam poſſum ſeruare iuramen-
tum tradendo ſecundo, & promiſſum ſatisfaciendo de intereſ-
ſe, & dicit ſe putare hanc fuiſſe mentem Innocen. ſecus autem
7 eſt in iuramentis. † Et dicit hoc not. in obligationibus iuratis, vt
quis pręcisè compellatur ad factum, maxime cum iuramen-
tum habeat vim illius clauſulæ, Si non valet, quo ago, vt ago
valeat meliori modo, quo poteſt, vt no. in l. cum pater. §. filius
matrem, ff. de lega. 2. & cap. ad noſtram, il 2. infra eod. titu. Et ſi
hoc eſſet verum, multum limitaret materiam l. ſtipulationes,
non diuiduntur. ff. de verborum obligatio. Vult ergo in effe-
ctu Do. Anto. quod promiſſio non iurata, non obliget pręcisè
ad factum de iure canonico, ſicut nec de iure ciuili, ſecus ſi fuit
iurata. Sed ego dubito, an hęc concluſio ſit vera, & contra pri-
mum membrum facit multum, quia apud Deum & reſpectu
peccati, pariter obligat ſimplex promiſſio, & iuramentum, vt
in d. c. iuramenti. licet non in quantitate reatus, vt no. in c. pe. ĩ.
eo. idem expreſsè videtur facere c. 1. de pac. & expreſſius c. qua
liter, eo. tit. vbi dicitur, ſtudioſè agendum eſt, vt ea, quæ promit
tuntur, opere compleantur: vnde pondera illud verbum gene-
rale, Promittuntur, & illud, Opere compleantur, & ſic requirit
complementum in forma ſpecifica, & non reſpectu intereſſe.
8 † Contra membrum ſm. in quo dicitur, ſecus in iuramento, fa
cit no. dictum Inn. in c. per tuas, de arb. vbi dicit, ꝙ licet iuramẽ-
c tum c interuenerit in compromiſſo de ſeruando laudo, non ta-
d men per hoc pręcisè d compellitur ad ipſius obſeruantiam, ſed
debet intelligi iuramentum, quod ſeruabit ſententiam ar-
bitri,

ADDITIONES.

a Appellare. De multis clauſulis, quę intelliguntur in iuramento, vide per Bal. in l. fi. C. de non num. pec. & per Lud. Rom. plene in l. ſi ff qui ſatiſd. cog. vbi etiam Iaſ. in 2. colum. multa accumulat, & per Ang. de Aret. in §. æque, inſti. de exce. col. 2.

b Primo promiſi. De hac quæſtione uide Io. de Imo. in c. cum cõtingat, col. 234. & ſeq. inf. eo. quem refert & ſequitur do. Iaſ. in l. quoties. colũ. 10. ver. nunc. vltra regulam & fallentias, C. de rei uend. uide Fely. in c. cum ſuper, colũ. 3. ver. no. & ſupra de off. deleg. & Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante, col. 3. Inſtit. de actio. Seb. Sap.

c Licet iuramentum. Vide allegata per Do. Iaſ. in l. ſi pecuniam, in prin. col. antepe. ff. de cond. ob cau. & ibi etiam tradit, an iuramentum intelligatur ſecũ dum naturam illius obligationis, ſuper qua interponitur, de quo etiam uideas late per eundem Dom Iaſ. in l. ſi conuenerit, ff. de iuriſd. om iudi. & in l. ſi inſulam, in vlt. char. colum. 2. ff. de ver. obl. & Dec. poſt alios in c. 1. colũ. 20. cum ſequen. ſupra de iud. & Alexand. in conſi. 42. in 1. col. in ver. 2. quia tranſactio. in 1. volum. Alexan. in l. nemo poteſt, in 4. col. ubi Iaſ. col. 7. ff. de lega. 1. Seb. Sap.

d Præciſè. Et hanc opin. quod iuramentum neque de iure ciuili, neque de iure canonico obliget quem præciſe ad factum, tenuit, dom. Anto. ſibi contrarius. in c. 1. in 27. colum. de iud. tenent Inno. & dom. Anto. in capit. per tuas, de arb. Ioan. de Imo. ſibi contrarius, in l. 2. §. ſed ſi quis, in vlt. col. ff. de don. Pet. de Anch. in cap. ſi ne pr ula. vi. ſu. & ibi Ioan. de Ana. 10 j. colum. & Fulg. in l. ſi pecuniam ff. de cond. cauſa data. Et pro hac ſententia, vltra motiuum, quod facit iſte hic, in hoc ver. contra membrum ſecundum, &c. cui reſpondet infra in ver. Nec obſt. facit ſecundum Pet. de Ancha. in d. cap. ſi. & Ioan. de Ana. ibi in vlt. colum. nam ille, qui promittit factum promittit duo, vnũ expreſſè, aliud tacitè. Nam promittit facere, iſtud eſt expreſſum, & ſi non faciat, promittit intereſſe, illud eſt tacitum, l. ſtipulationes non diu. ff. de verborum oblig. in ver. Celſus, & l. ſi quis ab alio. §. fin. ff. de re iudic. Et in electione eius eſt, quod ex duobus iſtis impleat, vt dictis iuribus. Sed iuramentum etiam de iure. ciui. ſi apponatur, recipit tacitas conditiones ſecundum contractum præcedentem, cap. quemadmodum, de iureiuran. l. fina. cum gl. ff. de lib. cauſa. ergo qui promittit factum & iurauit, cum intelligatur duo promiſiſſe, expreſſum vnum & tacitum aliud, ſi interponitur iuramentum, non eſt uerum dicere, quod præcisè obligetur ad factum. Ad hoc fundamẽtum, quod ſatis vrget, reſpon. in forma, quod iuramentum interpoſitum ſuper contractu, debet ſentire naturam contractus primordialem, & non naturam accidentalem, quæ ex mora contingat, gl. eſt no. in l. certi condictio, in princip. in gloſ. 1. in fin. ff. ſi cert. peta. Probatur in fin. in l. item veniunt. §. cum prædiximus, ff. de peti. hæred. tunc ſic, ſi promittatur factum, tunc obligatur ad factum. Sed eo caſu, quo non faciat, bene propter moram ſuccedit oblig. ad intereſſe, ergo iuramentum interpoſitum intelligitur ſecundum naturam primordialem contractus, non autem accidentalem, quæ ſuccedit ex mora. Tertio pro iſta opin. mouetur dom. Anto. in d. cap. 1. per illud, quod ibi uolunt Calde. Imo. Hoſtien. & Ioan. And. ubi uolunt, quod ſi ſit factum compromiſſum in arbitrum, & ſit iuratum ſtare ſententiæ arbitri, concludunt tamen quod tale iuramentum non obliget præciſe. Sed huic fundamento eſt facile reſpondere per tex. no. apud legiſtas in terminis noſtris in l. ſi libertus iurauerit, ff. de ope. lib. ubi eſt tex. quod ſi libertus iurauerit ſtare arbitrio, uel patroni, uel alterius, intelligitur ſi æquum fuerit arbitratus. Sed illud non poteſt conuenire in terminis noſtris. Quarto mouetur Imol. in d. §. ſed ſi quis. & Fulgo. in d. l. ſi pecuniam, quia iuramentum de iur. ciu. non eſt modus inducendi obligationem, niſi in liberto, l. vt iuriſiurandi, in princip. ff. de ope. libe. Si ergo quis promiſit factum, & iurauit, quomodo iuramentum poteſt de iur. ciuil. obligare præciſe ad factum. ad hoc reſpon de primo, prout reſpon. Fulg. in d. l. ſi pecuniam, quod ueriſſimum eſt, quod iuramentum de iur. ciui. non inducit obligationem, ſed iſte, qui promiſit factum, & iurauit, neceſſitatur pręciſe facere uirtute iuramenti, non quod iuramentum obliget de iure ciuili, ſed quia aliàs incidit in periurium, & efficitur infamis. l. ſi quis maior, C. de tranſactio. l. Lucius, ff. de his, qui no. infa. Vel aliter reſponde, & plenius, quod iuramentum in terminis noſtris non inducit obligationem, ſed inductam bene qualificat. Nam pone per ſtipulationem promiſi facere ædificium, & iuraui, certe uirtute obligationis ſum obligatus facere ædificium, tamen in obligationibus facti cogor pręciſe facere, quia iuramentum non inducit obligationem, ſed bene qualificat, & hic in terminis noſtris non inducit obligationem, ſed inductam bene qualificat.

Concludo ergo, quod hęc eſt uera concluſio, quod tam de iure ciuili, quam canon. in obligationibus facti iuramentum ſimpliciter interpoſitum obligat pręciſe ad factum. Et hanc ſententiam eſſe tenendam conſulendo, & iudicando, quamuis articulus ſit uarius, & diſputando poſſit

vtraque

vtraque pars teneri, & iſtam opin. tenet primo gloſſella in ver. neceſſe habeas, in d. l. ſi perenniam, quam ad hoc not. Bald. ibi & in mille locis, in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter in 9. colum in ver. nunc quarto de aliquibus Bal. in l. ſed hæ §. prætor, ff. de procu. & in præludijs feud. in 7. colum & cum illa gloſ. tenent Ioan. And. Hoſt. & Imo in c. per tuas, de arb. vbi etiam Mod. ſatis plene examinant hunc paſſum, in 16. col. & ſeq. Idem tenet Inn. in c. 1. de iud. tenet Lud. & magis communiter alij Mod. in d. l. ſtipulationes, & D. Mattheſi. in ſuis not. dictis in no 55. & facit in primis trita regula can. quod iuramentum, quod poteſt ſpecifice ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, ſeruandum eſt, quamuis damnum, & damnum inferat. cap. cum contingat, de iureiuran. c. 2. de pact. in 6. Secundo facit tex. in cap. ad noſtram, il 1. de iureiuran. Tertio facit l. cum pater, §. filius matrem, ff. de le. 2. de quo vide infra eo. in cap quarto, in 2. colum. verſi. ex hoc patet, cum his quæ ibi addidi. Quarto iſta pars optime ſuadetur per tex. ſing. in l. fideicommiſſa §. ſi. ff. de leg. 3. vbi ſi teſtator grauauit hæredem, quod faceret opus reipublicæ, dicit ibi tex. quod præciſe tenetur facere, & non poſſet ſoluendo intereſſe liberari. Siue ergo dicamus, quod illud ibi ſit fauore vltimæ voluntatis, ſiue fauore reipu. cui opus debet fieri, quod iuramentum obliget ad factum eſt longe maior fauor iuramenti, quam reipub. Anima enim cunctis rebus præferenda eſt, l. ſancimus, C. de ſacroſan. eccle. Quinto pro iſta ſententia eſt melior tex. de iure in c. ſi. ne præla. vi. ſu. & ibi D. Anto. ad hoc no. illum tex. Confirmatur iſta pars: iuramentum & ſententia æquiparantur, l. 2. & l. ſed, & ſi poſſeſ §. ſi cum de hæreditate, ff. de iureiur. Sed ſi in ſententia quis fuerit condemnatus ad factum, virtute ſententiæ obligatur ad factum, & non poſſet ſoluendo intereſſe liberari, vt eſt gl. reputata ſing. in l. qui reſtituere, in ver. condemnandus, ff. de rei ven. & ibi Bal. & Ang. ad hoc no. illam gl. ſi ergo ſententia obligat præciſe ad factum, multo magis iuramentum. Et iſta pars eſt magis communiter approbata, & vltra Doct. præalle. tenentes iſtam partem, adde quod illam partem tenet Inn. in c. 2. de pig. Ro. in d. l. ſtipulationes in prin. Bal. in d. l. 1. in 9. col. & Sal. 16. col. Alex. in d. l. ſtipulationes, & in conſi. 179.

Vtrum iuramentum obliget iurantem, præciſe ad factum, licet multa hic dicantur, exiſtimo quod præciſe non obliget, quia in obligationib. facti ineſt obligatio ſucceſſoria ad intereſſe, ne quis obligando ſe ad factū præciſum, videatur ſe obligare ad ſeruiturem quandam, vt plene traditur in l. ſtipulationes non diuiduntur, in verſi. Celſus, vbi propria materia, de verb. oblig. Iuramentum autem habet vim clauſulæ, vt actus valeat eo modo, quo valere poteſt, l. cum pater. §. filius matrem, ff. de l. g. 2. habetur per Bar. & Doct. in l. ſi quis maior, C. de tranſa. & in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, & ibi plene per Alex. ff. de ver. ob. Si ergo obligatio facti non tenet reſpectu ipſius facti deducti in obligatione, ſed tantum reſpectu obligationis ſucceſſiue intereſſe, ergo iuramentum interpoſitum ſuper facto operatur obligationem in intereſſe. Putarem tamen, quod ſi eſſet interpoſitum iuramētum in caſu, in quo quis poteſt præciſe ſe obligare ad factum, puta in caſu glo. l. ſtipu. ff. de ope. nou. nunciatio. tunc tale iuramentum firmaret illam promiſſionem præciſam, & hæc opin. mihi videtur eſſe magis æqua, quia iuramentum non validat promiſſionem inutilem, vt per Barto. in l. ſi quis pro eo, de fideiuſſo. Anto. Franc.

bitri, ſicut iurauit, vel pœnam ſoluet, vt ſic iuramentum intelligatur alternatiuum, ſicut eſt materia ſubiecta, ſuper qua fuit interpoſitum. Ergo idem eſſet dicēdum in propoſito, quod ſi interponitur in obligationibus facti, debet interpretari ſecundū naturam illius obligationis, vt ꝙ faciat factum, vel ſoluat intereſſe. In hac ſatis dubia q. ego putarem, quem obligari præciſe ad factum, ſi illud adimplere poteſt, dummodo non ſit contra bonos mores, ſiue promiſſio ſit iurata ſimplex. & loquor de iure diuino, & canonico. Moueor per dictum c. 1. & c. qualiter, de pac. & præalle. c. iuramenti, & per illud Pſalmiſtæ. Quæ procedunt de labijs meis, nō faciam irrita. 21. diſt. c. pſalmiſta. facit c. licet de voto. & de ſpon. c. ex literis. 2. & infra eo. c. & ſi Chriſtus. & infra c. prox. & bo. tex. in c. nouit, de iud. Nec obſtat ſi dicatur, quod de natura ipſius obligationis facti eſt, vt ſufficiat dare in-
6 tereſſe, quia hoc primo poſſet negari, etiā de iure ciuili. † Sunt enim in hoc multæ opi. adeo, vt multi non paruæ authoritatis tenuerunt, ꝙ ſi quis poteſt adimplere factum, tenetur præciſe ad illud, ſed ſi culpa ſua non poteſt adimplere, vel poſt moram inutile eſſet alteri parti factum adimplere, tunc ſuccedit obligatio ad intereſſe, vt no. in d. l. ſtipulationes non diui. & in l. ſi quis ab alio, in fi. ff. de re iudi. Sed tenendo aliam opin. quæ videtur magis communis, & eam ſequitur Bart. in d. l. ſtipulationes, qđ in obligatione facti cauſata ex conuentione partium, ſufficiat ſoluere intereſſe, adhuc dico, quod non procedet de iure can. vel diuino. Ratio, quia fundamentum illius opin. eſt, quoniam ſtipulatio fuit inuēta a iure ciuili, vt quis ſtipularetur, quod ſua intereſſet, ſatis eſt ergo, vt habeat ſuum intereſſe. Ita dicit Bart. in d. l. ſtipulationes, & ſic illa opi. fundatur ſuper natura ſtipulationis. Sed de iure diuino & canonico alia eſt ratio, propter quā quis tenetur adimplere promiſſum, maxime iuratum, ne ſcilicet incurrat peccatum, veniendo contra promiſſionem ſuam, & decipiat ſic proximum, vt in d. c. 1. & c. qualiter, de pac. Item iuramentum tendit in Deum, in c. debitores, ſupra eo & tenetur quis ex diſpoſitione legis diuinæ reddere ſua iuramēta Domino, d. c. & ſi Chriſtus. Nam & ipſe Bar. vult, quod vbi obligatio deſcendit a lege, compellatur quis præciſe ad factum, argu. in l. qui liberos. ff. de ritu nup. cum ſi. Item ſi à teſtatore, idem niſi inducat ſpeciem ſeruitutis. l. Titio. § Titio, ff. de condit. & demonſt. Idem ergo debemus dicere in obligatione cauſata ex conuentione, partium, cum iura diuina & canonica mandent illam ſimpliciter obſeruari. Nec obſtat c. per tuas, de arbi. vbi videtur, quod promittens ſtare ſententiæ arbitri, præciſe non cogit, ſed ſufficit pſtare intereſſe, vel penā ſoluere, vt ibi & in c. dilecti, eo. tit. Poteſt enim reſponderi, quod ibi præciſe & determinare ſe non obligauit ad certum quid, ſed in genere, vt ſtaret laudo dicendo: vnde, ne arbiter poſſit ad libitum lædere, iura ſtatuerunt, vt ſoluere pœnam ſufficiat, vel intereſſe, quia vt dixi, non interuenerit purus conſenſus ſuper laudis. Videmus enim, quod poſt emologationem non competit aliquod remedium, l. pen. C. de arb. & d. c. per tuas, per quod puto, quod ſi cōpromittens aliquo modo cogitaſſet, quod arbiter poſtmodum pronunciauit, & habuiſſet animum ſe obligandi ad illius obſeruantiam, quod ſine peccato non potuiſſet retrocedere, arg. d. c. iuramenti. Ceſſat enim hoc caſu ratio præmiſſa, & per hoc concludo cum præalleg. opi. Hoſti. ꝙ ſiue ſequatur iuramentū generale, vt in terminis huius c. ſiue ſpeciale, vt in exemplo D. Anto. nunquam tollitur præcedens contraria promiſſio. Videtur enim iuramentum temeratium contra promiſſionem ſuā, d. c. iuramenti, & bo. tex. in c. ex literis, & c. ſicut, ſupra eo. & ipſemet Innoc. contrarium videtur ſentire, vt in c. ſicut, de ſponſalib. vbi dicit, quod ſi primo contraxi ſponſalia cum vna, ſine iuramento, deinde contraxi cum alia cū iuramento, valent priora, licet ſine iuramento, quaſi non valeat iuramentum contra promiſſionem alteri factam. & ad iſtum tex. dicit, quod narrat factum. Nam iſte obligauerat ſe iſtis eccleſijs per iuramentum, vnde expone text. ex promiſſo, ſcilicet iurato. Et hoc colligitur ex reſponſione Papæ, qui ſimpliciter fundat ſe ſuper priori iuramento, nec mandat cōditionaliter inquiri, ſi iurauit. Et ſic habes hanc vtilem materiam declaratam, & deciſionē ad multas alias conſimiles quæſtiones. Et faciunt hæc ad aliam quæſtionem. Quidam filiusfam. vel clericus iurauit non exire diſtrictum Senēſem, ſine licentia creditoris: demum reuocatur per patrem, vel epiſcopum, nunquid licetia non obtenta poſſit in-
a de recedere? Vide a Ioan. And. in reg. in malis, de regu. iur. lib. 6. in Mercu. & Feder. conſi. 191.

ADDITIO.

a Vide. Et dom. Anto. hic, quia etiam poſuit hanc quæſtionem in cap. conſtitutus, in 3. colum. de reſcrip. Et iſtam q. in terminis vide per Pau. de Caſt. in l. in operis, ff. loca. & facit, quod no. Hoſt. in ſum. de maio. & obed. §. ad quod obediens, verſic. quod ſi duo. & quod plenè & plenariè habetur, in l. fina. ff. qui ſatiſd. cog. Et de iſta q. in terminis vide per Imo. in rep. c. cum contingat in ti. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non ſuſpendit obligationem pure quæſitam.*
2 *Religioſi appellantes a præcepto ſuperioris non euadunt notam tranſgreſſionis obedientiæ.*
3 *Qui petunt ſententiam arbitri reduci ad arbitrium boni viri, non obſtante iuramento, an ſint periuri.*
4 *Periurium impeditur ex difficultate, & an difficultas impediat obligationem.*
5 *Qui iurauit eccleſiam defendere, an teneatur defendere ſine requiſitione.*
6 *Promittens defendere eccleſiam, an teneatur, ſi eccleſia ei fidem non ſeruat*
7 *Promittens defendere eccleſiam, ſi eccleſia, uel prælatus ſibi auferat ſalarium an teneatur defendere.*
8 *Promittens iuuare eccleſiam, an teneatur contra conſcientiam.*

CAP. XVII.

Breuis ſciſcitatus. Qui iurauit eccleſiam defendere, & requiſitus ſine iuſta cauſa recuſat, periurus eſt, nec eum defendit appellatio. & ſecunda, ibi, Reſpondemus. Caſus literalis. Aliquis iurauit defendere, ac ſeruare pro poſſe ſuo iura alicuius eccleſiæ, eccleſia requirit ipſum neceſſitate imminente ſub debito iuramenti. ipſe appellat: quæritur, vtrum incurrat periurium, ſi eccleſiam, non defendat, an prætextu appellationis a periurio excuſetur? Rñdet Papa, quod in hoc articulo appellatio non excuſat illum a periurio, imo periurij reatū incurrit, niſi difficultas, ſiue neceſſitas ipſum excuſet propter q̄ non poſſit eccleſiæ ſubuenire. B. Not. practicam præcipiendi ei, qui iurauit obedire. Præcipitur enim ſub iuramēti debito, concor. ſupra eod. capit proxi. Secundo no. quod non obediens ſecundum iuramentum proprium, incidit eo ipſo in periurium, nec
1 requiritur aliqua ſententia. † No. quod appellatio, etiam ſecundum iſta tempora, non ſuſpendit obligationem purè quæſitā. Et hodie hæc decre. non habet dubium, cum appellatio etiam extraiudicialis nihil valeat, niſi ſit rationabilis, infra de appellat. capit. vt debitus, & cap. 1. eod. tit. lib. 6. Et oportet, quod exprimat cauſam, vt ibi. Sed olim dubitabatur ex eo, quia omnis appellatio, quæ non erat manifeſtè fruſtratoria, deuoluebat cauſam ad ſuperiorem. 2. quæſtio. 6. capit. ad Romanam, & not. in c. vt debitus, & per glo. in d. cap. ad Romanam. Sed ratio decidendi in contrarium fuit duplex, ſecundum Goffred. Prima, quia per appellationem non poteſt impediri, quod perpetuo edicto fieri præcipitur, ff. de app. non rec. l. vlt. 2. quæſt. 6. c. ei, qui §. diffinitiua. Sed perpetuo edicto præcipitur, ne in vanum no-

men Dei aſſumatur. Item ne violetur iuramentum,infra eod. cap.& ſi Chriſtus.& 21. quæſtio.5. cap.quacunque.Secunda ratio, quia licet ſecundum iſta tempora appellatio ſine expreſſione cauſæ eximeret a iuriſdictione, non tamen ab obligatione,
2 vt ſupra dixi. †Et ex hoc, & ex tex.not.contra religioſos appellantes, vt plurimum ſine cauſa legitima a præcepto ſuperioris. Non enim euadunt notam tranſgreſſionis obedientiæ, vel iura
3 menti, ſi prius iurauerunt. †Item etiam optimè facit iſte text. contra iſtos, qui appellant, ſeu petunt laudum reduci ad arbitrium boni viri ſine caſa legitima non obſtante iuramento præſtito de ſtãdo laudo. Si enim poſtea declaratur laudum non reducendum,patet eos eſſe periuros,niſi probabilis error eos excuſet,argumen.cap.ſacro,de ſentẽ. excommunic. videte,quod dico,infra,eo.c. Quintauallis.Vltimo no. iſtã gl.i.quod ſicut difficultas excuſat a periurio, ſic & neceſſitas,ſupra eod.c.que-
4 relam,& l.fin.ff.qui ſatiſda.cog.†Sed contra hoc opp.de l.continuus actus.§.illud quoque.ff.de verborum oblig.So.glo.1.reſpondet, quod difficultas a impedit periurium committi, ſed
a non liberat à pœna conuentionali, vt in cõtrario. Damaſus in ſua tertia quæſt.dicitquod ſi impedimentum prouenit ex caſu, non committitur pœna,ſecus,ſi per hominem, ff.ad leg.Aqui. l.proinde.Ad materiam, quod no.per Dyn.& Ioan.And.in re.
b peccatum,de reg. iur. lib.6. vide tu latius b per Barto.in l.quod te, ff. ſi cert.petat.& in d.§.illud, vbi multa proſequuntur circa hanc materiam,& aliquid ponit,in l.ſi deceſſerit,ff.qui ſatiſda. cog. & quantum ad propoſitum in effectu dicit, quod aut pœna venit committenda ex conditionis euentu,aut ex commiſſione moræ. Primo caſu difficultas præſtationis, non impedit committi pœnam,vt probatur in l.in illa ſtipulatione, ſi Calendis.ff.de verborum obligatio.Exemplum,ſi tibi non dedero Stichum in Calendis Martij, promitto dare centum: certè licet caſu moriatur Stichus, teneor nihilominus dare centum. vt in d. l.in illa ſtipulatione,& hoc ideo,quia pœna venit committenda, non ex mora, ſed conditionis euentu,ſcilicet ſi non dedero Stichum,licet glo.aliud dixerit, in d.l.ſi deceſſerit. Secundo caſu pone exemplum, promitto tibi dare Stichum, & ſi non dedero,promitto tibi dare centum.Subdiſtingue,aut in obligatione eſt factum, aut aliquid dari. Primo caſu, difficultas impedit moram committi, & per conſequens pœnam, vt l.ſi vehenda. §.penult. ff. ad leg.Rhod. de iac. vt puta promiſi ſub certa pœna certo tempore conducere res tuas ad certum locum, certè, ſi caſu fui impeditus non committitur pœna, vt in d.§.penult. Secundo caſu, etiam ſubdiſtingue, quod aut certam ſpeciem dari eſt in obligatione, aut quantitatem. Primo caſu pœna euitatur ex difficultate præſtandi, vt ſi ſub certa pœna promiſi dare Stichum, qui caſu mortuus eſt ante moram, vt in d. l. quod te,& d.l.ſi homo mortuus, ff.de verborum obligatio.Tertio caſu dicit moram committi,& per conſequens pœnam,vt d.§.illud. Nam ſi incendium non liberat ab obligatione quantitatis, vt in l. incendium. C. ſi cert.peta. fortius nec difficultas.Et poteſt eſſe ratio huius diuerſitatis, quia vbi quantitas eſt in obligatione,difficultas non liberat, quoniam totum genus perire nõ poteſt. Obligatio vero eſt in genere, cum certa quantitas promittitur,vt in l.in ratione.§. diligenter,ff.ad l.Fal.Quod intellige, niſi quantitas debeatur, vt ſpecies, vt puta promitto cẽtum ex his, quæ ſunt in illa archa, tunc eſt idem dicendum,quod in obligatione certæ ſpeciei,vt no.in d.§.diligenter,& in l.talis ſcriptura.ff.de lega. 2. & ſic tempera dictum Barto.Item in alio limitarem ſuum vltimum membrum.Dicerem enim,quod vbi quantitas eſt in obligatione, & ex poſtfacto promiſſor fuit impeditus per eum, contra quem non poteſt habere regreſſum, ſeu caſu fortuito,& tunc pœna non committitur,ſeu ſaltem reſtituetur ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa. & eſt argumen.opt.in cap.ſignificante,de pig.& in cap. 2.de conſtit.& in cap.ex literis,de in integ.reſtit.& l.1.ff.qui.ex cau.ma.Fateor tamen, quod difficultas, ſeu caſus non liberat ab obligatione,& ſic loquitur l. incendium, & l.continuus.§.illud periurium autem ſemper impeditur ex difficultate, quia iuramentum obligat data duntaxat facultate, 22. queſtio. 2. cap.beatus, & infra eo.cap.& ſi Chriſtus,ſupra eo.cap.querelam. An autem impediatur vinculum excommunicationis, ſi iuſſus aliquid facere, minimè fecit propter difficultatem faciendi, vide bon. gloſſ.&
5 quod ſuper ea dixi,de teſti. cog. in c.2.† Vlterius quæritur.text. loquitur,quando is, qui iurauit eccleſiam defendere,fuit requiſitus; dubitatur, nunquid ſine requiſitione teneatur illã defendere?Glo.2.arguit pro, & contra, & nihil concludit. Ioã. And. remittit ad Spec.in tit.de aduo.§.1. ver.ſed nunquid is,qui iurauit. Et dicit, quod quicquid hic,& ibi dicatur,attendenda ſunt verba iuramenti.Aduerte,aut iſte iurauit defendere eccleſiam requiſitus, & tunc non tenetur, niſi requiratur,arg.c.porro,de priui.Aut iurauit ſimpliciter defendere eccleſiam,& tunc tenetur etiam ſine requiſitione, ſi ſciret eccleſiam ſuo patrocinio indigere,vt in c.de forma.22.q.5.& argu.l.in illa ſtipulatione per te.ff.de verb.obl.Sic ſalua.Spec.in præalleg.loco, & vide ad materiam bonam gl. in c.cupiente.§.ſi vero,de elect.lib. 6. in ver
6 contempſerit.† Vlti.quærit gl.nũquid iſte, qui iurauit eccleſiam defendere, incidat indiſtincte in periurium, ex nõ defenſione? Et reſpondet,quod non, & ponit tres caſus,in quibus non tenetur defendere. Primus, ſi eccleſia non ſeruauit ei fidem in ſuis neceſſitatibus. Secundus,ſi eccleſia ei ſubtraxit ſuum ſalarium conſuetum. Tertius, ſi eum remordet conſcientia de iniuſtitia cauſæ.Dicit tamen gl.quod hoc caſu licet aduocatus debeat ſequi ſuam conſcientiam, eccleſia tamen habebit eum pro periuro, ex quo nõ defendit eccleſiam,vt promiſit,arg.c.literas,de reſt.ſpol.Aduerte primo circa primum caſum. Si enim eccleſia promiſit ſibi aliqua in ſuis neceſſitatibus, & poſtea non ſeruauit,non videtur iſte caſus in effectu differre a ſecundo, ideo tũc dicendum,vt ſuper eo dicam. Si vero gl.intellexit de fide tacite præſtita,ſecundum quoſdam,qui dicunt,quod ſicut vaſallus tenetur adiuuare dominum in neceſſitatibus, ita & dominus vaſallum ad hoc,quod legi.& no.in cap. de forma.22.quæſt. 5. quaſi velit glo.quod eccleſia etiam vltra expreſsè promiſſa,teneatur ſubuenire iſti,qui iurauit defendere eccleſiam in ſuis neceſſitatibus.certè glo.non bene diceret.Satis enim eſt dominũ teneri in his, quæ expreſſe promiſit, argum.in l.ſicut,C.de act. & obliga.Et fortè ob hoc voluit Gui.Naſo hic,quod vaſallus teneatur iuuare dominum, licet dominus non iuuerit vaſallum. Ratio, quia vaſallus tenetur per iuramentum, ſed dominus tenetur vaſallo ex vrbanitate,& nulla pęna eſt non facienti id,ad quod ſolum tenetur ex vrbanitate,vt no.C.de pig.l. creditores. & l.ciuile,C.de fur. & infra,de loca.cap.potuit, & hoc circa pri-
7 mum caſum.† Venio ad ſecundum,in quo gl.dicit,quod ſi eccleſia illi ſubtraxit ſalarium conſuetum,&c.Hoſt.& Ioan. And. dicunt dictum gl. procedere,quando tota eccleſia delinquit in ſubtrahendo ſibi ſalarium,ſecus ſi ſolus pręlatus,alias agat contra prælatum,& iuuet eccleſiam, argumen.in reg.delictum,de reg.iur. lib.6. niſi iſte ſub conditione iuraſſet, ſcilicet ſi ſibi ſalarium ſolueretur,ſupra eo.c.peruenit, quaſi velint,quod hoc vltimo caſu ſufficiat ad non defendendum, quod ſalariũ ſibi nõ ſoluitur.No.bene ex hoc dicto,quod factum ſolius prælati ſufficit,vt deficiat conditio, non autem, vt contractus modalis ſoluatur, modo per ipſum prælatum non ſeruato,& de hoc vide, quod no. in d.cap,peruenit.& in cap. verum,infra,de condi.appoſi. Et ratio diuerſitatis poteſt eſſe, quia vt contractus conditionalis diſſoluatur, ſatis eſt conditionem non fuiſſe adimpletam,etiam ſi ſine culpa hoc contingit,vt in l.in illa ſtipulatione ſi Calendis, ff. de ver.oblig.& quod no. Bart.in d.l.ſi deceſſerit. Sed quod diſſoluatur propter modum non ſeruatum,exigitur mora,vt d.c.verum ſed factum ſolius prælati non facit eccleſiã
8 eſſe in mora,arg.16.q.6.c.ſi Epiſcopum.† Venio ad tertium caſum, in quo gl. vult, quod cõtra conſcientiam,non tenetur iſte iuuare eccleſiam,ſed eccleſia habebit eum pro periuro. Hoc vltimum non non placet Hoſtien. quia ſic daretur materia cuiq, per iuramentum adſtricto ad adiuuandum eccleſiam, auferendo beneficium ſeu ſalarium deputatum, contra cap. ſatis peruerſum.56.diſtin.ſupra eo.c.querelam,& ſic iſte pateretur damnum,vnde deberet præmium conſequi,contra c.ſanè,de reũ. Nec ob. ſecundum eum,iura,quæ alleg.glo.quia loquuntur in matrimonio,vbi timetur colluſio, de eo, qui cog. conſan. vxo. ſuæ,capit.ſuper eo.& in quo vertitur periculum incontinentiæ, nec poteſt per aliũ licitè deſeruire. Secus in officio aduocationis,quod per alium expediri poteſt, C. de iudic.l. rem non nouam.Dabit ergo iſte ſubſtitutum bonum, quod ſalua conſcientia facere poterit arg.ff. de neg.geſt.l.at qui natura.§.cum abſente.& l.prætor.ff.de iur.om.iudi.& ſi non poſſet alium inuenire, nõ habebitur ſtatim pro periuro, ſed cõſiderabitur arbitrio boni viri,ponderata qualitate perſonę aduocati,& cauſæ, an hoc faciat fraudulenter.Et ſi apparet fraus, procedatur contra eum, ſi bona fides,abſoluatur,argum.de reſcrip.c.cum contingat. In dubio vero relinquatur conſcientiæ ſuę,arg. infra eod.c.mulieri,& 1.q.7.cap.ſancimus. Et certè hęc tria membra vlt.ſufficiſſent in hoc argum.præmiſſis reſecatis. Nam ſi apparet de bona
c fide,non tenetur dare ſubſtitutum: c cum promiſſio generalis, non ſe extendat ad iſtum caſum, vt defendat malam,& iniquã cauſam,argumen.in l.rem non nouam.C.de iud.& in c.1.lib.6. de conſt.& l.ſi procurator,ff.de cond. inde.Ideo dicit D.Ant.& bene,ꝙ ſi certum eſt eccleſiam fouere bonam cãm,procedit dictum

ADDITIONES.

a Difficultas.Quomodo difficultas excuſ[illegible],uide Fely.in c.quæ in eccleſiarum. colum.26.in glo.[illegible] ſup[illegible] de con[illegible] [illegible] in l.ſi quis maior, C.de tranſa.[illegible] tradunt,quod difficultas excuſat a periurio.Alex.in conſi.192.inci.perpeſtis,in 5.colum.in 1.[illegible] Dom.Ca[illegible] 10 repe.l.4.§.Cato.circa noua [illegible] oppo.Barto.ff.de uerb.oblig. Mo[illegible] in l.2.§.fi.ff. ſi quis caut.poſt Pau. de Ca[illegible] Seb.Sap.

b Latius.Et uide multum eleganter p[illegible] Pau.de Caſt.circa fi.

c Subſtitutum.A[illegible] quod [illegible] aduocatus offert ſe auxiliaturum fouentem [illegible] [illegible] intereſſe parti,ut tradit Fel.in c.cum nos,inf.de hom.& [illegible] Seb.Sap.

ctum glo. Si certum eſt, quod fouet iniuſtitiam, non erit periurus, nec reputabitur pro periuro. Si eſt dubium, ex quo conſtat eum non defendiſſe, cum fundata ſit intentio eccleſiæ allegantis periurium, habebitur pro periurio, niſi oſtẽdat cauſam eſſe iniuſtam, nec curabimus de ſola conſcientia ipſius, & credo, quod in hoc caſu dubij loquatur glo. noſtra, facit c. inquiſitioni, de ſent. excom.

S V M M A R I V M

1 *Princeps non poteſt componere de damnis ſubditis, datis non requiſito eorum conſenſu.*
2 *Iuramentum ſi non poteſt ſeruari in forma ſpecifica, debet ſeruari eo modo, quo poteſt.*
3 *Iurans verum, qui credebat falſum, eſt periurus.*
4 *Falſarius monetæ, qua pœna puniatur.*
5 *Expendens falſam monetam ſcienter, qua pœna puniatur.*
6 *Inferiori a principe, an licitum ſit cudere monetam.*
7 *Si in lege ſit mentio de pœna capitis ſimpliciter, intelligitur de pœna deportationis.*
8 *Nunquid Papa, vel Epiſcopus, poſſit abſoluere a iuramento?*
9 *An aſcribens nomen alterius in moneta, incurrat falſum?*
10 *An credatur inſcriptionibus librorum, monumentorum, & inſcriptionibus columnarum?*
11 *Quot modis princeps, vel alius habens ius cudendi monetam, dicatur eam fraudare.*
12 *Debitor, an teneatur ſoluere id, quod valebat moneta tempore cõtractus, quæ moneta fuit reprobata, vel deteriorata.*
13 *Si in teſtamento relinquitur pecunia, attenditur valor monetæ, qui erat tempore teſtamenti.*
14 *In ſtatutis, mandatis, & gratiis, an attendatur moneta, quæ currebat tempore ſtatuti, an quæ currit poſt conditum ſtatutum?*
15 *Mutuum vel depoſitum pecuniarium, an debeat reſtitui in eadem forma & materia, vel an poſſit reſtitui in diuerſa forma, vel in diuerſa materia?*

C A P. XVIII.

QVanto. Princeps, q iurauit certam ſeruare monetam, ſi ſciebat illam legitimo pondere fraudatam, pœnitere debet de iuramento, quod fuit illicitum, & ideo non ſeruandum. Si vero ignorabat, tunc iuramentum ſeruet, ſi illam facit reſtaurari. ſic communiter ſummatur. Sed ego ſummo generalius, comprehendendo etiam vltimum dictum c. & ſic, Iurans ſcienter illicitũ, non indiget abſolutione, ſed tenetur illud non ſeruare. Si vero iurauit ignoranter, debet illud obſeruare, ſi aliquo licito modo eſt obſeruabile. Si autem iurauit licitum, quod putabat illicitũ, debet obſeruare iuramẽtum, ſed de animo deprauato aget pœnitentiam. h. d. Primo conſultatio. Secũdo reſponſio, ibi, ſuper quo. in quo tria membra diſtinguit. Secundum, ibi, Si vero. tertium, ibi, Veruntamen. Caſus literal. Quidam conſiliarij Regis Aragoniæ, imo potius deceptores, induxerunt ipſum, vt iuraret, irrequiſito aſſenſu populi, vſque ad certũ tempus patris ſui conſeruare monetam, quæ circa mortem eius legitimo pondere fuerat diminuta, ita quod graue ſcandalum in populo ortum erat. Hoc intellecto Rex, quod indiſcretè fecerat, reuocare volebat, & ſatisfacere populo, vnde petijt abſolui ab huiuſmodi iuramento. Papa ſcribit eidem dicens, quod in caſu iſto, non tam eſt abſolutio neceſſaria, quam interpretatio adhibenda. Cum enim iuramentum illud fecit, aut credebat monetam illam falſam, aut legitimam. Si falſam, iuramentum fuit illicitũ, & ideo non ſeruandum, & pro eo debet illi pœnitentia indici. Si vero credebat legitimam, iuramentum licitum fuit, & ideo ſeruandum. Et papa cõſuluit illi, vt moneta illa reprobata, quæ diminuta fuerat à legitimo pondere, alia moneta cudatur nomine patris ſui, & illam reducat ad legitimum ſtatum, quem habuerat tempore patris meliorem, & ſic iuramentum ſeruauit. verumtamen ſi credebat monetam diminutam, quando iuramentum illud præſtitit, & ſua eum conſcientia remordet, confiteatur peccatum ſuum, & pro illicito iuramento pœnitẽtiam agat B. No. 1. quod ſi conſiliarij Principis, vel ciuitatis nõ
a recte conſulunt, perdunt nomen conſiliariorum, a & appellantur deceptores. & hoc ideo, quia officium conſiliariorum eſt iuſte conſulere, vnde ex conſilio fraudulento, quis tenetur, de quo in reg. nullus ex conſilio, de regu. iu. lib. 6. & in c. ſicut dignum. §. qui vero. de homi. Not. 2. quem debere venire contra factum proprium indiſcrete geſtum, debet tamen diſcrete cõtrauenire, quod intellige, vt legi. & no. in c. qualiter, & quando, infra de accuſa. Et magnæ ſapientiæ eſt, & c. 22. q. 4. c. magnæ. No. 3. quod ab illicito iuramento, non eſt abſolutio neceſſaria. Ratio, quia abſolutio præſupponit vinculum, de deſponſ. impu. c. ad diſſoluendum, & l. decem, ff. de verbo. oblig. Sed iuramentum illicitum non ligat, vt 22. q. 4. quaſi per totum. Et eſt ratio, quia iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum, ideſt non debet ligare ad iniquitatem. Nam cum præſtetur principaliter Deo, vt in capit. debitores, ſupra eod. Deus non
1 vult vinculare quem ad iniquitatem, de hoc infra latius. † No. 4. ibi, irrequiſito & c. quod Princeps non debet aliquid agere in præiudicium populi, ipſius aſſenſu non requiſito, ſecũdum Ioan And. & ad hoc c. ad hæc, de offi. Archi. quod no. & facit tex. iſte in argum. ſecundum Hoſtien. quod Princeps per ſe nõ poteſt componere de damnis populo datis ratione guerræ, de quo remitto ad ſummam, de pœ. §. fina. verſic. ſed pone, quod guerra. Ex his no. principem non poſſe diſponere ad libitum de ſubſtantia ſubditorum, pro quo facit, quod not. Innocen. in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. & legiſtæ in l. fi. C. ſi contra ius, vel vti. publi. † No. in verſicu. ſi vero, & tene menti, quod ſi
2 iuramentum ſeruari non poteſt in forma ſpecifica, debet ſeruari eo modo, quo poteſt. Nam, vt hic vides, iſte Rex iurauit ſeruare monetam patris ſui, & intellexit de præſenti, tamen ſi illa reperitur fraudata, tenetur facere aliam monetam cudi ſub nomine patris ſui, vt ſic ſeruet iuramentum, eo modo, quo po-
b teſt. Ex hoc patet, quod iuramentum b habet vim clauſulæ, ſi
c non c valet, quod ago, vt ago, valeat, vt valere poteſt, concor. cap. ad noſtram. 3. infra eodem. & l. cum pater. §. filius matrem, ff. de leg. 2. & vide quod dixi ſupra eod. c. ad noſtram, & per hoc, patet tex. ibi, Vſquequaq; debere exponi, ideſt, eo modo, quo
3 poteſt. † Not. vlti in verſicu. Veruntamen. intelligendo, quod ponat tertium caſum, vt videtur placere Io. Cal. & communiter ſequentibus, vt ſic intelligatur, quando credebat monetam fraudatam, ſed non erat. & placet mihi iſte intellectus, vt ſic differat à præcedentibus, quod iurans licitum, quod credit illicitum, peccat, per quod dicit Io. Cald. quod iurans verum, quod credit falſum, eſt periurus quoad Deum. Idem dicit in eo, qui credit venire contra iuramentum, & non venit, vt ſi credebat iuramento non eſſe ſatisfactum, cui tamen erat ſatisfactum, quod ſatis placet, quia Deus reſpicit animum hominis, & factum. 14. q. 5. ſi quid inueniſti, & de pœn. diſtinct. 1. cap. ſi ſi propterea, & c. ſi cui. † Venio ad gloſ. & quia hic tractatur de falſa
4 moneta, q̃ro qua pęna punitur falſarius monetæ? Reſpondeo aſſumendo membra glo. 1. declarãdo, quod aut falſat quis monetam Principis, intellige de nouo eam adulterando, & comburi dẽt. l. 2. de fal. mo. Aut falſat monetã ciuitatis, ſeu alterius inferioris ab Imperatore, & capite punietur, & ſic intelligit gl. l. 1. C. eo. Aut non fabricat monetã de nouo, ſed fabricatam radit ſcilicet minuendo, vel tingit, (puta monetam æream, vt appareat

ADDITIONES.

c nis generaliter & in ſpecie ferre, c ſi perſonæ ſint notæ, q ſicut
iudex ſecularis impendit auxilium iudici eccleſiaſtico,ita econ
tra debet facere eccleſiaſticus 6.diſt.c. cum ad verum , facit ꝙ
no.Innoc. in c.licet ex ſuſcepto,de fo.comp & 14.q.1. c quanq
Vltimo no.caſum,in quo iudex eccleſiaſticus procedit ex offi-
cio ad inquirendum ſuper veritate, infamia non præcedente.
Contra hoc opp de c.qualiter,& quando,il 2.de accu.Sol.dic,
ſecundum Hoſt.ꝙ iſtud eſt ſpeciale, vbi agitur de correctione
peccatorum,vel vbi imminet periculum animarum , ad idem
c.vnicum,vt eccl.benefi.de cler.pereg c.ſi de præb.c.graue, cū
ſimi.Secus, vbi fieret inquiſitio contra ſubditum ad delictum
puniendum,vt in contrario,& vide per eundem Hoſtiē.in d.c.
vnico,quod no.Vide aliam limitationem, quam ponit Innoc.
in c.1.de poſtu.præla.vbi dicit,ꝙ in inquiſitione, quæ ſit gene-
raliter,& non de certo crimine,non requiritur infamia præce-
d dens,vt ibi Idem dic in inquiſitione generali d perſonarum, vt
in c.1.de offi.ord & l.cōgruit,ff.de offi præſi.Et ex iſto tex. ſum
pta occaſione tractat hic Inno.in quib.caſib.ſit iudici permiſſa
inquiſitio,& in quibus prohibita.Quæ materia melius & con-
gruentibus expeditur in c qualiter, & quando prealleg. & per
Bar.in l.1.§.ſi publico,ff.de adul. & l.4.§. hoc autem iudicium,
ff.de dam infect.Sed,vt non deſint hæc verba Inno. quæ ſolent
multum allegari,& vt intelligas eum effectu illa , hic ſubijcio.
3 †Ponit enim aliquos caſus , in quibus iudex ex officio ſuo pōt
procedere,& aliquos prohibitos. Primus de conceſſis eſt , vbi
agitur de reſtitutione vſurarum,quas debitores iurauerūt non
repetere, vt ex quo pars impeditur agere , poſſit iudex ex offi-
e cio ſuo prouidere,e ſecus dicit,vbi pars non ſic ligauit ſe ex iu-
ramento,quia non debet iudex ſic procedere ad vtilitatem pri
uatam,ex quo pars poteſt agere,& non petit Fatetur tamen po
ſtea ꝙ epiſcopus ꝫ eum,quem ſuſpectum habet , poteſt inqui-
rere de vſura,ſicut & de alijs criminibus non ad priuatum in-
tereſſe alicuius priuatæ perſonæ,ſed ad pœnitentiam imponen
dam,& ſic loquitur de offic.ord.c.1.Dicit tamen Hoſt. ꝙ tunc
per conſequentiam verſatur priuatum intereſſe , quia fructuo-
ſam pœnitentiam agere non poteſt , niſi reſtituat alienum, 14.
4 q.6.c.1.de vſuris,c.cum tu.†No.ꝙ per hoc videtur ſentire Inn.
quod in primo caſu,quando iurauit non repetere, poſſit iudex
principaliter procedere ad vtilitatem priuatam, & pro hoc in-
f duco talem rationem . Vbicunque æquitas f ſuggerit , & pars
non poteſt agere,poteſt iudex ex officio prouidere parti. l. pla-
nè.ff.de pet.hære.no Bart.in l.1 §.2.ff.quod vi,aut clam, facit l.
Quintus Mutius.in fi.ff.de ann. leg. & ad hoc facit iſte tex. quē
no.nam Papa videtur hic moueri non ſolum ob ſalutem ani-
mæ defuncti,ſed etiam ob vtilitatem iſtorum , qui iurauerunt
5 non petere.†Secundus caſus non dubitabilis, ſecundum Inno.
quando epiſcopus inquirere vult de conſanguinitate inter cō-
iuges,de diuor.c.porro.35.q.6.c.ſi duo.Et idem generaliter po-
teſt dici,ſecundum eum,vbicunque vult inquirere de alio im-
pedimento canon. Eadem n eſt ratio ſecūdum Hoſt. ergo idē
ius pro hoc c.1.& c.ſignificauit, de offic.ordi.Et quod hoc poſ-
ſit in contrahendo,eſt expreſſum in c.fi. de clande. deſpon.ſed
idem dicendum in contractū,ex quo non agitur ad pœnā , ſed
ad peccatum euitandum,vt no.ſup.& per Inno.in d.c.1.de po-
6 ſtu præl.† Tertius caſus, cum vult inquirere de iuribus Princi-
pis,C.de bon. vac.l.pen.& vlt.lib.10.de quo remittit Hoſtiē. ad
c.cum dilecta,verſi.nolentes,de confir. vti. vel inuti. Reſpectu
7 vero prohibitionis,poſſunt elici tres regulæ ex dictis Inno.†Pri-
ma,quod regulariter de crimine non inquiritur ex officio, ſed
tu intellige,quando procedere vult ad pœnam, non præceden
g te infamia, g alias ſecus, vt in d.c.qualiter & quando , & expe-
dias hanc regulam melius,vt ibi no.per Bart. in d.§. ſi publico.
8 †Secunda regula,quod ſuper iuribus eccleſiæ non eſt procedē
dum ſemper per inquiſitionem , ſed ſeruato ordine iuris, ſcili-
cet oblato libello nomine eccleſiæ, & alijs ritè obſeruatis. fate-
tur tamen,quod Papa poſſit ex officio ſuper illis procedere de
plenitudine poteſtatis & ſic videtur intelligere c.cum olim,de
reſt Sed aduerte,quia idem Innoc.aliter videtur dicere, vel ſal-
tem hoc limitat in c.quoniam.§.ſunt & alij, vt lite non conteſt.
Dicit enim,quod ratione exceſſus poteſt iudex ex officio ſuo p
cedere ſuper iuribus eccleſiæ occupatis , vel male detentis , al.
leg.d.cap.cum olim, & illum.§.ſunt & alij, de accu.c. qualiter,
& quando,prealleg.cum ſimi.Dictum ergo ſuum hic oportet
intelligere, quando iudex vult procedere ſuper iuribus eccle-
ſiæ non occupatis , vel male detētis, itaquod euitatur exceſſus.
Et vide circa hoc,quod no.idem Innoc. in c.epiſcopi, de rebus
eccle.non alie.ſed mihi plus placet, vt indiſtincte poſſit iudex
procedere ex officio ſuper iuribus eccleſiæ, quia ad vtilitatē pu
h blicam iudex procedit ex officio.l.congruit.h ff.de offi. præſid.
& in Auth.vt nul.iudi.§ 1 & §.quoniam, no.Bart. in l. 4.§. hoc
autem iudicium,ff.de dam.infect.ſed ius publicum conſiſtit in
ſacris,ſacerdotibus,& magiſtratibus.1.diſt.c.ius publicum. l. 1.
ff de iuſti. & iur. Item ſi poteſt procedere ex officio ſuper iuri-
bus Principis temporalis, vt ſupra, ſecūdum Innoc. fortius idē
i eſt permittendum ſuper iurib.Principis æterni.i Nam bona ec-
cleſiæ ſunt Dei,in c cum ex eo,de elect.lib.6. dixi in c. cum ſu-
per,de cauſa poſſ & propr.pro quo facit , quod habetur in Au-
k then de eccl.tit § ſi quis ædificationem, k vbi tam eccleſiaſti-
cus,quam ſecularis iudex ex officio procedit in actu pio, qui-
nimo etiam ad vtilitatem priuatam poteſt,& debet iudex pro-
cedere,quādo agitur de miſerabilibus perſonis,& de actu pio,
vt in l.nec quicquam,§.aduocatos,ff.de offic.procon.no. Bart.
9 in d.§ hoc autem iudicium, quod no. †Tertia regula, quod ſu-
per iuribus ſingularium perſonarum non eſt procedendū in-
quirendo,vel extra ordinem,ſed libello oblato,& ſeruato iuris
ordine.Quod etiam ſequitur Ioan.And.in c.fina. de fo. comp.
10 lib.6.Ego ad hoc allego.l.ad peremptorium,ff.de iudi.& l.pro-
perandum.§.1.C.eo.& Auth.qui ſemel,C.quomodo & quan-
do iud.vbi patet,ꝙ iudex non debet citare abſentem,niſi parte
l petente,& ſic aliter non valet citatio,l vt dixi in c.1.ſupra de iu
di.& not.Bart.in d.l.ad peremptorium.Hoc intellige verū , niſi
cauſa ſit miſerabilium perſonarum,quæ non poſſunt ſe iuuare,
vt in c.2.87.diſt.no.Bar.in d.§.hoc autem iudicium, & Io.And.
poſt Hoſt in c.2.de reſt.ſpol.vbi dicit,quod in reſtitutione miſe-
rabilis perſonæ ſpoliatę,poteſt iudex procedere inquirēdo,arg.
ibi.

ADDITIONES.

a Verba partis.Tu dicas, quod imo probatur,quia licet ſit narratio partis, tū
eſt iuris miniſterium,vt habetur in c.poſt miſerabilem, de uſu. And. Barb.
b Compelli poſſunt.Imo procedit ubicunque ueritas aliter ſciri nō pōt , quia
indiſtinctè poteſt quilibet compelli teſtificari,ut uoluit Hoſt.in c.1. de te-
ſti cogen. And Barb.
c In ſpecie ferre. Tu dicas,quod imo hoc probat iſte tex.tenendo,quod hic p-
betur,quod vſuræ poſſint peti,coram iudice ſeculari,vt probatur in c.poſt
miſerabilem,de vſu. And. Barb.
d In inquiſitione generali. Idem dicas in inquiſitione, quæ ſit ſuper committē-
do crimine,ut per Inno.in d.c.1 .Idem dicas, ſi non opponitur quod pro-
cedit inquiſitio,tex.eſt in c.1.de accu.lib.6. Ant. Fran.
e Prouidere. Sed alleg.Bart.in contrarium in l.non ſolum. §. quanquam.ff. de
iniu.vbi ſi quis non poteſt agere , non poteſt iudex ex ſuo officio inquire-
re ad eius utilitatem.pro dicto Abb. hic uide, quod uoluit Do. Pet. in cap.
cum inter, de excep. & text. in l. non ſolum , in §. quanquam. ff. de iniur.
And. Barb.
f Aequitas. Vide latè per Alex.in l.3.§.hoc autem iudicium. ff. de dam. infect.
Sebaſt. Sap.
g Infamia.Vide tu do.Feli.in c.licet,col.2.ver.in glo. ſingulariter, infra de ac-
cuſa.vbi dicit,quod quando aliquis denunciatur a perſona fide digna , po-
teſt ſuperior committere inquiſitionem ſuper crimine. Sebaſt. Sap.
h Lege,congruit.Lex congruit,loquitur in criminalib.ad purgandum prouin-
ciam malis hominib. And.Barb.
i Principis æterni.Sed pondera,quia in l.pen.& l.fi.de bon.vac.eſt expreſſum,
ſed in eccleſiaſticis non. And.Barb.
k Aedificationem loquitur in ædificanda eccleſia fauore cultus diuini.
Andr. Barba.
l Aliter non valet citatio. Adde Feli.in c.1.in 3.no.col.1. ver. ualet autem. vbi
ponit caſus, in quibus an citatio ad partis inſtantiam facta fuiſſe præſuma-
tur,necne.ſupra de iudic.& Lanf. in c. quoniam contra.§.citationes , nu.5.
ver.eſt etiam notandum.& verſi. nunquid citatio ualeat , & utrobique in
apoſt.Celſi,& Bene.Vad.ſupra de proba. Zachar.

Digitized by Google

21 ibi. †Quæro, nunquid per illa verba teſtatoris, vt reſtituerent omnibus, qui probarent &c. videatur iſtis debitoribus remiſſũ iuramentum? Glo. in ver. probarent, finaliter concludit, quod ſic, quia in teſtamentis debemus facere largam interpretationem. c. cum dilecti, de don. & l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. &
a ſic iſti legati poterunt petere vſuras a ſolutas. Hanc opi. ſequũtur Goff. & Hoſt. & Do. Ant. Nec obſt. ſecundum Goff. ſi dicatur legatum inutile, ex quo legatur, quod debetur, vt Inſtit. de leg. §. ex contrario, quia non eſt ex toto inutile. Aut enim pecunia non erat ſoluta, & videtur legaſſe liberationem reſpectu ꝑmiſſionis, & iuramenti, ff. de lib. lega. l. 3. Aut erat ſoluta, & intelligitur legaſſe exceptionis remiſſionem, l. ſi creditor, eo. tit. vnde non obſtante iuramenti exceptione, poterunt repetere vſuras. nam pars, in cuius vtilitatem iurauit, poteſt iuramentũ remittere, vt in c. 1. ſupra eo. & c. 2. de ſpon. & quod ibi no. per Ioã. And. Nec obſt. quod tex. dicat, quod repetere non attentabant, &c. quia ſine cauſa timebant, ſecundum eum, forte tenenti ſubtili reuerentia iuramenti, C. de fide inſtru. l. fi. & de ſimo. c. & ſi quæſtiones. Nec obſt. ſi dicatur, teſtatorem nil iſtis reliquiſſe, cum tãtum loqueretur ſuis hæredibus, quia, vt dicit do. Anto & bene, non refert cum quo teſtator de ſua volũtate loquatur, vnde inſpicimus potius effectum, quàm verba. l. miles ad ſororem, in prin. & l. peto, & l. cum pater § ſurdo, ff. de leg. 2. & per hoc videtur tolli opi. Inno. hic, qui dixit, iuramentũ iſtis obſtare, cum nihil fuerit eis remiſſum, & aliqui ſequuntur hãc opin. Inno. Aduerte, quia iſte text. facit pro, & contra, primo. n. facit pro opin. Inno. in eo, quod ipſemet Papa dicit, quod timore iuramenti non audebant vſuras repetere. Si enim iuramẽtũ in veritate non obſtitiſſet, Papa mandaſſet denunciari eos iuramento non teneri, ſicut fecit. infra eo. c. Quintauallis, & procedit in cauſa ad iſtorum inſtantiam, nec proceſſiſſet ex officio ſuo. In contrarium facit, quia vno conceſſo, videntur omnia cõceſſa, per quæ venitur ad illud, vt in c. præterea, & c. prudentiã, de offic. delega. & l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procu. Sed iſte mandauit vſuras reſtitui oĩbus, qui probarent, &c. ergo videtur remiſiſſe omne obſtaculum, per quod impediretur probatio. Sed his non obſtantibus diſtinguerem ſic, ꝙ aut
b debitores remiſerãt liberaliter vſuras [b] creditori, & per illa verba generalia non puto vſuras legatas, quia in dubio non videtur ius ſuum iactare voluiſſe, maxime ꝑ verba generalia, de inſtru. capit. cum veniſſent, & l. cũ de indebito, ff. de proba. Aut non remiſerant ſaltem liberaliter, & tunc cum teſtator ſit obligatus, quoad Deum ad illas reſtituendas, debemus in dubio interpretari, quod illas legauerit, cum non debeamus præſumere eum ſuæ ſalutis deceſſiſſe immemorem. 1. q. 7. cap. ſancimus, facit c. fina. de ſepul. & hoc expedit ſaluti animæ ſuæ, facit ꝙ no. in cap. non. de ſcru. Verba enim dubia debent intelligi ciuiliter ſecundum ſubiectam materiam, ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus pluriũ. §. fina. 11. q. 3. c. rogo. Ad hanc diſtinct. facit, ꝙ no. Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de vſur. in 3. col. vbi inter cætera dicit notabile verbum, ꝙ ſi debitor remiſit vſuras, an valeat remiſſio, coniecturandum eſt per indicia, an fuerit liberaliter facta, an vero in fraudem, arg. in c. 2. de renun. lib. 6. An autem per illa verba teſtatoris poſita in text. vel ſimilia, probetur teſtatorem fuiſſe vſurarium. Dic, quod non, cum ſimpliciter fateatur ſe nõ vſurarium, de quo vide no. per Fed. conſi. 62. ar. in l. ſi non deſignata. C. de ſal. cau. adie. leg. & c. ſi Papa, de priuil. lib. 6. Si autem vis tenere opin. Innoc. & quæras de alio remedio cõpetenti, vel poſito, ꝙ teſtator nihil dixerit, dic, vt in glo. 2. & in iſta in fine, quã notabis, & plenius dixi, in c. 1. ſupra eo. Oppo. contra tex. in eo, quod Papa mandat teſtes recipi, lite non conteſt. contra tit. ſupra, vt lite non conteſta. Sed glo. vlt. dat tres ſolutiones. Prima, quod hic procedebatur per viam inquiſitionis. Secunda, quod Papa voluit extra ordinem procedi. Sed hodie dic, vt in cle. diſpendioſam, de iudic. vbi dicitur. quod in cauſa vſurarum, põt procedi ſimpliciter, &c. Tertia ſol. quod hic agebatur de executione vltimarum volũtatum, & no. bene hanc ſol. & procedit ſecundum intellectum, quod hic fuit facta remiſſio in teſtamẽto. Et ex ea notabis, quod ſuper executione vltimarum voluntatum poteſt procedi ex officio inquiſitionis, quod in dubio ꝑcedit in piis cauſis, de teſta. c. tua. in Auth. de eccl. tit. §. ſi qs ædi-
22 ficationem. †Vltimo extra glo. quæro, hic fit edictum generale, vt qui ſuper eo nouerit veritatem, cõpareat ad teſtimoniũ proferendum, nunquid iſti debitores poterunt ad hoc comparere iuramento non obſtãte? Hoſt. dicit, quod ſic, quia hoc nõ eſt contra iuramentum præſuppoſito, ꝙ non fuiſſet remiſſum, quinimo, ſi ad hoc voluiſſent ſe adſtringere, non valuiſſet iuramentum, tanquam temerarium. 11. q. 3. c. quiſquis, de crim. fal. c. 1. Licet enim non faciant probationem, poſſet tamen eis iuramentum deferri, alleg. de teſt. c. in omni. & infra c. fi. No hæc
c verba, [c] licet ſint aliquantulum dubia, ſed intelligo, quod nõ faciãt probationem plenam, cum agatur de eorum commodo, tamen admittentur, iudice procedente per inquiſitionem, ad aliqualiter fidem faciendam, cum agatur principaliter ad ſatiſ-
13 faciendum animæ defuncti, arg. d. c. in omni. †Ex hoc habes, ꝙ in proceſſu generali contra vſurarium admittũtur debitores, qui ſoluerunt vſuras, in teſtes, non tamen ad plenam fidem faciendam, de quo vide, quod no. Fede. conſil. 17. Quid autem ſi debitor, qui iurauit non repetere, denunciat, an poſſit in cauſa denunciationis teſtes producere? Pet. quod ſic, cum iſtud ſit acceſſorium ad ipſam denunciationem, quod placet. Tenetur enim dicere Eccleſiæ cum effectu, pro hoc bon. tex. in cap. plerunque. 2. quæſt. 7.

ADDITIONES.

a Petere vſuras. Tu pondera, quia aliud eſt quærere, vtrum teſtator remiſerit iuramentum, & aliud, vtrum competat actio ex teſtamento legatariis iſtis, quia ex quo ſoluerant, & iurauerant, non repetere, legando in genere, non uidetur, quod ueniant legatarij iurati. Et ad hoc alleg. glo. in clem. dudum, de ſepul. quæ dicit, quod licet fiat reuocatio pactorum, non tamen veniunt pacta iurata. Et eodem modo, licet reuocentur ſtatuta, tamen non ueniunt ſtatuta iurata, vt eſt glo. ſi. in c. cum non deceat, de elect. in 6. & ibi videtur comprehendere legatarios, niſi dicas, quod illud procedit fauore vltimæ voluntatis, & odio vſurarum. Et datur notabilis limitatio ad illas glo. Item pondera, quia fateor, quod teſtator remittere videtur illud iuramentum, ſed iſti non poterant probare ſe ſoluiſſe vſuras propter iuramentum, quia illud legatum non facit de his ſpecialem mentionem. Aud. Barb.

b Liberaliter vſuras. Illud non eſt ueriſimile, quod liberaliter remiſerint uſuras, l. ſi. §. ſi fœnerator, ff. quod met. cau. & licet illud dicat Do. Cald. quem iſte non allegat, tamen ipſe conſuluit contrarium, ut hic refert, & facit glo. in l. ſi conuenerit. ff. de pign. act. Pondera etiam, quia, ex quo adſtrinxit eos per iuramentum, ne non repetant, uidetur, quod nulla liberalitas cadere poſſit. Aud. Barb.

c No. hæc verba. Vide Bal. in l. diſtantib. C. de teſt. & quæ ibi dixi, Aud. Barb. Hæc verba. Idem tenet Bald. Fed. de Sen. & Laur. de Rodul. in locis allega. per Do. Alexand. conſi. 72. incip. inſpecto diligenter proceſſu, colum. 4. in 1. volu. Sebaſt. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Generale dictum generaliter debet intelligi, ubi eſt eadem ratio, ſecus, ubi diuerſa.*

2 *Dictio, quaſi, denotat cauſam imperfectam.*

3 *Iurans per metum obſeruare id, ad quod tenebatur de iure, ſi contrauenit, incidit in periurium, ſed poteſt petere abſolutionem a tali iuramento.*

4 *In notoriis, an requiratur citatio, uel ſententia.*

5 *Iudex poteſt iudicare de eo, quod eſt ſibi notum, ut notorium, & extra iudicium.*

6 *Notorie excommunicatus in una prouincia, ſi in alia gerat officium publicum, geſta cum eo ſunt ualida.*

Si iudex proceſſit tanquam ſuper notorio, & ſibi non conſtabat, an proceſſus ualeat.

An iudex in notoriis & ſummariis poſſit inuitis partibus, uel conſentientibus procedere iuris ordine ſeruato, & an poſſit iuramento ſe adſtringere ad hoc.

CAP. XXI.

AD noſtram. Iudex, qui iurauit in omni cauſa iudiciarium ordinem ſeruare, in notoriis ſubtilitatem ordinis iudiciarij nõ ſeruabit. Vel generalius ſummo ſic. Iuramentum generale debet ita intelligi, ſi fieri poteſt, vt non obuiet iuri, alias tanquam temerarium non obligat contra iuris obſeruantiam. Diuiditur. Nam in prima parte recitat tenorem iuramenti. In ſecunda, ibi, Nos, illud dupliciter interpretatur, & ſecunda interpretatio, ibi, Quanquam. Et vt clarius habeas intellectũ, pone ſic caſum. Archiepiſcopus Neapolitanus quaſi per extorſionem forte ad inſtantiam ſui capituli, vel populi, præſtitit generaliter iuramentum, vt in omni cauſa obſeruaret ordinem iudiciarium. Proceſſu temporis, cum occurrerent facta notoria, dubitauit, an deberet in eis ordinem iudiciarium obſeruare. Papa ſuper hęc conſultus interpretatus eſt hoc iuramentũ dupliciter. Primo, vt non extendatur ad cauſas notorias, ſed intelligatur ſecundum ſubiectam materiam, ſcilicet vt in cauſis nõ notoriis obſeruetur ordo iudiciarius, in notoriis vero non ſeruetur per omnia, quia ordo in notoriis eſt, vt per omnia nõ ſeruetur, iuxta illud vulgatum. In extraordinariis ordo eſt ordinẽ non ſeruare. Secundo dicit poſſe intelligi, vt referatur ad cauſas, in quibus ordo iudiciarius eſt ſeruandus. Dicit enim, quod ſi iſte Archiepiſcopus habuit in animo, vt ordinem iudiciariũ in omni cauſa pariter ſeruaret, & ſic ceſſat prædicta interpretatio: tale iuramentum, cum ſit contra canonicas ſanctiones, potius eſt dicendum periurium, nec aliqua ratione ſeruandum. No. 1. quod iuramentum contra canonem proditum in fauorem publicum, non ligat, facit c. ſi diligenti, de foro compe. & ſup. eo. c. ſicut. No. 2. quod iuramentum generale debet reſtringi, & intelligi ſecũdum ſubiectam materiam, & reduci ad terminos iuris communis, quantum fieri poteſt, facit c. 1. eo. ti. in lib. 6. No. ibi, Non per omnia, &c. quod ordo iudiciarius non videtur ex toto in notoriis ſublatus, facit ad id, ꝙ no. hic in glo. 2. No. quod ordo quandoque conſiſtit in nõ ſeruando ordinem ſolitum. No. quod tela iudicii poteſt dici ordo in eo, ꝙ ordinatæ ꝓcedit. Nam q̃nq; religio appellatur ordo, quia debet eſſe

ordinata

Digitized by Google

ordinata. & approbata, vt legi. & no. in c. 2. qui cle. vel vo. Quã-
doque appellatur ordo character, qui imprimitur in ordinatio-
1 ne clerici, de quo vide, 22. diſtin. in ſum. † Vlt. no. quod dictum
generale non ſemper generaliter intelligitur quod procedit,
quando non eſt eadem ratio omnium contentorum ſub gene
re, alias ſecus, & ſic reducas ad concordiam iura alleg. in fi. quę
per hoc remanent declarata. Opp. & videtur, ex quo per extor
ſionem hoc iuramentum fuerat præſtitum, non debebat liga-
re ſaltem effectualiter, ar. ſupra eo. c. ſi vero, & c. verum. Sol. gl.
t. dicit, quod ob hoc videbatur non tenere, ſed aliter non ſol-
uit contrarium. Dictu ſimpliciter primo ſecundum Io. And.
quod hic non fuit vera extorſio, ſecus in contrarijs, facit de cle.
c. quorundam, li 6. in prin. & conſtitutio Io. execrabilis in prin.
2 hic tex. dicit, quaſi. † Ex quo no quod dictio, Quaſi, diminuit, &
rem imperfectam ſignificat, vt no. in l in facto, ff. de condi. &
demon. vbi tex. iuncta glo. & in l. in perſonam §. qui pecuniam,
ff. de pact. vide glo. in c. parochianos, de deci. & c. prout, de do-
lo & contu. Vnde exponit tex Innocen. quaſi per extorſionẽ,
id eſt contra conſilium, vel deſiderium tuum, non tamen fuit
vera extorſio ſecundũ eum. Secundo poteſt dici, quod præſup
poſito, quod vere fuiſſet extortum per metum, nihilominus
ligat, donec ſequatur abſolutio per ſuperiorem, vt in cõtrarijs,
3 & dic, vt ibi plenius notatum fuit. † Sed hic aduerte ad vnam
quæſtionem vltra ibi tactam pone, quod per metum quis obli
gauit ſe per iuramentum ad id, ad quod alias tenebatur de iu-
re communi, nunquid tale iuramentum liget, vt contrauẽniẽs
incidat in periurium? Doc. hic inſtãt, ſed in dubio tenerẽ, quod
ſic. nam ſi tale iuramentum obligat ad indifferentia, vt in d c.
ſi vero, fortius ad id, quod eſt ſecundum ius. Dicit tamen hic
Io. And. quod per ſuperiorem poteſt à tali iuramento abſolui,
quod bene no. Ex quo habes, quod licet quis ſit obligatus ad ali
quid faciendum de iure cõi, tñ ſi per metum iurat illud facere,
pt petere abſolutionẽ, ne forte ꝯueniẽs incidat in periuriũ, vbi
alias non incideret, & ſic extẽdas. c. ſi vero, ſ. co. ti. nam iniuria
ſibi irrogatur in eo, quod illaqueatur iuſto ad iuris obſeruan-
4 tiam, vt in c. legebatur, de maio & obed † Opp. 2. in eo, quod
tex. dicit iñ notorijs ordinem iuris non ſeruandum, quia imo
ſeruari debet. 2. q. 1. c. Deus omnipotens, & c. porro, de diuor.
Solu. gloſſ. 2. ſupplendo ad literam, quod non eſt ordo ſeruan-
dus. ſ. ex toto, ſed in parte ſic, debet enim fieri citatio, & ſenten
tia ferri, vt in contrarijs. De hac materia dic, vt pleniſſimè no.
in c. veſtra, & c. tua, de cohab cler. & mul D. An. dicit hic, quod
citatio exigitur, licet non peremptoria De ſententia dic, quod
exigitur, ſed non cum ſolemnitate, vel ſcriptura Dic, quod re-
ſpectu citationis variæ ſunt opi. Nam glo. in c. porro, præall. ſen
tit, quod non ſit neceſſaria. Inno fuit varius, vt no. ipſe in c. tua,
pręal. & c. quanto, de tranſla. Epiſ. & vide gl. 2. q. 1. in ſumma, &
c. quæ Lothar. eadem q. quæ mihi ſemper placuit, quod vbi fa-
ctum eſt ita notorium, vt inficiari non poſſit, nec requiruntur
a aliquæ præſumptiones, a non eſt neceſſaria aliqua citatio, nec
requiritur ſolemnis ſententia, ſed ſufficit quoddam præceptũ.
Sic poſſunt intelligi, c. cum olim, de re iud. & c. quanto, de trã-
ſla. Epiſ. & c. bone, de elect. aliter autem procedat dictum glo.
hic. Pro qua optimè facit iſte tex. dum dicit, Nõ per omnia, &c.
& ibi, Qui debet in alijs, &c. quaſi clare innuat, quod aliquis or
do eſt ſeruandus. & pro citatione facit c. fi. de offi. dele. lib. 6. iun
cto c. 1. eo. ti. & lib. Et hæc concluſio videtur de mente Io. Cal.
in d. c. veſtra. vbi pleniſſimè de hac materia. Sic limitat Innoc.
in c. ex parte, de verb. ſigo. vbi dicit in notorio iudicem proce-
dere potius exequendo, quam ſententiando. Ad prædicta alle-
go tex glo. & Barto. in l. ictus fuſtium, ff. de his, qui no. infa. vbi
probatur, ſecundum vnam lectu. quod non requiritur in noto
rio cauſæ cognitio, nec ſolemnitas ſentẽtiæ, ſed ſufficit iudicis
præceptum de exequendo Ad idem. l. 2. §. quod de frumenta-
ria, ff. de admi. rerum ad ciui. perti. vbi clare colligitur maximè
per Barto. quod vbi omnia iura partis ſunt nota iudici, vt quia
producit librum, vbi ſunt omnes rationes, poteſt pronunciare
parte abſente, & non citata, ratione notorietatis, & hoc voluit
5 Innocen. in d. capitu. quanto. † Sed quæro, vtrum indifferenter
in notorijs præmittendus ſit ordo iuris? Gloſſ. iſta 2. notabiliter
diſtinguit, quod aut ſunt notoria in hac ꝓuincia iudici, & alijs,
& procedit, quod hic dicitur. Aut non ſunt notoria in hac
prouincia, ſed alibi, vel ſi hic ſunt notoria, non tamen iudici,
ſed alijs, & tunc habet iudex duplicem modum procedendi, vt
in gl. quam ſingulariter nota. maxime in eo, quod aperte ſentit
quod de eo, quod eſt notum iudici, vt notorium, licet extra iu-
dicium, poteſt iudex iudicare. Et idem no. gl. in l. 1. C. qui & ad-
uer. quos, & bene facit iſte tex. facit qđ no. gl. & Bar. in d. l. ictus
fuſtium, ff. de his, qui no. infa. Et inquantum glo. exigit notorie
tatem in prouincia, ego intelligo de ea prouincia, quæ habet
vnum regimen, ſicut olim, cum regebatur vno præſide, in c. 2.
de offi. deleg. lib. 6. Sed cũ hodie ſingulæ ciuitates habeant ſua
regimina, iuxta no. in l. fi. C. de præſc. lon. temp. requirerem no
torietatem in ciuitate, ſeu ſuo territorio. Nam de eo, quod eſt
extra territorium, iudex rectè informari non poteſt, niſi per ꝓ-
6 bationes, argum l. fina. ff. de iuriſ. omn. iud. † Et facit hæc glo. ad
quæſtionem. Pone quem notorie forte eſſe excommunica-
tum in vna prouincia, in alia vero, vbi geſſit officium publi-
b cum, hoc erat occultum, b nunquid tenebunt geſta habito re-
ſpectu ad prouinciam, vbi gerunt, vel nullo conſiderato, quod
ſemel iſte fuerit notorie excommunicatus? Facit hæc glo. quod
debent tenere. Idem tenet Pau de Lea. & refert Ioan. Andr. ſic
ſibi reſpondiſſe. Ita recitat Domi. Anto. in c. ſciſcitatus, de reſc.
qui tamen opponit de dicto Ioan. And. in dicto c. inquiſitioni,
de ſen excommunic Mihi placet primum dictum, quod proba
tur arg in l. Barb. ff. de off. præt & l. 2 C. de ſen. & 3. q. 7. c. infam.
§. tria. verſic. verum. Nam in illis iuribus dicitur, tenere geſta a
ſeruo tolerato ratione publici officij, eſt profecto veriſimiliter
credendum, quod in eorum partibus notorium erat illos eſſe
ſeruos. Item ratio communis erroris procedit, licet in alia pro-
uincia factum ſit notorium. Eſt enim probabilis ignorantia re-
ſpectu eorum, quæ geruntur extra prouinciam, infra qui ma.
accu. poſ. in c. fina. in Authen. vt fac. no. conſt. Ad dictum Io-
an. And. in c. inquiſitioni, dico, quod non obſtat, quia ſolum di
cit, quod notoriè excommunicatus in vna prouincia, poteſt
tanquam notorius vitari in alia per ſcientes, licet ibi non ſit no
torius, & ſic loquitur reſpectu ſcientium, ſed reſpectu ignoran
7 tium, potius ſentit oppoſitum, & hęc no. † Sed circa hoc quæ-
c ro, c pone quod factum erat notorium, non tamen conſtabat
iudici, & nihilominus proceſſit tanquam ſuper notorio, nun-
quid teneat proceſſus? Glo. hoc non aperit, potius tamen vide-
tur ſentire, quod non in eo, quod dicit iudicem debere hoc ca-
ſu procedere tanquam ſuper occulto, vel præmittere cauſæ co
gnitionem, an factum ſit notorium, ſed Innocen. in c. tua, *in fi.*
de coha. clem. & mu. tenet contrarium. Ego ſic diſtinguerem,
quod aut qualitas notorietatis erat fundamentum iuriſdictio-
nis, (pone exemplum in c. 1. de off. deleg li. 6. & in c. accuſatus,
in §. ſane, de hær. li. 6.) & tunc proceſſus iudice ignorante noto
rium, eſt nullus, arg in l quæro, ff. de eo, qui pro tu. & in c. ea par
te Atenſis. & quod ibi no. de conceſ. præb ad hoc theorica Bar
to. in l. 2. de iu. & l. multum, ff de con d. & demon. & Innocen. in
c. cum contingat, de off. deleg. vbi generaliter voluit, quod ſi
iudex ignorat id, quod eſt fundamentum ſuæ iuriſdictionis,
non valet proceſſus, præſuppoſito, quod habeat iuriſdictionẽ.
Per hoc dicit notanter Barto. in l. multum, & alleg. Innocen. in
d. c. cum contingat, quod ſi iudex mulctauit contumacem, de
contumacia prius ſibi non conſtito, non valet ſententia. Et idẽ
tenet in l. ſi finita. § Iul. ff de damna. infect. quod no. Aut quali-
tas notorietatis non erat fundamentum iuriſdictionis, ſed ſolũ
præſtabat facultatem reſpectu ordinis iudiciarij non obſeruan
di, & valet proceſſus, & hoc caſu procedat opi. Innocen. Ratio
eſt, quia error non eſt in fundamento, ſed in quibuſdam acci-
dentalibus, ad hoc, l. 2. ff. de iud. vbi tenet ſententia, licet iudex
ignoret iuriſdictionem ſuam eſſe prorogatam. Ad idem, ꝙ no.
Bar. in d. l. 1. & in l. ſi is ad quem, ff. de acq. hær. Et ideo bona cau
tela eſt, vt iudex ſemper per ſuam interlocutoriam pronunciet
factum eſſe notorium, & poſtea procedat tanquam ſuper noto
rio, & valebit hæc pronũciatio intantum, quia etiam ſi factum
non eſſet notorium, valebit tñ proceſſus ordine non ſeruato,
ad hoc, quod legi. & no. in cle. paſtoralis, in gl. in ver. declarato,
de re iu. facit quod in ſimili no. Inn. in c. 2. de dila. Oppo. videtur
enim iuramentum eſſe licitum, etiam ſi extendatur ad cauſas
notorias, quia in eis poteſt iudex ad cautelam iudiciarium ordi
8 nem obſeruare, vt in c. bonæ, de ele. † Glo. in ver. Requirit, ſol-
uit, & bene, quod iuramentum indifferenter præſtitum ex du-
plici capite videretur iniquum. Primo, quia læderetur nimium
ius actoris, cui incumberet onus probandi. Secundo, quia lęde
retur diſciplina iudicialis, cum non poſſent puniri notoria, niſi
probarentur. Ad c. bonæ, reſpondet, vt patet in ea. vnde ſæpe
crimina remanent impunita, contra c. vt famæ, de ſenten. excõ
mu. & ſic tale iuramentum induceret periculum ſalutis, arg. 12.
q. 2. c. cum deuotiſſimam, ſecundum Io. And. ego latius in hac
materia ſic diſtinguo, quod aut iudex in cauſis ſummarijs, non
tamen notorijs, vult ꝓcedere iudiciario ordine ſeruato, & põt
etiam partibus cõtradicentib. quia hoc ſubijcitur arbitrio ſuo,
vt in

ADDITIONES.

a Præſumptiones. Vide Bal. in l executorem, col. antepe. C. de exec. rei iud. Bal. & Sal. in l. addictos, C. de appel. Bal. in l. raptores, C. de epiſcop. & cler. Fel. in c. cum ab homine, col. 6. ſupra de iud. Ro. in conſi. 473. inci. dubitant primo, ad finem. Seb. Sap.

b Hoc erat occultũ. Tu conclude, quod ſic, vt no Ro. conſ. 84. & poſui in apoſt. ad illum poſt alios compoſtillatores meos, in c. ſuper his. nu. 10. in ver. excõ municamus, ſupra de reſcrip. Zach.

c Quæro. Vide no. per Fel. in c. cum ordinem, col. 9 verſi. quarta declaratio, ſupra de reſcrip. vbi tradit. quod non dicitur notorium, quod non eſt notorium iudici. Seb. Sap.

Digitized by Google

vt in clem.diſpendioſam,de iudi.& ibi per glo. Non tamen pu
to eum ſe poſſe ad hoc iuramento ligare, quia licet hoc poſſic
ex libero arbitrio,non tamen poſſet de neceſſitate,cum quan-
doque qualitas temporis aliud ſuadeat,nec debet poſſe a ſe ab-
dicare facultatem a iure ſibi ob bonum publicum conceſſam.
Simile in teſte,qui non compellitur in cauſa criminali,& tamē
illicitum eſt iuramentum de non teſtificando,vt in c. conſtitu-
tus,de teſtib.Et hoc intelligo,quoad cauſas, de quibus in d. cle.
diſpendioſam.Sed in alijs cauſis,quæ ſui natura ſunt ſummarię
quas tetigi in c.1.de lib.obla.non puto,quod iudex inuitis par
tibus poſſit procedere plenarie,ad hoc 11.q.1.ca. ſi quis cū cle-
ric.& in Auth.de man.prin.§.tibi. Aut vult iudex procedere in
notorijs iuris ordine ſeruato,& ſi partes conſentiunt,pōt, quia
a res a de facili redit ad naturā ſuam,15.diſt.ab exordio. facit tex.
in d.clem.diſpendioſam,in fi.& vide ibi bo.glo. Aut inuitis par
tib.& puto,quod non poſſit,quia lęderetur ius actoris, vt dici-
tur hic in glo.& bene facit,d.clem.ſæpe,in fi. neutro tamen ca-
ſu poterit iudex ſe adſtringere iuramento, vt hic per rationes
prædictas. Et per hoc poteſt dari alius intellectus ad c. bonæ, ꝙ
ibi pars conſenſit,vnde ſponte actor teſtes produxit.Et de intel
lectu illius c.dic, vt ibi plene no.

ADDITIO.

a Ad hoc facit,quod vult glo.no.in clem ſæpe,in gl.ſi inf.de uerb.ſig. & Imo. in 41.colū. quod licet cauſa ordinaria non poſſit de conſenſu partium fieri ſummaria,ut eſt glo.in c.de cauſis,de off.dele. tamen ſecus eſt econuerſo, quia cauſa ſummaria poteſt effici ordinaria per iſtam regulam, quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam. Hinc videmus,quod licet alias in correctorijs non fiat extenſio nedum ex identitate rationis, ſed nec etiam ex maioritate,ſecundum ueras,& communes concluſiones,quæ traduntur in Auth.quas actiones,C.de ſacroſ.eccl.tamen in correctorijs ſemper licita eſt extenſio,quando reditur ad ius commune,& ad naturam ſuam,quaſi materia tunc ſit fauorabilis, & quia res de facili reuertetur ad naturam ſui, ita dicit glo.ſolennis,& melior de iure in c.ſtatutum,in ver. numerandum,de præben.in 6.Do.Ant.in c.olim tibi,de verb.ſign.Do.Alex.de Imo.in l.ſi conſtante.in prin.in 6.col.ff.ſol.mat.

SVMMARIVM

1 *Soluens vni ſponte,quod alteri eſt debitum,non liberatur.*
2 *Proteſtatio non excuſat id,quod indebitè fit.*
3 *Iuramentum ſubditi de præſtando obedientiam illi, cui non debet, eſt illicitum.*
4 *Quis poteſt eſſe vaſallus plurium.*
5 *Iurans fidelitatem pro ſyndicatu Archiepiſcopo,an ſit feudo priuandus.*
6 *Ex ſolutione alteri facta, an augeatur debitum.*
7 *Recipiens debitum alterius,an teneatur furti.*
8 *Debitor,an poſſit ſoluere creditori creditoris,ita ut ſequatur liberatio.*

CAP. XXII.

EA te. Qui iurauit,cui non debuit,cui debet,iurare
compellitur,Vel ſumma generalius ſic. Si vnū
iuramentum vni debitum,alteri præſtatur, illicitum
eſt,& eo non obſtante,cui debetur, præſtandum eſt.
Primo ponit exordium. Secundo narrationem,ibi, Sanc. Ter-
tio concludit,ibi,Cum igitur. Caſus literal.Do.Papa mandauit
Archiepiſcopo Turritano,quatenus nomine Rom.Eccle.iura-
mentum fidelitatis exigeret, & reciperet a iudice Carolitano,
pro ipſo iudicatu. Iudex ille requiſitus, noluit iuramentum il-
lud exhibere,aſſerens, quod illud præſtiterat Piſano Archiepi-
ſcopo, ſaluo Eccleſ. Rom. honore. Papa hoc intelligens, ſcribit
hoc iudici ſupradicto,dicens quod non remittitur debitū, ſed
augetur, cum alteri ſoluitur,quod alij eſt præſtandum . Sed cū
iuramentum illud Eccl.Rom.dictus iudex præſtare teneatur,ſi
iuramentum iam præſtitum contrarium reputet illi, quod Do
mino Papæ præſtare tenetur,primum illicitum eſt, & illo non
obſtante,illud præſtare debet,quod ab eo petitur. Si vero pri-
mum iuramentum non eſt contrarium pręſtando iuramento,
1 illud ſine mora præſtare debet. Ber. †Not.quod ſoluens vni, qđ
alteri eſt debitum,non liberatur Hoc intellige, quando ſpontè
ſoluit;ſecus autem,ſi compulſus iniuria ipſius creditoris,vel ali
ter,ſine iniuria debitoris. Tunc enim ſaltem habet exceptionē
contra verum creditorem,argu.optim. in l.nouiſſimè,ff.quod
fal.tu.De quo vide plenè per Bartol.in tract. de tyranno, & ali
quid per Innocen.in cap.nihil,de elec.facit l.ſi merces.§.culpę.
ff.loca.quod no.Facit enim pro iſtis,qui ſoluunt aliorum credi
ta Tyrannis,vel intruſis Prælatis,de quo plene per Bar. in loco
2 præalle.†No.2 quod proteſtatio non excuſat id, quod indebitè
fit,& hoc,quia videtur contraria facto,de app.c.ſolicitudinem,
hoc facit ſecundum Hoſt.contra quendam officialem , qui fe-
cit hominem ſuſpendi,ſaluo iure ſuo. Item facit ſecundū Mo-
a der. vt non minus teneatur de iniuria, qui dixit, Salua a reuerē
b tia veſtra,b vos mentimini per gulam. Nam verbum iniurio-
ſum præcedens,vel ſubſequens,declarat, quod non habet ani-
mum ſaluandi ſibi honorem,ad hoc l.ſi non conuicij,C. de in-
iur.& l.ſi quis extraneus,ff.de acquir.hær.& ibi hoc no. Bartol.
3 poſt Dyn.quod no.† Not. tex. Iuratum, & tene menti, quod ſi
ſubditus iurat obedientiam,& fidelitatem ei, cui non debet in
præiudicium ſuperioris, ſeu domini, tale iuramentum eſt illi-
citum.Et hoc,quia nō poteſt ſeruari ſine ſalutis periculo, cum
non poſſit ſe obligare in præiudicium ſuperioris,ſupra eo.c. ve
nientes.facit c.cum contingat,in fi.infra eo.& in cap.1.de pact.
4 lib 6.& ꝙ no. Inno.in c.olim,il 3.de reſtit ſpol. †Oppo.videtur
enim,ꝙ iuramentum præſtitum Archiepiſcopo, ſemper ſit il-
licitum, cum veniat contra ius ſuperiori debitum,arg in c. in-
tellecto,infra eo Sol.poteſt intelligi ſecundum Inno. quādo iu
raſſet Archiepiſcopo pro alio feudo,ſeu alia iuſta cauſa, & non
pro iſto iudicato,tunc enim valet vtrunque iuramentum . Et
ſic habes quod quis poteſt eſſe pluribus obligatus ad fidelita-
tem,ſecus in ligio.Poteſt enim quis eſſe vaſallus plurium , ſed
non ligius,de quo vide bon.glo.in clem.paſtora.in verbo, ho-
5 mo ligius, de re iudic. †Quæro ſecundo,an iſte, qui iurauit Ar-
chiepiſcopo fidelitatem pro iudicato,ſit priuatus feudo? Hoſt.
dicit, quod ſic,quia quantum in ipſo fuit,feudum alienauit,re-
cognoſcendo alium in dominum,vt li.feu.de prohi.feu. alien,
c.imperialis,& maximè ſi fiat contra pacta iurata, C. de tranſa.
l.ſi quis maior.Sed in contrarium facit iſte text.in eo,quod Pa-
pa exigebat iuramentum ab iſto, pro illo iudicatu. Reſpondeo
dupliciter. Primo, ſaluando dictum Hoſt. quod feudū ex hoc
incidit in commiſſum,fauore domini, ideo poteſt dominus to
lerare illum,ſi vult,arg.in c.ponit, in fi.& quod ibi no.de loca.
Vel dic,quia ex iuſta ignorantia iſte fuit excuſatus, & forte ob
6 hoc dixit,Saluo honore ſedis Apoſt.†Oppo.1. Videtur enim ꝙ
ſolutione alteri facta, non augeatur debitum, cum nulla lege
hoc caueatur.Satis enim eſt,quod ſoluatur debitum,cuius ſo-
lutione contingit liberatio l.2.ff.ſi cert.pet.& Inſtit. quib.mod.
tol.obli.in princ.Solu.glo.1.& bene,quod debitum augetur,ra-
tione difficilioris ſolutionis. vnde ex hoc grauatur ad ſoluēdū
bis.Et per hoc infert gloſ.a.quod peius, ſeu grauius eſt latroni ,
qui partitur ſpolia cum ſocio, quam ſi non partiatur Hoſt. poſt
Goff.dicit hoc verum,quando ideo non partitur,quia pœnitet
de peccato,& intendit vero domino reſtituere; ſecus , quando
fidem promiſſam ſocio frangit ad ſui commodum. Et ſic cre-
do debere intelligi tex.cum glo.in cap.ſi ad peccatum,22.q.4.
vbi glo.videtur contraria tex.& vide quod not.Ioā.And.ſupra
7 in procemio ſuper glo.ſiue ſit.†Quæro,hic dicit text. quod ſol-
uens alteri,non liberatur,ſed nunquid recipiens debitum alte-
rius, teneatur ad aliquid? Gl.1.dicit,quod tenetur furti, niſi cre
ditor ratum habeat,alleg.ff.de fur.l.falſus.§.1. Aduerte, quia gl.
generaliter nimis loquitur. Nam primo non videtur procede-
re in caſu noſtro,quia in rebus incorporalibus non committi-
tur furtum,ſicut nec in alijs reb.immobilibus, vt Inſtit. de vſu-
cap.§.quod autem,no gloſ. in c.dudum,il 2.de elect. ſed debet
glo.reſtringi ad res mobiles,& quando alter recepit, ſciens de-
bitum ad alium pertinere,& ſimulauit ſe procuratorem,ſic lo-
quitur.l. falſus. Vel quādo recepit nomine proprio ſine aliqua
iuſta cauſa, ſecus autem , ſi credebat debitum ad ſe pertinere.
Tunc enim excuſaretur a furto,ſeu rapina.Inſti. vi bono.rapto.
§.quia tamen.Idem,ſi recepit,vt negociorum geſtor, arg l.ſi pc.
8 ff.de nego.geſt.& l.ſi pupilli. † Nunquid autem poſſim ſoluere
creditori creditoris mei,ita,vt contingat liberatio ipſo iure?qō
eſt vtilis,& non facta per canoniſtas. Dico,quod aut quæritur,
nunquid creditor meus ex illa ſolutione ſit liberatus , & dico,
quod ſic,etiam ſi eo inuito ſolniſſem creditori ſuo, vt l. ſoluen-
do,ff.de neg.geſt.& Inſti.quib.mod.tol.obli.in prin. Aut quæri
tur,nunquid ego ſim liberatus a creditore meo Bart. in l. ſolu-
tum.

ADDITIONES.

a Erde hoc vide per Alb.in 2.parte ſtatu.q.45.alias 44.inci. ſed quid ſi quis dicat.& idem dicit Bar.diſtinguens ſuper hoc in l.quæ omnia,ff. de procu.in prin.ſequitur Do.Alex.in l.turpia.ff.de leg.1.& in l.ſi.ff. quod quiſque iur. Adde etiam ipſum Pan.qui idem tenet in c.cum te,de re iud.quamuis contrarium teneat Spec.in tit.de aduo.§.iam nunc.in ver. hoc tamen caueat. Et pondera,dum ille dicit:Nam uerbum iniurioſum præcedēs, uel ſubſequēs, ponderat uerbum ſubſequens, nam uidetur uelle,quod indiſtinctè ſiue proteſtatio præcedat,deinde ſequatur uerbum iniurioſum, uel econtra, idem iuris ſit,ut teneatur.Sed inuenio,quod Io.Ber.in ſuo repert.in uer. iniuria, in 3.col.tenet,quod ſi proteſtatio præcederet,deinde ſequeretur , uerbum iniurioſum,quod non teneretur, ut ſi dicerem Saluo honore tuo, uel ſalua reuerentia tua,quod eſſem excuſatus.Sed non puto, quod hæc limitatio ſit uera.Primo,per regulam,quæ habet in his,quæ uno contextu fiunt, nō eſt dare prius,nec poſterius,l.nec enim,ff.de ſol.iuncta doct.Bar. in [illegible] prius,ff.de uulg.& pup.Secundo,per regulam,quæ habet,quod quotieſcūque proteſtatio ſiue præcedens,ſiue ſubſequens eſt contraria actui,qui geritur,nihil releuat,ut probatur in c.ſolicitudinem,infra de app. ſed actus ſi eſt contraria proteſtationi,ſiue ipſa proteſtatio pręcedat,ſiue ſubſequatur, ergo nihil releuat.Et ita uidetur mihi uelle hic Panor.ibi,præcedēs,uel ſubſequens,&c.ut ſup.dixi.

b Salua reuerentia ueſtra.uide Do.Iaſ.in l.ut vim,col.fina.ff.de iuſti.& iure.vbi dicitur,quod poteſt dari libellus iniuriarum ei,qui dicit tu mentiris, ſalua reuerentia, & ſubdit, quod non liceret replicare , imo tu mentiris , ut ibi per eum. Seb. Sap.

Digitized by Google

tum.§ ſolutam,ff.de pign.act.ſic notanter diſtinguit, quod aut ego ſoluo creditori creditoris,qui habet me,vel bona mea obligata. Pone exemplum,ſi conduxi hoſpitium ab eo, qui conduxerat ab alio, et ſoluens liberor ipſo iure, vt in d.§.ſolutam, vbi tex.no.Nec mirum, cum poſſim ab illo cogi ad ſoluendum,vt l.nomen,C.quæ res pigno.obli.poſſ.& ideo ſoluendo,etiã creditore meo inuito, liberor.l.verum,ff.de conſti.pecu. Quandoque creditor creditoris mei nõ habebat me, vel bona mea obligata, & tunc aut ideo ego teneor creditori meo, quia ipſe alij ſoluere tenetur,& poſſum alij ſoluere, vt l. ſi liber homo, ff. de neg.geſt.vbi patet.quod ſi tu gerendo negocium meum recepiſti pecuniam mutuatam,liberor a te,ſoluendo creditori tuo, quia contemplatione mea,tu es illi obligatus. Aut cauſa, quare creditori meo teneor,eſt omnino ſeparata a prima, & tunc aut ſoluo creditori creditoris,creditore meo volente, & indu-

a bio contingit liberatio Aut eo inuito, a & tunc non contingit liberatio,vt l.inuito,ff.de ſol.& l.ſi.C de neg.geſt. Aut eo ignorante,& contingit liberatio ope exceptionis,vt l.ſi opera,ff. de do.excep.& ibi bon.gloſ.Ex his notanter dicit Bar. quod ſi primus creditor habet inſtrumentum, in quo continetur obligatio omnium bonorum,& per conſequens iſte debitor debitoris,ſeu nomen eius eſt obligatum, poterit ſoluere illi creditori creditoris,quod eſt notandum. Vide tamen gl.Inſtit.quib. mo. ſol.obli.in princ.quæ tenet, quod cuilibet creditori creditoris poteſt ſolui, etiam inuito creditore, & contingit liberatio. Sed primum dictum credo verius,per d.l.ſi opera, & tenet etiã glo. ibi,& in d. l.ſolutum.§.ſolutam, & hæc not.

ADDITIO.

a Eo inuito. Vide Bart.idem tenentem in l.non ſolum.§.ſi.in ſi.ff.ſolu.matr. & Bald.in l.1.de excep. Sebaſt. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Iniurians licite iurat ſtare mandato iniuriati pro ſatiſfactione iniuriæ, & cum agitur de crimine criminaliter, non poteſt compromitti.*
2 *In fœminam poteſt compromitti, tanquam in arbitratricem, non tanquam in arbitram.*
Fœmina poteſt eſſe arbitratrix, ſed non arbitra.
3 *Arbitrator,an poſſit mandatum reuocare.*
4 *Filius hæreticus poteſt a patre exhæredari.*
5 *In omnibus caſibus,in quibus pater poteſt filium exhæredare, poteſt ei denegare alimenta.*
6 *Filia,quam pœnituit luxuriaſſe,debet a patre ali,& dotari.*
7 *Quis ſit arbiter,& quis ſit arbitrator.*
8 *An arbitrator poſſit aſſumi ſuper lite decidenda.*
9 *Arbiter procedit ſeruato iuris ordine, arbitrator procedit iuris ordine non ſeruato,coram quo proceditur, lite non conteſta. nec ſententia datur in ſcriptis.*
10 *Arbitrator quis poteſt eſſe in facto proprio.arbiter uero non.*
11 *Arbiter non iurat,nec partes,arbitrator vero ſic, & arbitrium iuratum parit officium iudicis.*
12 *Arbitrator an poſſit,ut ſuſpectus recuſari.*
13 *Monachus an poſſit eſſe arbiter uel arbitrator.*
14 *Iudex ordinarius poteſt eſſe arbitrator & non arbiter.*
15 *Ex arbitramento an naſcatur actio.*
16 *Arbitramentum an emologetur.*
17 *Quo iure ſententia arbitratoris reducatur ad arbitrium boni uiri.*
18 *Compromiſſum factum in arbitrum, ſoluitur morte unius ex compromittentibus; ſecus,ſi compromiſſum ſit factum in arbitratorem.*
19 *Atteſtationes & confeſſio facta coram arbitro, faciunt fidem coram iudice,ſecus ſi coram arbitratore.*
20 *Confeſſio facta coram arbitro,poteſt reuocari,etiam poſt ſententiam latam, ſecus coram arbitratore.*
21 *Litis conteſtatio coram arbitro interrumpit præſcriptionem, ſecus coram arbitratore.*
22 *Arbiter non poteſt procedere diebus feriatis,arbitrator ſic.*
Inſtantia an currat coram arbitro,vel arbitratore.
23 *Arbiter & arbitrator,an ſi ſemel pronunciauerunt,poſſint mutare ſententias ſuas.*
24 *Arbiter,vel arbitrator,an cogantur laudare.*
25 *Arbiter non poteſt ſententiam ferre in eccleſia,arbitrator ſic.*
Diſpoſitio c decet,de immu.eccl. lib.6 habet locum in arbitro.
26 *Arbiter, ſeu arbitrator, an poſſint extendere manum extra compromiſſum.*
27 *Excommunicatus an poſſit eſſe arbiter, & quis dicatur notorie excommunicatus.*
28 *Arbitrator poteſt de bonis unius alteri tradere,arbiter uero ſecus.*
29 *Arbitrium ſi continet manifeſtam læſionem & enormem, poteſt per ſuperiorem retractari.*
30 *Quæ eſt ratio,quod ſententia arbitri non reducitur ad arbitrium boni viri, ſed arbitratoris ſic.*
31 *Promittens ſtare ſententiæ arbitratoris ſub pœna, vel iuramento, non incurrit pœnam,nec periurium, ſi petit, quod reducatur ad arbitrium boni viri.*
32 *An partes poſſint per pactum renunciare reductioni ad arbitrium boni viri.*
33 *Reductio ad arbitrium boni viri,pro quanta læſione detur.*
34 *Petens reductionem ad arbitrium boni viri,ſi ſuccumbat, an incidat in pœnam compromiſſi.*
35 *Reducens ad arbitrium boni viri, ſi pro parte ſuccumbat, & pro parte obtineat an incidat in pœnam totam,an excuſetur.*
36 *Si petitur reductio ad decem, & iudex reductionis ſententiauerit in quinque, ſi non uult ſoluere quinque,an incidet in pœnam compromiſſi.*
37 *In quantum tempus arbitrator debeat arbitramentum explicare.*
38 *Bonus uir eſt iudex,& ad quem iudicem ſit iſta reductio 39.*
40 *A ſententia iudicis reducẽtis arbitramentum ad æquitatẽ,nõ põt appellari.*
41 *Pendente reductione ad arbitriũ boni viri, impeditur executio arbitramẽti.*
42 *Si eſt compromiſſum,tanquam in arbitrum, & in arbitratorem,an ſit arbiter,an arbitrator.*
43 *Is,in quem eſt compromiſſum, ut poſſit procedere de iure, & de facto, ſed in pronunciando de iure tantum,an ſit arbiter, an arbitrator.*
44 *Si arbiter aſſumptus modo prædicto ferat ſententiam iniuſtam,an ualeat talis ſententia.*
45 *Arbitrator põt pcedere ad ſententiã abſentibus partib.arbiter uero non.*
46 *Tertius non eligitur,ſi duo arbitratores diſcordant.*

CAP. XXIII.

a QVintauallis. a Qui iurauit ſtare mandato alicuius,non tenetur parere,ſi præ-
b cepit illicita,b vt quod filium exhæredet, vel vxorẽ ſubijciat,& eſt cap famoſum valde, propter materiam arbitratorum,quæ tractatur.Communis diuiſio. Secunda,ibi,Quocirca.Caſus liter. Filiæ Quintauallis venerũt ad verba cum quibuſdam alijs mulieribus, & eis multas iniurias irrogarunt, propter quod dictus Quintauallis iurauit ſtare mandatis illarum,quæ tale ſecerunt illi mandatum, ſub debito iuramenti,quod ſi aliquãdo filij,aut filiæ,aut vxor illius aliquod factum,vel verbum contumelioſum mulieribus illis obijcerẽt, quod ipſe Quintauallis filios, & filias exhæredaret, & vxorem a ſe remoueret. Quintauallis recepto tam iniquo mandato, ſignificauit hoc Papæ.vnde mandat Epiſcopo Alatrino, quatenus prædictis mulieribus iniungat, vt mãdatum illud reuocẽt, cum licitum fuerit iuramentum,& mandatum illicitum, alioquin denunciet illum non teneri ad obſeruationem huius mã-
1 dati. B. No.1.quod pro ſatisfactione iniuriæ, licite iuro ſtare mãdato iniuriati,& ſic poſſum valide me ſubijcere iudicio aduerſarij mei, & quanquam pater hoc iuramentum præſtiterit occaſione iniuriæ illatæ per filias, tamen eadem ratio eſt in ipſis filiabus,vt probatur ſupra eod.ca.veniens, & facit l. ſi libertus, ff.de oper liber.Et ex hoc,& ex tex.infero, quod licet non poſſit compromitti,cum agitur de crimine criminaliter, vt in ca. pen.de in integ.reſtit.& l.non diſtingue.§.Iulia.& §. deliberari, ff.de arbi.ſecus tamẽ eſt, vbi agitur de crimine ciuiliter, vt hic.
a 2 †Secundo no.ꝙ in fœminam poteſt compromitti, tãquam in
c arbitratricem c ſecus tamen tanquam in arbitram, quia hoc vltimum eſt officium virile, cum habeat procedere iudicialiter, vt probatur in c.dilecti,de arbi.& l.fina.C.de arb. Quod intellige,niſi fœmina ex dignitate habeat iuriſdictionem, vt quia eſt Regina,vel Comitiſſa,vt d.cap.dilecti,& dic,vt ibi no.per glo. & per Bartol.in d.l.fina. Tertio no. quem poſſe ad obſeruantiã arbi-

ADDITIONES.

a Quintauallis.In ampla materia huius c.adde quod D.Ant.in c. ſuper quæſtionum,in 2.col.de offi.deleg.dicit,quod ſi ex ſtatuto omnes ſentẽtiæ debeãt poni in cataſtro,non habet locum in ſententia arbitri.

b Præcepit illicita.Vide Bal.in c.1.§.1.de lege Cor.& in auth.generaliter,in 3. col.C.de epiſ.& cler.& in l.ſi.C.de contrahen.emp.& in l.4.C.de do. promiſ.& in Auth.hæres,C.de ſecun.nup.& in l.hac edictali,eo.ti.do. Card.in c.ex poſita,de arb.vbi ſingulariter loquitur,& pondera bene in ver.filij,qa hic eſt caſus,quod in compromiſſo,& ſic in materia contractus, maſculinũ concipit fœmininum,quod eſt contra Arch.in cap.ſi quis ſuadente.15.q.5. Verum autem laudum iniquum excuſet à pœna compromiſſi.uide Ioan.de Imo.conſi.5 & conſi.147.& in conſi.ſuo 161.ubi ponitur conſi. do. Flor. in conſi.162.& 73. And. Barb.

d.verſicu.quid de confeſſione.vbi videtur velle,quod confeſ-
c ſio facta coram arbitro,poſſit reuocari[c] poſt ſententiam,ante-
quam arbitrium ſit emologatum,quia ante emologationem
non poteſt dici finitum negocium,cum non competat ex eo
actio,vel exceptio,d.l.penulti.C.de arbit.Et ſic debet poſſe re-
uocari,vt in c.fina.de confeſ.ſed confeſſio facta coram arbitra-
tore indiſtinctè non reuocatur laudo ſecuto,ſi eſt validum,quia
negocium videtur finitum per tranſactionem,vt no.in Auth.
21 vt diffe.iud.in princip.& ſupra dixi.Duodecima differentia,†
quia lit.conteſt.coram arbitro interrumpit præſcriptionem,l.
penul.in fin.C.de arbi.ſecus in arbitratore,quia coram eo non
eſt iudicium,nec quaſi,& ſic non poteſt eſſe lit.conteſt.de quo
per Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de litis conteſt.§.effectu,
in princip.vbi plenius de hoc,& facit quod dixi in d.capit.præ-
22 ſentata.† Tertiadecima differentia,quia arbiter non poteſt pro-
cedere diebus feriatis,vt ſupra dixi.De quo dicendum,vt in di-
d cta l.ſi de meis §.vlt.& l.ſi feriatis,ff.de arbi.ſed arbitrator[d] ſic,
vt no.Barto.in locis præalleg.quia arbitramẽtum eſt quædam
tranſactio,& ad concordiam & ad pacem reductio quod cum
concernat pietatem,poteſt explicari diebus feriatis,vt in capi.
3.de ferijs.Ego aliter dicerem,quod aut quæritur nunquid ge-
ſta coram arbitratore die feriato,teneãt,& dico,quod ſic,quia
cum coram eo non ſit iudicium,ceſſat diſpoſitio capitu.1.de fe
rijs.facit quod notatur in clem.vnica,de offic.deleg.Aut quæri
tur,nunquid debeat arbitrator,vel poſſit ſine peccato proce-
dere,& dico,quod aut ſperatur pax,aut aliquis actus pius,& po
teſt,vt in dicto capitu.1.Aut ſolum ſperatur adimplementum
alicuius contractus,& tum puto ſecus,quia talibus diebus nõ
debent homines intendere negociationi,& mercantijs,vt in
capitu.1.præalleg.facit optime capitu.qualitas,de pœn.diſtin.
5.Quid autem,ſi Titius habet arbitrari quantum fuit expẽſum
in tali domo,vel collectum ex tali agro,dicemus ne licere,hu-
iuſmodi intendere?Certe non,cum homines debeant tunc in-
tendere diuinis,argum.capitu.licet,eod.titu.cum ſi.Vide ad
materiam quod no.Specu.in titu.de arbi.§.ſequitur,verſicu.
ſed nunquid arbitrator,ſeu amicabilis compoſitor,& ſequen-
ti.vbi dicit arbitratorem poſſe procedere talibus diebus,ſed nõ
poſſe compelli,etiam ſi partes paciſcantur,quia tale pactum
modo prædicto non præiudicat arbitratori,ſed ego intelligo
cum limitatione prædictorum.Quartadecima differẽtia,quia
coram arbitratore non eſt locus peremptioni inſtantiæ per la-
pſum triennij,quia coram eo,vt ſupra dixi,non eſt iudicium,
vel quaſi,& ſic ceſſat diſpoſitio.l.properandum,C.de iud.ſed
e coram arbitro[e] multi tenuerunt quod ſic.Alij aliter,cum non
habeat iuriſdictionem,de quo vide per Spec.in ti.de arbi.§.diſ-
fert,verſi.1.Idem per Bar.in l.ſi de meis.§.fi.ff.eo.per Ioan.An.
in addi.Spe.in loco præalle.& per Cy.in d.l.properandum.Cy.
& Ioan.And.multis recitatis,videntur reſidere,quod coram
arbitro non ſit inſtantia.Mihi tñ de iure ciuili multum placet
contraria opi.quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.l.
2.ff.de arbit.Et coram eo eſt quaſi iudicium.d.l.ſi de meis.§.re
cepiſſe.facit l.omnes,C.de ferijs.& per conſequens debet habe
re locum diſpoſitio l.properandum.Sed de iure canonico vide
23 quod dixi in c.pen.de iud.† Quintadecima differentia,quia ar-
biter,ex quo ſemel ſuper toto pronunciauit ſeruando formã cõ-
promiſſi,ſiue bene,ſiue male,functus eſt officio ſuo,vnde non
põt amplius mutare ſniam ſuam,vt le.& no.in l.dicere,in fi.cũ
ſeq.ff.de arb.& ſupra eod.In arbitratore vero ſunt opi.Dicũt
enim quidam,ꝙ cum coram eo non ſit iudicium,vt ſupra dixi,
non hẽt locum c.in literis,de offic.deleg.Hanc materiam aſſu-
mit plene Cy.poſt Pe.in l.fi.C.de contrahend.emp.facit ẽt ad
materiã c.ſi compromiſſarius,de elc.li.6.& ꝙ le.& no.in c.cũm
quæ & c.noſti,de ele.& c.ſi quis presbyterorum,de reb.eccle.
non alie.Cy.in d.l.fi.poſt Pe.ſic in effectu concludit,quod aut
arbitriũ,ſeu electio competit mihi iure mero,& poſſum,licet
male ſemel egerim,ſeu arbitratus fuerim,iterum arbitrari,ad
hoc l.hæc conditio,ff.de cond.& demonſt.vbi dr̃,quod ſi teſta-
tor legauit mihi centũ,ſi nupſero,ſi nupſi inutiliter,poſſum ite
rum ꝯhere,& legatum conſequi.Aut competit mihi ſuper iu-
re alieno,& tũc ſi non ſeruaui formam,poſſum iterum arbitra
ri,d.l.qui tñ,ff.de arbi.Si vero ſeruaui formam,non poſſum am
plius me intromittere,quia ſiue bene,ſiue male,functus ſum
officio meo,vt in d.c.compromiſſarius.Ad iſtũ tex.dic,vt inſ.
dixi.& ſic videtur,quod non ſit differentia in hoc inter arbitrũ,
& arbitratorem.Quid aũt,ſi fuit dictũ in compromiſſo,vt poſ-
24 ſet pluries pronunciare?Dic,vt no.Bar.in d.l.quid tñ.† Sextade
cima differentia,quia arbiter non cogitur laudare,licet ſuſce-
perit compromiſſum,niſi ibi ſit pœna,vel pignora,ſed arbitra
tor ſic,ſi cõpromiſſum recepit.Sic refert d.Ant.hic modernos
tenere in l.fi.C.de ꝯhen.emp.ꝯ gl.ſi illius leg.Dic etiam hoc te
nere Spe.& Io.And.in ti.de arbi.§.ſequitur,ver.ſed nunquid ar
bitrator.Sed certe Io.And.non ſic loquitur,nec Cy.in d.l.fi.dũ
reprehendit illam glo.Dicit enim ibi gl.tam in arbitro,quam
in arbitratore,ꝙ non coguntur pronunciare,niſi pœna vel pi-
gnora,de ſtando ſniæ,interuenerint.Cy.vero dicit,ꝙ gl.neſcit,
ꝗd dicat,quia in vtroque ſatis eſt diſtinguere,an acceptauerint,
& compelluntur,alias ſecus.Et idẽ Io.An.in loco præalleg.q.d.
ꝙ vterq; compellitur,ex quo acceptauit,licet pœna non inter-
uenerit,& bñ loquitur.Satis enim eſt,ꝙ interuenerit ſtipulatio
de iure ciuili,vel ꝙ arbitrator fuerit aſſumptus ſup aliquo ꝯctu,
vt ſ.dixi,vel ꝙ de iure canonico fuerit ſimpliciter cõpromiſſũ
de ſtando ſniæ.Nã tunc ſnia non põt eſſe fruſtratoria,quia agiẽ ad
intereſſe reſpectu arbitri,& reſpectu arbitrorũ põt agi ad ipſius
executionẽ,vt patet ex pdictis.Nec obſt.d.l.non diſtinguemus.
§.1.vbi dr̃,ꝙ niſi pœna ſit adiecta in cõpromiſſo,non compelli-
tur arbiter pnunciare quia dẽt intelligi,qñ nudo verbo fuit com
promiſſum.Nã tũc ſnia poſſet eſſe fruſtratoria de iure ciuili,quia
ex nudo pacto nõ agit,ſecus aũt ſi fuiſſet cõpromiſſum & p ſti-
pulonẽ fuiſſet promiſſum de ſtando ſniæ.Nã tunc arbiter com-
pellitur,vt in l.diẽ pferre,in fi.ff.de arbi.& ſic intelligit ibi Bar.
Quid aũt in hoc ſentiant Io.An.& Canoniſtæ,dic,vt no.per gl.
& doct.in c.per tuas,de arbi.ꝙ hic non examino,quia non eſt
materia noſtra.Nam hic ſolũ intendo tractare materiã arbitra
torũ,& non arbitrorũ.Concludo ergo,ꝙ in hoc non ſit differẽ
tia iter arbitrũ,& arbitratorẽ,ſed ſolũ debemus diſtinguere,an
accepta-

ADDITIONES.

a Coram iudice.Limita,niſi eſſet redacta in ſcriptis confeſſio,per id quod ha-
betur in l.rura,C.de omni agro deſer.lib.11.& in c.fi.de confeſ.in 6.in gl.
idem ſi quis acceptauit,ſecundum Bal.in l.Gallus.§.quidam recte,ff.de lib.
& poſth. And.Barb.

b Arbitratore.Vtrum cõfeſſio facta coram arbitratore faciat fidem in iudicio,
vide Bal.in l.vnica,in 13.col.de confeſ.
An confeſſio facta coram arbitro,vel arbitratore,faciat fidem coram iudi-
ce,vel poſſit reuocari,dicas,quod confeſſio facta coram arbitro,non dici-
tur confeſſio iudicialis,nec habet vim confeſſionis factæ in iudicio.Ita Bal.
in l.pen.in fi.C.de arbi.tamen Barto.in l.1.in fi.C.de confeſ.videtur tene-
re contrarium.Sed vide Alex.in conſi.18.in 4 par.conſ.vbi dicit,quod quã-
do ſententia arbitri,quæ eſſe lata virtute talis confeſſionis,eſſet emologa-
ta,tunc procederet opin.Bar alias dicit procedere contrariam opinionem,
quod videtur eſſe contra mentem do.Ant.in c.fi.de confeſ.Confeſſio autẽ
facta coram arbitratore,valet,ut extra iudicialis,ſed facta coram vno ex ar
bitratoribus,non nocet,ſecundum Alex.vbi ſupra,& in conſi.13.in 1.par.
conſi.Et adde,quod confeſſio iudicialis poteſt reuocari etiam poteſt prace
ptum de ſoluendo factum confeſſo,iuxta materiam l.ſi debitori,ff.de iud.
vt per Bal.in l.non fatetur,de confeſſ.Cuius contrarium ipſe dicit in l.er-
ror in 5.col.in verſic.& ex hoc apparet,C.de iu.& fac.igno.& illud credo
verius. Ant.Fran.

c Reuocari.Vtrum confeſſio facta coram arbitro vel arbitratore,poſſit reuoca
ri.Et de hoc vide per Bar.in l.non fatetur,circa fin.ff.de confeſſis.

d Arbitrator.Arbitrator poteſt procedere diebus feriatis in honorem Dei,&
adem Bald.in l.fina.C.de fer.& Bald.in l.ſi vt proponis 1 circa princip.ver-
ſicu.ſed nunquid arbitrator,C.quomodo,& quando iudex.vbi dicit,quod
arbitrator poteſt pronunciare die Dominica,ideo dicit quod ideo tunc po
terit æſtimare pretium rei,& executores eo die poterunt eligere pauperes,
in quibus fiat diſtributio.Et quod poſſit procedere diebus feriatis arbitra-
tor,eſt tex.in l.omnes dies,in fi.C.de fer.& gl.in l.ſi feriatis,ff.de arb.& va
de Bal.in c.1.de fer.
Quod arbitrator non teneatur ſeruare ferias,& quod poſſit die Dominica
arbitramentari,vltra hic allega.vide Bald.in l.fin.in 3.quæſt.in verſi.& hoc
apparet,C.de act.empt.& vide per Lanfr.de Oria.in tracta.de arbit.in 7.
parte,in 6.q.& vide Bal.& Cy.in leg.ſi de meis,in §.ex compromiſſo & etia
per Bar.in l.1.oppo.ff.de arbit.& per Spec.in tit.de arbit.in §.excipitur,in
verſ.item pronunciatur. Ant.Fran.

e Coram arbitro.An coram arbitro ſit locus peremptioni inſtantiæ,vide Fel.
c.venerabilis,col.pen.ver.coram arbitro,ſupra de iud.& ibi quid coram ar
bitratore. Seb.Sap.

Digitized by Google

25 acceptauerit arbitrator, vel non, & hoc not.† Decimaſeptima
differentia, quia arbiter non poteſt ſententiam ferre in eccle-
ſia, ſicut nec iudex,& lata non tenet,de immun. eccle. cap. de-
cet, lib. 6. ſecus in arbitratore, l. fina. C. de fer. ita tenet hic Ioan.
And. ſecundum Franc. de Are. Aduerte tamen ad hoc dictum.
Primo no. quod voluit extendere cap. decet, ad arbitros, illud
tamē cap. loquitur ſolum de iudice. Sed placet mihi, vt habeat
locum in arbitro, quia arbiter largo modo dicitur iudex. 2. quę
ſtio. 6. cap. a iudicibus, iuncto cap. ſequen. & l. 1. ff. de arbi. & cū
illud c. venerit ad peccatum impediendum, non debet fieri ſtri
cta, ſed larga interpretatio, vt not. Ioan. And. in cap. ex tenore,
qui fil. ſint legit. & in cap. 2. de diuor. & facit glo. no. in cap. ſciāt
cuncti, de elect. lib. 6. & in cap. fina. eod. titu. & lib. De quo ta-
men dubitari poſſet circa nullitatem proceſſus per id, quod no.
ibi glo. in d. cap. decet. De dicto arbitratorum, ſeu proceſſu indi
ſtincte teneo, quod valet, quia eſt quidam contractus, vt ſupra
dictum eſt, contractus autem initus in eccleſia, non irritatur,
per illum text. vt ibi dicit gloſ. no. An autem peccet arbitrator
ibi procedendo, diſtinguerem, vt ſupra dixi in eadem quaeſt. an
ſit ſibi licitum procedere die feriata, & dic, vt ſupra in 13. diffe-
26 rentia dixi.† Decimaoctaua differentia, arbiter a non poteſt ex-
a tendere b manus ad res extra compromiſſum, vt io c. cum dile
b ctus, de arbit. & in l. non diſtinguemus. §. fina. ff. eod. ſed arbitra
tor ſic, vt no. Specu. in titu. de arb. §. exipitur, verſic. ſed pone,
& facit quod ipſe no. eod. titu. §. 1. verſicu. arbitrator vero. Ra-
tio ſecundum eum, quia dictū arbitratoris tenet, ſiue ſit aequū,
ſiue iniquum, ſed per iudicem reducitur ad aequitatem, vt di-
cto §. arbitrorum. Ideo dicit, quod ſi coram arbitratore agimus
de certa re, poterit arbitrator illam vni adiudicare, recepta quā
titate pecuniae ab alia parte. Et pro hoc dicto, videtur tex. in ca.
niſi, de praeben. & ſentiunt Doct. in cap. conſtitutus, de relig. do.
vbi tex. ſecundum vnum intellectum. Aduerte, nam exemplū
Specu. procedit de iure, ſed dictum ſuum eſt nimis largum, vt
poſſit extendere manus ad aliena, de quibus non fuit cogitatū
in compromiſſo, vnde in contrarium facit l. Aquiliana. ff. de
tranſac. maxime iuncta l. vnde ſi Neruae. ff. pro ſocio. & l. cum
Aquiliana, ff. de tranſa. quod ſi coram arbitratore eſt conuētio
de vno fundo, licet compromiſſum ſit generale, non tamen po
teſt arbitrator condemnare alteram partem, vt recipiat illum
fundum, & det aliam rem, de qua non fuit cogitatum. Secus
autem, ſi vult condemnare in pecunia, quia pecunia non dici-
tur, alia res, cum omnis res per eam aeſtimetur, l. 1. ff. de contra-
hen. emp. Nam & iudex aditus ſuper actione communi diuidū
do, hoc facit, vt Inſtit. de offic. iud. §. penult. & l. ad officium. C.
commu. diuid. Per hoc dico, quod idem poterit arbiter, ſicut
iudex. Vnde concluderem, quod in hoc nulla ſit differentia in-
ter arbitrum & arbitratorem, ita, quod nemo eorum poterit
manus extendere ad ea, quae ſunt aliena prorſus, & incogitata.
& ſic non obſt. cap. niſi. & not. per Docto. in d. cap. conſtitutus,
quia illa non ſunt aliena prorſus a principaliter petito, cum in
pecunia fuerit facta condemnatio, quod etiam hic ſentit dom.
27 Anto. licet non ita clare.† Decimanona differentia, excommu-
nicatus non poteſt eſſe arbiter, ſicut nec iudex, de re iudic. cap.
ad probandum. Intellige de notorie excommunicato, vt ita
affirmat Specu. in titu. de arbi. §. differt, verſic. item ſecundum
eum. & idem Archid. 2. quaeſtio. 6. cap. a iudicibus. ſuper 1. gloſ.
& ita refert Specu. in curia fuiſſe determinatum de mandato
Papae. In arbitratore ſunt opin. Bartol. ſentit, quod poſſit, quia
excommunicatus aequiparatur deportato. Deportatus autem
non perdit ea, quae dependent ex conſenſu, & ſunt de iure gen-
tium. Hoc ſentit in l. cum pater. § haereditatem, ff. de lega. 2. &
in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Treb. Hanc q. plene diſpu-
tat Ioan. And. in regula, dolo, de regu. iur. lib. 6. in Mercu. Et tan
dem concludit, in contrariam ſententiam, dicens, quod ſi eſt
notorie excommunicatus, non cadit in eo arbitramentum, ꝙ
ſit per modum laudi, vel ſententiae. Allegat quod de compro-
miſſarijs datis ad eligendum. legi. & no. in cap. in cauſis, de ele.
& quod no Archid. 2. quaeſt. 6. cap. a iudicibus, ſuper 1. gloſ. vbi
dicit, quod illa verba, Arbitratu Titij, &c. ſicut non cadunt in
ſeruum, l. illa, ff. de verbo. ſignifi. ita nec in excommunicatum,
qui eſt ſeruus peccati, & extra communicationem Eccleſiae. fa-
cit cap. pia, de excep. lib. 6. cum ſimi. Quis autem dicatur excō-
municatus notorie, habes glo. not. in clem. 1. de ſepul. & dic, vt
ibi. Si vero excommunicatus fuit ſimplex mediator, & proxe-
neta, ita quod contractus firmetur ex partium conuentione, &
non ex pronunciatione excommunicati, tunc actus tenet. Vn-
de tandem videtur concludere, quod nec in lite, nec ſuper con
tractu poteſt excommunicatus notorie eſſe arbiter, vel arbitra
tor, & ſi contra fiat, non valet arbitrium, ſeu arbitramentum.
Hanc eandem ſententiam ſentit. Spec. in loco praealle. qui licet
non dixerit ſpecifice de arbitratore, tamē hoc ſatis ſenſit ex ra-
tione ſua, dum dixit, quod excommunicatus non poteſt con-
trahere, per cap. cum excommunicato 6. quaeſtio. 1. Et videtur
hoc per hanc rationem velle Hoſtien. in cap. veritatis, de do-
lo & contum. vbi firmauit cōtractum initum cum excommu-
nicato eſſe nullum. Et ſecūdum hoc dictum procederet quod
praedixi ſine ſcrupulo. Sed tenendo opinio. contrariam, ſcilicet
quod contractus initus per excommunicatum, valeat, quam
tenuit Innocen. & multi alij, vt plene dixi in dicto cap. verita-
tis, eſt maius dubium, & tenet hic dom. Anton. opin. Bart. con-
tra Ioan. And. quia negari non poteſt, ſecundum eum, quin ar-
bitramentum expediatur per viam contractus; ſed contractus
initus per excommunicatum tenet ſecundum opin. quam ſu-
pra tetigi. Fatetur tamen, quod durāte excommunicatione nō
poteſt arbitrator exercere arbitrium, inuitis partibus, quia non
tenentur ſibi communicare. haec quaeſtio videtur mihi ſatis du-
bia, ſed potius tenerem cum Ioan. And. alleg. bon. tex. in c. poſt
ceſſionem, de proba. vbi patet, quod excommunicatus nō po-
teſt eſſe procurator, ita quod hoc officium non cadit in eum,
vt ibi no. probatur, licet pro facto ſuo poſſit eſſe in iudicio, vt in
cap. intelleximus, de iudic. fortius nec officium arbitratoris aſ-
ſumere, cum hoc caſu habeat arbitrari tanquam bonus vir, ſed
non poteſt dici vir bonus, ex quo perſeuerat in excommunica
tione, cum ex hoc reddatur ſuſpectus de haereſi, vt cap. fina. de
poeni. Infamis autem poteſt eſſe procurator, Inſtit. de excep. in
fin. vnde, licet per ſe poſſit excommunicatus valide contrahe-
re, ſecundum illam opinio. non tamen aſſumere hoc officium
ciuile inter alios, argumen. in dicto cap. poſt ceſſionem, & cap.
pia. de excep. lib. 6. & ſecundum hoc non erit differentia hoc
28 caſu inter arbitrum, & arbitratorem.† Vigeſima differentia eſt,
arbiter debet vnicuique partium reddere, quod ſuum eſt, nec
debet tollere de iure vnius, vt det alteri. Ideo dicit lex, arbitrū
aſſumere partes iudicis, l. ſi de meis. §. recepiſſe, ff. de arbit. Fa-
tendum eſt tamē, quod ſi male iudicat, ſtat ſnię. & imputet ſibi
q talem elegit, vt dicit tex. in l. diē ꝑferre, §. ſtari, ff. de arb. Arbi-
c trator c vero pōt de iure vnius alteri dare ꝑ bono cōcordiae, ita
no. dicit gl. in l. ſed & ſi in ſeruū. §. ſi qs iudex, & l. ſi de meis. §. re
cepiſſe, ff. de arb. & hic Inno. Ego ad hoc adduco tex. no. & aper
tū, maxime iūcta gl. in c. niſi. de pręb. Nā ibi impoſſibile erat de
iure, ꝙ vnus haberet titulū in beneficiū. & alteri deberet pēſio,
tū ꝑ bono pacis ex poteſtate arbitraria fuit illud toleratū, ꝙ in-
telligit Bartol. in d. §. recepiſſe, quando modice laedit, alias redu
ceretur ad arbitrium boni viri, vt d. §. arbitrorum, & per hoc
puto male dixiſſe Bald. in vſib. feud. in titu. de leg. Conra. cap. 2.
vbi

ADDITIONES.

a Arbiter. Vide Roman. in conſi. 55. incipien. ſi volumus dicere. Alexā. in conſi.
124. incip. in cauſa & lite, in 2. volu. & in conſi. 149. incip. titulus, eod. volu.
& Rom. in conſi. 403. incip. de deciſione, & do. Ant. de But. in conſi. inci. vi-
ſis actis, & allegationibus contrarijs, & Rom. in conſi. 115. incip. viſo com-
promiſſo, primo dubio. Sebaſt. Sap.

b Extendere. Vtrum arbiter, vel arbitrator poſſit extendere manus ſuas ex-
tra compromiſſum, pronunciando ſuper non petitis, vide de hoc Do. Ant.
in c. conſtitutus, in fi. de reli. do. & in c. niſi eſſent, de praeben. & Bald. in l. fi.
§. ſi quis, ver. poteſt arbiter, C. commu. de leg. Et de hoc vide per Inno. in c.
ex parte, circa prin. de arbi. ubi dicit, quod arbiter poteſt iudicare ſuper cō
tiguis compromiſſo. Et idem dicit, quod poterit pronunciare ſuper expen-
ſis, & ſuper fructibus, & praefigere terminum ſolutionis, licet hoc non ſit de-
ductum in compromiſſo. Pro quo ego alleg. tex. in l. quid tamen. §. ſolutio-
ni, ff. de arbit. Item ad hoc, quod arbiter poſſit ex compromiſſo extendere
manus ſuas, vide plene per Do. Anto. & Abb. Panor. poſt glo. in cap. cum di
lectus, in 3. colum de arbit. & vide ad hoc elegans verbum, quod ponit do.
Anto. in cap. cauſam. in pen. colum. de re iudic. vbi Bald. etiam dicit, quod ſi
delegatus excedit formam mandati, valet quod facit, dum tamen ſit de cō-
iunctis formae. Et facit quod no. do. Anto. in repet. cap. ueſtra in 53. colum.
de cohabi. cleric. & mu. facit tex. & ibi Bartol. in l. ſicut tibi, C. de iudic. uide
dom. Anto. in c. conſtitutus, in penult. colum. uerſi. no. quod delegatus, de
appel. per illum tex. Et facit quod in ſimili de dicto teſtis no. Innoc. in c. pa
ſtoralis, de excep. Bald. in l. peremptorias, circa fi. verſi. quaero actor, C. ſen-
ten. reſcin. non poſſ. facit quod in ſimili dicimus de procuratore, qui poteſt
facere uicina mandato, vt l. iam tamen. §. pen. ff. iud. ſol. & cap. poſt tranſla-
tionem, de renun. & no. glo. 1. in cap. licet ergo. 8. q. 1. Et uide quod ſcri-
bit domi. Anto. in cap. nonnullis, §. 1. in prima colum. verſi. no. quod manda-
tum, de reſcrip. Item ad haec facit, quod ſcribit Bartol. in l. alio herede, in 3.
colum. uer. quaero vtrum executores, ff. de alim. & cib. leg. Et ad id quod di-
cit Do. Anto. hic, vide Ang. in repe. l. ſi uacantia, in 10. char. C. de bon. vacā.
lib. 10. Item pro hoc facit, quia licet iuramentum ſit ſtricti iuris, vt in c. pen.
inf. eo. tamen extenditur ad conſecutiua eius, ſuper quo iuratur, tex. eſt in
l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit, C. de iureiur.

An arbitrator poſſit pronunciare ſuper non petitis, & extendere manū
ad ea, quae non continentur in compromiſſo, ultra hic alleg. vide Alex. poſt
Bartol. & Angel. in l. cum Aquiliana, ff. de tranſa. ubi etiā per Paul. de Caſt.
ubi dicunt, quod arbitrator electus ſuper certo fundo, poteſt pronunciare
etiam ſuper precio, ut vnus det alteri fundum, uel precium, ſed non poteſt
extendere manum ad aliam rem. De quo uide per Alex. in conſi. 144. in 3.
par. conſi. & uide etiam per Bal. in addi. Spec. in titu. de arb. in ver. an poſſit,
& eūdem Bal. in l. fi. §. ſed ſi quis. in 3. col. C. commu. dele. vbi ēt dicit, quod
arbitrator in ſententia pōt apponere quam conditionem vult, ſi aequitas
ſuadeat, & uide etiam Spec. & Bald. in add. in tit. de arbitr. 2. char. in ver. ſed
arbitrator vult, & adde Ro. in ſing. in uer. arbitrator. & in uer. an arbitrator.
Ant. Franc.

c Arbitrator. Vide Bal. in l. fi. §. 1. C. commu. dele. vbi dicit, ꝙ arbitrator pōt in
laudo declarare, quod actor vendat omne ius, ꝙ habet in re, de qua fuit fa-
ctū compromiſſum, refert do. Bal. in l. ſi ſup poſſeſſione, C. de tranſ. Seb. Sap.

vbi inter cætera dixit, quod ſi arbitrator ex certa ſcientia de
alieno largitur, non valet, quia non eſt ei permiſſum dare de
alieno, ff. quod vi aut clam, l. prohibere, §. planc. imo ſecundũ
eum eſt ſpecies furti quandoque de alieno largiri. Hoc dictum
eſt falſum, ex quo facit pro bono pacis, & concordiæ, & vide-
tur ad hoc habere mandatum, dummodo enormiter non læ-
dat, ut ſupra dixi. Si autem vis ſaluare Bald. intellige, quando
facit ſine cauſa, vel quãdo in non modico lædit Sed dices. Quę
eſt diuerſitatis ratio inter arbitrum, & arbitratorem? Reſpon-
deo arbiter eligitur loco iudicis, & ideo debet per tramitem &
ſemitam iuris procedere, tribuendo vnicuique quod ſuum eſt,
vt in iuribus præalleg & ſupra, in prooe Grego. in ver. ideo lex
prodiit. Arbitrator vero eligitur, vt amicabilis compoſitor,
& tranſigens inter partes, vt in Authen. ſi vero contigerit. C.
de iudi. Ex natura vero compoſitionis, & tranſactionis eſt, vt
poſſit pro bono pacis de iure vnius dare alteri ſine magna alte-
rius læſione. Satis enim lucratur, qui a lite recedit, l. Lucius. &
quod ibi no. ff. ad Treb. Vigeſimaprima differentia ſecundum
Innocen. hic dictum arbitratoris non mutatur, vbi modice, &
non grauiter lædit, alleg. ff. de oper. lib. l. ſi libertus. tu potes alle
gare, quæ in præcedenti differentia dixi. Dictum vero arbitri
non mutatur, etiam ſi grauiter lædat, imo, ſi pœna ꝓmiſſa ſit,
agitur ad pœnam, C. de arb. l. 1. Et ſi non fuit promiſſa, ſed tan-
tum ſtipulatio interceſſit, agitur ad intereſſe, ff. de arbit. l. diem
proferre. §. fina. & duabus ll. ſequen. & l. ita demum. Not. quod
dicit de ſtipulatione, pro his, quæ ſupra dixi, & no in c. per tuas,
de arbi. Si autem ſimpliciter compromiſſum ſit, & ſententia ꝑ
partes expreſſe emologata fuerit, & intra decẽ dies nulla pars
contradixit, oritur ex ſententia actio, & exceptio. l. penult. C. de
arbitr. & agitur tunc condictione ex illa l. ſecundum Innocẽ. &
no. quia ſcuit, quod arbitrium pœnale non emologetur taci-
turnitate decem dierum, de quo in d. l. penult. & in ca. per tuas,
præalleg. Vult ergo in effectu Innoc. quod dictum arbitri non
reducatur ad arbitrium boni viri, etiam prætextu læſionis enor
mis, ſed dictum arbitratoris ſic, ex quo enormiter lædit. Primũ
29 probatur in d. § ſtari. ſecundum in præallega § arbitrorum. † Et
circa primum, vide Hoſtien. in cap. 2. de arbi. qui dixit, quod ſi
a arbitrium cõtinet manifeſtam iniquitatem, poterit ſuperior a
ex ſuo officio illud retractare, argumen. illius cap. quod eſt no.
dictum, limitans ſing. illum §. ſtari. Sed ego allego ad hoc or-
dinariam glo. menti tenendam 2. quæſtio. 6. cap. a iudicibus, &
idem ibi Archid. Et de hoc ego remitto ad plenius not. in dicto
cap. 2. quia hic, vt dixi, non intendo tractare materiam arbitro-
30 rum, cum ibi ſit ſpecialis titulus † Sed venio ad ſecundum di-
ctum, ſcilicet reſpectu arbitratorum, & quæro de ratione iſtius
diuerſitatis, quare ſententia arbitri non reducatur ad arbitriũ
boni viri, ſaltem ad petitionem partis, & dictũ arbitratoris ſic.
Bartol. in dicto § arbitratorum, in vlt. colum. dicit, quod ideo,
quia ex compromiſſo in arbitrum fit iniuria iudici, cuius erat
iuriſdictio, cum adeatur arbiter, vt procedat iudicialiter, ſicut
iudex, merito iudex ſe non impedit de iniquitate, ad hoc l. liti-
gatores. ff. de arbi. Sed quando compromittitur in arbitratorẽ,
tunc nulla iniuria fit iudici, cum fiat ſuper contractu, ut ſupra
dixi, qui celebratur ex partium conuentione, & non iudicis au-
thoritate. Sed contra hoc facit l. 3. §. tametſi, ff. de arbi. vbi dici
tur, quod arbiter eligitur tanquam bonus vir; & ſic videtur
electus vt arbitrator. Solu. dicit ibi glo. not. quod arbiter eligi-
tur, vt bonus vir præcipue, hoc eſt, vt ipſe ſit bonus vir, cuius ar
bitrio pareatur, ita quod non eligitur comparando bonitatem
ſuam ad alterum, ſed habetur reſpectus ad perſonam ſuam tan
tum; ſed arbitrator eligitur, vt bonus vir ſimpliciter, id eſt, vt di
cat id, quod diceret quilibet bonus vir. Quod ſi non facit, me-
rito recurritur ad arbitrium boni viri, id eſt iudicis, l. continuus,
§. cum ita. ff. de verbo. obliga. ſecundum Bartol in dicta l. 3. Et
quanquam iſta videantur notabilia, tamen mihi ex toto non
ſatisfaciunt, quia non videtur, compromittendo, irrogare in-
iuriam iudici, cum hoc fiat lege permittente, C. de adulter. l.
Gracchus, & 22. quæſtio. 4. cap. qui peccat, & cap. cum eccleſia
Vulterana, de elect. Item, ſi iſta ratio eſſet ſufficiens, pari modo
iudex non impediret ſe in compellendo arbitrum ad pronun-
ciandum, nec in mandando executioni ſententiam ſuam, quod ta
men facit, vt l. 3. ff de arbi. & l. a diuo Pio, ff. de re iudi. Ego dice-
rem hanc eſſe rationem. Arbiter non eligitur, vt arbitratu ſuo
decidat, ſed vt procedat ſecundum ius, in d. §. recepiſſe. Ideo
non poteſt reduci ad arbitrium boni viri, quia non habet in eo
locum arbitratus. Appellari autem non poteſt, quia ex ſenten-
tia ſua non datur actio iudicati, & ſic appellatio non reperit quod
ſuſpendat, vt leg. & no. in l. 2. C. de arbi. cum ergo non reperia-
tur competens remedium, ſtandum eſt ſententiæ ſuæ, & impu
tandum eſt compromittenti, niſi iudex ex officio ſuo corrigat
modo prædicto. Arbitrator autem eligitur, vt arbitratu ſuo pro
cedat, merito dictum ſuum reducitur ad arbitrium boni viri,
31 vt in dicto §. arbitrorum. † Nunc circa iſtam reductionem ad
arbitrium boni viri, quæro de pluribus. Et primo quid ſi quis
promiſit ſub pœna ſtare dicto arbitratoris, nunquid peti poſſit
b iſta reductio, ſi arbitrator inique pronũciauit ſine metu pęnę? b
Inſtat Innoc. & tandem concludit, quod non incidit in pęnam
petendo reductionem iniqui arbitramenti, quia iuramentum
eſt fortius, quam pœna; ſed iuramentum non adſtringit ipſum
ad parendum, quouſque redactum ſit ad arbitrium boni viri,
vt hic patet, reſtat, quod & pœna minus ipſum aſtringere poſ-
ſit, hoc etiam tenet Hoſt quãdo generaliter eſt iuratum de ſtã-
do dicto arbitratoris. Idem tenet Spec. in titu. de arbi. § 1. verſi.
ſed pone per iſtum tex quod mihi ſatis placet. Nam verba ge-
neralia debent intelligi ſecũdum ſubiectam materiam, l. quę-
ro. §. interlocutorem, ff loca & l. ſi vno. eod. titu Debet ergo pę
na, & iuramentum intelligi, ſi enormiter non læſerit. Sic in ar-
bitro no. dicit Inno. in cap. per tuas, de arbi. vt iuramentum de
ſtando ipſius dicto, intelligatur alternatiue, quod ſtabit, vel ſol
uet pœnam, aut intereſſe, & hoc not. Sed maius dubium eſt, ſi
ſpecialiter, & expreſſe dictum fuit, vt arbitrator poſſit ius vnius
partis in totum, vel in partem dare alteri, & quod quantumcun
que inique pronunciaret, ſtandum nihilominus eſſet dicto ar-
bitri, nunquid poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri, maxi-
me ſi interuenerit iuramentum, vel pęna? Dicit Hoſt. quod ſic,
niſi arbitramentum eſſet contra Deum, quo caſu nullo modo
eſſet parendum, vt no. d. c. ad aures, de tempo. ord. melius in c.
ſi dominus. & cap. Iulianus, & cap. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3. debẽt
partes arbitramentum obſeruare, nec poſſent contrauenire ſi-
ne metu pœnæ, ſiue periurij, ſi pœna, vel iuramentum interue
nit. poterunt enim partes in hoc ſe ligare, & iuri ſuo renuncia-
c re, ad hoc cap. 1. & 2. de pact. & 7. q. 1. cap. quam periculoſum,
& l. in re mandata, C. manda. & cap. de his, de ſepultu. Dicit ta-
men, quod forte ex æquitate iudex deberet occurrere iniquita-
ti ex officio ſuo, penſatis perſonarum & cauſæ qualitatibus, de
32 tranſact. cap. fina. quod verbum eſt valde notandum. † Et atten
de, quia prædictorum deciſio dependet a quæſtione iam mul-
tum trita, quæ adhuc ſub iudice, pendet. Nam per quot ora di-
ſcurrit, tot ſententias reportat, videlicet nũquid poſſint partes
a principio renunciare reductioni ad arbitriũ boni viri? Et præ-
d ſuppoſito, quod valeat renunciatio, d ſeu pactum, nunquid exten-
datur ad oẽm læſionẽ, maxime ſi interuenerit iuſm, vel pœnę
appoſitio? Et quia longiſſimum, & faſtidioſum eſſet oẽs opinio
nes, & motiua narrare, & maxime cũ fiat diſcurſus ꝑ multa mẽ
bra, ponã primo remiſſiones, ſecũdo concludã materiam ſub
quadam diſtinctione inferendo Doctor. præſtantiorũ opin. De
hac igitur materia videas per Cyn. in l. pen. C. de arbi. & ibi per
multos, & maxime ꝑ Bal. & Cy cõſi. 215. ꝑ Spec. in tit. de arb. §.
fi. ver. quid ſi compromiſ. & ibi ſatis per Io. And. in addi. Diſpu
tauit Io. Cald. & diſputatio ſua incipit, litigantes. tractauit ſatis
prolixe originaliter Dyn. in reg. ſcienti, de regu. iur. lib. 6. Iacob.
Butr.

ADDITIONES.

a Superior. Nunquid ſententia arbitri poſſit reſcindi per officium iudicis, ui-
de Fulg. Bald. Alex. & Iaſon in l. arbitrio, ff. qui ſatiſ. co. circa ſecundum in-
tellectum. Seb. Sap.

b Metu pœnæ. Adde hic Angel. in l. ampliorem, §. fina. C. de appel. vbi dicit quod
pars non poteſt renunciare reductioni ad arbi. boni viri, quia daret mate-
riam delinquendi. Item quando partes renunciant reductioni ad arbi-
trium boni viri, vide not. quæſt. quam ponit Bartol. in l. Iulia. in 5. colum. ff.
de condi. indeb.

An renunciari poſſit reductioni ad arbitrium boni uiri, puto opin. Apo-
ſtillantis eſſe ueram, ne uideatur præſtari materia delicti. Imo poteſt peti
reductio, non obſtante tali renunciatione, & maxime quando dolus inter
ueniſſet in ſententia arbitri, uel arbitratoris. De quo uide Bald. in l. iube-
mus, in fin. princ. C. ad Trebel. & in l. fina. in ult. q. C. de contrahen. empt. &
uide Paul. de Caſt. in conſi. 77. inci. primo, & ante omnia, & in conſi. 71. inci.
quia fruſtra. ubi etiam ponit quod talis reductio non tollitur etiam per re-
nunciationem iuratam, ſi læſio ſit magna, de quo per Bar. l. ſi ſocietatem, in
§. arbitrorum, in ult. colum. ff pro ſoc. & in l. Titia. §. Imperator, de leg. 2. &
in l. 6. ff qui ſatiſ. cog. & per Spec. & Io. And. in tit. de arbi. in §. fina. in uerſi.
item ſi compromiſſum, & per Ang. in ſuo conſi. incip. Ludouicus. & per Ro
man. in rub. de arb. in uer. ſed redeundo, in pen. char. & per Ioan. Calde in
ſuo conſil. incip. duo litigantes, in quibus locis plene habetur de materia.
Anton. Franc.

c Renunciare. Dic, quod recta ratio eſt, quia iudicium redditur in inuitum, l.
inter ſtipulantem. §. 1. ff. de uerb. oblig. Ideo ſuccurritur illi per appellatio-
nem. Sed in arbitrum nemo compellitur compromittere, ergo ſi compro-
mittit, imputet ſibi, ex quo uoluntarie compromiſit. Ideo dicimus, quod ſi
conuictus ex ſtatuto compromiſit, poteſt appellare, ut l. fin. & ibi Bart. C. de
iud. cum ſimi. And. Barb.

Adde tu, dum quærit dom. Barba. poſt iſtum, an renunciatio reductionis
ad arbitrium boni uiri iuramento ualidetur, & conclude, ut per Pau. de Ca.
conſi. 74. inci. quia fruſtra Ang. conſi. 303. inci. ius petendi reductionẽ, Bal.
conſi. 331. inci. prætermitto, volu. 3. & Oldra. conſi. 136. incip. primum, de quo
quæritur, quod non, imo nulla uerborum cautela, aut iuriſiuran. poteſtate
tolli poteſt. De quo tu dic, ut per Lanf. de Orta. in c. quoniam contra, §. in-
terlocutoriæ, & appellationes, ver. ex quibus omnibus, nu. 65. & ibi latiſſi-
me in apoſtil. Celſi in apoſtil. mag. in uerſi. quod no. ſup. de prob. Zach.

d Renunciatio. Vide Fede. de Sen. in conſi. 125. & Rom. in conſi. 90. & Bald. in
conſi. 359. in 3. par. vbi refert quatuor opin. Bal. in l. iubemus, in fi. princ. C.
ad Treb. in l. 1. C. de his, quæ pęne no. & in l. cum antea, C. de arb. Seb. Sap.

Digitized by Google

Butr. in l. ſi vnus. §. illud, ff. de pact. & in d. l. penu. Gul. in l. ſi quis
ex conſenſu, C. de epiſ. audi & aliquid per d. Card. in c. expoſi-
ta, de arbi. per d. Ant. hic, & Bar in d. l. penul. & in l. quæro. § in-
ter locatorem, ff. loca & plenius in d § arbitrorum. Et conclu-
do ſic omnia, quod aut quis abſente parte, & extra iudicium re
nunciat petitioni huius reductionis, & non valet, quia iuris fu-
turi renunciatio non tenet, vt l. ſi ita ſcriptum §. 1. ff. de leg. 2.
no. plene in l. 1. C. de pact. & c. ex multiplici, de deci. Aut in iu-
dicio, vel extra, in partis præſentia, in quibus caſibus tenet iuris
futuri renunciatio, quia habet vim pacti de non petendo, iux-
ta no. in d. l. 1. C. de pact. & maxime per Bar. & per gl. in l. 1. ff. de
cura bo. dan. Vel obligauit quis ſe per pactum ad non petendũ
hanc reductionem, & ſumus in caſu dubij. Dyn. in d. reg. ſcien
ti, loquens in ſimplici renũciatione, ſeu pacto, tenet, quod hoc
non obſtante poterit ratione magnę lęſionis petere hanc redu
ctionem, quia illud pactum debet intelligi, ſi vt bonus vir fue-
rit arbitratus, arg. in d. l. quæro. §. inter locatorem, vbi tex. no di-
cit, quod ſi promiſit locator non expellere inquilinum, intelli-
gitur, ſi ipſe ſolnerit penſionem, & idem per illum tex. confir-
mat ibi Bar. & Io. An. in d. reg. ſcienti, dicens illud etiã procede-
re, ſi interueniſſet iuramentum, ſeu pœna. Idem Bart in d. §. ar-
a bitrorum, dicens, quod iuramentum a habet in ſe illam condi-
tionem, quam habet pactum præambulum, ſcilicet non veni-
re contra, ſi æque fuerit arbitratus, alleg. iſtum tex. & l. fi. C. de
non nume. pecun. & l. fi. in prin. ad muni. Operatur enim illud
pactum, ſeu renunciatio reſpectu modicæ læſionis. & idem te-
net hic do. Anto. & videtur quaſi communis opinion. Item ſe-
cundum Dyn. in d. regu. ſcienti, non valet pactum, quia per il-
lud inuitatur arbiter ad delinquendum contra l. conuenire, ff.
de pact. do. & remittitur dolus futurus, contra l. ſi vnus, §. illud.
ff. de pact. & idem Specu. in loco præalleg. Contrarium tamen
ſentit Fede. in d. conſi. 185. dicens, quod pactum ſeu renuncia-
tio iuramẽto vallata, ſtringit ad non contraueniendum reſpe-
ctu cuiuſlibet læſionis. Hoc tamen bene non probat. Iaco. But.
idem ſentit, etiam ſine iuramento, vt refert Bal. in d. l. penulti.
dicit etiam, quod quicquid dicat Dyn. ipſe non videt, quare ꝑ
pactum non poſſit remitti reductio ad arbitrium boni viri, niſi
dolus ex animo procedat, ſed vbi læſio interuenit re ipſa, debet
pactum valere, ex quo conſtat de intentione partium. Bal. dicit
communiter obſeruari, ꝙ non obſtante quacũque verborum
cautela, ꝑꝑ enormem læſionem ꝑt peti reductio ad arbitrium
boni viri, qa non eſt veriſimile, quod cõpromittẽtes ſenſerint,
quod arbitrator poſſet eos enormiter lædere, arg. in l. cum Aq-
liana, ff. de tranſact. Ego dicerem, quod aut deceptio interuenit
ex propoſito, & tunc reſpectu quantæcunque læſionis poteſt
peti reductio, non obſtante quocũque pacto, quia ſicut expreſ-
ſe non poteſt renunciari dolus futurus, ita & fortius nec tacite
& ſub inuolutione verborum. Item ſi arbitrium retractatur ꝓ-
pter dolum. l. 3. C. de arbi. & l. ita demum, ff. eod. fortius arbitra
mentum, & in hoc videntur conuenire communiter Doctor.
& dicitur interuenire dolus ex propoſito, quando ſcienter per
fraudem, dolum, vel odium, ſeu gratiam grauat alteram partẽ.
Aut deceptio interuenit re ipſa, ſcilicet ſine dolo arbitratoris,
& tunc ſi modice lædit, non fit reductio, vt no. in d. l. ſi de recis.
§. recepiſſe, ff. de arbi. & ſupra latius dixi, etiam ſi renunciatio
non interueniſſet, vt ſupra dixi, & patet in c. niſi, de præb. Aut
lædit non modice, & vidiſtis cõmunem opinionem, quod poſ
ſit peti reductio, ſed mihi non placet, quia ſecundum hoc illa
verba renunciationis nihil operarẽtur, contra c. ſi papa, de pri-
uilig. li. 6. & in c. in his, eod. titu. & l. ſi quando, C. de inoffic. te-
ſtamen. cum ibi. no. Nam ſine renunciatione, non potuiſſet pe
tere rationẽ modicæ læſionis. Dicamus ergo, vt verba aliquid
operentur, quod ratione magnæ quantitatis non poterit, ſecus
eius ratione maximæ, ſeu enormis læſionis, quia illa in dubio vi
dentur excepta, arg. in l. omnes. §. Lucius, ff. de his, quæ in frau.
credi. Nec obſt. l. quæro § inter locatorem, quia ibi verba aliqd
operantur, vt ibi no. per Bar. ſed hic nihil operarentur. Et nota,
quia dixi poſſe peti reductionem, etiam ſi deceptio interuenit
re ipſa. Pro hoc optime facit l. ſi quis cum aliter, ff. de verbo. ob
liga. Item, quia latis eſt, quod non fecit, ſicut debuiſſet facere
quilibet bonus vir, vt l. ſi libertus, ff. de oper. liber. hoc dicit, qa
quidam fuerunt in opi. quod nunquam fiat reductio, niſi dece-
ptio interueniat ex propoſito arbitratoris, ſed primum dictum
eſt communis opi. Venio ad ſecundum membrum diſtinctio-
nis. Aut quis renunciauit, ſeu fecit pactum de non petendo re-
b ductionem, etiam prætextu magnæ b læſionis, & tunc ſi dece-
ptio interuenit ex propoſito, nihilominus poteſt peti, quia do-
lus futurus remitti non poteſt, vt prædixi. Aut re ipſa, & non po
terit peti reſpectu magnæ quantitatis, quia potuit pars ſibi ex
magno pacto præiudicare. l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depo. & in re-
gu. contractus, & reg. ſcienti, de re. iu. lib. 6. Sed reſpectu maxi-
mæ, ſeu enormis ſic, ex quo de tali non fuit expreſſum, quia re-
nunciatio non debet trahi extra intentionem agentis. l. qui in-
iuriæ, ff. de fur. & in c. cum voluntate, de ſenten. excom. Bald. in
c d. l. pen. & d. Ant. hic. Et dicit Bald. quod magna quantitas, c vel
parua dicitur reſpectu perſonarum & cauſæ, alleg. l. cum filius.
§. hæres meus, ff. de leg. 2. vide bonam glo. in capit. fin. de re iu-
dica. lib. 6 Aut renunciatio, ſeu pactum fuit multum generale,
d vt quod poſſet arbitrator altè d & baſſe in totum & in partem
de iure vnius tollere, & dare alteri, & tunc aut præceptum ar-
bitratoris fuit contra Deum, & non ligat, quantumcunq; ſit iu
ratum, vel pœna ſit appoſita, ſecundum Hoſtien. hic, & bene ꝓ
batur 11. q. 3. c. qui reſiſtit, & c. ſi dominus. Idem puto, vbi ſit cõ
tra ius commune non remiſſibile per partes, vt in c. examina-
ta, de arbi. & c. peruenit, eo. titu. & de fo. compe. c. ſi diligenti.
Aut eſt contra ius priuatum ipſius partis, & ſi deceptio contin-
git ex propoſito & dolo arbitri, põt peti reductio, per rationem
ſupra dictam. Ita tenet Io. Cald. in ſua diſpu. & Ioan. And. in ad
dit. prædicta, & Barto. in d. §. arbitrorum, & eſt commune di-
ctum. Aut interceſſit ſine dolo, & valet, ita quod non poteſt pe
ti reductio. Ita tenuit Ioan. Cald. & Ioan. And. in addit. prædi-
cta. Ita refert fuiſſe in quadam diſputatione concluſum, quia ſa
tis hic conſtat de intentione renunciantis, ſeu paciſcentis. Sed
tu aduerte latius: aut enim ſumus certi, quòd nõ interuenit do
lus, aut ſumus in caſu dubij. Primo caſu tenuit do. Pet. de Anc.
diſputando, vt refert in repetitio. c. canonum, de conſtitu. ꝙ po
teſt peti reductio prætextu enormiſſimæ læſionis, quia paria
ſunt dolum interuenire ex propoſito, vel re ipſa, d. l. ſi quis cũ
aliter, ff. de verbo. obliga & l. 2. ff. de doli exceptio Sed commu
nis opinio videtur in oppoſitum, vt ſenſit Barto. in d § arbitro
rum. & Ioan. Cald. & Ioan. And. vbi ſupra, & dom. Anto hic, &
idem refert tenuiſſe do. Fran. de Aret. Non enim eſt hic opus
coniecturare tacitam voluntatem, ex quo ſumus certi de ex-
preſſa, vt in c. 2. de reg. iur. Quiſque enim poteſt iuri ſuo renun-
ciare, de regu. cap. ad Apoſtolicam, & 7. quæſt. 1. cap. quam pe-
riculoſum. Et ad l. ſi quis cum aliter, allegatam per domi. Pet. re
ſpondeo, ꝙ loquitur, quando quis fuit deceptus ignorãter. Sed
in caſu noſtro ſcienter & appenſatè dedit illam ampliſſimã po
teſtatem arbitratori, vnde de ſe conqueratur, argum. in l. man-
dato, ff. de procu. & ita voluit Hoſtien. & Ioan. And. in c. fin. de
maio. & obe. & hæc puto vera, niſi fuiſſet appoſitum aliquod
verbum illius poteſtatis reſtrictum, vt puta, quod poſſet altè,
baſſe, & c. prout ſibi videbitur, & placebit. Nam hæc verba, Vi-
debitur & placebit, importãt arbitrium boni viri, vt l. Thais. §.
ſorore, ff. de fideicom. liber. l. fideicommiſſa. §. quanquam, ff. de
leg. 1. no. in ca. 2. de corp. vitia. & idem dicendum in ſimilibus,
ad hoc quod no. Bal. in d. c. 2. de leg. Coc. Putat tamen do. Ant.
quod ſi ex aliqua legitima cã fuit arbitrator deceptus, de qua ꝯ-
ſtaret, quod ex clauſula generali, vel iudicis officio ſubueniret
læſo, arg. in l. in ambiguo, ff. de rebus dub. & no. Specu. in titu.
de arbi. §. ſequitur, ver. quid ergo, ſi propoſuiſſet. Et hoc caſu pu
to poſſe procedere illud notabile dictum Hoſtien. præallega. ꝙ
in maxima quãtitate iudex poſſet ex officio ſuo occurrere, vel
e quando dubitatur de dolo, e vt in ſequenti membro ſubijciã.

Alias

ADDITIONES.

a Iuramentum. Vide late per d. Iaſ. in l. ſi conuenerit, ff. de iuriſd. omn. iud. in l. ſi pecuniam, in prin. col. penu. ff. de condi. ob cau. Nunquid autem ſit neceſſarium petere abſolutionem à tali iuramento? vide Alex. in conſi. 42. col. 3. in prin. 1. vol. Abb. in conſil. 87. in 2. vol. Bald. in conſi. 464. 1. col in 3. par. & Pau. de Caſt in conſi. 216. ſecundum antiquam impreſſionem. Nunquid autem ſit neceſſaria citatio? vide Fel. in c. cum olim, col. 6. inf. de re iud. Barto. Vero. in cau. 100. incipien. in multis contractibus. Iaſ. in l. ne quicquam. §. vbi decretum, col. nona, de offi. deleg. Alexan. conſi. 49. col. 6. in 4. vol. Et ad prædicta, an requiratur abſolutio, vide do. Franc. Cur. in conſi. 66. incip. ſuper præmiſſa, col. 10. & in conſi. 64. incipien. ſuper contingentia. in addi. Et adde hic quod no. idem Abb. Panor. in ſua diſpu. incipien. ſtante ſtatuto, in pen. char. & vide d. Ant. hic in 4. char. & in 17. col. verſi. quartus caſus, quando renunciatio. & vide quod in ſimili no. Doctor. in c. cum contingat. inf. eo vide Ange in conſi. 170. & ſi quis promittit non opponere de iniuria, & iniuſtitia, intelligitur de ſolita, quæ fit iuris ordine ſeruato, non inſolita, ſecundum Ang. in conſi. 185.

b Magnæ. Et adde hic quod no. idem Abb. Panor. in ſua diſputatione inci. ſtante ſtatuto. & vide D. Ant. hic in verſ. quartus caſus, quando renunciatio. Et vide quod in ſimili no. Dominicus in c. cum contingat. inf. e. Vide Ang. in conſi. 170. Et ſi quis promittit non opponere de iniuria & iniuſtitia, intelligitur de ſolita, quæ fit iuris ordine ſeruato, non de inſolita, ſecundum Ange. in conſi. 185.

c Magna quantitas. Quæ dicatur magna, vel parua quantitas, vide Rapha. Cuma. in conſi. 17. incipien. Hiero. ad fi. & in conſi. 50. in 2. col. circa medium. Seb. Sapia.

d Et adde quod no. d. Ant. in c. proxi. in 7. col. & vide do. Abb. in diſputatione ſua incipi. ſtante ſtatuto, in pen. char. in vlti. col. alius char. & de hoc vide Bal. in c 1. §. inter pares, de leg. Conra. in uſib. feu. vbi alleg. Io. And. in c. humilis, de maio. & obed. & per Bald. in l. in maioribus, C. de app. Et de hoc vide per Rom. in rep. rub. de arbitr. in 14. col. uer. ſed pone, 11. vbi alleg. Io. And. in d. c. humilis. & Bal. in d. c. 1. §. inter pares, & Pau. de Caſt. conſi. 72. inc. 1. & ante omnia, in vlt. col.

e De dolo. Nunquid ex enormi læſione præſumatur dolus. vide ſing. per Alex in l. ſi ſuperſtite, C. de dolo. cuius verba multum commẽdat d. Fran. Curtius præal. conſi. 66. col. ante pen. Seb. Sap.

Alias autem non video, quomodo poſſet ſe iudex impedire ad
vtilitatem priuatam contra pactum expreſſum, argum. in l. 4.
§. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. Ipſe tamen do. An-
to. in alia parte huius c. videtur velle, quod quantumcunque
verba ſint largè concepta, nihilominus data enormi læſione,
etiam re ipſa dabitur reductionis remedium. Mouetur, quia ta-
lia verba in genere & effuſo ſermone prolata, ſunt ſub confidē-
tia diſcretionis & amicitiæ arbitrorum, vt captent ipſorum be-
neuolentiam ad non lædendum, ideo non debent ita latè intel
ligi, ſicut verba ſonant, quia de verbis facilè ſeruitur. Si ergo re
periunt ſe in hac confidentia deceptos, debet eis ſuccurri, arg.
ſupra eo. cap. quanto, & c. veniens. & hic. Et ſi iuratum fuit, qa
verba iuramenti obuiant, abſoluentur, vel iudex ex officio ſuo
prouidebit. Et ſic refert de facto conſuluiſſe, & videtur hæc opi.
concordare cum illa opin. do. Pet. de Ancha. Hæc opinio ha-
bet æquitatem, & pro ea optimè facit c. cum veniſſent, de fide
inſtrum. & l. ſi libertus, ff. de ope. libe. Alia tamen opi. videtur
verior de iuris ſubtilitate, argu. optimum in c. quam periculo-
ſum. 7. q. 1. & 5. quæſt. 5. c. qui ambul. §. ſed aliud. Sed quia nota
rij ex conſuetudine ſolent apponere alia verba generalia, ſatis
poteſt teneri hæc opi. do. Anto. vt niſi aliter appareat, non vi-
deatur quis voluiſſe pati enormem, vel ſaltem enormiſſimā
læſionem, arg. l. cum de indebito, ff. de proba. facit quod dicam
infra eo. cap. cum contingat. vbi vide, niſi aliud dicatur fauore
litium dirimendarum. In vltimo membro, ſ. cum dubitatur de
dolo, tunc ratione enormiſſimæ læſionis, poteſt peti reductio,
ſaltem officio iudicis, quia præſumitur dolus in tanta læſione,
vt l. Lucius. §. creditor, ff. de his, quæ in frau. cre. tenet Bar. in d.
§. arbitrorum. & ſic dixit poſſe ſaluari illud dictum Hoſtien. Idē
do. Anto. hic, & Fran. de Aret. Nam ex facti qualitate præſumi-
33 tur dolus, in c. 2. de renunc. lib. 6. & l. dolum, C. de dolo. † Quæ
ro, ſupra viſum eſt, an, & quādo competat remedium reductio
nis, facta renunciatione; nunc quæro, in quibus caſibus compe
tat, vt puta, quia nulla interuenit renunciatio, vel ſi interuenit,
non impedit reductionem, vt in caſibus prædictis, pro quanta
læſione dabitur? Sol. non reperitur in hoc ſpecifice prouiſum,
ideo inſurgunt variæ opi. Prima fuit quorundam, quos recitat
Cyn. in l. fi. C. de contrahen. empt. vt oporteat quem eſſe dece-
ptum vltra dimidiam iuſti pretij, ſicut in ſimili habetur in l. 2.
C. de reſcin. vendi. & c. cum dilecti, & c. pen. de empti. & vendi.
Quæ opi. non placet Cyn & Petro, ideo ponunt ibi ſecundam
opi. quod quantacunque fuerit deceptio, competat hoc reme-
dium, quia iura loquuntur indiſtinctè, vt in d. l. libertum, ff. de
ope. libe. & d. § arbitrorum. Tertia opi. quod ſicut pro modico
non datur reſtitutio in integ. l. ſocio, ff. de minori. & c. 1. de in in
teg. reſtitu. ita nec remedium reductionis. Hanc ſentit Spec. in
titu. de arbitris. §. ſequitur, verſi. ſed quo iure. videtur etiam de
mente Barto. & Gloſ. in l. ſi de meis. §. recepiſſe, & l. ſed & ſi in
ſeruum. §. ſi quis iudex, ff. de arbi. vbi dicunt arbitratorem poſſe
de iure vnius dare alteri, & Barto. ibi dicit, dummodo modicè,
alias fiet reductio ad arbitrium boni viri. Quartam opin. ponit
a Barto. a in d. §. arbitrorum. vbi diſtinguit, an arbitrator fuerit aſ
ſumptus ſuper contractu, an ſuper lite. Primo caſu requiritur
exceſſus, ſeu deceptio, ſaltem in ſexta parte totius. hoc nititur
probare per dictum §. arbitrorum, iuncta l. vnde ſi Neruæ, ff. ꝓ
ſocio. vbi dicitur, quod ſi vni ex ſocijs adiudicauit vnam partē,
alteri duas, poteſt peti reductio. Si vero fuit aſſumptus ſuper li
te, non debet conſiderari ſimpliciter læſio, reſpectu quantitatis
debitæ, ſed debet etiam ponderari euentus litis, & ſtatus cauſę,
vt probatur in l. Lucius §. fi. ff. ad Trebellia. vbi valet tranſactio
in quarta parte debiti, & ſic ponderabitur quātitas læſionis, ha-
bito reſpectu ad quantitatem cauſæ. Et idem firmat in l. 2. C. de
reſcin. vendi. Et ad illam legem, quæ in venditione requirit de-
ceptionem vltra dimidiam iuſti precij, reſpondet, quod loqui
tur, quando quis lęditur in taxatione pretij facta à ſe, ſecus in ta
xatione facta ab alio: tunc enim ſufficit exceſſus in ſexta parte,
vt dictum eſt ſupra. Et p hoc infert ad notabile dictum ſub du-
bio fortè, quòd ſi aliquis eſt deceptus in aliquo contractu per
procuratorem, forte in ſexta parte, quòd poterit intentare re-
medium illius l. 2. C. de reſcin. vendi. ſed contra procuratorem
non poteſt habere regreſſum, argum. prædictorū iurium. Fran.
de Are. tranſit cum opi. illarum gloſ. vt hic refert do. Anto. qui
in hoc articulo dicit ſibi videri, quod tex. in d. l. vnde ſi Neruæ,
cum ſequen. probet de dimidia, quia loquitur, quādo vni ex ſo-
b cijs aſſignauit milleſimam, alij duas milleſimas. Ego, b tanto-
rum patrum reuerentia ſemper ſalua, dico tex. in d. l. vnde ſi
Neruæ, cū ſeq. nō ꝓbare, nec de ſexta parte, vt dicit Bart. nec de
dimidia, vt dicit do. Ant. Rō eſt in ꝓptu: Nā ibi fuerunt factæ
tres milleſimę, & ſic partes tres; vni ex ſocijs adiudicauit mille
ſimā & ſic tertiā partē, alij adiudicauit duas milleſimas, & ſic
duas partes, ex quo euidens reſultat iniquitas, & præſuppoſita
in ſocijs paritate, fuit alter deceptus non in dimidia, nec in ſex-
ta parte debiti, ſed ſolum in tertia parte portionis debitæ. De-
bebat enim ex tribus milleſimis habere mille & quingenta, er
go fuit ſolum deceptus in quingentis, quæ ſunt tertia pars mil-
le & quingentorum, licet eſſet ſexta pars totius quantitatis, ſed
non poteſt dicere ſe in tota illa parte deceptum, quia non debe
batur ſibi totum lucrum, ſed dimidium: habito ergo reſpectu
ad partem ſibi debitam, fuit ſolum deceptus in tertia parte por
tionis ſibi debitæ. Probat ergo ſingulariter ille tex. quod dece-
ptus ſeu læſus per arbitrum in tertia parte totius debiti, poteſt
dicere arbitramentum iniquum, & petere reductionem ad ar-
bitrium boni viri. Dico etiam non ſemper requiri læſionem in
tertia parte, quia ille tex. non facit hic regulam. ſed illud dixit
cauſa exempli, & ea, quæ dicuntur cauſa exempli, non reſtrin-
gunt regulam, vt in capitu. 1. & quod ibi no. ne cle. vel mona.
Sed probatur ibi, quod ex euidenti iniquitate poteſt peti redu-
ctio. Quando autem dicatur euidens iniquitas, non credo poſ-
ſe dari certam doctrinam, ſed ex varijs circūſtantijs bonus vir.
i. iudex arbitrabitur. Nam facilius debet arbitrator induci ad
dandum de iure vnius alteri, quando non poteſt aliter ſequi bo
na pax, quàm ceſſante hac ratione pacis conſequendæ. Item
aliter, quando ius eſt dubium, obſcurum, & inuolutum, quam
quando eſt clarum. Item aliter quando eſt diues, quam pauper
& ſic de cæteris circunſtantijs, argum. in l. 1. ff. de reb. dub. & in
c. de cauſis de offic. deleg. & quod no. glo. in cap. fina. de re iudi.
lib. 6. & quod ſupra dixi, ſecundum Bald. in alia quæſtione. Pro
hoc optime faciunt ea, quæ dixi circa compoſitionem fiendā,
34 in capitu. 1. de mutuis peti. vbi vide, & hæc notabis. † Vlterius
quæro, an petens reductionem ad arbitrium boni viri, & ſuc-
cumbens, quia non probauit iniquitatem euidentem iuxta ſu-
perius dicta, inciderit in pœnam compromiſſi, cum promiſe-
rit ſub pœna ſtare arbitramento, & non contrauenire? De hoc
per Barto. in d. §. arbitrorum. plenius in l. qui Romæ, §. duo fra-
tres, ff. de verb. obli. & adhuc plenius in l. Iulianus, ff de condic.
indebi. & originaliter in hac quæſtione cōſuluit Dy. qui tenuit
pœnam committi, maxime quando iurauit non petere redu-
ctionem ad arbitrium boni viri, poſtea petijt, & ſuccubuit. Hoc
conſilium etiam refert Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de ar-
bi. §. excipitur, verſicu. item quod compromiſſum, & ibi refert
c Gul. de Cu. hoc limitaſſe, niſi habuerit iuſtam c cauſam peten-
di reductionem, vt quia probabiliter credebat arbitramentum
iniquum, alleg. l. ſi quis forte, ff. de pœn. Ego allego tex. opti-
mum, in c. ſacro, de ſenten. excom. & quod no. in ca. fi. de dolo
& contu. Sed adde ad hoc duas notabiles limitationes Barto.
primam in d. §. duo fratres. vbi dicit, ꝙ incidit in pęnam, etiam
ſi ſententia, per quam fuit declaratum arbitramentum æquū,
fuiſſet iniuſta, & hoc per illum §. duo fratres, vbi videtur tex. in
ſimili. Aliam limitationem ponit in d. l. Iulianus, vbi diſtinguit
ꝙ aut iudex declarauit arbitramentum æquum, & ſic hac cau-
ſa expreſſa abſoluit reum, & incidit in pœnam. Nec in hac quæ
ſtione pœnæ admittitur pars ad probandum, ꝙ arbitramentū
fuerit iniquum, vt in d. §. duo fratres. & facit glo. notabilis in d.
l. Iulianus. Aut primo fuit reus ſimpliciter abſolutus, vel iudex
abſoluit, quia non fuit probatum iniquum, & tunc in quæſtio-
ne pœnæ, poterit de iniquitate probare. Nam per hanc proba-
tionem detegitur iniquitas ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iu-
dicatam, & ſic non obſtabit exceptio rei iudicatæ, & vide ple-
nius ad materiam, quod no. in d. l. Iulianus. Et intellige omnia
prædicta cum illa limitatione Gul. & Ioan. And. Et ex iſtis infer
d tur, quod qui allegat iniquitatem d arbitramenti, habet hoc ꝓ-
e bare, alias ſuccumbit, quia præſumitur e pro iuſtitia, l. ab ea par
te, ff. de prob. quod tenet Ioan. And. in loco præal. Bar. in d. § ar
bitrorum. Probabit autem ex antiquis actis, vel nouis probatio
nibus, ſicut in cauſa appellationis obſeruatur, in c. cū Ioānes, de
fi. inſtr. & quod no. in c. in pręſentia, de renū. & vide per Fed. in
conſil.

ADDITIONES.

a Bar. Adde Pau. de Caſ. conſi. 70. inci. viſo puncto ſupraſcripto, & alijs, de qui
bus in eo fit mentio, in 2. col. circa medium.

b Ego. Vide Alex. in l. ſi quis arbitratu in fi. ff de ver. obli. vbi dicit, quod opi. d.
Abb. reincidit in opi. Bar. quod an ſit verum, dixi latè in l. 3. C. de reſcin. vē
di. & vide do. Bar Ver. in tractatu de ſimula. contractuum, in 6. caſu princi-
pali, col. 11. verſi quarta opi. vbi infinita ad hoc propoſitum. & vide etiam
ad hæc d. And. Sicu. in c. pen. col. vlt. infra de empt. & vendi. Alex. & alios in
l. ſi quis cum alter. ff. de verb. oblig. Seb. Sap.

c Iuſta cauſa excuſat à pœna compromiſſi. Adde etiam ſi non ſit vera, ita in
terminis dicit Io. And. in addi. Specu. in titu. de arbi. §. ſi. in verſ. item quid ſi
compromiſſum. & Gui. de Suza. quem ſimpliciter refert Pau. de Caſt. in d.
l. Iul. ff. de condi. indebi. in 6. col. Idem tenent Bal. & Ang in l. tres fratres. ff.
de pact. & in d. l. qui cum tutoribus, in prin. ff. de tranſa. & in l. ſi. C. de arb.
& in l. non ſolum, ff. de rei vend. d. Ale. de Imo. con. 174. inc opportune con
ſiderato themate. in 3. col. ad fi. facit Auth. omnes. & ibi Bald. C. communia
de ſucceſ.

d Allegat iniquitatem. Vide Raph. Comen. in conſi. inc. ſtante ſtatuto ciuita-
tis Vicentiæ, in vlt. col. & d. Ant. in conſi. 23. in 4. col. cum duab. ſeq. & Abb.
in conſ. 64. in 2. col. in 1. vol. vbi tenet, quod in dubio præſumitur pro æqui
tate laudi. Seb. Sap.

e Præſumitur. Vide de hoc per domi. Anto. in c. quoniam contra, in ſ e...chas
de probat.

Digitized by Google

35 conſi. 275. vbi omnino vide in ſolutione. † Sed iſtud dubiũ no-
tabile per iſtos Doc. non tactum eſt, quid ſi pro parte obtinuit.
& pro parte ſuccubuit, an incidat in pœnam in totũ, vel in par-
36 tem, vel euitet ex toto? † Quod reperi tetigiſſe Bal. in extraneo
loco. ſ. in vſib. feud. in tit. de lege Cor. c. 2. Pone exemplum, arbi
trator præcepit, q̃ darentur decem, iudex in cauſa reductionis,
ſtatuit de quinque. Bal. tamẽ videtur hęſitaſſe, quid ſi iſta quin-
que non ſoluuntur, nunquid committatur pœna compromiſ-
ſi, ſaltem pro rata, & finaliter concludit, q̃ non, quia agitur non
ex compromiſſo, ſed iudicis ſententia. Vnde mutata perſona,
ſtipulatio pœnæ non committitur. l. cum apud, ff. iud. ſol. & q̃d
ibi not. Et ſic ſecundum eum, impune a pœna conuentionali
ſententiæ iudicis non parebitur, quia compromiſſum, ſeu pœ-
na in eo appoſita ad perſonam iudicis, de quo non fuit cogita-
tum, ſe nõ extendit, in l. in compromiſſis, ff. de arb. & dicit hoc
placuiſſe Bar. non tamen ſpecifice tangit quęſtionem, quam in
principio formaui. Et primo dubito de ſua conclusione etiam
a in terminis ſuis, quia iudex aditus in caſu reductionis, ſucce-
dit in locum primi arbitratoris, vt no. Inn. in c. præſenti, hodie
incipit ſtatutum, de reſcr. lib. 6. Bar. in l. 1. ff. de leg. 2. Ergo eſt eo-
dem iure cenſendus cum primo, niſi dicas, q̃ iſti canones & ꝓ-
uiſiones pœnales ſunt ſtricti iuris, vnde non tranſeunt etiam in
iudicem appellationis, vt d. l. cum apud: vnde variato tribunali
vel etiam nomine iudicis, nõ habent locum, vt plene per Bar.
in d. l. cum apud. Potes ergo concludere, q̃ aut iudex ſimplici-
ter confirmat arbitramentum, & habet locum pœna ſecundũ
diſtinctionem ſupra in præcedenti q. poſitam. Aut iudex refor-
mat, & tunc pœna ceſſat in reformatis, quia nõ agitur amplius
ex compromiſſo, ſed ex iudicis ſententia. Sed quo ad primam q.
quam ego ſupra formaui, nunquid eo ipſo, q̃ petijt reductionẽ
totius ſimpliciter & obtinuit in parte, cõmittatur pœna in par
te? Credo, q̃ non, quia iuſte petijt reductionem totius arbitra-
menti: hoc probo per l. vnde ſi Neruę. cum ſeq. ff. pro ſocio. iun
b cto § arbitrium, præalleg. vide & quod in ſimili dixi in c. finem,
de dolo & contum. Sed Bal. hanc q. ſpecifice tangit in l. fi. C. de
arbi. vbi primo diſtinguit, q̃ aut capitulũ, in quo fuit læſus, erat
ſeparatum ab alijs, & committitur pœna in totum, ſecus ſi erat
connexum, vel vnitum, ita q̃ non capiebat congruam ſepara-
tionem, arg. in l. etiam ff. de minori. Poſtea videtur velle, q̃ in-
ſolidum committatur pœna, eũ debeat clare & ſeparatim ſpe-
cificare grauamen, arg. in l. qui ſolidum, ff. de lega. 2. Hoc vlti-
mum videtur mihi ſatis durum, & cõtra illam l. vnde ſi Neruæ.
cum ſeq. vnde indiſtincte, vt euitatur pœna, cum arbitramen-
tum ſit quædam tranſactio ſuper toto, vt in Auth. ſi vero con-
tigerit, C. de iudi. non poteſt ſic dicere, ſe magis grauatum ſu-
per vno artic. quam ſuper alio, ſed grauamen reſultaret ex toto
compromiſſo ſimul, cum ſit vnica tranſactio, ſeu vnicus con-
tractus, pro hoc iura ſuperius alleg. Ex his potes inſtrui, nunq̃d
petens reductionem, incidat in periurium, ſi iurauit laudũ ſer-
uare, & poſtmodum petit reductionem, & nõ obtinuit, vel ſal-
37 tem in parte. † Quæro intra quantum tempus debeat arbitra-
tor arbitramentum explicare? Spec. mouet quæſtionem in arbi
c tro, & non in arbitratore, in tit. de arbit. § differt, verſi. ita q̃ intra
triennium, & refert varias opiniones, nec firmat in aliqua pe-
des. Ioan. And. ibi in addit. videtur ſentire compromiſſum nõ
expirare triennio, ſicut quidam dixerunt, per auth. ſi tamen, C.
de temp. app. & clem. quandiu, de appel. Bart. ſpecificè in arbi-
tratore tangit, in l. ſi quis arbitratu, ff. de verbo. oblig. & dicit, q̃
iſta poteſtas finitur eo nolente arbitrari, vt in l. ſi merces, ff. loc.
& in § pretium, Inſtit. de emp. & vend. Sed dubium eſt, quando
dicitur nolle arbitrari. ideo in hoc diſtinguit, q̃ aut arbitramen
tum fuit collatum in aliquem ex contrahentibus, aut in tertiũ.
Primo caſu, ſi compromiſſum conſiſtat circa ea, quę ſunt de
ſubſtantialib. contractus, vt circa rem ipſam, tunc debet arbitra
ri intra 60. dies, vt in l. q̃ ſi nolit. § ſi quid ita, ff. de ædi. edic. Si cir
ca aliqua extrinſeca, tunc tenetur arbitrari quam primum po-
terit, vt l. hæc venditio, ff. de contrah. empt. Secundo caſu, quan
do conferitur in tertium, tunc, ſi intra annum non arbitretur,
videtur nolle arbitrari, C. commu. de leg. l. fi. § ſed ſi quis. Nec
dicat aliquis, ſm eũ, q̃ ibi ſit ſpãle fauore vltimæ voluntatis, q̃a
in eo ſolum eſt ſpeciale, quod receditur a perſona. Bal. in d. c. 2.
de legge Cor. dicit ſalua reuerentia Bar. iura ſuperius alleg. non
probare ſuam opi. Nam in l. q̃ ſi nolit erat collatum arbitrium
ſuper reſolutione contractus, & non tanquam in bonum virũ,
ſed tanquam in voluntatem eius, cuius arbitrium non poterat
reduci ad arbitrium boni viri. Nam ibi dicitur, q̃ ſi res ſit vendi
ta cum pacto, vt ſi diſplicuerit, redhibeatur, nec ſit diffinitum
tempus ad redhibendum, q̃ intra 60. dies poteſt redhiberi, &
non vltra. Item d. l. fi. C. commu. de leg. non probat id, ad quod
Bar. inducit, quia ibi eſt caſus ſpecialis, vt præfigatur annus, q̃a
expectatur, q̃ electio conuertat in aduerſarium, ideo ipſe dicit
q̃ terminus debet ſtatui a iudice, vt ff. de iure delibe. l. ſi curato
ris. Item ſine termini pręfixione, ex quo labitur tantum tẽpus,
intra quod bonus vir fuiſſet arbitratus, expirat compromiſſum,
cum in eum fuerit compromiſſum, tanquam in bonum virũ,
arg. l. 1. ff. ſi quis cau. Et videtur ſibi æquum, vt expectetur per
annum, computando annum non a die compromiſſi ſed a die,
quo potuit cognoſcere pręſentib. partibus. Vel aliter, ſm eum,
aut fuit cõpromiſſum ſuper lite, aut ſup negocio. Primo caſu ar
bitrator ſuccedit loco arbitri, ideo dabitur triennium. Secũdo
caſu, vel aſſignabitur tempus arbitrio iudicis, vel p lapſum an-
ni inducetur tacita renunciatio compromiſſi, tam partium, q̃
ipſius arbitratoris, arg. ff. de arbit. l. item ſi vnus. § ſi multo poſt.
Simile de anno in c. quærenti, de offic. deleg. Hæc dicta Bal. nõ
probantur iure, & maxime id, quod ſentit de arbitro, vt expiret
ipſius poteſtas per triennium, & aliter ipſemet Bal. notauit in l.
fi. § ſed & ſi quis, C. commu. de leg. Ego dico, q̃ aliud eſt quære-
re, nunquid triennio expiret inſtantia coram arbitro, vel arbi-
tratore, & de hoc dixi ſupra. Aliud eſt quærere quanto tempo-
re duret poteſtas, & de hoc in arbitro dicerem, q̃ durat quanto
actio, niſi tacitè vel expreſsè hæc poteſtas reuocetur a partibus.
Hoc videtur probari in d. authen. ſi tamen, ibi, [Si decies millies
plus quam biennij tempus, &c.] & in d. clemẽ. quandiu. Simi-
le in iuriſdictione delegata, quæ niſi reuocetur, ſemper durat,
donec extinguatur, vt in l. falſo, C. de diuerſ. reſcrip. & no. in c. ſi
autem. c. plerunque, de reſcr. In arbitratore eſt maius dubium,
& crederem idem dicendum, quod in arbitro. Hoc probatur in
d. auth. ſi tamen. licet enim ibi text. loquatur in arbitro, tamen
non apponit aliquid, per quod appareat, q̃ magis ſenſerit de ar
bitro, quam de arbitratore. Nam nomen arbitri, eſt commune
vt in d. § arbitrorum, & ſupra dixi, & nullus tex. ſpecifice facit
mentionem de arbitratore, ſed communiter loquuntur de ar-
bitro, vnde vbi materia nõ eſt magis proportionabilis arbitro,
quam arbitratori, appellatione arbitri debemus intelligere de
vtroque, vt in d. § arbitrorum. Et pro hoc bo. tex. in c. expoſita,
de arb. vbi arbiter appellatur is, cuius laudum reducitur ad ar-
bitrium boni viri. Nam & arbitrator quandoque aſſumitur ſu-
per lite ventilata coram iudice, vt in auth. ſi vero contigerit, C.
de iud. Hoc verum, vbi ipſe arbitrator, dixerit ſe nolle accepta-
re compromiſſum, quia ſtatim expirat, vt in d. l. ſi merces, ff. lo-
ca. Ipſę tamen partes poſſunt poſt acceptationem ſibi prouide
re faciendo eum compelli per iudicem, vt ſupra dixi, vel com-
muni conſenſu ab illo recedere l. litigatores, ff. de arb. Alias au
tem, quod non mutatur, quare ſtare prohibet? vt l. ſancimus, C.
de teſt. & l. præcipimus, in fi. C. de app. & facit cle. quandiu: vbi
tex. loquitur ſimpliciter de cõpromiſſo, & dicit, Quandiu, &c.
ſine præfinitione temporis. compromiſſum aut eſt commune
38 arbitro, & arbitratori, de auth. ſi vero contingerit. † Quæro, q̃s
d eſt iſte bonus vir d ad cuius arbitrium recurritur pro iniquitate
arbitramenti? Sol. communiter dicitur, q̃ eſt iudex, l. cõtinuus.
§ cum ita. ff. de ver. oblig. & l. q̃ ſi Epheſi, ff. de eo, quod cer. lo-
co. & l. vir bonus. ff iudi. ſol. Ita not. hic, & in d. § arbitrorum, &
vide bonam gl. in c. potuit, de loca. in verbo, celeri, in fine, quæ
generaliter dicit, q̃ vbi fit mentio de arbitrio boni viri in gene-
re, intelligitur de iudice per d. l. continuus. † Sed dubitatur, quis
39 iudex erit competens an iudex arbitratoris an rei, an actoris, &
ſæpe poteſt hęc quæſtio contingere, cum compromiſſum fit a
clericis in laicum, vel a laicis in clericum, ſeu cum compro-
mittentes ſunt laici, & etiã arbitrator, ſed ſunt diuerſi fori Bart.
in d.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. In caſu reductionis. Vide d. Socy. in l. mulcta, in 5. colum. ff. de cond. & dem. vbi tangit, an procedatur coram iudice reductionis, ſicut coram arbitratore. Vide etiam do. Ant. in conſi. 50. incip. pa. 10 iudiceam adetum, in prin. & per totum.

b Vide. Tu latius de hoc puncto per eundem Bald. in l. eos. § ne temere, C. de appellatio.

c SEB. SAP. In arbitro. Vide Pract. Pap. in forma libelli, quomodo agitur ad pœnam ex forma compromiſſi, in uer. nec reductio, in vlt. col. Laul. de Ori. in tracta. de arbit. in vlt. par. Alex. in conſi. 95. in vlt. colum. in 2. vol. Fely. in c. quod ad conſultationem, ad fi. extra de re iud. Cor. in conſi. 377. ad fi. in 2. vol. & Soc. in conſi. 200. col. 4. in 2. par. Dec. in conſi. 39. colũ. vlt. do. Vitalem in tract. clauſularum, char. 83.

d Vir. Coram quo peti debeat reductio ſententiæ ad arbitrium boni viri, & de hoc per Bal. in l. pen. C. de arb. & in l. 2. C. vbi & apud quem. & per eundẽ in concluſionib. Spec. in tit. de arb. & per Pet. de Anch. in repe. reg. ea quæ. in 17. co. uer. iuxta prædicta applico, de re. iu. in 6. Et uide Ang. in conſi. 118. & d. An. in c. ſi clericus laicum in 11. col. de fo. cõp. Dec. in c. ſtatutum, in prin. in vlt. col. de reſcr. in 6. Et ſi ſint plures arbitri, quorũ vnus ſit clericus, alius laicus, an debeat peti reductio coram iudice laico, an coram eccleſiaſtico. vide Bal. in l. præcipimus, C. de app. Et facit ad hoc quod no. Bar. in l. iuriſperitos. § cum ornuodus, ff. excu. tut.

ANT. FRAN. Cora, quo iudice ſit petenda reductio in caſu, de quo hic mihi placet deciſio, q̃ pro reductione adeatur, iudex eccleſiaſticus, quamuis unus ex arbitris ſit laicus, & hoc ex priuilegio Eccleſiæ, quæ trahit reũ ad ſuum forum, ad quod uide do. Abb. in c. expoſita, de ar. Magis enim dignum attrahit ad ſe minus dignum, vt in c. aqua, de conſecra. eccle. vel altа. Ad quod etiam uide Ang. in l. qui certo loco, de cood. iud. & uide per Alex. in conſi. 131. in 1. par. conſi. uide etiam Ang. in l. ſi ſuſpecta. in § fi. ff. de inoſ. teſt. & uide do. Card. in cle. 1. in 5. q. de app. Fed. de Sen. in conſi. 274. & Lanfran. de Oria. in tract. de arb. in 7. par. in 19. q.

In d.§.arbitrorum, recitat aduocatos communiter tenere,ꝙ
ſit iudex competẽs iudex appellationis,cum ipſa reductio ſit q̃
dam appellationis ſpecies,l.non diſtinguemus.§.cum quidam,
ff.de arb. Ipſe vero tenet contrarium. ſ.ꝙ ſit iudex is,qui habet
iudicare in principali cauſa, ita ꝙ ſi actor in cauſa originali pe-
tit reductionem,debet recurrere ad iudicem rei. Si ipſe reus pe
tit, licet recurrere ad iudicem ſuum.Ratio,quia ſiue petatur iu
re actionis, ſiue officio iudicis, ſemper debet adiri iudex rei,q̃a
ſemper actor ſequitur forum rei, vt in c.cum ſit, de fo.compet.
cum hic non agatur ex compromiſſo, & ſic non eſt adeundus
iudex arbitratoris.Si autem reus ipſe petit, poteſt adire iudicem
ſuum, quia quaſi ſuper exceptione ſibi competenti prouocat,
& ſic ad iudicem ſuum, qui eſt iudex principalis cauſæ prouo-
care poteſt,ad hoc l.fi.C.de vſur. pup. ſecundum vnam lect.ad
idem bon.text.in l. cum hi.§.tranſactiones alimentorum, ff.de
tranſact.vbi dicitur,ꝙ ille iudex debet arbitrari ſuper tranſactio
ne,qui eſt futurus iudex ſuper lite. Ad hanc ſententiam adduco
cap.expoſita, de arb.vbi Papa cognoſcit de arbitramentò lato a
Duce Veneromm,qui ſibi non ſuberat, partes tamen ſibi ſub-
erant.Hæc concluſio Bar.placet hic d. Ant. vbi laudum eſſet iu
ratum, & dubitaretur ſuper reductione propter iuramentum.
Nam tunc debet adiri iudex eccleſiaſticus, vt hic;allego etiam
text.in c. venerabilem,de elect. Item ſi laudum eſſet in materia
pertinente ad eccleſiam,arg. hic, vel ſi euidens nutriret pecca-
tum,de iud.c.nouit. Aduerte latius, omnes conuenire videtur
ꝙ ad iudicem arbitratoris non ſit recurrendum,cum iſta redu-
ctio non ſit proprie appellatio,quod etiam tenet Colle. in c.cũ
dilectus,de arb.ſentit Fed.conſi.265. Sed ego limito,niſi ex for-
ma ſtatuti laudum haberet executionem paratam: tunc enim,
cum pars cõqueratur directè de laudo, debet adiri iudex ipſius
arbitratoris,ſicut obſeruatur in cauſa apppellationis.2.q.6.c.an
teriorum,& c. Romana. §.debet, de appel.lib.6.Ad hoc allego
Bar.in l.2.vbi & apud quem.vbi apertiſſimè hoc tenet.Ceſſan-
te vero d.l.municipali,licet Collect.dicat, ꝙ petens debeat adi-
re iudicem aduerſarij, tamen mihi placet illa opin. præcedens
Bart. & facit, quod no.ipſe Fede.conſi.137.vbi dicit,ꝙ ſi petitur
examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam, debet adiri
iudex principalis cauſæ, ſiue petatur a reo, ſiue ab actore,quod
plenius dixi in d.c. cum ſit generale,& c.ſi quis clericum,de fo-
ro compet.& tenet Bar.in d.§. arbitrorum,& hoc ratione præ-
dicta, & quia cauſa naturalis vincit accidentalem,l.qui, haber,
ff. de rur. Debet ergo conſiderari origo cauſæ, & non id, quod
nunc accidentaliter petitur. Addo etiam aliam limitationem,
ꝙ vbicunque pro parte eccleſiæ petitur reductio,poterit ex ſpe
ciali priuilegio adiri iudex eccleſiaſticus, ſi allegatur fraus,vel
minus legitimus contractus, vt notanter, voluit in omni caſu
40 Inn.in c.cum ſit generale, præalle.& vide quod ibi dixi.† Nunc
quæro de notabili & quotidiana quæſt.ſup.dixi,qui ſit iudex cõ
a petens in iſta reductione ad arbitrium boni viri, nunc quæro,[a]
an a ſententia iudicis reducentis arbitramentum ad æquitatẽ,
poſſit appellari? D.And.refert hic Bal. in d.§.arbitrorum,tenuiſ
ſe,ꝙ ſententia iſtius iudicis reducentis, non poſſit reduci ad ar-
bitrium boni viri, quia iudex non cognouit, vt arbitror, ſed vt
iudex, ſed appellari bene poterit,quia vt iudex fecit. Ioan. And.
in addi Spec.in tit.de app. §.in quibus, verſi.16.recitat Ruſtica-
num, Doctorem antiquum diſputaſſe, & tenuiſſe,ꝙ a tali ſentẽ
tia non appellatur. Motus, quia ab arbitramento non appella-
tur, ergo nec a ſententia iudicis reducentis, quia nõ cognoſcit
vt iudex,ſed vt bonus vir. ff.pro ſocio.l. ſocietatem,in fi.Subro-
gatum autem aſſumit naturam eius, in cuius locum ſubroga-
tur, in c.eccleſia, vt lit.pend. Sicut enim quando arbiter cogno
ſcit loco iudicis,ab eius ſententia appellatur, de offi.deleg.c.ab
arbitris,lib.6.& l.apertiſſimi,C.de iud.& l.arbitro,ff.qui ſatiſda.
cog.ita non debet appellari a iudice,qui cognoſcit loco arbitra
toris,ſeu boni viri. D. Anto.ſequitur hic Butri.ſ.vt poſſit appel-
lari, quia in commiſſis ad arbitrium iudicis appellatur, vt not.
in c.ſuper his,de app.Item,quia hic non ſubrogatur iudex in lo
cum arbitratoris per omnia,ſed datur vt iudex iudicialiter cor-
rigat,quod extraiudicialiter eſt malefactum, ſicut in ſimili non
appellatur ab excommunicatione, & tamen appellatur a decla
ratione excommunicationis,adducit no. in c. paſtoralis,de ap.
Ad c.ab arbitris,dicit, ꝙ facit pro, quia ibi cognoſcunt vt iudi-
ces, ideo appellatur. Dicit enim ꝙ ſi teneretur opi.ꝙ iudex iſte
omnia vt arbitrator faceret, poſſet ſaltem ipſius ſententia redu
ci ad arbitrium boni viri,alleg.gl.in d.c.ſuper his,& ſic ipſe tran
ſit in contrariam ſententiam,ꝙ nec appellari poſſit,nec reduci
ad arbitrium boni viri. Ego adduco Bar.in l.1.in fi.ff.de lega. 2.
vbi hoc aperte tenet,alleg.Inno.in c.præſenti,de reſcri.lib.6.ho
die incipit,ſtatutum,vbi vult, ꝙ quando iudex cognoſcit,vt bo
nus vir,nõ poſſit appellari,[b] ſicut nec ab ipſo arbitratore.Idem
b videtur velle Bal. in l.fi. C.de contrahen.empt. vbi refert Bart.
ſic tenuiſſe,ipſo audiente,vt in d.l.1.licet aliqui libri nõ habeãt,
ego tamen habeo in meo, & vidi aliam lecturam illud dictum
non habentem.Item dicit,quod non poteſt peti reductio ad ar-
bitrium boni viri,vt tenet ibi Bar. Hanc opi. ſequitur do, meus
do.Card.Flor.in c.expoſita,de arbitris,& refert Bar.& Salyc.ſic
conſuluiſſe. Ego etiam ſic conſului in quæſtione facti.Nam ex
contrario ſequeretur, ꝙ partes inciderent in anfractus iudicio-
rum,quos compromittendo euitare voluerunt. Item iudex ſu
per reductione habet procedere, non ſecundum merum ius,
ſed æquitate præhabita, ſicut proceſſiſſet arbitrator,ſeu proce-
dere debuiſſet bonus vir, vt d.§. arbitrorum,& ibi per Bart.er-
go non procedit, vt merus iudex. Item nõ debet peti reductio
ad arbitrium boni viri, quia ſic eſſet proceſſus in infinitum,cõ-
tra l.terminato,C.de fru.& lit.expen.& quia hoc nullo iure ca-
uetur. Non obſt. gl. in d.c.ſuper his,allegata per do.Anto.quia
intelligo illam gl.ſecundum gloſ.ibi præcedentem, ſ.ꝙ debeat
ſententia reduci ad æquitatem,ſ. per viam appellationis,quan-
do iudex proceſſit, vt iudex, non loco arbitratoris.Nam loqui-
tur, quando venit pœna imponenda arbitrio iudicis, & ſic lo-
quitur,quando proceſſit vt merus iudex,quo caſu appellari po
teſt, vt in l.ſi qua pœna,iuncta gl.& Bar.ff.de ver. ſigni.Nos au-
tem loquimur quãdo iudex proceſſit, vt bonus arbitrator: hęc
41 opi. habet æquitatem, vt cito finis litibus imponatur.† Sed hic
annecto dubium notabile, an per petitionẽ iſtius reductionis,
c debeat ſuſpendi executio iſtius arbitramenti.[c] Do.Card.in d.c.
expoſita. de arbit. tenet quod non alleg.no. in cap.ex literis,de
in integ.reſt.in gl.ſupplicauit.& ſufficit,ſecundum eum,ꝙ hoc
iure non probatur. Nec ob. ſi dicatur, ꝙ hæc petitio habet vim
appellationis, d.l.non diſtinguemus.§. cum quidam,de arbit.
quia non per omnia, vt ibi not. Nam iudex hoc caſu aditur
non per viam appellationis,ſed per querelam, & hæc differunt
vt in c.concertationi,de app.li.6. Ego indiſtincte tenetem con-
trarium, quia quo ad effectum differendi executionem, habet
hæc petitio effectum ſuſpenſiuum,& ſic vim in hoc appellatio
nis, vt probatur in d.§. cum quidam. Item iura dicunt,ꝙ arbi-
tramentum iniquum, debeat reduci ad arbitrium boni viri,er-
go non debet executioni mandari ante reductionem, vt clare
probari videtur in d.§.arbitrorum,in fi.iuncta l.vnde ſi Neruæ,
cum ſeq.eo.tit.Hoc etiam videtur velle Inno.hic qui dicit non
valere dictum arbitratoris,niſi ſit æquum,vel ad æquitatem re-
dactum,& idem dicit gl.in c.cauſam quæ, de elect. Sed quia ſu-
pra tactæ ſunt multę differentię inter arbitrum, & arbitratorẽ,
tam in modo procedendi, quam finiendi. Item habuiſtis ſupra
aliquos modos cognoſcendi & diſcendi arbitrum,& arbitrato
42 rem.† Quęro nunc de aliquibus caſibus dubitabilibus,& quæ-
ro primo, quid ſi fuit compromiſſum in aliquem, tanquam in
arbitrum, & arbitratorem,erit ne iſte arbiter, vel arbitrator? Sol
uit Inn.hic,& Bar. in d.§,arbitrorum,& communiter Docto.di
cunt, ꝙ ex modo procedendi & pronunciandi perpendimus,
vtrum fecerit vt arbiter, vel vt arbitrator, arg. eorum,quæ not.
in l.1.ff.de iud.& l.epiſcopale, C.de epiſc. aud.Item dicit Inno.
ſi fuit compromiſſum in aliquem, ꝙ poſſit procedere ſeruato
ordine iudiciario,vel etiam non ſeruato. Nam illa verba,ꝙ poſ
ſit procedere ſeruato ordine iudiciario, innuunt,ꝙ compromit-
titur in eum tanquam in arbitrum. Alia vero verba, ꝙ poſſit
procedere non ſeruato ordine iuris,innuunt,ꝙ tanquam in ar-
bitratorem. Ideo ſecũdum eũ,ſi proceſſit ſeruato ordine iuris,
ſtabitur dicto ſuo etiam iniquo,quia videtur proceſſiſſe,vt arbi
ter.Si vero proceſſit iuris ordine non ſeruato, tunc non valebit
dictum ſuum, niſi ſi æquum, vel ad ęquitatem redactum, quia
videtur proceſſiſſe,vt arbitrator. Ego autem (cum reuerentia)
hæc dicta non ſequor,quia licet poſſit eligere alteram viam,ta
men non eligendo poteſt procedere vtraq; authoritate,ita no.
Inno.in habente delegatam, & ordinariam,in c.cum ex officij
de præſcrip.Ego allego ad hoc cap.niſi, de pręben.vbi ſimplici
ter probatur, ꝙ ſi in aliquem delegatum compromittitur, ille
poteſt

ADDITIONES.

a Nũc q̃ro.Vide d.Frã.de Are.in c.ſup his,in 7.& 8.col.inf.de acc.ubi plura.S.S.
b Appellari.Vtrum à ſententia iudicis arbitratoris poſſit appellari,uide per In no.in c.præſenti,quod hodie incipit ſtatutum. de reſcr.lib.6.per Bar.in l.1. in fi.de leg.2.Et uide per Bald.in l.1.C.ne lice.in una ead. cauſa ter.prou. 2.col.& per Bal.in tit.quo tem.mi.in c.fi.& in l.1.in 14. col.ff.de lega.2.vide etiam Bal.in l.tale pactum §.qui prouocauit,in vlt.q̃ő.ff.de pac.in l.1.C.de his quæ pœ.no.& per Bal.in c.ad noſtram, il 3.in vlt.col. uerſi.quæro,nunquid ſtatutum ciuitatis.ſupra eod.& Pau.de Caſt. in conſ. 22.inci.circa primum quæſitum eſt videndum, &c.Adde quod Inn. in c.fi.de ſerus,dicit,ꝙ in commiſſis arbitrio non poteſt appellari.Item facit, quod no.do.Anto.in c.fi.infra eo.in 3.col.ubi dicit,ꝙ quando pars ſponte defert iuramentum litis deciſiuum alteri, ꝙ nõ poteſt deferens appellare,ſi ille,cui eſt delatum perſeuerauerit,quia videtur cauſam ſuam commiſiſſe arbitrio iuramẽti aduerſarij.Sed contrarium in illo articulo dicit d. Ant.poſt Inn.in c.vlt.ꝙ metus cau.in pe.col.Et de iſta q̃õne hic poſita per iſtum, & per do.Anto.uide Imo.in cle.1.in 3.col.uer.no.bene de iu.ubi alleg.Bar. ſuper hoc in extrau. ad reprim.in uer.hoc edictum.Ad iſtam quęſtionem pondera gl.in uer.vnũ in l.3.§.1.ff.de arb.& de hoc uide per Sal.in l.1.C. de app & in l.ſocietatem. §.arbitrorũ,ff.p ſocio,& Ro.in l.admonẽdi,in pe. char.ff.de iurei.& in rep. ru.ff.de arb.in 22.co.uer.ſed an ſicut ſnia arbitrorũ,& Imo.in l.2.ff.de pu.su.
c SEB. SAP. Arbitramenti. Vide de hoc articulo per do.Barth. Soc.in l.Iulianus,col.5.ff.de cond.& demon.

Digitized by Google

poteſt ſimul & ſemel in eadem cauſa pronunciare, vt arbitrator, & vt delegatus. Ita dico, ꝙ ſi compromittitur vt in arbitrū & arbitratorem, vt pari ratione poſſit procedere & pronunciare vtraque poteſtate, ſi a principio expreſsè non elegit, & ſi contra iuſtitiam partem in modico læſit, poterit, peti reductio. Et in dubio ex qualitate facti præſumitur hoc feciſſe vt arbitrator, vt probatur in d.c.niſi.facit l.quæritur, ff.de ſtat.ho. & hæc bene no.quia quotidie accidunt, & puto veriſſima. Et per hoc determinatur alia quæſtio. Pone retentis terminis, vt ſupra dictū eſt, proceſſit compromiſſarius partim iuris ordine ſeruato, & partim iuris ordine non ſeruato, vt puta fecit libellum dari, litem conteſtari, recepit tamen teſtes partibus non vocatis, & publicatis, ſententiam ſine ſcriptis dedit. Dicit Hoſt. in hac quæſtione poſſe dici, ꝙ ſententia non teneat, quaſi eligendo ab initio viam iudiciariam, videatur alij renunciaſſe, arg. de app.c.ſollicitudinem & de præſump.c.nonne. Dicit tamen ipſe melius eſſe, vt dicamus ſentētiam valere ſi æqua ſit, alioquin ad arbitrium boni viri redigendam, vt ſic interpretemur talem non arbitrū, ſed arbitratorem. Hoc enim eſt fauorabile, vt ceſſent litigia, & hoc mihi ſatis placet per prædicta, quia, ex quo habuit vtramque poteſtatem potuit procedere ſeruato ordine iudiciario, & non ſeruato. Ad hoc vltra prædicta optimè facit text. in l.diem proferre.§.ſi quis litigator, ff.de arbi. vbi poſſunt partes a principio paciſci, vt arbiter pronunciet in abſentia partium, & ſicut poſſunt in arbitro remittere pro parte ordinem iudiciarium, eadem ratione videtur de voto. Vnde licet in iudice hoc fieri nō poſſit, iuxta no.in capitu. fina. de re iudi.lib.6. & in cap.de cauſis, de offi.de leg. ſecus tamen in arbitro. Ratio, quia arbiter aſſumit poteſtatem a partibus, non ſic autem iudex, & hoc puto verum, quicquid ſentiat Bart. poſt Dyn. in d.§ arbitrorum, vbi videtur velle, quod poſtquam elegit viam arbitri, non poſſit redire ad viam arbitratoris. Illud enim procederet, iudicio meo, vbi haberet neceſſe eligere vnam viam, arg. l. ſi cui, ff.de ſer.ſecus ſi potuit procedere vtraq; via, nec ſpecificè procedit a prin
43 cipio. † Per hoc etiam poteſt ſolui alia quæſtio a quotidiana. Po
a ne, fuit dictum, quod compromiſſarius poſſit procedere de iure & de facto, pronunciare tamen deberet ſecundum ius, an talis erit arbiter, vel arbitrator. Bar.in d.§ arbitrorum, dicit ſe credere, quod eſt arbiter, quia iudex quandoque etiam cognoſcit de plano & ſummariè.l. nec quicquam.§.de plano, ff. de offic. procon.& ver.ſig.cle. ſæpe. Nec obſt.ſecundum eum, ſi diceres ordinem iudiciarium nō poſſe remitti, l.2.§ ſed quia veremur, C.de iuram.calum. quia illud eſt verum, quando litigat coram iudice, qui habet iuriſdictionem, ſecus ſi coram arbitro, qui habet poteſtatem a partibus, quod dicit notandum. Hoc vltimū mihi placet, vt ſupra latius dixi: ſed circa primum, puto per ea, quæ ſupra dixi, ꝙ iſte erit arbitrator & arbiter in procedendo, ſed in ſententiando eſt ſolum arbiter, vt patet ex poteſtate ſibi tradita, & idem dicendum in alijs ſimilibus quæſtionib. † Sed
44 circa hoc cadit notabilis quæſtio: quid ſi arbiter aſſumptus, modo prædicto, pronunciat iniuſte, nunquid teneat ſententia? Bar.in d.l.diem proferre.§.ſtan, ff.de arb. notabiliter dicit, quod
b non, quia pronunciat contra formam compromiſſi. a Fran.de Are. in l.ſi quis arbitratu, ff.de ver. obli.tenet contrarium, quia exprimitur, quod ineſt, & ſic non dat formam. Item quia non valet compromiſſum in arbitro, ſi non remanet ſibi libera poteſtas valide eligendi, quod vellet, ff. de arbi l.qualem.facit ad hoc quod no. Innoc.in c.prudentiam, de off.deleg & quod no. Doct.in c. ex inſinuatione, de reſcript. Do Antonius putat hoc non procedere in arbitro, ſed in arbitratore ſic, vt tenet Bart. qa ille poteſt de iure procedere, & ſic non ineſt illud de neceſſitate, ſicut in arbitro. Ego in c.cum dilecta, de reſcrip. ſaluo ſimpliciter illud dictum Bart. quia licet inſit de iuſtitia, vt arbiter procedat ſecundum ius, non tamen eſt de neceſſitate, nec ineſt ſibi de forma, nunc autem, cum exprimitur in compromiſſo, ineſt de neceſſitate, & de forma. Quod non inſit de neceſſitate, patet, quia arbitrium iniuſte latum valet. Vbi autem id, quod ineſt de iuſtitia, exprimitur in forma iuris inducit neceſſitatē, vt probatur in c.cum dilecta, præallcg.iuncta gl.1. Preterea, vbi verba poſſunt aliquid operari, non debent intelligi ſine effectu c.ſi Papa, de priuileg.lib.6.& l.ſi quando, C.de inoffic. teſtamēto. Sed in caſu noſtro poſſunt verba operari præmiſſum effectū ergo, &c. Non obſt. illud motiuum Fran.quia dico l.qualem, ꝓcedere, quando datur ſibi certa forma pronunciandi, ita quod aufertur ſibi libera poteſtas. Sed in caſu noſtro hoc non fit, ſed datur ſibi libera poteſtas pronunciandi ſecundum ius, non autem aufertur libera poteſtas, ſi id quod inerat de iuſtitia, reducatur in formam iuris. Et dictum Inno. reſponde, quod procedit, quando id, quod exprimitur, ſapit inſtructionem cauſæ, ſecus ſi dat modum procedendi, & latius dico in d.cap.cum dile-
45 cta. † Vltimo, vt nil boni ad materiam deſit, quæro, an arbitrator debeat pronunciare partibus præſentibus? Sol. Cyn. in fi.C. de contrahen.emp.tenet quod ſic, aliter non valebit ſententia, ſecundum eum. Mouetur principaliter per l.ſi quis arbitratu, ff. verbo.oblig.vbi dicitur, quod ſi per te ſtat, quo minus commiſſarius arbitretur, committitur pœna. Per partes autem aliter ſtare non poſſet, niſi ipſis abſentibus poſſet arbitrari. Ex quo infertur, quod partibus abſentibus, non poteſt pronunciari. Bart. in d.l.ſi quis arbitratu, refert quendam ſolemnem aduocatum conſuluiſſe contrarium, ipſe tamē ſatis prolixè ſequitur primā opin.& pro caſu allega. l.quod ſi nolit.§. ſi quid. ff. de ædi. edi. Item licet arbitrator nō cognoſcat iudicialiter inter partes, debet tamen partes interrogare, l.1.ff.vbi pu.educa deb.& ad hoc allegat multa ſimilia. Franc.de Are. quem ſequitur hic do.Anto. dicit, quod ſi partes ſunt præſentes in diſcuſſione iam facta, non eſt neceſſaria vocatio in arbitratore, argu. C. de adulter.l. quamuis indubitati. Et hoc tenet Cy.poſt Ia. de Ra.& Pe.quod ſecus eſt in arbitro, in l. ſi qui ex conſenſu, C. de epiſco.audi. Si vero partes non fuerunt adhibitæ in diſcuſſione, vel non conſtat, dicit, quod ſi partes requiruntur, non per hoc laudum erit nullum, quia talis modus procedendi non reperitur ſtatutus a iure ipſis arbitratoribus. Habent enim poteſtatem æquum arbitrandi ſine obſeruatione alicuius formæ: vnde eſſe debet in electione ipſorum, an hoc velint obſeruare, ad hoc l.ſi defuncta.§. fi.de vſufruct. ad quod in ſimili dicimus de executoribus, in c. fi.de præſump.& in clemen.vnica.de offic.deleg de honeſtate tamen debent partes vocari, & ſi detrectant venire, non cogitur arbitrator iudicare, quia poteſt ſibi dicere non liquere de cauſa, & hoc modo poterit ſtare per nō venientem, quominus arbitretur, & ſic poteſt intelligi l.ſi quis arbitratu. Non ob.l.quod ſi nolit, quia ibi non dicitur, quod in arbitrando requiratur partium præſentia, ſed excuſatur quis parti a contumacia non reſtituendo propter abſentiam eius, cui debet fieri reſtitutio. Non obſt.iura alleg.per Bart.quia loquuntur in actibus iudicialibus, vt in contractibus, qui poſſunt compleri per nuncium, & epiſtolam.l.conſenſu.C.de actio.& obliga.& facit l.certum.§.ſi qs ff.de conſe.iuncta l.Publia, ff. depoſi. Hanc opin. ego ſequor, & originaliter fuit hæc opi. Gul. de Cu.in l.epiſcopale. C.de epiſc. audi. Sequitur Bart.in d.l.ſi qui ex conſenſu. & Dom.Cardin.in d. cap. expoſita. Sentit Hoſtien. hic in ſupra dicta quæſtione in eo, quod ſentit arbitratorem poſſe teſtes recipere & publicare, & ſententiam ferre partibus abſentib. Idem ſentit iudicio meo Innocent. dum dicit, quod coram arbitratore non eſt iudicium, nec quaſi, ſed totum in ſua poſitum eſt voluntate. Nam ſolemnitatum obſeruatio non eſt, niſi coram iudice, vel arbitro, ſecundum eum, ſed extra iudicium ad ſui inſtructionem laborat arbitrator ad veritatem inquirendam. Et pro hac opinione adducitur vltra prædicta, ff.de leg.2.l.cum pater, § hæreditatem, & l.ex facto.§.ſi quis, ad Trebel. vbi deportatus in longinquam prouinciam in remotis partibus, arbitratur. ad idem ca. 2.de ar. vbi exul, & abſens compromiſit. Item arbitramentum non eſt ad inſtar iudiciorum, ſed contractus, vt in d. auth. ſi vero contingerit. Contractus autem poteſt purificari etiam partibus abſentibus, ex quo dederunt poteſtatem mediatori, argu. in l.2.ff.de condit.& demonſt. Facit etiam quod no. Inn.in c.fi. de transla.epiſc. Sed ad prædicta adde limitationem *ſolemnē* ꝙ ſi arbitrator proceſſit ex abrupto, parte nō audita, nec requiſita, laudum eſt nullum, & ita allegatum fuit de facto, & etiam pronunciatum, vt no.refert Bal. in lib. feud.in tit. de inueſtit.in ma.facta.cap.1. prope fi. & facit ſecundum eum, d l.quod ſi nolit, in fi.& quod no.Innocē. & Ioan.And.in capit.ex ratione, de appella. Pro hoc facit, quia bonus vir debet audire partes, cum earum aſſertione, cauſarum merita pandātur.l.fi.C. ſi per vim vel alio modo, & c.tam literis, de in integr. reſtitu. & quod not. Barto.in l. cum prolatis, ff. de re iudic. & ſic poſſes reducere ad concordiam opiniones contrarias. Et quia incidenter dixi Iac. de Raue. Pet.& Cyn.tenere in l.ſi qui ex conſenſu, C.de epiſco. audi. valere ſententiam arbitri, ſi partes fuerūt præſentes in diſcuſſione cauſæ vſque ad concluſionem. Contrarium puto verum per l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum, ff. de arbit. vbi text. ſingulariter dicit, quod non poteſt pronunciari partibus abſentibus, vel altera earum etiam data contumacia, niſi fuerit hoc dictum in compromiſſo, quod videtur Barto. habuiſſe pro indubitato in d. l. ſi quis arbitratu. & clarius Bald.in d.l.ſi q ex conſenſu. Sed ex contumacia committitur pœna compromiſſi, & expirat poteſtas arbitratoris, ſecundum eum, vt in d.§.
46 ſi quis, quod not. † Vltimo nolo hic omittere quæſtionem notabilem

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Alia quæſtio. Vide Abb. in cap. cum tempore.ſupra de arbit. & Bald.in l.ſolam, in fin. C. de teſtib. & in l. ſi non ſpeciali, in fin. C.de teſti. cum alleg.per Fely.in cap.1.colum.20.ver. & ſi dicatur procedas de iure, & facto.ſupra de conſti.

b SEB. SAP. Contra formam compromiſſi. Vide Alexand. in conſi.21.colum.fin in vlt.vol Are.in conſi.58.in vlt.colum. Com.in conſi.55.incip.duo habeotes, ad finem. And.Siculum in c.2. colum.12. ſupra de offic.deleg. Fel. late in c.cauſam.in antepen. colum.inf.de re iud. Lanfran.de Ori.in tra.la tu de arbi.in 7.char.ueſi.1.

a tabilem [a] & quotidianam. Compromiſſum fuit in duos, & diſ-
cordant, nunquid iudex poſſit eligere tertium, ſeu eos ad ele-
ctionem tertij compellere? Hæc quæſtio fuit de facto, & intelli-
ge de arbitratoribus. Nam de arbitris non eſt dubium, vt in ca.
cum ſpeciali, de appellatio. & in l. item ſi vnus, § ſi duos, ff. de
arbit. Bald. in cap. 1. de inueſt. in ma. fac. recitat fuiſſe per quoſ-
b dam ſapientes reſponſum, quod non, [b] quia arbitratores ſunt
ad ſimilitudinem proxenetarũ. l. ſi de meis. §. recepiſſe, ff. de ar
bit. Sed certum eſt, quod in proxenetis non eſt tractandum de
electione tertij. Et hæc opinio placet ibi Bald. & etiam mihi, qa
a perſona non arbitrante, non receditur, vt l. ſi quis arbitratu,
ff. de verborum obligatio. & l. ſi merces, ff loca. Nunc ex prædi-
ctis ſub epilogo per modum tabulæ, vt facilius inuenias mate-
riam, habes viginti & vnam differentiam inter arbitrum & ar-
bitratorem, ex quibus colligitur, (maxime ex principio,) mo-
dus cognoſcendi arbitrum ab arbitratoribus. Secundo princi-
paliter habes multas quæſtiones ad materiam: tres habes inci-
denter poſt 8. differentiam. Prima eſt, an pro executione arbi-
tramenti detur aliqua actio, & quę. Secunda, an ex taciturnita-
te temporis emologetur arbitramentum, vt ſic non poſſit pe-
ti reductio ad arbitrium boni viri. Tertia, quo iure petatur re-
ductio ad arbitrium boni viri. Quarta quæſtio poſt omnes dif-
ferentias, quare dictum arbitri non reducitur ad arbitrium bo-
ni viri, ſicut dictum arbitratoris. Quinta quæſtio, nunquid poſ-
ſit peti reductio arbitramenti, ſi partes promiſerunt ſub pœna
ſtare dicto arbitratoris, & quid ſi fuit iuratum Sexta quęſtio, qd
ſi fuit dictũ, quod poſſit altè & baſsè arbitrari, & de iure vnius
dare alteri in totum, vel etiam in partem & an valeat renuncia
tio, ſeu pactum de non petendo reductionem. Septima quæ-
ſtio, pro quanta læſione poſſit peti arbitramentum reduci ad
arbitrium boni viri. Octaua quæſtio, an petens reductionem, ſi
ſuccumbit: incidat in pœnam compromiſſi, vel periurij, ſi iura
uerat, & incidenter tangitur, quis habet probare contra arbitra
mentum. Nona quæſtio, quid ſi petens pro parte ſuccumbit, &
pro parte obtinet, & quid ſi non ſeruauit pars arbitramentum
per iudicem moderatum, an incidat in pœnam compromiſſi.
Decima quæſtio, intra quantum tempus debet arbitrator, arbi
trari. Vndecima quæſtio, qui eſt iſte bonus vir, ad cuius arbitriũ
recurritur in cauſa reductionis, & an ſit iudex arbitratoris, an a-
ctoris, vel rei. Duodecima quæſtio, an a ſententia iudicis redu-
centis arbitramentum ad æquitatem poſſit appellari, vel ſaltẽ
peti, vt reducatur ad arbitrium alterius iudicis. Tertiadecima
quæſtio eſt, an per petitionem, reductionis ſuſpendatur execu-
tio arbitramenti. Quartadecima quæſtio, quid ſi fuit compro-
miſſum in aliquem, tanquam in arbitrum, & arbitratorem, &
& quid ſi fuit dictum, quod poſſit procedere, ſeruato ordine iu
diciario, & non ſeruato. Quintadecima quæſtio, quid ſi is in
quem fuit compromiſſum modo prædicto, proceſſit partim
ſeruato ordine iudiciario, & partim non ſeruato. Sextadecima
quæſtio, quid ſi fuit compromiſſum modo prædicto, vt com-
promiſſarius poſſit procedere de iure & de facto, & pronuncia
re de iure tantum, & nunquid hoc caſu valeat ſententia con-
tra ius ſeu iniuſta. Decimaſeptima quęſtio, an arbitrator poſ-
ſit pronunciare, & procedere partibus abſentibus. Decimaocta
ua & vltima quæſtio, nunquid duobus arbitratoribus diſcordā
tibus debeat deputari tertius. Tractatur etiam in principio cap.
an arbitrator ſeu arbiter poſſit mutare laudum, & latius in 15.
differentia, vbi vide: quæſtiones vero, quæ eliciuntur ex differẽ
tijs ſupra poſitis, poteris faciliter diſcurrendo videre.

ADDITIONES

a SEB. SAPIA. Quæſtionem notabilem. Vide Franc. Are. in conſi. 100. co-
lum. pen. Rom. in ſing. 143. incip. tu habes in c. innotuit, & Peru. in c. cum
ſpeciali col. 3. inf. de app.

b ZACHARIAS. Quod non. Tu vide per Bart. & Alexan. in l. item ſi unus.
§. ſi duos. ff. de arb. Bald. in l. 1. in lectura antiqua, C. de his. quæ pœnę nom.
Ioan. Mon. in rubr. de arbit. lib. 6. Ioan. And. in addi. ad Specu. eod. tit. §. ſeq.
ver. quid ſi taceat.

SVMMARIVM.

1 *Ex cauſa continentiæ, poſſunt coniuges licite ſeparare cohabitationem.*

2 *Iudex eccleſiaſticus & ſecularis, eſt competens iudex ad compellendum cō-
iuges ad cohabitandum.*

3 *Permiſſum eſt coniugibus inuicem ſe dimittere propter fornicationem, & ſe
parare matrimonium propter continentiam ſeruandam.*

4 *Vnus coniugatus non poteſt ingredi religionem, niſi alius ingrediatur.*

5 *Coniugati vouentes continentiam, ſi alter labatur, an epiſcopus debeat eos re
integrare?*

6 *Coniugati vouentes continentiam, ſi ſe reintegrauerint, proles nata eſt ille-
gitima.*

7 *Iurans non diuertere, an ex cauſa poſſit diuertere, & non incurrere per-
iurium?*

8 *Iurans non redire ad maritum, non obſtante iuramento, an poſſit redire.*

CAP. XXIIII.

Tva nos. Coniuges abiurare ſe non poſſunt. ita
ſummatur Ego ſummo ſic. Ex cauſa le
ui & temeraria coniuges, etiam quo ad thorum &
mutuam cohabitationem, ſe ſeparare non poſſunt
etiam cum iuramenti interpoſitione. hoc dicit. In prima con-
ſultatio. In ſecunda reſponſio. Secunda, ibi, [Nos igitur.] Caſus
literalis. Quidam B. nomine, & A. vxor eius ad inuicem iuraue
runt ſe nunquam mutuo petituros. poſtea idem B. coram iudi-
ce ordinario, ſcilicet coram Archiepiſcopo Terraconenſi, illā
inſtanter repetebat, A. econtrario affirmante, ꝙ prius ſe faceret
Sarracenam, quam rediret ad eum, &c. Quæſiuit ordinarius à
domino Papa, quid ſibi ſuper hoc eſſet agendum. Mandat Pa-
pa eidem, quatenus vtrunque inducat ad continentiam obſer-
uandam, quod ſi facere voluerint, & ſeruare eam, maneant ſe-
parati, alioquin per excommunicationis ſententiam, appella-
tione remota, compellatur mulier ad virum redire, cum iura-
mentum illud temerarium fuerit, & vterque illorum adulte-
rium commiſerit. Ber. No. quod diſſolutio non dependet a vo-
luntate coniugum, ſiue agatur ad diſſolutionem, quo ad ſub-
ſtantiam vinculi, vt in c. ſuper eo, de eo, qui cognouit conſang.
vxo. ſuę. ſiue agatur de diſſolutione, reſpectu mutuæ ſeruitutis
& cohabitionis, vt hic, & inſ. de conuer. coniug. cap. cum ſis, &
1 quaſi per totum. † No. 2. ꝙ ex cauſa continentię ſeruandę, poſ-
ſunt coniuges licite ſeparare domicilium & cohabitationem,
a hoc intellige, niſi ſint iuuenes [a] & ſuſpecti de incontinētia. Tūc
enim iudex debet ex officio ſuo occurrere & impedire ſepara-
tionem, argu. in c. vxoratus, & c. cum ſis, de conuer. coniug. &
ſentit Hoſtiē in c. veniens, de regula. inſ. vbi dicam. No. 3. quod
p iſta verba Moneas & inducas, qd non mandatur præciſe coa-
2 ctio, vide quod legi. & no. in c. 2. de ſponſ † No. 4. iudicē eccle-
ſiaſticum poſſe & debere compellere coniugem ad petitionē
alterius coniugis ad cohabitationem matrimonialiter cũ ſuo
coniugali. Et ſic eccleſiaſticus eſt iudex, non ſolum vbi agitur
de ſubſtantia vinculi matrimonialis, vt in c. tuam, de ordi. cog.
& c. lator, qui fil. ſint legit. ſed etiam, vbi agitur de integratione
matrimonij quo ad mutuam ſeruitutem, & in hoc poſſet etiam
adiri iudex ſecularis, vt in d. c. non eſt, de ſponſ. & ſic vterque eſt
competens. Et not. quod etiam eccleſia, compellit vxorem, vt
redeat ad maritum, etiam ſi præciſe reſiſtat, hic tamē ſolum di
citur de compulſione per cenſuram eccleſiaſticam. An autem
poſſit præciſe compellere, puta per familiam, vide quod dixi
3 in c. literas, de reſti. ſpol. † Glo. 1. quærit, quare hoc iuramentum
non fuit obligatorium? Reſpondet, quia fuit temerarium, vt in
tex. Sed aduerte, quia per hoc non ſatisfit quæſtioni, nam hoc
eſt repetere ipſum quare, ideo eſt videndum, quare hoc iura-
mentum fuit temerarium. Ego reſpondeo, ꝙ ideo, quia coniu-
ges tenentur ſibi propter bonum matrimonij ad mutua ſerui-
tia, & mutuo debitum reddēdum, nec licet viro dimittere vxo
rem, niſi ex cauſa fornicationis, & ecōtra, nec vxori licet dimit-
tere virum ſuum, 32. q. 7. c. Apoſtolus, & in c. omnes cautiones.
Iſti autem diuiſerant ſe quadam leuitate & temeritate Nam, vt
patet ex fine literæ, vterque poſt ſeparationem commiſit adul-
terium, ſecus tamen eſſet, ſi ex honeſta cauſa hoc feciſſent, pu-
ta propter continentiam ſeruandam, vt in cap. quod Deo pari.
33. q. 5. Et hoc eſt, quod voluit Innoc. hic, dicens, hoc iuramen-
tum fuiſſe temerarium, quia non fuit promiſſa continentia, nec
animo concepta, quod intellige, vt ſupra dixi, quando ſcilicet
non eſſent de incontinentia ſuſpecti. Sed tunc diceres, quomo-
do præter fornicationis cauſam, vir dimittit vxorem, contra c.
1. de conuer. coniug. cum ſimil. Reſpon. ꝙ non dicitur dimit-
tere, ſed potius ex cauſa honeſta propter Deum ſeparant coha
bitationem, vt facilius vacent orationi, & cōtemplationi, & eſt
honeſtum, & hoc faciunt authoritate Epiſcopi, & ſic intellige
tex. cum gl. in c. ſi tu abſtines. 27. qō. 2. & vide quod ſcripſi in c.
2. de conuer. coniug. non eſt tamen hæc authoritas de ſubſtan
tia, vt hic, & c. quod Deo pari, prǣalleg. Quęrit ſecundario glo.
qualiter iſti punientur pro temerario iuramento? & eſt gl. clara.
Inno. hic dicit, ꝙ punientur pro mortali, vide tu de hoc bo. glo.
4 & quod dixi in c. tua nos, ſupra eod. † Op. & videtur quod vnus
non poſſit ſine altero commorari, niſi vterque intret religio-
nem, vt in c. ad Apoſtolicam, de conuer. coniuga. vbi patet, ꝙ
non permittitur vni coniugum intrare religionem, ſi pariter
alius non ingrediatur So. gl. 2. ꝙ quidam fatentur contrarium,
ſed ipſa tenet, quod etiam in ſeculo, cauſa continentię, poſſunt
diuiſim commorari, per d. c. quod Deo pari. Sed ſi alter vellet
religionem intrare, tunc oportet etiam alterum ingredi, vt in
contrario. Ratio autem diuerſitatis poſſet eſſe ſecūdum Hoſti.
quia,

ADDITIO.

a SEB. SAPIA. Iuuenes. Faciunt not per Paul. de Caſt. & Moder. in l. iu-
ſtitia. §. iuris præcepta, ff. de iuſtit. & iur. ubi dicunt, quod iudex poteſt co-
gere aliquem, quod honeſte uiuat, & quod dimittat concubinam, quando
habet uxorem.

Digitized by Google

quia,ſi poſſet vnus profiteri altero iuuene remanente in ſeculo,
poſſet abſurdum hoc ſequi,quia iuuene non continente, vel ꝓ
feſſus educeretur de monaſterio, vel alter viueret ſemper in a-
dulterio,ad hoc de conuer.coniuga.c.ex parte. il 1. & c.placet.
vbi vero ambo ſunt in ſeculo, ſi non continerent, nil abſurdũ
ſequitur,ſed alter cogitur alteri adhærere,vt hic. Aduerte bene
nam ſentit Hoſtien.quod ſi coniuges ſe ſeparent cauſæ continẽ
tiæ, & eam non ſeruent,debent compelli,vt ſimul cohabitent,
& reddant ſibi debitum. Hoc dictum poſſet ſatis admitti, vbi
non emiſerunt votum continentiæ, ſed dixerunt ſimplici ver-
bo Epiſcopo,ꝙ eã vellent ſeruare, & ſic iudicio meo poſſet in-
telligi text.a contrario, dum dicit: Quam ſi promittere volue-
rint & ſeruare, quaſi ſi promittant & non ſeruent, non debet
5 epiſcopus eos pati diuiſim habitare. † Sed eſt dubiũ,quid ſi vo-
uiſſent continentiam,& poſtmodum alter lapſus eſt in adulte-
rium, an epiſcopus debet reintegrare,ſaltẽ ex officio,illud ma-
trimonium?vide de hoc quod no.in cap duduum, de conuer.cõ
6 iuga † Inn.videtur ibi, velle, quod non,immo dicit,quod ſi illi
viuentes,coniũgerentur carnaliter, proles inde genita eſſet il-
a legitima. [a] Et idem tenet gl. in cap.mulier.81.diſtin.ſentit etiã
hic Innocen.dum dicit,ꝙ ſi iſti iuraſſent ſe mutuo debitũ non
petituros cauſa continentiæ nõ poſſent ſe vlterius repetere.Sed
glo.in cap.noſſe 33.quæſtio. 1. & in c. quod Deo pari. 13.quæſt.
5.dicit,ꝙ licet alterum repetere non poſſit, iudex tamen ex of-
ficio ſuo reintegrabit matrimonium,argum de diuor.cap.ex li
teris.Sed certe illud ca. non probat. loquitur enim in alio caſu,
vt ibi no. & in oppoſitum multum facit illud cap.quod Deo pa
ri. vbi alter fuit lapſus, & tamen Papa non reſtituit eum alteri,
ſed hortatur, vt ſeruet continentiam. Item alter reportaret cõ-
modum de delicto ſuo,& volens indirectè repetere coniugem
cõmitteret adulteriũ Sed puto ſatis poſſe diſtingui quod aut al-
tero lapſo,ſi non per hoc vehemens inſurgat ſuſpicio de perſe-
uerantia in peccato, nõ debet matrimonium reintegrari,& ſic
loquitur cap. quod Deo pari. Aut eſt ſuſpicio perſeuerantiæ,vt
quia eſt iuuenis & ſuſpectus, & tunc ex officio iudicis reintegra
bitur matrimonium. Ratio, quia tale votum videtur fuiſſe illi-
citum,nec debebat a principio emitti,vel ab Eccleſia recipi.Si-
cut enim vnus non poteſt intrare religionem,altero ſuſpecto
remanente in ſeculo propter timorem incontinentiæ, vt in iu-
ribus ſupra alleg. ita non eſt permittendum, vt voueant & per-
maneant in ſeculo,& ſi de facto vouerunt,Epiſcopus ex officio
ſuo prouidebit, ne maius peccatum inde contingat,quod not.
7 †In ſecunda parte gl. iſta quærit, quid ſi coniuges iurant nun-
quam diuertere ab inuicem nunquid tale iuramentũ omni ca
ſu ſit ſeruandum? Et primo arguit, & concludit,quod ſi vellent
intrarẽ religionem,poſſunt,quia tunc commutarent iuramen-
tum in melius,& ſic videtur velle,quod aliter non poſſent ab in
uicem diuertere, obſtante iuramento. Ioan. And. dicit, ꝙ ſi iu-
ſta cauſa ſubeſſet, puta conſanguinitatis,vel aliud perpetuũ im
pedimentum,tunc non obſtante iuramento,alter agere poſſet
ad diuortium, cum ſubaudiatur ibi,niſi ex cauſa,quia nec con-
tra ius intelligitur iuraſſe,ſupra c.proxi.& c ad noſtram.il 3.Ad
uerte,quia in iſtis exemplis Ioan. And quæſtio non haberet du
bium,cum iuramẽtum generale ſe non extendat ad caſum nu
trientem peccatum ex tacita intentione iurantis. Et præſuppo-
ſito,ꝙ habuiſſet illum animum,tale iuramentum illicitum nõ
ligaret,vt probatur in c. 1.de iureiur.lib. 6.Sed dubium eſt,quid
ſi oriatur cauſa legitima diuortij, quam iurans poſſet remitte-
re, vt puta inductam in fauorem ſuum, vt ſi mulier commiſiſ-
ſet fornicationem carnalem,vel ſpiritualem,vt infra cap.prox.
vel non ſolueret dotem promiſſam,iuxta no.in cap.per veſtras,
de do.int.vir.& vxo.& de dot. poſt diuor.reſt.vel quid ſimile,ꝙ
poſſit diuortium petere, non obſtante tali iuramento genera-
li,videtur bo.tex.in ſimili in l.quæro §.inter locatorem, ff.loca.
vbi dicit, quod ſi locator promiſit non expellere inquilinum,
intelligitur,ſi ſoluerit penſionem,& ſic ſi feceris id,ad quod te-
netur ex natura contractus.Item ſi promiſit filium non exhære
dare,intelligitur,niſi cauſam exhæredationis dederit.l.quidam
cum filium,ff.de verborum oblig.Item ſi promiſi te non offen
dere, intelligitur,niſi cauſam offenſionis commiſeris, l.qui ſer-
uum, ff. de verborum oblig. Et generaliter,ſecundum Bart.ibi
facit ille § ad omnes contractus,in quibus vltro citroque aliqd
promittitur,vt quis non teneatur ſeruare, quod promiſit,ſi per
diuerſam partem omnia ſeruata,non ſint.Facit l.Iulianus §.of-
ferri,ff.de actio.emp.Debet ego, ſecundum hoc, intelligi illud
iuramentum de non diuertendo,ſi alter legem coniugij ſerua-
uerit. Pro hoc quia aliter matrimonia non eſſent libera in diſ-
ſoluendo ex iuſta cauſa, contra l.libera, C. de inutil.ſtipul.Pro
& contra faciunt ea,quæ dixi ſupra proximo cap. in q.illa,cum
quis iurauit nõ petere reductionem ad arbitrium boni viri,vbi
8 vide,& pro prima parte optime facit cap.proxi.in princip.†Gl.
pen.quærit, an hæc mulier potuiſſet propria authoritate iura-
mento non obſtante redire ad virum, & dicit quod ſic. Idem
tenet Hoſtien.& Lancr.& Goffred.contra. Dicit Ioan.And.qđ
hæc vl. opi. poſſet procedere,quando eſſet dubium,an propter
incontinẽtiam, & ad laſciuiam ſe abiuraſſent, & dicit, qđ apud
eum non poſſet cadere dubitatio. Aut enim iurauit propter cõ
tinentiam,& non debet redire ſine ſuperioris authoritate iuxta
ſuperius dicta. Aut propter laſciuiam,& tenetur redire,cum iu
ramentum fuerit temerarium,vt in litera.

ADDITIO.

a Eſſet illegitima. Ego dicerem, quod non,ponderatis,ver.glo.in clemen.1.&
ibi Card.de ſent.excommu.vbi dicit conuerſos ſancti Franciſci, cõiugatos
poſſe coire,licet ſint continentes, & regulam ſeruent.idem tenet Specu. in
tit.de diſpu.& alleg.§.poſt hæc.uer.generaliter. ubi dicitur uotum inter cõ
iuges non obſtare coitui inter eos.

SVMMARIVM.

1 *Si quis iurauit ducturum aliquam in vxorem, eam repellere poteſt propter ſuperuenientem fornicationem, præteritam uero ei imputare non poteſt.*

2 *Deformitas ſuperueniens in muliere,qua & quibus caſibus matrimonij impediendi, & dirimendi tribuat facultatem.*

CAP. XXV.

1 Quemadmodum. †Is,qui iurauit cũ mu-
liere contrahere, pro-
pter ſuperuenientem fornicationem, vel deformi-
tatem,eam repellere poteſt, propter præcedentem
non.h primo. Si vir iurauit non accuſare vxorem,temerarium
eſt iuramentum,ſed ſi ſpecialiter de adulterio hoc iurauit, de-
nunciare poterit, ſed accuſare non debet. Hoc, vltimum non
eſt ſine dubio,vt infra patebit.Diuiditur in tres partes principa
liter. Secunda, ibi, [Illud autem.] Tertia ibi,[Quod ſi.] Prima
ſubdiuiditur. Nam primo inducit ſimile conſultationi fiendæ.
Secundo ſolu.ibi,[Ita ſi quis.] Tertio probat ſolutionem per ui-
tationem abſurditatis,& per rationem,ibi,[Alioquin.]Quarto
reſpondet oppoſitioni iuramenti,ibi,[Non obſtante,] quod re
ſpõſum probat per euitationẽ abſurditatis, ibi,[Quod ſi poſt.]
Secunda pars principalis non ſubdiuiditur. Sed tertia pars ſic,
primo ponit caſum. Secundo allegat per negatiua, ibi, [Cum
ſcripta.] Tertio pro affirmatiua,ibi,(Sed nunquid.)Quarto ſol-
uit,ibi,(Tutius.) Caſus litera. Quidam iurauit ſe ducturum ali-
quam in vxorem,quæ poſt illa ſponſalia ſic contracta fuit forni
cata.quæritur, an teneatur eam ducere in vxorem prætextu hu
ius iuramenti? Reſpondet Papa per ſimile, & quaſi à maiori, ſi
vir iuraſſet mulieri, quando contraxit cum illa, quod eam ſem
per pro legitima teneret, eam non poſſet dimittere pro forni-
catione, quam ante contractum matrimonium commiſiſſet.
Sed ſi poſt contractum matrimonium, & præſtitum iuramen-
tum fornicaretur,eam dimittere poſſet nõ obſtante huiuſmo-
di iuramento,quia in illo, talis conditio ſubintelligebat, ſi illa
contra legem matrimonij non peccaret. Eodem modo ſi aliqs
iurauit ſe ducturum aliquam in vxorem,non poteſt ei fornica-
tionem apponere præcedentem, ſed ſubſequẽtem,vt eam du-
cere non teneatur, quia in illo iuramento talis debet conditio
ſubintelligi, ſi illa contra legẽ deſponſationis non venerit, alio
quin ſi poſt tale iuramentum fieret publica meretrix, eam du-
2 cere teneretur,quod eſſet prorſus abſurdum. † Et hoc probat ꝑ
locum a maiori,ſi vir poſt contractum matrimonium, propter
fornicationem dimittere poteſt vxorem,multo fortius ante cõ
iugium celebratum propter fornicationem poteſt non admit-
tere ſponſam, quia turpius eijcitur, quàm non admittitur ho-
ſpes. Nec obſtat iuramentum, in aliquo iſtorum caſuum, quia
iuramentum illud tale eſt propter conditionem intelligendũ,
quod poteſt ſeruari,& non ſeruari,ſine tranſgreſſione iuramẽ-
ti.Præterea, ſi poſt huiuſmodi iuramẽtum mulier fieret lepro-
ſa, vel paralitica, vel naſum amitteret, vel quicquam turpius
ei contingeret,an teneretur eam ducere in vxorem? Reſp. ſi eſ-
ſet vxor de præſenti,eam dimittere non poſſet, ſi ſponſa de fu-
turo,eam ducere nõ tenetur,quia multa impediunt matrimo-
nium contrahendum, quæ non dirimunt iam contractum.

SVMMARIVM.

1 *Validum eſt argumentum, a ſimili, data ſimilitudine in eo, ad quod confertur.*

2 *Per iſta uerba promitto, quod tenebo te in uxorem, inducitur matrimonium de præſenti.*

3 *Si duo fecerunt pacem, & unus rumpat, primus rumpens, poteſt accuſari, & non accuſare.*

4 *Fornicatio ſubſequens, diſſoluit ſponſalia de futuro, quamuis iurata.*

5 *Iuramentum poſitum ſuper actu, intelligitur cum omnibus conditionibus & limitationibus illius actus.*

6 *Contrahens non poteſt allegare debitorem ſuſpectum propter paupertatem præcedentem contractum.*

7 *Iurans non accuſare, an poſſit denunciare, & iurans non denunciare, ſi denunciat, an incurrat periurium.*

8 *Multa conditiones generales, quæ ſubintelligentur in iuramento.*

9 *Depoſitarius non poteſt opponere compenſationem, ſed deponens ſic.*

Digitized by Google

10 *Si ſponſa labatur facultatibus, an licitè poſſit à ſponſo dimitti?*
11 *Iuramentum contra legem non tenet, ſi iuramentum eſt reprobatum per ius canonicum.*
12 *Sponſus an poſſit dimittere ſponſam de futuro, ſi per vim fornicata eſt?*
13 *Sponſa de præſenti an propter fornicationem ſubſequentem, vel deformitatem poſſit dimitti.*
14 *Iurans non accuſare, an obligetur, & quomodo.*
15 *Maritus an poſſit caſtigare vxorem ſuam, & incarcerare.*

§. Illud autem. In § iſto q. ponitur, quæ eſt talis. Ali-
quis iurauit, quod ſuper nullo crimine ac-
cuſaret vxorem, quæritur an iſtud iuramentum ſit ſeruandum?
Reſpondet Papa, quod iuramentum tale temerarium eſt, quia
ſi mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare cum viro ſine cō-
tumelia Creatoris, vel vt illum traheret ad mortale peccatum
debet ſtatim illam accuſare apud iudicem ſuum, vt eam niſi pe
nitus ſe corrigat, omnino dimittat ſecūdum canonicas ſanctio
nes. Sed ſi iurauit expreſſe, quod eam ſuper adulterio non accu
ſaret, nunquid debet ſeruari hoc iuramētum? & videtur, quod
non, quia dicit ſcriptura, patronus eſt turpitudinis, qui crimen
celat vxoris. & in Euangelio dicitur: Si primo & ſecundo corre
cta non ſe emendat, dicendum eſt eccleſiæ, vt tanquam ethni-
ca & publicana poſtmodum euitetur. Sed cōtrarium videtur,
quod ſit ſeruandum, quia non ſolum ſepties, ſed ſeptuagies ſe-
pties, dimittendum eſt vxori peccanti. Reſpondet Papa quod
in hoc caſu tutius eſt propter iuramentum, vt eam non accu-
ſet ad diuortium celebrandum, ſed denunciare debet illam ad
1 pœnitentiam peragendam. Bet. † No. 1. quod valet argum. a ſi-
a mili a data ſimilitudine in eo, ad quod confertur, licet in alijs il-
la non ſint omnino ſimilia, vt patet hic in ſimilitudine indu-
cta inter matrimonium contractum & contrahendum, quod
no. facit c. cum dilecta, de confirma. vtil. vel inutil. Vide Ioan.
2 And. in c. non poteſt, de præben. lib. 6. vbi hoc firmat. † No. 2. [b]
b at. quod per iſta verba, promitto, quod tenebo te pro legitima vxo
re, cōtrahitur matrimonium de præſenti, de quo vide bonum
tex. enim ibi no. in c. ex parte 1. de ſponſa. Et facit, quod in acti-
bus pendentibus a mera diſpoſitione diſponentis, paria ſunt di
cere, Volo quod Titius habeatur pro tali, vel talis ſit, vt puta, quod
ſit ciuis, vel quod habeatur pro ciue, de quo per Barto. in l. ſi is,
3 qui pro emptore, ff. de vſuc. † No. 3. & tene menti quod promit
tens & iurans ſeruare aliquem contractum, intelligitur ſe obli-
gare, inquantum alius obſeruet pro parte ſua; alias nō tenetur
ad obſeruantiam, concordat l. quęro. §. inter locatorem, ff. loca.
& facit iſte tex. ad ea, quæ dixi ſupra c. proxi. & quod no. Barto.
in l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2. vbi per illum tex. dicit, quod
ſi duo fecerunt pacem, & promiſerunt illam non rumpere, ſi
ſi poſtea rumpunt, qui rumpit ſecundus, poteſt accuſare pri-
mum, ſed primus non ſecundum, quia ſecundus non erat obli
gatus, ex quo primus non ſeruauit pacem, facit quod ipſe no.
in d. § inter locatorem, & quod legi. & no. ſupra eo. c. peruenit.
4 † No. 4. & menti tenete vos auditores, ſeu legentes, quod alibi
non ita bene probatur, quod fornicatio ſubſequens diſſoluit
ſponſalia de futuro, etiam iurata. & licet iſte tex. loquatur in
ſponſa fornicante, idem tamen dicendum eſt in ſponſo, quia
quoad iſta non iudicantur ad imparia, vt in c. Apoſtolus, 32. q.
7. & ca. cauſa, q. 6. c. nihil iniquius, & c. indignantur, & ita in fa-
cto Senis conſului. Et intelligo, quod fornicatio diſſoluit ſpon-
ſalia, ſ. in fauorem illius, qui nō peccauit, ille enim poteſt illam
non ducere, ſed peccans non abſoluitur alio volente, quia deli
ctum ſuum non debet ei præſtare immunitatem, & abſolutio
nem a contractu ſuo, vt in c. 2. de tranſla. Epiſ. facit quod in ſi-
mili habetur in c. de illis, il 1. infra de deſpon. impu. No. ibi, (Pror
ſus abſurdum,) quod valet arg. a vitatione abſurditatis, con-
c cordat c. ex ore, de priui. cum ſi. No. ibi, (Turpius [c] eijcitur, quā
non admittitur hoſpes,) quod licitè allegamus dicta Poetarū,
ex quo iuri non contradicunt. Item de prouerbijs, probatur in
c. & ſi Iudæos, de Iudæ. & quotidie allegatur iſte tex. quod faci
lius impeditur matrimonium contrahendum, quam dirima-
5 tur contractum, qui cle. vel vouen. c. rurſus. † No. in ver. (Non
obſtante,) & tene menti, quod iuramentum appoſitum in ali-
quo contractu, recipit omnes ſubauditiones, ſeu limitationes,
quas habet ille contractus, & idem dico, ſi apponitur in alia di
ſpoſitione, ſeu obligatione, vt reguletur ab illa, pro hoc l. fin. C.
de non nume. pecu. & per Inno. qui hoc tenet in c. per tuas, de
arbi. & Barto. in l. ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſoc. ſup. eo. di
xi in c. Quintauallis, limita tamen ſecundum no. in c. debito-
6 res, ſupra eo. † No. quod turpitudo, ſeu deformitas præcedens
contractum, non poteſt contra contrahentem allegari, ſed ſub
ſequens ſic, quod optimè facit, vt contrahens non poſſit alle-
gare debitorem ſuſpectum propter paupertatem præcedentē,
d ſeu mores præcedentes, ad quod facit [d] tex. in l. ſi creditores, ff.
de priuileg. cred. & l. ii. C. de ſponſa. & ibi per Barto. & c. præte-
rea, de teſtib. cog & c. ſi. de collu. detegen. Et ex hoc tex. arg. Ho
ſtien. Prælatum prætextu criminis, promotionem ſuam præce
dentis, non poſſe repelli, de quo in d. c. præterea, & c. ſi. de pur.
7 can. vbi de hoc † No. ex vltima parte, quod promittens, ſeu iurans
aliquem non accuſare, poteſt nihilominus illum denunciare
ad pœnitentiam peragendam. Et no. ex hoc, & ex tex. finem de
nunciationis Euangelicæ: fit enim non vt imponatur pœna,
ſed vt cogatur pœnitere. Ex quo no. Pe. quod probato crimine
alicuius per denunciationem, ſuperior non priuabit illum, vel
ſuſpendet cum officio ſuo, vel beneficio, ſed ſolum coget pœ-
nitere, niſi in caſibus, de quibus in c. inquiſitionis, de accuſ. quod
dicit alibi melius non probari. Sed adduco bonum tex. in c. ſup
his, de accuſ. vbi melius & generalius probatur. Sed quæro, quid
ſi quis iurat aliquem non denunciare? Vide gl. in c. ad noſtram.
a. ſupra eo. quæ dicit, iuramentum non eſt obligatorium, quod
eſt contra præceptum Chriſti, & bonum charitatis. Dictum n.
eſt, ſi peccauerit in te frater tuus, & c. de iu. c. nouit, & 2. q. 1. c. ſi
peccauerit, & vide quod dixi in c. 1. ſupra eo. Dicit tamen notā-
ter hic Hoſt. quod aut iurans vult denunciare principaliter pericu
lum animæ delinquentis; & iuramentum non obſtat: aut mo-
uetur principaliter propter intereſſe proprium, & non poteſt ſi
ne metu periurij, quod ſatis mihi placet. Nam iuramentum va
let reſpectu intereſſe priuati, ſed non reſpectu intereſſe publici,
l. ſi vnus. §. pacta. ff. de pact. facit quod dicam ſuper glo. & hoc
8 ſemper notabis. † Venio ad gl. & notabis gl. 1. quæ in effectu fa
cit tria. Nam primo ponit multas conditiones generales, quæ
ſubintelligūtur in iuramento, quatenus dicit, quod intelligitur
conditio, ſi placet Papæ, intellige quando præſtatur in materia
ſpectante ad Papam, ſic loquitur c. veniens, ſupra eo. vbi plene
dixi, alias ſecus, vt patet ex notatis ſup. eo. c. quanto. Secundo di
cit, quod ſpeciales conditiones non intelliguntur, niſi exprimā
tur. Tertio in fine dicit, quod propter conditiones ſubintelle-
ctas, iuramētum non dr̄ conditionale, ſicut nec alia diſpoſitio:
intellige, etiam ſi exprimantur, vt in c. ſignificaſti, & quod ibi
no. de electio. Ioan. And. addit alias cōditiones ſubintellectas.
Nam ſi iuro tibi decem reddere, intelligitur, niſi iudex interdi-
cat: intelligo ex legitimā cauſa, de cēſi. c. ſignificauit, & ff. qui ſa
tiſ. cog. l. ſi. vel ius commune, q̄a excommunicatus eſt: de quo
in c. veritatis, de dolo & contu. ſupra eo. c. debitores. Item quā-
do pater iurat, ſe daturum, alicui filiam ſuam in vxorem, intel-
ligitur promiſiſſe ſe facturum, &c. de quo vide quod dixi in c.
ex literis, de ſpon. vbi gl. Item intellige ſaluo iure alterius, ſupra
eo. c. veniens. Item ſubauditur, quod habes ſupra eod. c. Quin-
tauallis. Item ſi iuraui alicui, ab eo debeo abſolui. ſupra eod. c.
Quintauallis, & infra de ſpōſa. c. 2. & vide ad materiam per Ho
9 ſtien. in ſum. eo. titu. §. quot ſunt ſpecies. † In gl. in ver. fortius, in
ſi. dicit Ioan. And. & melius, quod licet depoſitarius non poſſet
obijcere compenſationē, vt iuribus allegatis in ſi. gl. deponens,
tamen poteſt eam obijcere, cum in ſuum fauorem ſit introdu-
ctum, vt in depoſito non fiat compenſatio, argum. in c. ad Apo
ſtolicam, & c. ſtatuimus, de regula. Op. & videtur, quod propter
ſuperuenientem deformitatem non liberetur quis a ſponſali-
bus: quia iuramētum eſt ſeruandum, ex quo poteſt ſeruari ſine
interitu ſalutis æternæ, vt in c. ſi vero, ſupra eo. Sol. gloſ. in ver.
oculos, quod contrariū procedat, niſi quis liberetur a iuramen
to propter exiſtentiam conditionis ſubintellectæ, vt hic, quod
no. pro limitatione illius c. ſi vero, & ibi plene dixi. Secundo gl.
quærit, quid ſi ſponſa laberetur facultatibus? Dic quod propter
hoc non poſſet a ſponſo dimitti. Hoc intelligit verum Io. Ant.
niſi certa quantitas promiſſa fuiſſet & tunc non poſſet promiſ-
10 ſionem adimplere, infra de condi. app. c. de illis. † No. hoc dictū.
Nam illud c. de illis, loquitur q̄n iuramentum fuit præſtitum cō-
ditionaliter: nos autē hic loquimur, q̄n ſimpliciter, ſed mulier
promiſit dare certam rem, vel quantitatem, & non poteſt pro-
miſſionē adimplere. Sed aduerte, quia dubito etiam in termi-
nis gl. Nam, ex quo mulier contraxit ſimpliciter ſponſalia, non
promittendo certam dotem, vr̄ promiſiſſe oīa ſua bona in do-
tem, vt leg. & no. in l. mulier bona, ff. de iure do per Bar. in l. ſi cō-
ſtante, ff. ſol. mat. ergo ſi labatur facultatibus, & ſic non poteſt
oīa, quæ habebat, dare in dotem, non dēt ſponſus obligari ad cō
hendū, quia deficit conditio ſubintellecta, l. ſi res in eodē ſtatu
permanſit, vt in tex. & in gl. 1. facit c. per vr̄as, & quod ibi no. infra
11 de don. inter vir. & vxo. & de do. poſt diuor. reſti. quod. no. † Itē
aduerte in eo, quod gl. in 1. parte dicit, quod iuramentum cōtra
leges

ADDITIONES.

a SEB. SAP. A ſimili. Vide latè per Abb. & alios in c. tranſlato, ſup. de conſt.
b No. 2. Adde Bar. in l. ſi maritus. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. contra facit l. rei iudi. ff. ſol. matri. vbi aliud eſt eſſe patrem, & aliud haberi pro patre, vide l. 1. C. de his, quæ ſub modo, & in l. interdum §. qui tutela. ff. de fur. & omnino vide Rom. conſi. 92. Ber. Flor.
c SEB. SAP. Turpius. Vide Bar. & alios in l. 1. ff. ſi cer. pet. Fel. in c. qualiter & quando, 1. in prin. col. 1. infra de accuſa. in c. 2. in ſi. ſupra de reſcrip.
d Facit. Et quod no. ipſe Abb. Panor. in c. cum non ab homine, cir. ſi. de iud. Et vide tex. in l. q bona, §. de illo, ff. de dam. inf. & vide Bal. in l. dies feſtos, C. de fer. & in l. ait prætor. §. ſi debitorem, ff. de his, quæ in fraud. cred. & Bal. in l. ſi. de ſpon. & Ang. in l. nemo carcerem, C. de exa. tribu. Ber. Flor.

Digitized by Google

leges non ligat, &c. dicit no. Hoſtien. hoc verum, vbi iuramentum reprobatur lege canonica, facit de foro compe. c. ſi diligenti, & infra eo. c. ſicut. Simpliciter enim in hoc loco non ſtatur legi ciuili, quia nec de foro ſuo eſt iuramentum, de iud. c. nouit & de elect. c. venerabilem, ad fi. in Authē. vt clerici apud prop. epiſc. §. ſi vero eccleſiaſticum, colum. 6. & ſic facit, ꝙ ſtatutum laicorum non poteſt impedire iuramenti abſolutionem: vide quod dico infra eo. c. cum contingat.
12 † Quæro, quid ſi ſponſa de futuro fornicetur, ſeu opprimatur per violentiam, nūquid ſponſus poſſit eam dimittere? Gl. iſta cōcludit in fine, ꝙ ſic, & idem Ioan. And. non enim, ſecundum eum, debet compelli contrahere bigamiam. Secus dicit, ſi fuiſſet ſponſa de præſenti, vt not. glo. in c. raptor. 27. q. 2. quæ etiam approbat præcedens dictum gl. & facit quod habetur in c. diſcretionem, de eo, qui cog. conſang. vxoris ſuæ.
13 † Quæro, quid ſi ſponſa de præſenti fornicetur, vel incidat in aliquam deformitatem, nunquid a ſponſo poſſit ex toto dimitti? Gloſſ. in ver. teneretur, dicit, ꝙ non intellige, ꝙ propter adulterium poteſt dimitti, quoad thorum. l. ſi vxor. §. diuus, ff. de adulte. ſed aliis deformitatibus non obſtantibus, tenetur eam ducere, vt in c. hi qui. 32. q. 7. quod no. No. ex glo. in ver. quamuis. ꝙ dictio, Quamuis, regulariter aduerſatur præcedentibus, quandoque tamen apponitur cauſatiuè, vt hic, intellige, vbi ſubiecta materia hoc expoſtulat.
14 † Opp. & videtur, ꝙ ſicut non valet pactum, etiam iuratum de nō accuſando aliquē de quocunque crimine vt hic di. § illud, aūt eodem modo non
a debet valere, ſi ſit de certo crimine. Nam vtroque caſu[a] inuita-
b tur quis ad delinquendum, & remittitur dolus futurus,[b] contra l. ſi vnus. § illud & § pacta ff. de pact. vbi habes tex. expreſſum, ad idem l. conuenire, ff. de pact. do. Pro ſol. capio glo. in verbo, crimine, & in verbo, in hoc caſu, & in verbo, deſiſtat. quæ debēt ad hoc coniungi, & tangunt hoc contrarium multum tacitè, & mens gl. eſt, ꝙ circa crimen committendum, non valet pactū, & ſic loquitur § illud. l. ſi vnus. ſed circa commiſſum valet, vt hic, & d. § pacta & ſic videtur intelligere ver. ꝙ ſi. Aliam ſol. ſentit d. gl. in verbo, deſiſtat, ꝙ pactum de non accuſando de certo crimine, puta adulterii, valet, quatenus tangitur intereſſe priuatum, vt puta, vt non poſſit accuſare ad diuortium celebrandū,
c ſed quatenus tangitur publicum,[c] non valet, vt in cōtrario. Ex iſta ſolutione infertur, ꝙ ſi iſte maritus vellet accuſare de adulterio criminaliter ad vindictam publicam, valet, iuramēto nō obſtante. Aduerte: Innoc. videtur ſentire iſtas ſol. gl. Ioan. And. poſt eum recitando: dicit enim ſuper verbo, diuortium, ſeruandum eſſe iuramentum in eo, quod tangit rem vel iniuriam familiarem, vt eſt pactum factum de præterito adulterio non accuſando. In his autem, quę reſpiciunt animam, ſeruandū non eſt, & ideo poteſt denunciare adulterium commiſſum: per quam denunciationem præcipiet iudex marito, ꝙ non cohabitet vxori, donec pœniteat, quia non iurauit nō cohabitare, ſed non accuſare. Si autem vxori adulteræ non pœnitenti cohabitare iuraſſet, non eſſet iuramentum ſeruandum, arg. 32. q. 1. c. 2. Immo ſi nec per preces, nec per denunciationem ad pœnitentiam poſſet obtinere per iudicem vel vxoris conſentum, quod ceſſaret ab eius cohabitatione, poſſet tunc eā accuſare de adulterio, ſecundum eum, & Inno. Attende, contra primam ſol. gl. quam etiam ſentit Inn. vt intelligatur tex. de adulterio iam cōmiſſo, multum facit iſte text. in ver. ꝙ ſi expreſſe, qui venit aduerſatiuè ad illum § tamen, cum ibi loquatur tex. de non accuſando de quocunque crimine committendo, ergo verſ. ꝙ ſi expreſſe, qui tantum aduerſatur præcedentibus, quia loquitur de certo crimine, debet intelligi de crimine committendo. Item ſi loqueretur de crimine iam commiſſo, res non fuiſſet dubia per d. l. ſi vnus. §. pacta. Item ceſſaret arg. literæ, quatenus arguit pactum non valere, quia præberetur libera peccandi facultas. Ceſſat enim hęc ratio, crimine iam commiſſo, quia reſpectu cōmittendi iam prompta eſſet accuſatio contra ſecundam ſolut. gl. vt intelligatur non reſpectu adulterii committendi, ſed quatenus tangitur ſpeciale intereſſe, quam etiam ſolutionem non aperte, ſed tacite ſentit Inno. facit multum tex. in d. l. ſi vnus. §. pacta. vbi dicit, ꝙ non valet a principio, vt non agatur interdicto, vnde vi. Nam licet reſpectu reſtitutionis vertitur vtilitas priuata, tamen quatenus præſtatur certo modo impunitas, inuitatur quis ad delinquendum, quod eſt ꝯtra publicam vtilitatem, vt in c. vt famæ, de ſenten. excommu. & melius in l. licitatio. §. quod illicite, ff. de pub. & vect. Sed non eſt dubium, quin vxor fiat liberior ad fornicandum, cum ſcit ſe a marito de adulterio ſaltem reſpectu diuortii accuſari nō poſſe. Cum ergo hoc iuramentum ſit contra bonos mores, valere non deberet, vt in reg. non eſt obligatorium, de reg. iur. lib. 6. Et ob hoc intellectus huius c. vnus eſt ſemper mihi difficilis, & male per Docto. declaratur, forte. Et propter iſta dixit hic Guil. Na. quod verbum Tutius, poſitum in tex. ſtat comparatiue: deſignat enim quod maritus non obſtante iuramento, poſſit vxorem accuſare, ſed tutius eſt, vt non accuſet. & forte in ſe licet non eſſet mala: facit tamen in contrarium, quia in dubiis eligimus, quod eſt tutius, vt in cap. iuuenis, de ſpon. ergo, ſemper erit eligenda iſta via, vt non fiat accuſatio. Concludo ſic totam materiam, quod aut intelligimus de commiſſo, & caſus eſt clarus. d. §. pacta. & cap. veniens, infra de accu. Aut de committendo & tunc reſpectu accuſationis criminalis non valet pactum, nec iuramētum, quia præſtat materiam peccādi, vt in d. §. illud, & §. pacta. Aut reſpectu accuſationis ciuilis, ſcilicet ad diuortium celebrandum ad commodum mariti, & eſt caſus dubius. Credo, ꝙ ſimpliciter pactum non valeret, ſed ſi interuenit iuramentum, eſt dubium, ideo litera arguit pro & contra; concludentes tamen tutius eſſe, vt non accuſet, ſed denunciet, cum per hanc viam prouidebitur circa delictum, & ille obſeruabit iuramentum. Et propter hoc datur notabilis limitatio ad d. l. ſi vnus. & ſic magis ſtringit iuramentum, quam ſimplex pactum, argumen. cap. debitores ſupra eod. titu. facit quod no. Ioan. And. in Specu. de dona §. 1. ver. quid ſi actum. Credo etiam, quod poterit accuſare criminaliter, quia in hoc non verſatur commodum priuatum, vt ſupra dixi. Et ideo non ſine mineſtrio dixit litera, quod debet deſiſtere eam accuſare ad diuortium celebrandum. Et ex his ha-
15 bes clarum intellectum huius cap. † Glo. vlti. quærit, quid ſi iſta mulier nollet corrigi ad denūciationem eccleſiæ? Sol. Ioan. An. dixit, quod tunc vir poteſt eam deſerere, quia videtur quaſi hæretica. Tan. fuit in contraria opin. vt dicitur in fin. gl. quod non debet eam deſerere, ſed debet eam corrigere, & in vinculis tenere, & caſtigare, etiam ſi mariti ſui vitæ inſidiaretur, inducit iu-
d ra in ea allega. Not. 1. ex glo. quod maritus[d] poteſt licite ex cauſa mulierem caſtigare, & inuinculare, & teneo menti hoc vltimum, quia tex. in cap. placuit, per quem ſe fundat hic gl. loquitur de vxoribus clericorum, adeo quod gl. ibi dixit illud non extendendum ad vxores laicorum. Sed glo. in cap. ſicut, 7. quæſt. 1. dixit maritum poſſe caſtigare vxorem ſuam, ſed nō debet verberibus afficere, quia aliena illa eſſe debent ab ingenuis, vt l. cōſenſu, C. de repud. Goffred. & Hoſtien. hic dicunt, quod illa l. conſenſu, procedit, niſi ex cauſa magna fiat, vt in exemplo glo. & niſi verbera ſint leuia. Illa enim videntur marito ex cauſa ꝑmiſſa, argumen. in l. præceptoris, ad leg. Aquil. & de homi. cap. ad audientiam, alias maritus punietur, ſi ſine cauſa, vel enormiter hoc faceret. C. de repud. Authen. ſed nouo iure. Concludo ergo, quod ſecundum quantitatem culpæ, poteſt maritus corrigere vxoré, ita quod non procedat ad ſæua. Illa enim ſunt iudici relinquenda, etiam in ſeruis propriis. Inſtitu. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iu. §. ſed hoc tempore. Secundo not. ex gl. quod vxor eſt relinquēda marito, licet inſidietur vitæ ipſius. Hoc puto verum, ſi poteſt prouideri aduerſus inſidias, alias non tenetur ſe opponere periculo mortis, vt in cap. literas, in fin. de reſtitu. ſpolia. Sic intellige ea, quæ leguntur, & no. per Doct. in capit. 1. de diuor. & in capit. gaudemus, licet glo. aliter dixerit in c. quicquid mulier, 11. quæſtio. 5. Tertio, quoad principale quæſitum glo. puto, quod ſimiliter poteſt compeſci & caſtigari ab inſolentia ſua. Procedat vltima opin. glo. aliàs procedat prima opin. per illud quod ſupra dixi poſt Innoc. Vltimo opp. gl. prope medium in eo quod hic denegetur accuſatio, & permiſſa eſt denunciatio, & ſic quod vna via denegatur, alia conceditur contra iura alleg. in gl. De hoc Brocardo, vide quod no. glo. in regu. cum quid lib. 6. & dic, quod ad alium effectum permittitur hæc denunciatio, & ad alium denegatur accuſatio. Nam accuſatio denegatur, quia agitur ad diuortium, denunciatio permittitur, quia agitur ad pœnitentiam.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Vtroque caſu. Per hanc rationem ita concludit Bald. in c. 1. §. itē ſacramenti col. vlt. de pac. iura. fir. Nunquid autem dolus de futuro poſſit remitti, uide Iaſ. in l. actione, circa fi. C. de tranſa. vbi ponit, an poſſit remitti per indirectum, vide etiam And. Sic. in c. ſi. col. 7. infra, de don. Feli. in c. 2. col. 4. uer. fallit 6. infra de fide inſtru.

b Futurus. Dolus de futuro per pactū remitti non poteſt: ſecus, ſi eſſet de præterito, & adde hic D. Ant. in 1. col. ver. opp. ꝙ pactum non excludit facultatem &c. quod limitat idem D. Ant. in c. fraternitatis, in 18. col. de teſt. eſſe verum in dolo uero, quia dolus præſumptus de futuro poſſet per pactū remitti. Et adde gl. no. in l. vbi exigitur, ff. de eden. quæ vult, ꝙ minor reſtituatur aduerſus dolum præſumptum, licet non reſtituatur aduerſus uerum dolum, l. 2. C. ſi mi. ſe ma. dixe. quod dixit Bar. eſſe uerū in dolo præſumpto de præterito, ſecus dicit, ſi eſt dolus de futuro, quia tunc minor non reſtituet, & vide de hoc Bar. in l. 1. §. nunciatio, ff. de ope. no. nunc.
ANT. FRAN. An dolus futurus uerus, uel præſumptus poſſit remitti, dicas, ꝙ regulariter non poteſt remitti, ſed præteritus bene poteſt remitti. l. ſi unus, §. illud nulla, & ibi per Bar. & Pau. de Caſt. ff. de pac. & no. in l. Aurelio, in §. Caius, ff. de lib. leg. & in l. ſi quis cum aliter, ff. de uerb. oblig. & in l. tres fratres, ff. de pact. & in l. in commodato, in prin. ff. commo. & in omnibus his locis per Bar. & per Bal. in l. 1. in fi. C. de uſufruct. & uide per Alexand. in l. ſi unus, ubi dicit, quod dolus præſumptus poteſt tacite remitti, ſed non expreſſe.

c Publicum. Sed tu limita, quando fit pactum de delicto, quod conſiſtit in omittendo, quia illud poſſet tolli per pactum, hoc dicit gl. ſing. ſecundum Bal. dictus ꝗ ad Sylla.

d SEB. SAP. Maritus. Quomodo ſit licitum marito caſtigare uxorem, uide Abb. in c. cum contingat, col. 1. ſupra de foro compe.

SV M-

SVMMARIVM.

1 *Verbum, Neceſſitas, comprahendit de larga ſignificatione, vtilitatem.*
2 *Exceptio iuramenti, eſt exceptio litis finita.*
3 *Ad ſubſtãtiam iuramenti, non eſt de neceſſitate verbum, Iuro, ſed ſatis eſt, quod interponat Deum implicitè vel explicitè.*
4 *Conuerſi monaſterij, non ſunt de Capitulo, & poſſunt, teſtificari pro monaſterio.*
5 *Quando duæ negationes faciant affirmatiuam, & quando negent.*
6 *An ſit licitum iurare per Crucem, per Euangelium, per Angelum, & per ſalutem Principis.*
7 *Ordinarius poteſt iudicare vltima die ſuæ iuriſdictionis, ſi ſucceſſor non venit, delegatus vero indiſtinctè poteſt.*
8 *Iuramentum ſine altero ex ſuis comitibus, eſt ſeruandum, ſi eſt honeſtum.*
9 *De dictione, Amen, & Kyrieeleiſon.*
10 *Modus diuerſus iurandi.*
11 *Quæ ſint ſimoniaca ipſo iure, & quæ per conſtitutionem eccleſiæ.*
12 *An indiſtinctè prohibitum ſit iurare, ceſſante vtilitate, vel neceſſitate.*
13 *An ſit peccatum Chriſtiano iurare per alienos Deos, & an tale iuramentum ſit ſeruandum.*
14 *Chriſtianus non peccat, accipiendo iuramentum ab infidelibus, ſecundum religionem eorum.*
15 *Qualiter peccet iurans ſine cauſa & iocosè.*

CAP. XXVI.

ET ſi Chriſtus. Monachi, & conuerſi, iurare põt pro teſtimonio ferẽdo in cauſa monaſterij ſui. ita communiter ſummatur. Sed hæc ſummatio nimis reſtringit literam. ideo ſummo ſic. Licite ex cauſa neceſſaria, etiam per religioſos iuratur. h. d. Diuiditur in quinque partes. In prima reſpondet authoritati Euangelicæ, qua videbatur prohibitum iurm̃. Secũda, ibi, (Iac.) reſpõdet authoritati Apoſtolicæ. Tertia, ibi [Angelus] probat multis authoritatibus noui & veteris Teſtamenti, ꝙ licitũ eſt iurare. Quarta ibi, [Quædam.] dicit, quare ſimpliciter prohibetur iurm̃. Quinta, ibi, [Licet.] dat petentibus licentiam iurandi. Caſus literalis ad finem collige caſum, & cauſam inſtitutionis huius Decre. Abbas & monachi Caſtellionis habebant cãs pro monaſterio ſuo, dubitabãt, vtrum liceret eis ferre teſtimonium, & iurare pro cauſis monaſterij ſui, & videbatur eis, ꝙ nõ deberent iurare. Primo authoritate Euangelij dicentis, Sit ſermo veſter, eſt, eſt: non, non, qđ amplius eſt, a malo eſt. Item Iacobus Apoſtolus videtur ꝓhibere iurm̃, dum dicit: Ante omnia, fratres mei, nolite iurare. Dominus Papa conſultus reſpondet primo authoritati Euangelij, & eam exponit dicens, Sit ſermo veſter, eſt, eſt: non, non, vt affirmatio, vel negatio, ſicut procedit ex ore, ita procedat ex corde: quia tamen malitia hoĩum excreſcente, non creditur de facili ſimplici aſſertioni, vel negationi, ideo adiunxit, quod amplius eſt a malo eſt. illud amplius i. iurm̃ non eſt malum: ſed a malo illius, qui nõ vult credere, niſi iuretur, & eſt pœna illius, non culpa. Et licet Dominus videatur prohibuiſſe iurm̃, non tamen prohibuit iurare per Creatorem, ſed per creaturam, ne per huiuſmodi iurm̃ trãſferatur ad creaturam honorificentia Creatoris. Vnde cũ præmiſerit [Nolite iurare omnino.] ſtatim ſubiunxit. (Neq; per cœlum, neq; per Hyeroſolimam, &c.) Tamen ſi iuretur per creaturam, ſeruandum eſt iurm̃, dummodo licitum ſit, qđ iuretur. Secundo reſpondet authoritati Iacobi Apoſtoli, dicens, ꝙ Iacobus non ſimpliciter prohibuit iurm̃, ſed voluntatem iurandi, dum dixit Ante omnia, fratres, nolite iurare omnino. quia nullus debent iurare voluntarie, niſi neceſſitate inſtãte, & tunc licite iuratur, dummodo iurm̃ habeat tres comites. ſ. veritatem, iuſtitiam, & iudicium: ſed prohibuit iurare per creaturam. vnde dicit Apoſtolus: Homines per maiorem ſuum iurant. oſtendens per quem ſit iurandum, i. per Deum. Et ꝙ iurandum ſit in neceſſitate, oſtendit exemplo Angeli, qui iurauit per Viuentem in ſecula ſeculorum: & exemplo Domini, qui legitur plus dixiſſe, quam eſt, eſt. non, non, dum dicit, In veritate dico vobis. ſi n. iurm̃ malum eſſet Dominus non iuraſſet. Tertio dicitur, quia quædam prohibentur, quia per ſe mala ſunt, quædam vero prohibentur ex cã, non quia mala ſint, ſed quia ſi fiant frequenter, inde mala ſequuntur, ſicut vinum per ſe malum non eſt, ſed ex frequenti, & incauta potatione luxuria generatur: vnde dixit Apoſtolus (Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.) ſic & iuramentum per ſe quidem malum non eſt, cum ſit cõfirmatio veritatis, ſed tamen prohibetur ex cauſa, quia ea frequenti & incauta iuratione periurium ſæpe contingit, vnde legitur, Vir multũ iurãs, implebitur iniquitate. Sed Paulus cõceſſit diſcipulo ſuo, vt vteretur modico vino pp ſtomachũ, & frequentes infirmitates. Sic certe cũ neceſſitas exigit, p re vera, licita, & honeſta, põt ſecure iurari, qa ceſſante cã ceſſat effectus. Vltimo rñdet Papa qõni propoſitæ. licet enim ſint viri perfecti, vt quantũcunq; poſſint iurm̃ vitare debeãt, volenſq́. indemnitati monaſterij ꝓuidere, indulget eis, ne pp defectum teſtiũ monaſteriũ ſui iuris ſuſtineat læſionem, vt deficientib. alijs teſtibus poſſint in cauſis monaſterij veritati teſtimoniũ ꝑhibere. B.. No. ꝙ non credere ſimplici aſſertioni proximi, procedit ex pœna peccati priorum parentum. inde orta ſunt obliuio, ira, incredulitas, & ſimilia. Caro enim tunc corrupta extitit, ea cuius corruptione proceſſit animæ & corporis infirmitas, de quo vide bonam gl. 15. q. 1. in ſum. & tex. in c. ita ergo. 22. q. 1. No. 2. non eſſe iuran-
a dum per creaturam, a ſed per Creatorem, quidam enim honor exhibetur illi, per quem iuratur, cum aſſumatur ad confirmationem actus, qui ſoli Creatori, vt ipſe ſolus recognoſcatur in ſuperiorem, tribuendus eſt No. tamen, quod ſi de facto iuratur per creaturam, ligat nihilominus tale iuramentum, quia iurando per creaturam, videtur habere quẽdam reſpectum ad creatorem, vide bo. glo. in c. quoties. 1. q. 7. in glo. quæ eſt ſuper verbo, ſalutem. Et ex hoc & ex tex. no. ꝙ licet verba legis prohibitiua dirigantur in perſonam, non tamen per hoc iuramentum in contrarium ſemper inualidatur contractus, Bart. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. & in Auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vend. Patet ex illis verbis hic [Nolite iurare, &c.] & iurans in contrarium, peccat, quia venit contra præceptum Dei, & nihilominus tenetur ad obſeruantiam iuramenti, ex quo ipſum quod iuratur, poteſt ſeruare ſine periculo animæ, vide quod dicam in c. cum contingat. infra eo. & per Arch. in c. non eſt con-
1 tra 22 q. 1. † No. 3. duo requiſita ad hoc. vt iuramentum fiat ſine culpa. Primo, quod ex neceſſitate iuretur. Secundo quod iuramentum habeat illos tres comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam. Et aduerte, quia verbũ neceſſitatis, capitur hic in text. late, vt comprahendat etiam vtilitatem. Videtur enim largo
b modo neceſſitatus b ad iurandum, quando inſtat vtilitas, & ſibi non creditur ſine iuramento. vnde non ſolum propter vtilitatem propriam, ſed etiam proximi poteſt quis licite iurare, ſi aliter ſibi non creditur, vt probaĩ in c. ita ergo. 22. q. 1. & ibi bon. glo. & per Arch. in c. non eſt contra eadem cauſa & quæſt. Adde etiam ad prædicta glo. no. in c. Florentinum. 85. diſt. quæ per iſtum tex. dicit omne iuramentum fore temerarium, cum ad iurandum non impellit neceſſitas, quod intellige largo modo vt ſupra dixi. No. 4. ibi, [Omnis controuerſiæ, &c.] quod licite iuratur, vt recedatur a lite, quod eſt contra illos, qui verentur ſubire iuramẽtum a iudice, vel parte delatum. Et infertur ex hoc,
2 † quod exceptio, quod cauſa fuit iuramento finita, impedit litis conteſt. ſicut quælibet alia exceptio litis finitæ, cum iuramẽtum debeat eſſe finis omnis controuerſiæ, de quo vide bo. glo. in c. 1. de lit. conteſt. lib. 6. per Barto. in l. cum quærebatur, ff. iud. ſol. No. 5. per quem ſit iurandum, & quare ſit iurandum. Eſt n. per ſolum Deum iurandum, & nunquam per creaturam, niſi in caſibus in iure expreſſis, vt no. dicit hic gl. 4. Eſt autem iurandum ad finem controuerſię, intellige, nõ ſolum iudicialis, ſed etiam extraiudicialis, l. ſed & ſi, §. hæc verba, ff. de peti. hæred. p Bal. in l. amplius, ff. rem ra. hab. Vbi patet, quod controuerſia dr̃ ante litem conteſt. & largo modo ad excuſandum iuramentum dicitur controuerſia, quando ſubeſt neceſſitas, vel vtilitas, & mihi non creditur ſine iuramento, vt patet ea prædictis. No.
c quod per iſta verba [In veritate c dico vobis, &c.] iuratur, quaſi interponat ipſum Deum, qui eſt veritas, ad confirmationem actus, pro hoc c. in quadam, de celeb. miſ. vbi dr̃, ꝙ Chriſtus eſt veritas, ideo Chriſtus interrogatus a Pilato, qd eſt veritas, non reſpondit, ne videretur ſeipſum iactare, vt ibi no. Et de multiplici forma iuramenti, tam in primitiua eccleſia, quam in hodierna, vide bo. glo. hic & 22. q. 1. in ſum. No. quod per illa verba, Morior per gloriam veſtram, &c. Apoſtolus iurauit, & conſtat iurm̃ ex illis verbis (Per gloriam veſtram. &c.) Et eſt ſenſus ſm̃ Io. An. morior ideſt pericula mortis ſubeo, vel paratus ſum mori, per gloriam veſtram, ideſt per gloriam æternam, ad quã
d ſpero, ſic aſſero, d nam quæ affirmo, ſcribo. † Ex alijs, & ex præ-
3 dictis infero, ꝙ ad ſubſtantiam iuramenti non eſt neceſſe, quod exprimatur verbum, Iuro, ſed ſatis eſt, quod ad confirmationẽ veritatis, qs interponat ipſum Deũ explicite, vel implicite, de quo vide, vt dixi in c. q̃relã, ſup. eo. No. ibi (Redde Deo, &c.) ꝙ iurm̃ tenemur ſeruare ex præcepto iuris diuini. Ex quo infert, ꝙ Papa non põt ſine cauſa illud relaxare, de quo plene dixi in c. quan-

ADDITIONES.

a ZACHAR. Per creaturam. Adde Bal. in Authen. ſacramenta. C. ſi aduer. ven. Specu. in tit. de iuramen. dela. in princip. Barto. in l. ait prætor. §. iurari, ff. de iureiuran.

b SEB. SAP. Neceſſitatus. Adde, quod ſicut magna neceſſitas excuſat, c. quod non eſt licitum. de reg. iur. ita & magna vtilitas, vt tradit Feli. in c. vt ſuper. in prin. ſupra de teſt. cog. & in c. cum acceſſiſſent, col. 10. ſupra de conſtitu.

c SEB. SAP. In veritate. Vide Bal. in c. literis, in vlti. col. ſupra de præſump. & Iaſ. in l. 3. §. iurari, col. 4. ſupra, de iureiur.

d Sic aſſero. Codices antiquiores poſt hæc verba habẽt, Cum quo affirmo ſcriptor. Ego puto clarius legendum, nam quia affirmo, ſcribo. Aduerte quæque quia tex. Pauli. 1. ad Corinth. 15. vbi habentur hæc verba, dicit, propter gloriam veſtram vel pro gloria veſtra: non autem vt hic tex. allegat, per gloriam veſtram, & ſic ſomniauit Iano. vel aliter quam nos, q habent literam ſuam, vt aſſerere videtur ibi, quæ Græce exemplaria. Alex. Loſæus.

quanto. No. ibi (Cum ſit cõfirmatio, &c.) q iuramentum interponitur ad confirmationem veritatis, id eſt, ſimplicis aſſertionis. additur enim ſimplici aſſertioni, religionis vinculum, vnde vide ad hoc quod ſupra dixi ſuper rub. No. in verbo, quædã, quare fuit iuramentum, ceſſante neceſſitate, prohibitum. Non enim prohibetur quia in ſe malum ſit, ſed propter periurium, quod ſæpe ex incauta iuratione oritur. Idem dicunt, ne Dei nomen in vanum aſſumatur. No. ibi (Modico vino.) iuncta glo. q aliquando indulgendum eſt corpori, vt ſit promptum ad exercitium virtutis. 44. diſtin. c. conuiuia. Et no. contra iſtos, qui propter abſtinentiã nimiam incurrunt ęgritudines, incidunt enim in peccatum non modicum, & ſecundũ Hierony. offerunt iſti rapinam in holocauſtum, dum nimia ciborũ egeſtate, vel ſomni penuria corpus ſuũ immoderate affligunt, quod Dominus odio habet, de quo c. non mediocriter, de conſe. diſt. 5. vbi text. notab.

4 † No. in fi. ibi, (Vos & conuerſi) iuncta ſupraſcriptione, in qua loquitur Abbati & Capitulo, quod conuerſi monaſterij

a non ſunt de Capitulo, a alias fruſtra dixiſſet de cõuerſis: de quo vide quod leg. & no. in c. ex eo, quod, in ſin. de elect. lib. 6. & per Inn. in c. 2. de inſti. Et no. q non ſolum monachi, ſed etiam conuerſi poſſunt teſtificari in cauſa monaſterij: facit c. nuper, ſupra de teſt. Aduerte tamẽ, quia tex. hic dicit, (Deficientib. alijs, &c.) & ſic videtur innuere, q in defectum duntaxat iſti admittãtur. Sed Hoſt. & Pet. ſimpliciter ſupplent ad tex. Maxime, quaſi etiã alijs teſtibus exiſtentibus poſſint exhibere teſtimonium. Nam quandoque quis ęſtimat ſe habere 10. bonos teſtes, & non habet, niſi vnum, quod no. ſed vide latius de hoc in Spec. de teſte. §. 1. ver. ſed numquid. & plene dixi in c. inſuper. in 3. col. ſupra de teſti. Et dic, vt ibi, & ad iſtum text. poteſt dici, q ideo Papa dixit, (Deficiẽtibus, &c.) ne illi iurando venirent contra conſcientiã:

5 nam dubitabant iurare, ideo dixit, Indulgemus. † Venio ad glo. & primo opp. videtur enim q volens aliquid negare, nõ debet

b geminare b negationem, quia duę negationes c faciunt vnam

c affirmationem, vt in l. duobus verbis, ff. de verb. ſig. Cuius contrarium innuit iſta litera, dum dicit, Eſt, eſt, non, non. Sol. colligitur ex gl. 2. & 3. videlicet, q quando duæ negationes referuntur ad idem, faciunt vnam affirmationem, vt in cõtrario: ſecus, ſi referuntur ad diuerſa, vt hic. Fit enim hic geminatio, vt vna referatur ad cor, alia ad os: quod no. Idem vbi referuntur ad diuerſa in eadem oratione contenta, vt no. in d. l. duobus. Itẽ hoc fit tãn, niſi ſequitur contrarius, & abſonus intellectus. Tunc. n. duæ negationes non faciunt vnam affirmationem, ſed vna negatio ſtat proprie, alia ſuperabundat. Plerunque enim ex abundantia cordis, quis geminat negationes, vt colligitur ex no. in l. 3. C. de ſer. fug. vbi per Cyn. facit l. fluminum, in prin. ff. de dam. infe. Sed quid ſi apponuntur tres negationes concernentes idẽ, neque reſultat contrarius, ſeu abſonus ſenſus? Dic, q duę faciũt vnam affirmationem, & tertia ſtat proprie. l. [illegible] §. 1. ff. de hære. in-

6 ſtit. & no. Bar. in d. l. duobus, & hoc no. & tene menti bene. † Op. 2. videtur enim quod licitũ ſit iurare per creaturas, vt per Crucem, per Euangelium, per Ordinem, per ſalutem Principis, vt in iuribus ſuperius allegatis, in glo. 4. Sol. dicunt iſtæ gl. quod nõ licet iurare, niſi vbi in iure exprimitur. Sed aduerte quia gl. non reddit rationem, quare in iſtis licet iurare, & non in alijs creaturis. Dicerem, q in iſtis habetur reſpectus ad ipſum creatorem, non ſic faciliter in alijs. vnde gl. no. in c. quoties. 1. qõ. 7. dicit, q iurans per ſalutem Principis, videtur iurare per eum, cuius iudicio ſalus Principis conſiſtit, & ſic iurans non peccat. Secus ſi haberetur reſpectus ad ipſam creaturam duntaxat, intendens illam inuocare in teſtimonium, ſeu ad confirmationem actus. Tunc enim honorem Deo debitum impenderet creaturæ, & ſic committeret idolatriam, de conſe. diſtinc. 3. cap. perlatum, & c. venerabiles, vbi tex. cum gl. Per hoc arguit Hoſti. contra illos, qui plus homines, quam Deum honorant, dum enim coram altari tranſeunt, nullam etiam inclinationem & reuerentiam exhibent: & quando coram domino veniunt, quaſi idolũ colunt iniungendo manus, vtrunq; genu flectendo, non ſolum pileum, ſed chlamydem & zonam remouendo, contra id, qđ legitur Apocalip. 19. vbi Angelus dixit Beato Ioanni cadere volenti ad pedes ipſius. Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum. Et licet reuerentia ſit exhibenda ſuperioribus, de maior. & obedien. c. quod ſuper his, & c. his, qui. & ipſi ſuperiores debeant ipſam recipere, ne videantur contemni. l. obſeruandum, ff. de offic. præſid. & in c. quando neceſſitas. 86. diſtin. hæc tamen idolatria eſſet corrigenda, & quæ exhibetur & recipitur, debet exhiberi & recipi, iuxta illud, verbum Imperatoris Fede. flectentis ſe Papæ, qui dixit, non tibi, ſed Petro. Et dixit quod maxime Prælati [illegible] a talibus abſtinere, ne videantur vt dominantes in cleris, de quo vide bene tex. cum gl. in c. ille ſubiectus. 95. diſ. & in cap. [illegible] ead. diſtin. & idem quod [illegible] 22. qõ. Opp. 3. in eo, quod [illegible] Omnino [illegible] verbum, omnino, non ſtat vniuerſaliter, ſed

exponitur, omnino, id eſt, ex leui cauſa, & adducit ſimile, in l. Græce. § illud, ff. de fideiuſ. Hoſtien. repræhendit glo. quia illud omnino, ſtat ibi, pro nullo modo. & ſic non eſt ſimile. Ego dico etiam, q hic ſtat pro nullo modo. Nam iſta dictio, omnino, nõ qualificat verbum, iurare, ſed verba ſubſequentia, ſcilicet, neq; per cœlum, neque per terram, neq; per caput, vel capillos, &c. q. d. nolite omnino iurare per creaturam, & tunc ſtat proprie.

7 † Opp. 3. q iuramentum interpoſitum per creaturam, nõ ſit ſeruandum, cum iure etiam diuino prohibeatur, argu. 10. d. ll. c. videt, & l. non dubium. C. de leg. Sol. dicit gl. in ver. ſeruandum, ex quo illud, quod iuratur, eſt licitum, ſeruandum eſt iuramentum, qualitercunque iuretur. Multa enim fieri prohibentur, q ſi facta ſunt obtinent roboris firmitatem, Etiã dat ſimile: iudex vltima die ſuę iuriſdictionis, iudicare nõ debet. l. cum qui. ff. de iuriſd. om. iud. Si tamen iudicat, ſententia tenet. l. meminiſſe. ff. de offic. procon. No. bene hoc vltimum pro intellectu illarum legum, & hanc glo. alleg. Bar. in d. l. cum qui. Sed intellige, q nõ debet vltima die iudicare, ſcilicet poſt aduentũ ſucceſſoris. Erubeſcit enim propter abdicationẽ iuriſdictionis. Ante enim aduentum iuriſdictionis ſucceſſoris, licite iudicat. d. l. meminiſſe. Item intellige gl. in ordinario: ſecus in delegato. Nam ille iudicat etiam vltima die iuriſdictionis ſuæ, vt in capit. conſuluit, de offic. deleg. vbi per Ioan. And. & vide quæ habentur in Auth. hẽ. de adminiſtrato. §. illud, collat. 7. Sed quoad principale dictum gloſſ. dic, quod non eſt ſufficienter reſponſum ad contrarium. Ego dico per l. prohiberi, quod lex prohibet iurare per creaturam, non quod ipſum iuramentum in ſe ſit malum, ſed vt reuerentia exhibeatur principaliter ipſi Deo. Si autem contra fit, valet nihilominus iuramentum, quia ſaltem in conſequentiam iuratur, per creatorem. Honor enim exhibitus creaturæ redundat etiam conſequenter in honorem Creatoris, hoc probat hic text. in verſicu. quia teſtante. Et ſic lex, prohibitiua non habet perpetuam & puram cauſam prohibitionis, & ſic ceſſat contrarium, facit, quod not. gloſ. in capitu. tua. de ſponſa duorum. Gloſ. in verbo, (Neceſſitas) eſt facilis, & not. eam, & dic,

8 vt ſupra dixi in notabilibus. † Quęro text. hic, & clarius in cap. animaduertendum. 22. quæſtio. 1. dicit, quod iuramentum debet habere tres comites, ſcilicet, veritatem, iudicium, & iuſtitiam, alias ſi aliquid illorum defuerit, potius eſt periurium, quã iuramentum. Qualiter autem illa intelligantur Sol. glo. in verbo, in veritate, cum duabus ſequen. ad hoc tendunt, & expone ſecundum eas veritatem, ſcilicet, conſcientiæ, ſcilicet, quod id, quod iuratur, debet quis putare verum in conſcientia. Nõ ſufficit enim quod in ſe ſit verum, niſi iurans credat illud verum, alias illicite, & contra conſcientiam iurat. 22. q. 2. cap. homines. no. glo. in d. c. animaduertendum, & eſt tex. ſecundum vnum intellectum, in c. quanto, in fi. ſupra eo. Dicit iudicium, id eſt diſcretionem, vel deliberationem. Debet enim iuramẽtum eſſe diſcretum, & dic, q dicitur diſcretum ex modo, iurandi, & ex cauſa propter quam iuratur. Si enim iurat per Deum, & ex cauſa, neceſſaria, ſeu vtili, ſatis eſt diſcretum, vt ſupra dixi, alias ſecus, vt hic probatur in tex. & ſupra dixi, & eſt tex. 22. q. 4. c. Innocens.

ADDITIONES.

a ZACHAR. Non ſunt de Capitulo. Adde Roma. ſingu. 155. incip. fuit a me quæſitum, & quod no. in apoſt. ad iſtum in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 3. in ver. vna cum clericis, ſup. de conſti.

b SEB. SAP. Geminare. Vide gl. Io. Fab. & Ang. Are. in §. cumq; hoc. & Doct. in gl. in verbo, nec non, in proœ. Inſtit.

c Duæ negationes. Faciunt vnam affirmationem. Et adde glo. & oo. ſuper ea in ver. ſuperest, in d. §. 1. Adde Bal. in l. qui ſe patris, in 3. col. C. vnde lib. vbi dicit q duæ negationes prolatæ ab homine groſſo, non affirmant. Et idem dicit Saly. in d. l. qui ſe patris, & Ange. in repet. in princ. & Bal. in l. 1. in 6. col. C. de ſer. fugit. Adde Bar. in l. 1. ff. de caſtr. pecu. Et adde, q quando duæ negationes affirmant iunctæ cum affirmatiua, magis affirmant, quam affirmaret pura affirmatiua, hoc credo probari per tex. in can. nomine Domini, ibi non ineuitabili, de teſt. iuncto, quod ibi in fi. no. Do. Ant. dum dicit de vera contumacia, & hanc credo fuiſſe mentem D. Ant. ibi. Item limitarem iſtam regulam, niſi cõmunis vſus haberet, q duæ negationes non inducerent affirmatiuam, quia tunc non inducerent affirmatiuam, arg. eius quod no. Inn. in c. cum clamor, in fi. & in c. cum cauſam, il 2. de teſtib. Item adde, quod de iſtis duabus negatiuis ſcribit gl. Bar. & Bal. in l. 1. C. de ſer. fug. & Bal. ibi ponit in antep. col. & plene [illegible] Rom. in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verb. ob. & iſtã materiam declarat per Io. in c. quod ad nos. in fi. 47. diſt. & per Imo. in l. 1. in [illegible] col. de hæred. inſtit.

ANT. FRAN. An, & quando duæ negatiuæ affirment, vel negent, uide Bar. in l. [illegible] de [illegible] & in l. duobus, ff. de uerbo. ſign. & uide D. Card. in clem. [illegible] de offi. deleg. [illegible] q duæ negatiuæ ſimul poſitæ regulariter affirmant, niſi prof[illegible] ruſtico, quia tunc ſtant in terminis negatiuæ, & forte magis negant, ſecundum Bal. in l. qui ſe patris, hic alleg. & in l. 1. de ſer. fug. hic etiam allegat in [illegible] col. Et uide glo. & Bar. in l. manifeſtæ turpitudinis [illegible] & Bal. in l. fluminum, ff. de dam. infec. & in l. qui pignoris, ff. de acq. poſſ. & in Authen. [illegible] ingre. ad ap. in §. ſi uero neuter, & in l. 1. [illegible] & in Auth. de hæred. & Falc. in §. inordinatum. & uide Bar. in l. [illegible] de [illegible] & in l. [illegible] § generaliter, ff. de leg. præſt. ubi etiam dicit [illegible] ſimul poſitæ negant, ſicut una, q etiam in [illegible] & uide Ioan. And. in addit. Spec. in rubr. de [illegible] intell.

Digitized by Google

nocens. § illicitum, cum ſeq. Dicit iuſtitiam, ideſt quod iuſtum
ſit iuretur, vt in c. quanto, ſupra eo Si enim iſta, vel aliquod iſto
rum defuerit, non iuramentum, ſed periurium eſt cenſendũ, ſe
cundum gl. hic, & ſunt verba tex. in d. c. animaduertẽdum. Sed
contra hoc ego fortiter oppono. Iuramentum interpoſitum ſu
per creatura non habet in ſe comitem iudicij, quia non eſt diſ-
cretum, cum ſit contra præceptum domini, & tamen præcipi-
tur illud obſeruari, vt hic, ergo eſt iuramentum, & non periu-
rium. Item ſi quis diſcrete, nulla neceſſitate, vel vtilitate ſuadẽ
te, iurat aliquid, quod in ſe non eſt malum, tenetur ad ipſius ob-
ſeruantiam, vt in c. cum quidam, & quod ibi no. ſupra eod. & §.
illicitum. ergo ad eſſe iuramenti non requiritur illicitum. Sol.
dico, ꝙ quandoque iuramentum eſt indiſcretum ex parte eius,
quod iuratur, vt quia illud illicitum, vergens ad interitum vel
diſpendium ſalutis æternæ, & ſeruari tale non debet. 22. q. 4.
per totum. Quandoq; indiſcretum eſt ex modo iurandi, vel ex
cauſa, vt quia iurat per creaturã, vel ſine deliberatione, ſeu ceſ-
ſante neceſſitate vel vtilitate, & tunc dic, quòd iuramentum
obligat, vt hic, & in iuribus ſuperius alle. Et ad tex. cap. animad-
uertendum, dum dicit, ꝙ eſt potius periurium, quam iuramen
tum: dic, ꝙ non eſt iuramentum, ſ. licitum ſine peccato, ſed eſt
periurium, ideſt, illicitum, & incauta iuratio, capitur. n. ibi per-
iurium largo modo pro incauta iuratione, non pro tranſgreſ-
ſione liciti iuramenti. Conclude ergo, quia gl. & Doct. hic non
declarant, ꝙ ad hoc, vt quis iuret ſine peccato, & iuramentum
ex omni ſua parte ſit licitum, debeat habere illos tres comites,
ſi tamen aliquid illorum defuerit, dummodo quod iuratur, ſit
licitum & honeſtum, eſt ſeruandum, & iuramentum eſt, licet
non fuerit licitum, & peccauerit iurando, non tñ talis ſemper
peccat mortaliter, ſed quandoque venialiter, ſm quantitatem
culpæ, vt no Arch. in d. c. animaduertendum. Hoc videtur pro-
bari hic, & clarius in d. §. illicitum, & no. in d. c. animaduerten-
dum. Vel eſt ſimile in eo, qui contraxit matrimonium contra
votum caſtitatis: tenet enim matrimonium, licet ille peccaue-
9 rit in ꝯhendo, vt in cap. vno, de voto vo. redemp. lib. 6. † Quæro
quid eſt dicere, Amen. Glo. in verbo, amen, exponit. i. ſine defe-
ctu, & ſecundum Hug. vt hic refert Io. And. eſt hæc dictio com
poſita ab a, quod eſt ſine, & mene, quod eſt defectus: vide c. re
vera, in fi. de conſec. diſt. 2. vbi exponitur, amen, ideſt verum eſt.
Pro hoc eſt tex. hic vbi capiũ amẽ ꝓ in veritate, & in effectu idẽ
eſt, quod ſine defectu. Aliquãdo exponitur, amen, ideſt fiat, ſic
capitur communiter in officijs diuinis. Nam clerici reſpondẽt,
amen. i. fiat, quod petitum eſt in oratione. hinc Hieron. ad Mar
cellam dicit, ꝙ ſeptuaginta interpretes, quod in Hebraicis legi-
tur, amẽ, amen, tranſtulerunt, fiat, fiat. Et de verbo, quod dr̃ Ky
rieeleiſon, dic, ꝙ duæ ſunt partes, & dr̃ Kyrie. ideſt, dñe. eleyſon.
i. miſerere, vt no. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de ſent. pro la. §.
vt autem. Gl. in vet. [Teſtis.] ponit formas iurandi in veteri Te
ſtamento, & tempore gratiæ, ſ. in primitiua eccleſia poſt aduen
tum Chriſti, & in eccleſia hodierna ex qua manifeſte colligitur,
quod ſupra dixi, videlicet, quod ad eſſe iuramenti non requiri-
tur, quod iuretur expreſſe per verbum, luto, & vide de his ple-
niorem gl. 22. quæſtio. 1. in ſum. & in eo, quod in fi. dicit glo. ho-
die iurari per Dei Euangelium. In contrarium facit quod hr̃
ſupra in gloſ. 4. vbi etiam hodie ponuntur alij modi iurandi, ad
idem 2. q. 5. c. ſi quis presbyter. Item ex conſuetudine hodierna
ſaltem apud Italicos ſufficit tangere quamlibet ſcripturam, gl.
10 no. in cle. 1. §. porro, de hæret. † Ideo quæro, qualiter ſit hodie in
a dubio iurandum? a Sol. dic comprehendendo glo. in d. cle. 1. in
verbo, tacta. & Hoſt. hic, ꝙ aut ius expreſſe in illo caſu prouidet
puta, vt in teſte, quod debet iurare tactis Euangelijs, & tũc opor
tet ſic iurare, nec ſufficit aliam ſcripturam, tangere. 3. q. 9. c. hor
b tamur. Et communiter iuramenta, b quæ deferuntur à iure, à iu
dice, & partibus, ex neceſſitate prçſtantur prædicto modo. 1. q.
7. c. quoties. 11. q. 1. c. teſtimonium, de iuram. cal. c. fi. & ſupra c.
ego N. Si autem iuraretur aliter, licet illud eſſet, iuramẽtum, &
obligaret iurantem, non tamen eſſet ſatisfactum iuri, cum pro
forma exigat tacturam Euangeliorum: vide bo. gl. in c. vt circa,
de elect. lib. 6. Ego puto hoc verum, niſi conſuetudo eſſet in cõ-
trarium, in c. fi. de conſuet. Quandoque iuramentum defertur
voluntarie a parte parti, & tunc iurandum eſt ſecundum volũ
tatem deferentis, intelligendo tamẽ, ꝙ illud ſit permiſſum,
l. 5. §. ſi cum l. ſeq. ff. eo tit. Quandoque partes conuenerunt de
iurando non expreſſa certa forma. Et dicit hic no. Hoſti. iuran-
dum eſſe modo prædicto. ſ. ſuper Euangelijs, quod placet, vt in
dubio videatur actum, ſecundum quod iura deferunt commu
niter, arg. ff de ædil. edi. l. quod ſi nolit. § qui aſſidua, & videtur
tex. cum ibi no. per Bar. in l. qui per ſalutem, ff. eo. tit. & vide de
hac materia per Hoſt. in ſumma, ff eod. tit. § quomodo cenſea-
tur, ver. per quod. † Gloſ. in verbo, mala, ponit vnum ſimile ad
11 text. Nam quædam ſunt ſimoniaca ipſo iure, vt vendere ſpiri-
tualia. Quædam per conſtitutionem Eccleſiæ, vt dare quid pro
benedictione nubentium, vel pro baptiſmo. Iſta duo exempla
reprobat Ioan. And. quia certum eſt, quod baptiſmus eſt ſacra-
mentum, & benedictio nubentium eſt ſacræ rei ſignum, & ſic
per illa confertur & augetur gratia Spirituſſancti. ergo prohibi
tum eſt aliquid dari, quia ſimoniacum. Sed forte iudicio meo,
ſaluando glo. poſſet dici, quod vendere ipſa ſpiritualia eſt ſimo
niacum in ſe: Nam Simon Magus, à quo dicta eſt ſimonia, vo-
luit emere gratiam Spirituſſancti, vt nota. 1. quæſtio. 1. in ſum.
ſecundum Archidiac. Sed aliquid pro ipſis dare, vel accipere,
non tamen animo vendendi, vel emendi, ſed remunerãdi Præ
latum, non eſt in ſe ſimoniacum, ſed dicitur ſimoniacum, quia
à iure prohibitum. facit bonus text. cum gloſ. 1. quæſtio 1. capit.
emendari. & circa hoc cogitabis, quia eſſet notabilis limitatio
ad materiam ſimoniæ. Et vide de materia glo. in cap. cum pri-
dem, de pact. & cap. ſaluator. 1. quæſtio. 3. vbi per gloſſ. Quæro,
quid de tertio exemplo gl. ſcilicet cum datur pro ponendis prç
latis in ſede: Ioan. And. reprobat dictum gl. vt illud ſit ſimonia-
cum, quia prohibitum. Sed conſidera, quia gloſſ. non aperit, an
velit intelligere de nuda inſtitutione corporali, an etiam de col
latoria. Tu vide circa hoc, quæ dixi in cap. 1. de ſimo. & in rep.e.
§ qui vero, de præben. cap. extirpandæ. Glo. in ver. [Sequuntur]
colligit aliquid prohiberi propter malum, quod inde poteſt ſe
qui, & oppo. in contrarium de l. fina. ff. qui & à quibus ma. lib.
non fiunt. vbi dicitur, quod licet ſtipulari operas, vel mercedẽ
à liberto, ſed ſtipulari nõ licet ſimpliciter mercedem. Ad idem
c l. ſi vnus. § illud, ff. de pact. vbi dolus futurus c non poteſt expreſ
ſe remitti, & tamen poteſt paciſci, ne agatur depoſiti, & ſic indi
recte remittitur dolus futurus. Glo. non ſoluit, ſed dic quo ad l.
fina. quod in ſtipulatione alternatiua nõ eſt prohibitum, quod
ſolutio fiat voluntarie, cum optio detur ipſi liberto, vt in regu.
in alternatiuis, de regul. iur. lib. 6. Ad l. ſi vnus, dic, quod poteſt
paciſci, ne agatur depoſiti, ſcilicet reſpectu doli de præterito, &
dic plenius, vt ibi not. Glo. penult. inſtant, an, & quando ceſſan-
te cauſa eſſet effectus, & videtur appellare cauſam finalem, pro
pter quam excludendam, cauſam expulſiuam, propter quam
habendam. Et mens glo. eſt quod ceſſante cauſa finali, ceſſat ef-
fectus: ſecus ſi ceſſat cauſa impulſiua, & inuoluit ſe multum. In
hoc tamen dic, vt plene, & clare no. in cap. poſt translationem,
de renunciatio. in glo. in verbo, ceſſante, ſuper ea. Gloſſ. fina. ta-
cite opponit. Illi de collegio indiſtincte admittuntur in cauſa
eccleſiæ ad teſtificandum, vt in capitu. ſuper prudentia. 14. quæ
ſtio. ſecunda. & in capitu. inſuper, de teſtibus, ergo fruſtra Pa-
pa hic dicit, indulgemus. Fruſtra enim indulgetur, quod com-
muni iure conceditur. l. 1. C. de theſau. lib. 10. Gloſſ. metu con-
trarii exponit, id eſt, indultum eſſe oſtendimus. Idem Inno-
cent. Vel ſecundum Hoſtien. hoc fecit Papa ad ſaluandas iſto-
rum conſcientias, qui aliter ſe ſecuros eſſe non putabant. Et fa-
cit hæc litera in argumẽ. quod regularis in alia cauſa, quam ec-
cleſiæ, non poteſt eſſe teſtis. Aliter tamen dicit Accur. C. de te-
ſtibus, authen. ſi teſtis productus dicatur, & plenius in Specul.
eod. titu. §. 1. verſicu. item excipitur, quod eſt monachus, & ver
12 ſicu. quid de monacho, dixi in dicto capitu. inſuper. † Extra
gloſſ. quæro, an indiſtincte ſit prohibitum iurare ceſſante ne-
ceſſitate, vel vtilitate? Dicit Innocent. quod ſic. Nulla enim,
vel modica eſt differentia, ſecundum eum, an quis iuret ſu-
per Euangelia, vel reliquias, ſiue dicat tantum, Promitto hoc
in fide mea, quia non ſolum per creata, ſed etiam per increa-
ta prohibetur iurari, niſi neceſſitas, vel vtilitas hoc expo-
ſcat, vt hic, & quod metus cauſa, capitu. ad aures, de arbitris,
cap.

ADDITIONES.

a ZACH. In dubio iurandum. Recurre ad no. per Lanfr. de Oria. in cap. quo-
niam contra. §. teſtium depoſitiones, in princip. & ibi latiſſi. in apoſt. Celſi
in verſi. tactis, & quod not. ſupra in princip. iſtius capit. in apoſt. in uerſi. per
creaturam.

b Iuramenta. Not. hanc doctrinam in omnibus iuramentis, quæ ex neceſſitate
deferuntur à iure, vel à iudice, vel à partibus, ſi nulla eſt diſtincta forma iu-
ramenti, debet iurari ſuper Euangelijs, & adde do. Bur. hic in 4. col. ver. itẽ
in omnibus alijs, quæ a iudice. Et adde Bal. in c. 1. §. ſi a domino, ad fi. 1. col.
in tit. quid ſit inueſti. ubi refert Inn. tenere, quod in omni ſolemni iuramen
to requiritur tactura Euangeliorum, licet non alleget, ubi Inno. hoc dicat.
Et idem punctualiter Bald. in c. 1. §. item ſacramenta, in prin. 3. colũ. de pace
iura. fir. & alle. l. generaliter. §. fi. C. de reb. cred. & ibi etiam Bald. Item uide
Imo. in rep. c. cum contingat. in 33. char. in 1. col. uer. item inquantum dixit
eſſe intelligendum, infra eo. Et contra illa pondera tex. in l. 1 in vlt. reſpon.
C. ſi mi. ſe ma. di. Sed potes reſpondere, quod iuramẽtum non præſtatur ex
neceſſitate, ſed uoluntate, &c. Circa hoc de iuramento dicas, quod iuramẽ-
tum ſolemne debet præſtari manu tactis corporaliter ſacroſanctis Euange
lijs, uel etiam quibuſcunque ſcripturis, ut in Auth. ut om. iu. prouin. in §. 1.
Et uide Io. And. in c. ut circa, de ele. li. 6. in nouel & uide Spe. in tit. de iu. de
la. per totum, ubi plene examinat illum paſſum, & plene per gl. & d. Car. in
cle. 1. in §. porro, de hære. & in cle. 2. de iureiu. ubi dicit hoc procedere etiã
in Imperatore iurante fidelitatem Papę, & ibi etiam dicit, ꝙ non ſufficeret
præſentia ſcripturæ ſine tactu, & uide plene per Alex. poſt Pau. de Caſt. l.
3. in §. iurari, ff. de iureiu.

c Dolus futurus. Quod dolus de futuro, etiam non poſſit remitti per indirectũ
tenet Io. de Ana. contra Dy. in conſi. 80. incip. uiſis & intellectis, & l. cum la-
ctione, in fi. C. de tranſa.

a c.peruenit. Item iuramentum aeſt, quando quis dicit ſub peri-
culo animæ ſuæ, de frigid.cap.fraternitatis. Dicit tamen, quod
maior eſt contemptus, & maius eſt peccatum fallere iuramen
tum factum per increata, vel ſuperiores creaturas, quàm per
minus ſanctas. Pro hoc allego tex. expreſſum in c.mouet. 22.q.
1.vbi etiam quæritur, quis magis peccet, an iurãs per creaturas,
vel per falſos Deos, & tranſgrediens, an tranſgrediens iuramē
tum factum per Deum? Ratio dubitandi eſt, quia primus pec-
cauit bis.ſ.iurando & tranſgrediendo, ipſe qui iurat per Deum
peccat ſolum in tranſgrediendo. Sed dic, ꝙ iſtud vnicum pec-
13 catum præponderat illis duobus, vt ibi. † Ex his deciditur alia
quæſtio, an ſit peccatum Chriſtiano iurare per Deos alienos, &
an teneatur illud iuramentum adimplere? Inno.dicit, ꝙ pecca
uit in iurando, vt hic, & tenetur adimplere, vt d.c.mouet. Nam
q iurat ꝑ creaturã iurat quodāmō ꝑ Creatorē, qa creatura eſt
teſtis creatoris, & creator honoratur in creatura, ſed nō princi-
14 paliter. † Vlterius quæritur, an peccet chriſtianus recipiendo iu
ramentum ab infidelibus, ſecundum religionem ipſorum? In-
no.dicit, quod non. Pro hoc videtur tex.in d.c.mouet. Vlt. quæ
ritur, quãr peccet iurans ſine cã, vel iocoſe: Vide ꝙ legi. & no.
25.diſt.c.vnũ orarium, § alias ea demum, & c.Florentinum. 85,
diſt.per Arch.in c.non eſt ꝯ, 22.q 2. & quod no ſupra eod.c.tua.

A D D I T I O.

a SEB. SAP. Iuramentum. Hoc idem dicit Gemi.poſt Ioan.And.in c.1.de ſe
pultu.6.refert Iaſ.in l.9.iurari, col. 2.ff de iureiur.

S V M M A R I V M

1 *Cardinales, ſi ante creationem ſummi Pontificis aliud ſtatuant, & iurent, ſi vnus eorum ſit effectus Papa, non tenetur illud ſeruare, ſi eſt contra dignitatem pontificalem*

2 *Ad vtilitatem Eccleſiæ, nulla præcedente infamia, poteſt inquiri.*

3 *Exiſtens in peccato mortali, an debeat remoueri à beneficio, & an temerarie iurans remouendus ſit à teſtimonio, & ab electione.*

4 *Donatio facta per Epiſcopum de bonis ſuæ menſæ Capitulo, an valeat, & an præiudicet ſucceſſori?*

5 *Stante ſtatuto, quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, non poterunt iſti conſentire ad eorum commodum.*

C A P. XXVII.

SIcut noſtris. Iuramentum contra vtilita-
tem eccleſiaſticam præſtitũ,
non tenet. Diuiditur in tres partes. In prima punit
iuramentum temerarium. In ſecunda punit iuran-
tem ibi, (Pro iuratione.) In tertia committit inquirenda & re-
tractanda, ibi, (Quia.) Caſus literal. Vacãte eccleſia Tudertina,
Canonici antequam tractatus aliquis haberetur de paſtoris ele
ctione, quædam iuramenta fecerunt in damnum epiſcopalis
iuris. Poſtmodum vnus ex illis electus extitit in Epm, & conſe
cratus Eps ipſe videns, ꝙ ex hoc redditus epales diminueban-
tur, quæſiuit a Papa, vtrum iuramenta illa eſſent ſeruanda? Pa-
pa conſiderans, ꝙ iuramentum non fuit inſtitutum, vt eſſet ini
quitatis vinculum, & iuramenta, quæ contra vtilitatem eccle-
ſiaſticam attentantur, non iuramenta, ſed periuria nuncupan-
tur, pro iuratione incauta fecit ei pœnitentiam imponi, man-
dans Epo Amelienſi, quatenus a canonicis illis ſuper pmiſſis
veritatem inquirat, & ſi ita eſſe inuenerit, in ſtatum priſtinum
appellatione remota reducat quicquid in damnum epiſcopa-
lis iuris datum eſſe repererit. B. No. 1. argumentum, ꝙ vacante
eccleſia poſſunt Canonici facere ſtatuta, dummodo non ſint ꝯ
vtilitatem eccleſiæ. An autem durent creato Epo, vel poſſint ꝑ
Epm reuocari, vide Fed.conſi.16. No.1. ibi, In minoribus ordini
bus.) ar. ſin Ioan. And. canonicos non cogendos, vt promoueã
tur. Pōt tñ hoc intelligi de minoribus per reſpectũ ad ætatem,
ſeu ordinem epiſcopalem, & ſic non colligitur argumentũ. Et
de hoc dicendum, vt legi. & no. in c.quæris, de æta. & quali.in
1 cle.vt hi, qui. eo.ti. † No. ꝙ iurans ante ſuam promotionem in
præiudicium dignitatis, non tenetur ad obſeruantiam poſt pro
motionem. Iſti enim canonici forte ſtatuerant, ꝙ quicunque
ex illis fieret epiſcopus, ſeruaret q̃dam, quæ tendebant in præiu
dicium eccleſiæ, ſeu pontificalis dignitatis. Ex hoc habes quid
dicēdum, cum Cardinales ante creationē ſummi Pōtificij ſ ali
qua ſtatuunt, & promittunt, ēt cum iuramento, illa ſeruare, ſi
contingat aliquem eorum promoueri ad ſummum pontifica-
tum: Nam puto iurm non adſtringere, ſi iorm tendit in præiu-
dicium dignitatis pontificalis: ar. hic Nota, illicite & temere iu
ranti pœnitentiam imponendam, licet non adſtringatur iuro,
& vr, ꝙ tñ imponenda pœnitentia vnius anni, vt in c. qui ſacra
mento. 22.q 4 vbi bo.tex.cum gl & vide gl.ſup.eo.c. tua. No.ꝙ
illicitum iurm largo mō pt dici periurium, & dic periurium.i.
indiſcretũ & illicitũ iurm. Nō.n.capitur hic periuriũ pro tranſ-
greſſione iuramenti liciti. Simile in c.animaduertendū. 22. q.
2. dixi ſupra c.proxi. Non. n. peccat qs non ſeruando illicitum
iurm, ſed peccat temere iurando, ſupra eo.c.quanto, & 22.q.1.
2 p totũ. † No. vltimo ad vtilitatē eccleſię poſſe fieri inquiſitionē
etiam nulla præcedente infamia, facit qd no.in l.4.§ hoc aũt iu
dicium, ff. de dam. infec. Sed ꝯ hoc & contra tex.op. vr̄ enim, ꝙ
non eſſet hic neceſſaria inquiſitio, cũ conſtaret de delicto epi
ex confeſſione. Sol. dicit Io. An ꝙ iſti epo credidit Papa in ſuũ
præiudicium ideo ſibi mandat pœnitentiam imponi, ſed in
præiudicium canonicorũ noluit credere, ſicut nec debuit, ideo
mandat illorũ reſpectu inquiri, & ꝑ hoc allego tex.6.q. 2.c. pla-
cuit, & c.ſi tñ. vbi patet epo ſoli non eſſe credendum in præiu-
3 dicium ſubditorum. † Glo. 1. colligit ex tex. ꝙ ſi exiſtens in mor
tali peccato promouetur, nō tñ ex hoc debet remoueri, ſed pœ
nitentia de peccato eſt ſibi imponēda, ſicut factum fuit hic. In
ꝯrium arguit de c.quicunq;. 81.diſt. & 24.diſt.c.vlt. & 50.diſt.c.
ex pœnitentibus. Soluit in effectu, ꝙ leuia peccata, non diiciũt
iam promotum, vt hic, ſecus in grauibus, vt in contrarijs. Hoc.
n. peccatum temerarij iuramenti eſt leue. quod patet ex eo, ꝙ
ſolum imponitur pœnitentia vnius anni, vt in d.c. qui ſacramē
to. Pro alijs aũt mortalibus imponitur 7. annorum. 33.qō. 2.c.
hoc ipſum, & idem tenet Inno. Quæ aũt crimina inducant de-
poſitionē, dixi pleniſſime in c.at ſi clerici, de iudi. Et no. ex glo.
ꝙ temere iurans peccat mortaliter, & idem ſentit hic Ino. Sed
tu intellige, qñ iurauit illicitũ, vt hic, & in d.c. qui ſacramento,
ſecus, ſi iuraſſet temere.i. ſine neceſſitate, vel vtilitate, ſeu ioco-
ſe: Nam tunc peccaſſet venialiter. 25. diſt. c. vnum orarium. §.
alias ea demum. no.glo.in c.Florentinum. 85. diſt. An autem te
merarium iuramentum repellat ab electione, vel teſtimonio,
vide glo.in d.capitu. Florentinum. tetigi aliquid in c.intimauit,
& c.teſtimonium, ſupra de teſti. Vide etiam no.glo. 22.quæſtio.
4.c.diffinitio; quæ concludit iuramentum illicitum & temera-
rium non infamare, nec impedire electionem factam, vel faciē
dã. Quatenus dicit de facta, placet, quia tex. eſt hic, quatenus di
cit de facienda, credo, ꝙ male dicat, niſi prius peracta pœniten
tia, arg.c.ſi. de ele. excom. mini. ſentit glo. in c.Florentinum, ſu-
pra dicto. Pro opinione tamen illius glo. induco bonum tex.in
c.1. 81.diſ. vbi graue peccatum dũtaxat repellit ab electione, ſed
iſtud non poteſt dici graue, vt patet ex impoſitione pœniten-
tiæ Primum dictum puto tutius, quia omne mortale poteſt di-
ci graue, cum priuet vita æterna 25.diſt. d. §. alias ea demum.
Quid de eo, qui iurauit non epiſcopari, an ex hoc repellatur? Io.
And. remittit ad c.Archidiaconum, alias Florentinum, præal-
le. ego remitto ad c.Innocens §. illicitum. 22.q.4. & plenius di-
xi in c.ſi vero. ſupra eo. Dic. vt ibi, glo 1. colligit, ꝙ ſede vacante
etiam Canonici nihil poſſunt diſponere in ipſius præiudiciũ,
vide c. quia ſæpe, de elect. lib.6. iuncta cle. ſtatutum, eo.tit. & 12.
cap.ſi qua de rebus. Oppo videtur, ꝙ ex duplici capite iſtemet
epiſcopus poterat reuocare attentata in damnum eccleſiæ. Pri
mo per c.quod quis commiſit. 35.q.9. & c ſi quis presbyterorũ
de reb. eccle. non alie. vbi dicitur, ꝙ etiam ipſemet, qui indebi-
te alienauit bona eccleſiæ, poteſt reuocationem facere, ſeu bo-
na repetere. Item, quia iſte iurauit, vt canonicus, nunc autem
erat epiſcopus, pro hoc c. venerabilem, de elec. Gloſ. fin. fatetur
contrarium. Dicit Io. And hoc verum, ſi intuitu dignitatis vult
venire contra iuramentum, ſecus, ſi intuitu perſonæ, quia tunc
neceſſaria eſt ſuperioris authoritas, ar. in prædicto c. venerabi-
lem. Hæc limitatio ꝓcedit reſpectu primi capitis, ſed reſpectu
ſecundi, dicit, ꝙ etiam ſi iſte iuraſſet tanquam Epiſcopus, non
tamen aſtringeret eum, iuramentum, quia ex quo iurm eſt illi-
citum, & in damnum eccleſiæ, non refert an iurauerit, vt cano
nicus, an vt Eps, quia neutro caſu valet iuramentum, tanquam
indiſcretum & iniuſtum, vt hic, & c.peruenit, ſupra eod. Sed ſi
iuramentum alias fuiſſet licitum, bene refert, an iuraſſet vt ca-
4 nonicus, an ut Epiſcopus. d.c. venerabilē. tene ergo in hoc gl. †
Vltimo iſta litera facit ad quæſtionem, an donatio facta per Epi
ſcopum capitulo ſuo de bonis ſuæ menſæ, præiudicet ſucceſſo
ri? Videtur quod non, argum. hic, vbi factum capituli non præ-
iudicat futuro Epiſcopo. Iſte tamen text. facit multum à remo-
tis, quia hoc factum fuit illicitum, nec interuenit authoritas
Epiſcopi, cum iſte tunc temporis eſſet canonicus. Dictum ta
men eſt in ſe verum, & illud tenet Ioan. And. & Vinc. hic. Mo-
uentur ea ratione, quia Capitulum non potuit authorizare in
facto proprio, per ea, quæ habentur in ſimili in clemen. 2. de
reb. eccl. non alie. & ibi gl. format iſtam quæſtionem Et ꝑ hanc
rationem concludebat hic Io. alienatiue tamen, nullo nō eccle
ſiam poſſe aliquid dare eccleſiæ cathedrali, authoritate Epiſco
pi, 18.q 4.c.quæſiui. & ita communiter tranſeunt hic doc. Hoc vl
timum ego puto verum, quando vellet donare communi mē-
ſæ Epiſcopi & capituli, quia tunc Epiſcopus authorizaret in fa-
a cto proprio.a Secus, ſi vellet donare ipſi capitulo, vel ad fabricã
eccleſiæ cathedralis, quia tunc Epiſcopus non authorizat in fa-
cto proprio in alienatione, quam facit, iuxta no. per Io. And in
c.ſi propter tua debita, de reſcr. lib.6. & in c.vt noſtrum. in fi. vt
eccle. benefi. Nec Eps dicitur conſentire in facto proprio, quia
in

A D D I T I O.

a Facto proprio. Vide no. per Fel. in c.inſuper, col. 4. ver. fallit octauo, de teſti.
& in c.cum nuncius, col fi.eo.ti & Oldr. conſi. 20 & Abb. in conſi. 40. in fi.
in 2.vol. & And. Sic. in conſ. 42. col. 13. vol. 3. Seb.Sap.

in alienatione, quam facit eccleſia inferior, non requiritur, ni-
ſi authoritas Epiſcopi. 12.quæſtio.2.cap. Abbatibus, & cap. pla-
cuit, no. in cap. 1. de his, quæ fiunt a præla. Sed dubitabile magis
eſt primum dictum Vincen & Ioan. And. & vide Hoſtien. in c.
nouit, de his, quæ fiunt à præla. ſine con. capi. vbi tenet Epiſco-
pum indigenti Capitulo poſſe aliqua de pertinentibus ad menſ-
ſam ſuam donare, quia non dicitur proprie alienare, cum om-
nia remaneant in dominio eccleſiæ. l. vnum ex familia. §. ... ff.
de leg. 2. Sed tene, quod valet tantum in vita Epiſcopi, ſucceſſor
autem poteſt reuocare, quia cum in alienatione, etiam irretra-
ctabili, requiratur conſenſus capituli, vt in cap. ſine exceptio-
ne. 12. quæſtio. 2. Capitulum tamen iure hodierno non poteſt
conſentire ad ſui commodum, vt eſt expreſſum in clemẽ. 2. de
reb. eccle. non alie. & hoc tenet Specu. in tit. de his, quæ fiunt à
præla. in vlt. addit ſicut nec tutor authorizat ad ſui commodũ
5 in factis pupil. ... l. 1. & l. pupillus. ff. de autho. tutor. † Per quod
dixit Bar. in d. l. 1. quod ſi ſtatuto cauetur quod mulier non poſ-
ſit obligari ſine conſenſu duorum cognatorum, non poterunt
cognati conſentire ad eorum, commodum, quod not. Puto
tamen, quod ſi ex cauſa fieret venditio rerum Epiſcopi, poſſet
capitulum palam & publice ſine fraude emere, quia tunc non
dicitur conſentire ad ſui commodum, cum ille contractus fiat
principaliter ad vtilitatem Epiſcopi, ſicut tutor emit palam rẽ
pupilli ipſo conſentire, vt notabiliter probatur in capit. pupil-
lus, & ſequen. & capitulum contrahendo, videtur conſentire,
vt not. Ioan. And. in ſimili, in regula. qui tacet, de regul. iur. lib.
6. in Mercu. & Batto in l. cum pater §. libertis, de legat. ſecundo,
& Bal. in l. ſi filios, C. de per hær. facit quod no. Old. conſ. 218. &
ſic poteſt reſtringi, & limitari d. cle. ſi vna, de reb. eccl. non alie.

S V M M A R I V M.

1 *Reuerentia maritalis, vel clericalis, non facit præſumere metum, vel dolum.*
2 *Mulier ſine iuramento non obligatur, etiam naturaliter, uendendo rem dotalem, nec eius fideiuſſor tenetur de euictione, ſed maritus uendens tenetur, & eius fideiuſſor.*
3 *Iuramentum metu extortum an obliget?*
4 *An valeat & obliget iuramentum contra legem interpoſitum?*
5 *An ubi requiritur actus geminatus ſufficiat unicus cum iuramento?*
6 *Iuramentum eſt ualidum, factum contra legem humanam ſuper fauore, uel odio priuato, fundatam.*
7 *Iuramentum temerarium, ſi non eſt contra bonos mores, & ex eius obſeruãtia non ſequitur peccatum, eſt ſeruandum.*
8 *An per iuramentum ualidetur contractus de iure ciuili nullus?*
9 *Petita abſolutione à iuramento validante contractum nullum, an per ſtatutum reſcindatur contractus?*
10 *Statutum annullans iuramentum, an ualeat, & an obligetur iurans ſtante dicto ſtatuto.*
11 *Prodigus an obligetur iuramento? 16.*
12 *Statutum laicorum non ualet, quod ex aliquo facto, uel geſto, contractus præſumatur vſurarius.*
13 *Contra præſumptionem iuris & de iure, admittitur probatio per confeſſionem partis*
14 *Sententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, ſi conſtat de eius iniquitate per confeſſionem partis, pro qua lata fuit, poteſt reuocari.*
15 *Quoties oritur dubium ſuper iuramento, non debet iudex ſecularis cognoſcere.*
17 *Donatio facta ultra legitimum modum ſine inſinuatione, non firmatur iuramento.*
18 *An iuramentum excludat ſimulationem contractus.*
19 *Renunciatio exceptionis, ſimulationis, uel fictionis non ualet.*
20 *Renunciatio priuilegii inducti propter fragilitatem perſonæ, non ualet.*
21 *Iurans obſeruare id, quod fit contra legem, uel ſtatutum, an audiatur petendo abſolutionem*
22 *Filiusfamilias iurans in renunciatione Macedoniani, an renunciatio teneat.*
23 *Deceptus ultra dimidium iuſti pretij, ſi iurat, an petendo abſolutionem audiatur.*
24 *Vendens equum, uel aliud animal tanquam cum omnibus uitijs, ſi poſtea appareat aliquod uitium, talis uendens tenetur.*
25 *Iuramentum operatur, quod ſi actus non ualet eo modo, quo agitur, ualeat quo poteſt.*
26 *Defectus ſolemnitatis, an impediat obligationem ex iuramento.*
27 *Iuramentum non ſupplet defectum ſolemnitatis formalis.*
28 *Fideiuſſor ſi ſe obliget ad plus, quam principalis, tenetur.*
29 *Iuramentum non ualidat contractum, ratione rei, ſin materia prohibitum.*
30 *An tranſactio de alimentis, donatio inter uirum, & uxorem, & patrem, & filium firmetur iuramento.*
31 *Iuramentum ſuper ſtipulatione facto alteri, an operetur obligationem.*
32 *Iuramentum an obliget fideiuſſores dotium, & an firmet pactum de non cedendo bonis.*

C A P. XXVIII.

2 CVm contingat. a Non auditur mulier cõ-
tra alienationem rei dota
lis, cui ſponte conſenſit, & non contra venire iurauit. Sic
ſummatur cõiter. Sed ego generaliter ſic ſummo.
Iuramentum præſtitum ſuper actu a lege infirmato, principa-
liter fauore iurantis, licet ſecundario in fauorem publicum, ne-
ceſſario eſt obſeruandum, ſi non vi, nec dolo fuit præſtitum, &
in alterius præiudicium principaliter non redundat. h. d. mul-
tum ſingulariter conſiderata medulla capituli. In prima parte
ponitur conſultatio. In 2. reſpõ. ibi, [Nos.] Caſus literalis. Ali
qs alienauit res dotales, & alias, quas donauerat vxori propter
nuptias, præſente vxore & conſentiente alienationi, & ne vxor
vlterius contra alienationem veniat proprio iuramento, ꝙ cõ-
tra alienationem non veniet, firmat. Poſtmodum matrimonio
ſoluto nititur venire in ꝯtrium. Conſultus autem ſuper hoc ip-
ſe Papa reſpondet, ꝙ licet conſenſus mulieris non videatur in
talibus obligatorius ſecundum leges, tamen debet mulier ſer-
uare huiuſmodi iuramentum, ne tali pręterea viam contingat
periurijs, aperiri. Et hoc eſt verum, ſi iuramentum tale ſine vi
& dolo ſponte præſtitum fuit, cum in præiudicium alterius nõ
redundet, nec obſeruatum vergat in diſpendium, ſalutis æter-
1 næ. B. † No. ex principio, iuncto fine, ꝙ mulier conſentiens alie
b nationi b factæ per maritum de re dotali, vel donata propter
nuptias, idem & fortius de re vtriq; communi, non præſumit
vi aut dolo inducta, niſi probetur, vnde reuerẽtia maritalis dũ-
taxat ipſam non excuſat, quod bene notabis, vnde oportet, ꝙ ꝓ
bentur verbera, vel minæ ſufficientes ad incutiendũ iuſtum ti-
morem, ad hoc quod no. Inn. in c. cauſam matrimonij, de offi.
deleg. & Bart. in l. ad inuidiam. C. quod met. cau. & vtrobiq; fa-
cit tex. ad idem c. accedens, de conuer coniug. Et ſic limita, qđ
legi. & no. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. rer. actio non datur. Itẽ
dic in clerico conſentiente Epiſcopo, & ſimilibus perſonis †Se-
2 cundo no. ꝙ circumſcripto iuramento, conſenſus mulieris ſup
alienatione rei dotalis, vel donationis propter nuptias, nullam
obligationem conſtante matrimonio inducit, & ſic videtur, ꝙ
etiam naturalis obligatio non oriatur. Et nil mirum, quia ex cõ
tractu, qui fit lege reſiſtente, nulla oritur obligatio, vt in l. cum.
lex, ff. de fideiuſſori. & quod ibi notat Bar. lex enim huic aliena
tioni reſiſtit, vt ff. de fun. do. per totum, & in Authẽ ſiue à me,
C. ad Velleia. & per hoc videtur ſolui quæſtio, quam ponit hic
do. Anto. An fideiuſſor accedens huic venditioni, teneatur de
euictione? Et ponit multas opiniones, & de hoc vide plene per
Bar. in d. l. cum lex. vbi tandem videtur concludere, ꝙ ſi mulier
vendidit, non tenetur ipſa, nec fideiuſſor, d. l. cum lex. Sed ſi ven
didit maritus, vel alius, ipſe tenetur, & fideiuſſor, ar. in l. & ſi is,
C. de præd. mi. ſine decre. non alien. Ratio, quia lex non reſiſtit
venditioni, & ſic actioni perſonali, ſed alienationi, hoc eſt trã-
ſlationi domini, vnde vxor non obligatur, quia teneretur ad tranſ-
lationem dominij l. empto, de actio. empt. & quod dixi in cap.
cum Ioannes, de fide inſtrumẽ. Nec fideiuſſor, quia haberet re-
greſſum contra mulierem. Sed alius vendens & fideiuſſor tenẽ
tur, quia nemo prohibetur rem alienam vendere, cum ſolum
obligetur perſonaliter ad tradendum rem, vel intereſſe, vt in l.
rem alienam, ff. de contrahen. emptio. & hoc teneas omiſſis va
3 rijs opinionibus recitans per Ioan. And. & dom. Anto. † Not. 3.
c quod iuramentum dolo, vel metu c præſtitum non eſt obliga-
torium. Aduerte reſpectu doli, caſus eſt clarus, quando fuit ta-
lis, quod habuit auferre conſenſum, iuxta not. per Ioan. And.
in cap. vno, de commo. Sed dubium eſt reſpectu metus, per c.
verum, & c. ſi vero, ſupra eod. vbi patet, ꝙ tale iuramentum eſt
obligatorium, licet poſſet peti abſolutio à iuramento, vt hic, &
ibi, & hoc communiter tenetur, & quoad caſum noſtrum vide
tur expreſſe tenere Arch. in c. 2. de pac. lib. 6. & multi tenuerũt
hoc dicentes ad iſtum tex. à cõtrario, ꝙ iuramentum metu ex-
tortum,

A D D I T I O N E S.

a Cum contingat. In materia iſtius c. uide late q. ſ no. Pe. de Anc. in rep. c. canonum ſtatuta, in primo quæſito, in 3. col. illius quæſiti. uer. quid dices in materia iuramenti, ubi ponit quæſtionem, utrum, ualeat ſtatutum quod contractus factus a minore, etiam cum iuramento, non ualeat, niſi interueniat certa alia ſolemnitas. Ponit etiam qões ad materiam, uide ibi per eum. Et adde hic, ꝙ iuramentum ſuper ſtipulatione prolatum habet vim clauſulæ, rato manente pacto, quia poterit pœna peti & obſeruatio contractus, tex. eſt ſing. in l. ſi quis maior. C. de tranſa. ſecundum d. Bar. de Bel. hic in addit. de quo uide Bar. in d. l. ſi quis, dicentem per illum tex. ꝙ iuramentum habet vim clauſulæ, Rato manente pacto, quod limitat Bal. in Auth. decernimus, in 1. no. C. de arb. ſecus eſſet in iuramento appoſito in compromiſſo. Veritas pendet ab intellectu illius Auth. ponunt can. in c. 2. ſup. eod. Et de materia huius decr. quando iuramentum ualidet contractum a lege prohibitũ, uide per Bal. in l. non dubium. C. de leg. 15. col. Item adde hic octo, uel 9. cõcluſiones pulchras in materia iuramenti, quas ponit idem Bal. in c. & ſi Chriſtus in 4. & 5. col. ſup. eo. Qualiter autem ſe habeant leges ad canones in materia iuramenti, uide per Pe. de Anch. in d. rep. canonum, in 26. col. uer. quæro qualiter, de conſti.
b SEB. SAPIA. Alienationi. Vide Abb. in c. cauſam matrimonii, col. 2. ſup. de off. deleg. ubi Fel. col. 2. Mod. in l. tranſactionem. C. de tranſa.
c Vel metu. Aduerte, quod licet iuramentum metu extortum non ſit ſeruandum, ut hic & dixi ſupra prox. ut tamen præſtaretur metu pœnæ, eſt obligatorium, & ſeruandum, ita multum ſingulariter no. Bal. in l. ſi. §. filii, C. de bon. quæ lib.

Digitized by Google

tortum, non obligat, ſcilicet in effectu, quia poteſt peti abſolutio. Sed certè hęc eſt impropriatio, & maxime, quia ſic loquitur dictum cap. ſecundum, & cap. licet, infra eod. lib. 6. Ideo dicendum, & melius, quod aut iuramentum eſt metu extortum in caſu a lege non prohibito, & eſt obligatorium & ſic loquitur, cap. verum, & c. ſi vero, ſupra eod. Aut in caſu à lege prohibito & tunc non obligat ipſo iure, quia propter legis reſiſtentiam oportet, quod ſit ſponte præſtitũ. Et iſte eſt proprius caſus iſtius cap. & cap. licet, & cap. ſecundi præalleg. & optime facit Auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendi. vbi dicitur, quod nullius eſt momenti, interueniente metu, & eſt ſingularis limitatio ad iura in contrarium allega. & hanc opin. reperi tenuiſſe dom. Vincen. Mediolanenſem, eximium Canoniſtam, & hanc opin. ſemper tenui. Et ſic intellige & limita gl. in d. c. 2. Alia non colligo, quia veniunt infra examinanda. Sed antequam deſcẽdam ad glo. formo vnicam oppoſitionem contra literam, videtur enim quod reſpectu donationis propter nuptias, fruſtra q̃ratur de validitate iuramenti mulieris, quia ſoluto matrimonio dos redit ad mulierem, & donatio propter nuptias ad virum, vt in cap. fin. de dona. inter vir. & dote poſt di. teſt it. Sol. duplex eſt, ſiue ex forma ſtatuti, vel pacti mulier ſuperuiuens lucrabatur donationem propter nuptias, ideo volebat nunc venire contra illam alienationem. Vel dic. quod dicebat illam rem ſibi obligatam pro reſtitutione dotis, & ſic agebat hypothecaria & dicebat alienationem nullam per illam Authẽ ſiue à me.
4 Replicatur de iuramento, & reſpondetur, vt in litera. † Nunc attingendo gloſ. & intrinſecam materiam huius cap. opp. contra text. iuramentum contra legem interpoſitum eſt nullum, vt in l. non dubium, C. de leg. & c. ſi diligenti, de foro compet. Sed lex prohibet fundi dotalis, & rei donatæ propter nuptias alienationem, vt ſupra dixi, ergo & alienatio & iuramentum nullius ſunt momenti, & corrobora contrarium hic, vt in principio glo. ex qua in effectu colliguntur tres ſolutiones. Primo, quod lex ciuilis irritauit talem contractum conſiderando id, quod erat vtile & honeſtũ corpori. Expedit enim mulieres ſaluas habere dotes, & c. l. 1. ff. ſol. matrimo. Sed ea non hic conſiderat vtilitatem animæ. Anima enim præferenda eſt corpori, & cunctis rebus. 12. quæſtio. 1. c. præcipimus. Hæc ſol. eſt bona in ſe, & eſt ſenſus, quod licet lex ciuilis reſiſtat huic contractui ob ſalutem corporum & conſeruationem patrimonij, lex tamen canonica non vult reſiſtere iuramento, ne propter bona temporalia detur via periurijs. Hæc ſol. licet in ſe ſit bona, vt prædixi, non tamen formaliter euacuat contrarium, cum hoc iuramentum ſit præſtitum contra legem fundatam ſuper bona æquitate. l. 1. ff. ſolu. matrimo. Secunda ſolutio, quod aut mulier poteſt ſibi conſulere ex alijs bonis mariti vſque ad quantitatẽ dotis, & tunc iuramentum præiudicat mulieri, & ita loquitur hic alias ſecus, vt in dicta Auth. ſiue à me, & ſecundum hoc canon non corrigit legem, ſed reducit ad terminos illius Authẽ. ſiue à me. Hæc ſolutio non videtur placere glo. & bene, quia in litera loquitur indiſtincte. Item contra hanc ſolutionem facit tex. in cap. 2. de pac. lib. 6. vbi tex. dicit, quod omnino debet eiuſmodi iuramentum obſeruari, ad idem cap. licet, eod. tit. lib. 6. vbi tex. loquitur indiſtincte, & tenet Archid. in d. cap. 2. Tertia ſolutio, quod aut lex prohibens habet perpetuam cauſam prohibitionis & immutabilem, vt puta, quia prohibet ea, quæ in ſe turpia ſunt, & iuramentorum nihil operatur, vt in contrarijs. Aut non habet perpetuam cauſam prohibitionis, & procedat iſte text. Nam prohibitio huius alienationis non eſt perpetua, quia ſi mulier conſentit iterum poſt biennium, etiam ſine iuramento, tenet alienatio, vt dicta Auth. ſiue à me. Iuramentum
5 hoc igitur habet vim ſecundi conſenſus. † No. ſingulariter iſtã-
a ſolutionem a in ſe, ex qua habes, quod vbi ad validitatem actus requiritur geminatus conſenſus, ſufficit vnicus cum iuramento: tamen non ſatisfacit hæc ſolutio ad text. noſtrum. procedit enim ſolum reſpectu donationis propter nuptias, & ſic loquitur illa Authen. ſiue à me. non autem reſpectu fundi dotalis. Et quanquam glo. hic in fine adducat vnum ſimile in pacto legis commiſſoriæ, quod eſt in pignoribus reprobatum, tamen ſi interuenit iuramentum, non auditur volens contrauenire, vt in cap. ſignificante, de pign. attamen in veritate non eſt ſimile reſpectu iſtius vltimæ ſolutionis, ſed potius contra, quia illa prohibitio habet cauſam perpetuam ꝓhibitionis, & nihilominus iuramentum contrarium eſt ſeruandum. Sed poteſt dici ſimile reſpectu huius tex. generaliter intelligendo. Sicut enim hic valet iuramentum contra legem, ita & ibi, ſed per hoc non ſoluitur formaliter contrarium, ſed eſt multiplicare inconueniens. Dyn. in reg. non eſt obligatorium, de reg. iur. lib. 6. Archid. in c. quamuis, de pac. lib. 6. & multi alij dicunt, quod contraria procedunt, vbi iuramentum interponitur contra ius commune. Illud c. & c. quamuis, & Authen. ſacramenta puberum, procedunt, vbi iuramentum interponitur contra ius ſingulare editũ fauore certarum perſonarum. Hæc ſolutio videtur multum colorata & exquiſita, ſed in contrarium facit cap. ſignificante, de pig. vbi valet iuramentum contra ius commune. Nam pactũ legis commiſſoriæ, de quo ibi improbatur non fauore certę perſonę, ſed generaliter improbatur quo ad omnes. Alij dicunt, ꝙ aliud de iure ciuili, aliud de iure canonico, & hæc ſolutio incidit in idem cum prima, ſed non procedit per Auth. ſacramẽta puberum. C. ſi aduer. vend. vbi valet iuramentum contra legẽ. Vnde formalius & clarius ſoluendo contrarium dico, ꝙ quan-
b que lex aliquid prohibet propter bonos mores [b] conſeruãdos, & iuſtu in contrarium non valet, vt in reg. non eſt obligatoriũ, de reg. iu. lib. 6 Ratio, q̃a talis lex eſt fundata ſuper æquitate naturali, quæ eſt indiſpenſabilis, & incommutabilis maxime per illum iurantem, cum ſit perſona priuata, 5. diſt. in prin. 7. diſt. c. quæ contra mores. Et intelligo de bonis morib. naturalib. non autem de ciuilib. tantum, quia omnis lex eſt fundata ſuper bonis moribus ciuilib. & æquitate ciuili. 1. diſ. c. cum conſuetudo. hæc autem æquitas ciuilis eſt variabilibis, in c. non debet, de cõſang. & affi. Nemo autem dubitat, quin lex, quæ reprobat pactũ legis commiſſoriæ in pignorib. ſit fundata ſuper bonis morib.
c ciuilib. & tamen iuramentum in ꝯtrium valet, [c] vt d. c. ſignificãte & in hoc caſu poteſt procedere ꝯtrium. Quandoque lex fundatur ſuper bono publico principaliter, & idem dicendum, q̃d ſupra, quia pactis & iuramentis priuatorum ius publicũ remitti non poteſt. Ratio naturalis, quis non põt ei renũciare, quod pro ſe non eſt introductum, in c. ad Apoſtolicam, de reg. & hoc caſu poſſunt intelligi iura in contrarium allegata, ad hoc l. ius publicum, ff. de pac. & c. contingit, de ſent. exc. Quandoque lex eſt fundata non ſuper bonis morib. naturalib. nec ſuper publica vtilitate principaliter, ſed in odium aliquorũ. & tunc cũ nulla turpitudo reperiatur in iurante, ita ꝙ põt duntaxat cum diſpendio rerũ temporaliũ iurm adimplere ꝯ legem, obligat iurantem ad implementũ & iſte eſt proprius caſus c. ſignificante, de pig. & facit c. debitores, ſupra eo. Sed non firmat ꝯctum, ſecũdum Bar. & bene in l. ſi quis pro eo, de fideiuſ. vbi taliter iurans habet omnia remedia competentia ei, qui iurat ſoluere vſurã. Poteſt enim a principio ante ſolutionem petere abſolutionẽ a iuramento, vel inſtare vt creditor compellatur relaxare iuramentum, vt plene dixi in c. 1. ſupra eo. vel poſt ſolutionem repetere d. c. debitores, & hoc in odium ipſius creditoris, arg. c. ſi vero, ſupra eo. & hoc eſt de mente Barto. in d. l. ſi quis pro eo. Quandoque lex eſt fundata principaliter ſuper fauore priuati, licet in conſequentiam, & ſecundario ſit fundata ſuper publica vtilitate, vt in caſu noſtro, & caſu cap. 3. de pact. lib. 6. & auth. ſacramenta puberum, & iuramentum in contrarium obligat iurantem. Et eſt iſte proprius caſus capit. noſtri, & iurium proxime allegatorum, nec hoc caſu procedit contrarium. Ratio eſt hæc, quia cum lex non ſit fundata ſuper fauore publico, nec iuramentum cõtineat in ſe aliquam turpitudinem ex parte iurãtis, vel ex parte materiæ, ſuper qua fuit præſtitũ, non poteſt lex impedire, quominus quis ſe obliget Deo. Nam iuramentum principaliter dirigitur in Deũ, vt in d. c. debitores, & Deus præcepit, Redde Deo iuramenta tua, in cap. & ſi Chriſtus, ſupra eo. Poteſt enim lex ad commodum ſubiectorum impedire obligationem quærendam homini, l. eſt lex ff. de fideiuſſ. ſed non obligationem quærendam Deo, cum lex ſubijciatur Deo: ad hoc 24. quæſtio. 3. cap. ſi habes. & 11. quæſtio. 3. cap. Iulianus, & cap. ſi dominus, & c. qui reſiſtit. Quinimo, etiam lex canonica non poſſet in fauorem priuatum impedire obligationem quærendam homini, l. eſt lex, ff. de fideiu. ſed non obligationem quęrẽdam Deo. hoc probo per cap. ad Apoſtolicam, de reg. Non ſolum enim regula monachorum, ſed etiam ſtatutum Gregorij ſolenniter interdicit, vt ante annum probationis, quis non ſuſcipiatur ad profeſſionem, & hoc fauore ingredi volentis, & monaſterij, vt d. capit. ad Apoſtolicam, & 19. quęſtio. 3. cap. monaſterius, & nihilominus, ſi antea fit profeſſio, tenet, quia obligatio quæritur Deo, reſpectu autem Dei iſte potuit renunciare fauori ſuo, non obſtãte interdictione legis. Ad idem bo. text. in ſimili in c. qui poſt votum, de regu. lib. 6. Ad idem c. debitores, ſupra eod. Lex enim canonica & diuina interdicunt contractũ vſurarium, de vſur. capit. ſuper eo. Adde, quod ex tali contractu nulla oritur obligatio, d. c. debitores, & tamen iuramentum de vſuris ſoluendis valet, ex quo ex parte iurantis nullum ſubeſt peccatum. d. c. debitores. Vnde lex humana, nec vult, nec poteſt

ADDITIONES.

a Iſtam ſolutionem. Vide do. Franc. Cur. in conſi. 16. incip. ſuper præmiſſa narratione, col. 20. & in conſi. 44. incip. ſuper contingentia, & in conſi. 77. inci. dominus Ludouicus, col. 6.

b SEB. SAP. Propter bonos mores. Vide Alex. in conſi. 157. col. pe. in 2. vol. vbi dicit, ꝙ quando iuramentum eſſet contra bonos mores de iure naturali, vel induceret peccatum, non eſt obſeruandum.

c Valet. Fridem, quod iuramentum validet contractum legis commiſſoriæ, tenet Imo. in repe. in 33. char. in 1. col. illius char. & in d. rep. in pe. col. ver. adde tamen vnam, &c. intelligendo Io. And. in addi. Spec. in tit. de reſti. ſpol. ver. quia videtur multum reſtringere, quæ hic dicuntur, ſed ipſe Imo. ibi non ſequitur ipſum Io. And. in addi.

Digitized by Google

teſt ex ſolo fauore priuato, vel odio, impedire obligationem quærendam Deo, ex quo nec ex perſona iurantis, nec ex parte materiæ reperitur aliqua turpitudo contra bonos mores naturales, ſeu contra bonum publicum principaliter. Ex his habes clarum & verum intellectum huius c. & c. 2. & auth. ſacramenta puberum, omnia enim veniunt contra ius ſingulare editum fauore hominum. Sed circa intellectum iſtorum iurium, dubitatur principaliter de duobus. Primo an indiſtinctè valeat iuramentum contra legem humanam, fundatam principaliter ſuper fauore priuato, ſeu odio. Secundo, an in caſibus in quibus
6 valet, firmetur contractus per iuramentum. † Circa primum Bar. fuit in ſingulari opinione in d. l. ſi quis pro eo & auth. ſacra
a menta puberum, & l. Seius & Augerius, [a] ff. ad l. Fal. dicens, quod
b aut lex [b] non dirigit verba ſua ad perſonam, ſed ad contractũ, vt quia prohibet alienationem fundi dotalis, ſeu rei donatæ propter nuptias, ſeu rerum minoris, & iuramẽtum valet, & in hoc caſu intelligit iſtum tex. & c. 2. & auth. ſacramenta puberum, præalleg. Sed ſi lex præciperet perſonæ dicendo, quòd mulier non alienet, vel quod minor non vendat, ſeu quod aliquis non emat, iuramentum interpoſitum in contrarium nullius eſt momenti Mouetur, quia ſic iurans facit contra præceptum legis factæ ab habente poteſtatem, ergo peccat mortaliter, cum ſcriptum ſit, Qui non obedierit Principi, morte moriatur, de maio. & obed. c. 2. Iuramẽtum autem ſuper obſeruatione peccati mortalis, eſt nullum, quia ita demum debet obſeruari, ſi ſeruatum non vergit in diſpendium ſalutis æternæ. Pro hoc adducit dictum Ioan. And. & Hoſt. in c. licet. eo. titu. lib. 6. vbi gloſ. dicunt enim, quòd vbi mulier primo iurauit ſe non alienaturam fundum dotalem, ſi poſtea alienat, & iurat de non contraueniendo, non valet ſecunda alienatio. Et hoc dicit multum notandũ propter ſtatuta diuerſa, quæ ſunt per mundum, vt ſemper inſpiciatur, an ſtatutum prohibeat perſonas contrahere, an contractum fieri tantum. Ego in hac materia feci ſolemnem diſputationem, quæ incipit, ſtante ſtatuto, &c. Et inter cetera attigi hãc differentiam Bar. quæ communiter non placet Canoniſtis De ea enim nõ videtur curaſſe Fed. de Sen. conſi. 164. alias 172. Immo omni caſu ſentit, quòd agens contra legem, ſeu ſtatutum, ſit tranſgreſſor legis, & quòd iuramentum ſit obligatorium, licet contrahens ſecum, quia peccat contrahendo cõtra legem, teneatur ad relaxationem iuramenti. Hoc tamen vltimum infra plenius diſcutiam. Hanc etiam differentiam Barto. impugnat hic Ioan. de Lign. & do. Epiſcopus Vinc. quia, quanquam lex prohibeat ſimpliciter, tamen contrafaciens tranſgreditur legem, licet verba non dirigantur ad perſonam, d. l. non dubiũ. Nec eſt verum, ſecundum Ioan. de Lign. quod quilibet faciens cõtra legem, peccet mortaliter, etiam ſi lex ſit prohibitiua, niſi ſit cauſa perpetuæ prohibitionis, cum alias lex in caſibus permittat, & ſic non poſſit eſſe mortale, ſed circa hoc plenius dico in c. nam concupiſcentiam, de conſti. Domi. Anton. in effectu Barto. impugnat, concludens, quod ſi ſtatutum, ſeu lex eſt fundata principaliter ſuper fauore ſolius iurantis, iuramentum ſemper obligat, etiam ſi in conſequentias remotas adſit prohibitioni fauor publicus, velut quod liberi procreentur, vel quod ciues diuites maneant, & non depauperentur, quia inquantum præceptum dirigitur ad perſonam fauore perſonæ, præceptum ſa-
c pit naturam [c] conſilij. ff. manda. l. 1. & l. cum pater, §. mando. ff. de leg. 2. & l. Titio, in prin. ff. de condi. & demonſt. cum ſimilibus Nam præcepta intelliguntur ſecundum materiæ ſubiectæ naturam. 11. q. 3. c. rogo. Idem voluit d. Per. de Anchar. in ſua ſolemni repetitione c. canonum. de conſtit. dicens hanc diſtinctionem Bar. eſſe verbalem: quia ſtatutum annullando contractum, ſatis videtur prohibere contrahentibus, ne attentent cõtrahere. c. quia contra iura, de reg. iur. lib. 6. Et verba collata in rem, concernunt potius perſonas, quam res, de exceſſ. præla. c. tanta, & nõ refert cum quo quis loquatur. l. cum pater. § donationis, ff. de leg. 2. Vnde concludit iuramentum eſſe obligatorium, ſiue lex in prohibitione concernat perſonam, ſiue rẽ. Hãc opi. ſemper tenui, & ſm eam decidi, licet d. Ang. de Peruſio in quodã ſuo conſilio, qđ incipit d. Catharina. fuerit ſecutus Bar. Moueor primo in ſniam iſtã, quia ſi res prohibetur alienari, perſona intelligitur prohibita, quia res ſe ipſam alienare nõ põt. Nõ enim dẽt inſpici, cũ quo quis loquatur, ſed in quẽ diſpoſitionis effectus dirigitur, vt dicit tex. in l. cum pater. §. donationis, de leg. 2. Sicut enim vno prohibito vendere, alius tacite vr̃ prohiberi emere pp naturam correlatiuorum: quia vnum nõ põt eſſe ſine alio, vt l. 1. C. de cupreſſis ex luco. li. 11. no. Bar. in l. pe. C. de indi. vidui. tol. & l. fi. de accepti. facit qđ no. gl. C. ne fideiuſſ. do. den.
7 Ita re prohibita alienari, & perſonæ videntur prohibitæ, cũ ſine eis non fiat alienatio lex enim eſt impoſita non verbis, ſed rebus, de electio. c. commiſſa. li. 6. Idem in ſimili, ſi locus interdicitur, ne in eo celebretur, clerici videntur interdicti in eo loco celebrare, adeo, quod celebrans ibi, durante interdicto, incurrit irregularitatem, vt in c. is qui, de ſenten. excom. lib. 6. & dicuntur violare ſententiam interdicti, vt in c. 2. de poſtula. præla. & deſpicere Petri claues, & eccleſiaſticam lædere poteſtatem, vt in c. fi. de exceſſ. præla. Ex quibus patet, quod interdicta re inanimata, interdictum dirigitur in effectu ad ipſos homines rem interdictam agitantes. Ad idẽ, illud c. 2. de maiori. & obed. quod allegat Bar. pro ſe. Nam ibi non fit differentia, an verba legis dirigãtur ad perſonam, an ad rem, ſed ſimpliciter dicitur, Qui venerit contra decretum Epiſcopi, ab eccleſia eijciatur, & qui nõ obedierit Principi, morte moriatur. Non enim obſeruat decretum Principis, qui alienat rem a Principe prohibitam alienari: immo committit contra legem & præceptum Principis, vt patet ex prædictis. & 11. q. 3. c. ſi Dominus, & c. Iulianus, & c. qui reſiſtit. Et euidentius probo ſic: lex dirigit præceptum ad rem, quod res minoris non alienetur ſine iudicis decreto. C. de prædijs mino. ſine decre. non alie. per totum. Tamen ſi minor alienet ſine decreto, dicit lex, quod eſt factum contra legis prohibitionẽ, vt l. non ſolum, & l. ſi quidem, & l. ſi ad reſoluendam, C. eo. tit. Hinc eſt, quod nulla oritur obligatio, nec naturalis, nec ciuilis, vt no. Bar. in d. l. cum lex, ff. de fideiuſſ. Ergo ſequitur, quod ſi minor facit contra legem peccat mortaliter, & ſic non teneretur ad obſeruantiam iuramenti, quod eſt falſum, vt in præalleg. auth. ſacramenta puberum. Ad idem c. 2. de pact. li. 6. vbi dicitur, quod lex ciuilis improbat pactum factum a filia, vt dote contenta, nullum regreſſum habeat ad bona paterna, vt habetur in l. pactum, C. de colla. & de pac. l. pactum. Ergo filia paciſcens, venit contra ius ciuile, cũ veniat contra vetitum per ſuperiorem, & ſecundum opi. Bart. peccaret mortaliter, & non deberet compelli ad obſeruãtiam iuramẽti: quod eſt falſum, vt in d. c. 2. Ad idem facit optime & clariſſime tex. in l. qui contra ſenatuſconſultum, ff. de fideiuſſ. vbi dicitur, quod mutuans filioſamilias, facit contra ſenatuſconſul. & tñ verba ſenatuſconſulti Macedoniani non diriguntur præceptiue, vel prohibitiue ad perſonam, ſed tãtum dicitur, quod illi non detur actio. l. 1. ff. ad Macedo. ergo aperte patet, quod ex quo ſimpliciter aliquid prohibetur, ne fiat, ſatis videtur prohibita perſona ne faciat, & ſi facit, dicitur facere cõtra legem: quod ſi creditor prohibetur mutuare, ergo filiuſfamilias prohibetur accipere: quia diſpoſitũ in vno ex correlatiuis extenditur ad aliud, vt ſupra dixi. & tamen ſi minor accipit & iurat reddere, obligatur ex ſuo iuramento, vt ipſemet Bar. vult in d. l. ſi quis pro eo, & l. Seius & Augerius, ad leg. Fal. Ex quibus videtur cõcludendũ, quod iſtud capitulum procedat indiſtincte, vt ex quo lex aliquid prohibet principaliter fauore perſonę iurantis, licet in conſequentiam & ſecundario in fauorem publicum, iuramentũ in contrarium præſtitum eſt obſeruãdum, vt hic, & in d. c. 2. & authen.

ADDITIONES.

a Augerius. Et Bar. hic in l. 1. per glo. ibi C. ne ſi. do. den. & ita conſuluit in conſi. incip. quæro, quid ſi ſtatutum, & c. cum Bar. tenet Ange. in d. l. ſi quis pro eo, in princi. & conſi. 194. inci. Domina Catharina, quod alleg. ille infra eo. proxi. vbi fortius concludit, quod quando ſtatutum prohibet perſonam minoris, vel mulieris contrahere, etiam ſi iurauerit, non poteſt minor iurans compelli ad obſeruantiam iuramenti, nedum in foro ciuili, ſed nec etiam in canonico, propter peccatum, quod ex iuramẽto reſultat, & credo quod hoc fuerit ſatis de mente Bar. Et dicit Do. Ant. & Alexan. in authen. ſacramẽta, quod iſta eſt communis opin. & Legiſtarum & Canoniſtarum, & alleg. plures Doctores ita tenere, maxime Ange. in l. Seius, ff. ad leg. Falci. & Bald. in pleriſq; locis, qui nihil penitus tãgunt, nec eſt verum, quod apud Legiſtas aut Canoniſtas ſit communis & vera opi. Et iſtam diſtinctionem Bar. ſequitur Pet. de Ancha. in c. licet mulieres, in 5. col. de iureiur. in 6. & vide hic late per Ioan. de Imo. in 14. char. in vlti. colum illius char. ver. circa tertium, quod difficilius, cum duabus ſeq. Et adde hic, quod no. Inno. in clemen. 1. in 8. col. ver. quæro tertio.

b SEB. SAP. Aut lex. Idem dicit Bar. in conſi. incip. quæro, dicit ſtatutum, & Ange. in conſi. 153. incip. Dom. Catharina, ſed in contrarium eſt communis opi. vt per Moder. in d. authen. ſacramenta puberum, vide Pau. de Caſt. in l. legis virtus, ff. de legi. & in l. is cuius bonis, ff. de verbo. obliga. vide etiam aliquid per Feli. in capitu. 2. colum. 2. ſupra de maior. & obedien. vbi dicit, quod tale ſtatutum non poteſt inducere peccatum mortale, prout præſupponit Bar. & ſequaces.

c Naturam Idem dicit in ſimili D. Alexan. & Imo. in l. is cui bonis, ff. de verbo. obliga. & ad hoc optime facit quod no. Bar. in l. ... in 3. colum. verſicu. item oppo. voluntas, C. de pact. & in terminis dixit Pau. de Caſt. in l. ſi conſtante, §. quoties, in 3. col. ff. ſol. matrimo. & vide Imo. hic in repetit. in 15. char. in 2. col. illius char. Et per hoc clare tollitur fundamentum Bart. in locis ſupra alleg. quod quando lex, vel ſtatutum præcipit aliquid, quod contrafaciens peccat mortaliter, iſtud eſt verum, quando præcipit aliquid, quod reſpicit vtilitatem publicam, ſed quando ſtatutum præcipit aliquid, quod principaliter reſpicit priuatam vtilitatem, hoc caſu cenſetur potius conſilium, quã præceptum, ſic contraueniens non dicitur peccare, immo tenetur iuramentum ſeruare. Ita reſpondent hic cano. & Bal. in l. ſi §. filijs autem. C. de bon. quæ liber. Pau. de Caſt. & Moder. in d. l. ſi quis pro eo, & contra Barto. etiam tenet Do. Alex. in conſi. 126 viſis & ponderatis ſtatutis, in 10. colum. vbi dicit, quod opi. Bar. hic eſt communiter damnata. Idem tenet late & plenius, q̃ alibi in conſ. 27. inci. viſo libello produ. to per procuratorẽ Petri de Nola, & eſt in antepe. col. & duabus ſeq. vbi contra Bar. adducit decem principalia fundamenta, quæ tamen ſi recte conſiderentur, reducuntur ad vnũ vel duo. Et iſtam phantaſiam Bar. qui ſemper diſtinxit, an lex loqueretur in rem, vel in perſonam, reprobant communiter cano. hic ſecundum Bar. de Bel. hic in addi. & reprobat Bal. in l. iuriſgẽtium. §. & generaliter, ff. de pac. & in rubr. ff. de iureiu. ſalic. Fulg. in d. auth. ſacramenta.

Digitized by Google

then. ſacramenta puberum & ita ſupra ſummaui. Et poſſet attẽtari, ꝙ ſi iſte, de cuius fauore principaliter agitur, iurauerit contrarium, non peccat, & ſi in aliquo peccat iurando, non peccat obſeruando, immo peccaret in ꝯueniẽdo. Primũ ꝙ non peccauerit iurando probatur, quia cum lex prohibuerit primũ principaliter in fauorem perſonæ & eius commodum, non intendit ipſam perſonam illaqueare ex tranſgreſſione ad peccatum, ſed potius ipſam priuilegiare; ne quod ſtatutum eſt in fauorem & cõſeruationem rerum temporalium, tendat in damnum & interitum vitæ æternę, contra l. quod fauore, C. de legi. & regu. quod ob gratiam, de regu. iur. lib. 6. Cuique enim licet renunciare priuilegio ſuo. C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo. & d. c. ad apoſtolicam. nec ex hoc dicitur in effectu contemnere Principem priuilegiantem, vel conſulentem. 3. diſtin. cap. denique. § hæc & ſi legibus. ad hoc text. optimus, in l. 1. §. inde quæritur, ff. de no oper. nuncia. vbi dicitur, quod ſi poſt nouum opus nũciatum, conueniat quis cum aduerſario, vt opus fiat, valet conuentio. Nec periculum eſt, ne pactio priuatorum iuſſui prætoris antepoſita videatur. Quid enim aliud agebat prætor, quam hoc, vt controuerſias eorum dirimeret: a quib. ſi ſponte receſſerunt, debet prætor hoc ratum habere. Ex quibus ſatis luculenter probatur, quod veniens contra ius ſuum, ſeu præceptum, factum fauore ſui, non peccat. Hoc idem clarius vĩ probari in d. cap. ad Apoſtolicam, inducendo, vt ſupra patet, quod verba dirigebantur ad perſonam: tamen ſi contra fit, tenet, quia videntur renũciaſſe eorum fauori. Item pone, quod in hoc reperitur aliquod peccatum, non tamen debet permitti, vt veniat iſte cõtra proprium iuramentum, ex quo in eius obſeruantia peccatũ aliter non nutritur, ne iterum peccet contraueniendo, vt aperte probatur in cap. & ſi Chriſtus, ſupra eod. & c. mouet. 22. q. 1. vbi patet, quod præceptum eſt diuinum, & relatum ad perſonam, ne quis iuret per creaturam, & tamen dicitur, quod ſi iurauit, licet iurans peccauerit, nihilominus tenetur ad obſeruãtiam iuramenti, ex quo poteſt obſeruari ſine peccato. Idem videtur in alijs iuramentis temerarijs non habentibus comitem diſcretionis: obligant enim iurantem, ex quo poſſunt obſeruari ſine peccato, licet temere iurans peccauerit iurando, vt probatur in d. c. & ſi Chriſtus. iuncto c. innocens. §. illicitum. 22 q.

7 4 † Ex quibus poteſt dari hæc theorica, quod quantumcunque

a iuramentum ſit temerarium, ſeu illicitum, a ex quo tamen nõ eſt contra bonos mores naturales, nec in eius obſeruantia imminet peccatum, ſemper eſt obſeruandum, vt probatur in iuribus ſupra allegatis. Iuramentum enim debet habere tres comites, ſcilicet vt omnino ſit licitum: non autem, vt ſine eis nõ obliget iurantem, vt plene dixi ſupra eod. c. & ſi Chriſtus. & hæc

8 ſufficiant quoad primam quæſtionem. † Venio ad ſecundam, ſcilicet, an contractus talis firmetur iuramento, an ſolum obligetur ex ſuo, iuramento, non ex contractu? & eſt ſubtiliſſimus punctus, & etiam magni effectus, ſecundum Bart. in d. l. ſi quis pro eo, & Cald. inter vtrunque caſum. Nam ſi contractus firmatur iuramento, non licet amplius contrauenire per ſe, vel ſucceſſorem: ſecus autem ſi non firmatur. Nam hoc caſu ſtatim, cum obſeruaui, ergo poſſum repetere, cum ſine cauſa incipiat eſſe apud creditorem. Item poſſum a principio petere abſolutionem a iuramento, vt in c. debitores, ſupra eo. Item hæres iurantis poterit contrauenire, cum iuramentum ſit perſonale, &

b non tranſeat in hæredem, b ſeu alium ſucceſſorem, ſupra eod. c. veritatis. Bar. tenet ꝙ hoc caſu, ſ. cum lex prohibet principaliter fauore perſonæ, ſeu fauore reipublicæ ſecundario, iuramẽtum firmet contractum; quia iurando licet alienare, vt hic, & d. authen. ſacramenta. in gl. ſuper verbo, cuſtodiantur. Dom. Ant. tenet contractum non firmari iuramento, niſi vbi lex canonica, vel ciuilis hoc exprimit, quia potuit lex ex cauſa prohibere contractum, & ſic impedire obligationem naturalem & ciuilẽ: lex autem canonica ſecundum eum, nihil dicit de cõtractu, ſed dicit iuramentum inuiolabiliter obſeruandum propter peccatũ: vnde nihil cogitat, vt contractus validetur. Non obſtant abſurditates, quæ poſſent ſequi ſecundum illam differentiam Bar. & Cald. de qua ſupra, quia ſecũdum eum, ex quo nulla agitur turpitudo ex parte tenentis, non habet locum cap. debitores. Nec ob. ſi dicatur, ꝙ adeſt turpitudo, ex quo contrahitur contra legem, quia ex hoc nihil peccat in Deum, licet temere agat, & ſufficiat, ſi adeſt pœna nullitatis contractus. Item recipiens iurm̃, non peccat quoad legem Dei, quæ permittit, illum fauori temporali propter votum renunciare. Nec obſt. ꝙ poſtquam iuramentum eſt impletum, teneat ſine cauſa, qa cãm habet a iurante reſpectu ſecundariæ obligationis ex iuramento, quæ ad Deũ dirigit, vnde habet ius tenendi. Nec obſtat, ꝙ non tranſeat iuramentũ ad hæredes, qa licet perſonaliter non obligeñ ad periurium, ſeruare tamen tenent, ne lędant animam defuncti, de ſepul. c. ſi. de rap. c. in literis, Non ob. ꝙ ceſſionarius poterit contrauenire, quia nõ poterit, habens cãm lucratiuam, vel vbi ceſſio fiat cum fraude. Vbi vero habeat onerotam, & non apparet fraus, dicit, ꝙ licet contractus non validetur iuramento, ſurgit tamen obligatio, quæ prætendit vinculum in partem ſuper obſeruantia ꝯctus, qui produceret obligationem ſimilem, & illius naturæ, cuius contractus eſt & obligatio, & proficit omnibus, q̃bus obſtaret & proficeret contractus, & ſic firmiter & inuiolabiliter obſeruabitur iuramentum. Vult ergo in effectu, ꝙ ꝯctus non firmetur iuramento, tamen iuramentũ habet illũ effectũ in retentione rei, quem produceret contractus, vnde putat aduerſus iurm̃, niſi alia arguatur deceptio, ꝙ non dabitur remedium. D. Car. dicit tutius tenendũ, vt hoc caſu cõtractus firmetur iuramento, & ſic vitabunĩ prædictæ difficultates, tamen tenendo, ꝙ non firmetur, tene, ꝙ hæres non poterit contrauenire, & multo fortius nec ille, qui iurauit, licet ſemel adimpleuerit Fed. conſi. 272. tenet ꝙ firmetur iuramento in caſu huius c. & in c. 2. de pac. lib. 6. & auth. ſacramenta puberũ. Et ſic, ꝙ hæredes non poterunt contrauenire, quia licet iuramentum nõ extendatur ad hæredes, vt eos obliget ad periurium, tamen cõtractus extenditur, cum ſit validatus iuramento, ad hoc tex. cũ gl. in d. auth. ſacramenta, alias ſecundum eũ prohiberet lex, & deciperet ꝯhentem cum interpoſitione iuramenti. Item Arch. in d. c. 2. & Cald. hic dicens, ꝙ ſicut iurans non poteſt contrauenire, ita nec eius hæres, quia ius, quod quis non habet, non põt in alium transferre, vt in reg. nemo põt, de reg. iu. lib. 6. Et concludit, ꝙ in caſu huius c. & ſimilib. in quibus ſolo iure ciuili cõtractus improbatur, hæres, vel ſucceſſor non poteſt contrauenire. Adducit d. cap. 2. Item quia hoc iuramentum nullam continet turpitudinem, & eſt præſtitum de eo, quod ſpectat ad iurantẽ, ergo debet actum validare, facit ſupra eo. c. ſi vero, & l. cum qs decedens. §. codicillis, ff. de leg. 3. & infra de inſti. c. cũ veniſſent, per quæ iura probatur, ꝙ vbi quis renunciat iuri ſuo, licet ex eã poſſit cõtrauenire, tamen ſi iuramentũ interceſſit, quod factũ eſt, amplius reſcindi non poteſt. Concludit ergo iurm̃ validare contractum, & ita refert Io. Mo. Arch. & Io. And. in d. c. 2. & ſic hæc opi. ꝙ in caſu huius c. & ſimilibus, contractus validetur iuramento, eſt cõis, & eam ſemper ſecutus ſum, & videĩ de hoc caſus in d. c. 2. vbi expreſſè dĩ illud pactum iuramento firmari: vnde ſicut in caſu illius c. firmatur, pari ratione & in caſu huius c. & in auth. ſacramenta puberum, cum eadem ſit vtrobique ratio, arg. c. cum dilecta, de confir. vti. vel inuti. Item facit ratio D. Anto. quam retuli in pręced. q. ſcilicet, ꝙ cum lex principaliter concernit fauorem iurantis, videtur potius conſultoria, quam præceptoria, & obligatoria. Vnde cum lex hoc caſu nõ reſiſtat nec reſiſtere poſſit iuramento, vt dixi in præcedenti q. videtur ſuperueniente iuramento, tollere prohibitionem ſuam, vt expreſſe colligitur ex verbis illius authen. vbi mandat iuramenta inuiolabiliter obſeruari, quod non faceret, ſi ſtaret in prohibitione ſua, arg. in d. l. ſi quis pro eo, & quod ibi no. Barto. & ſic conualidatur contractus, cum non reperiat reſiſtentiam. Inſuper adduco aliam rationem ferè concludentem, ſi iuramentum non firmaret contractum in caſu authen. ſacramenta puberum, & ſimilium, Imperator non mandaret iuramẽtum ſeruari, quia iuramentum extraiudiciale non inducit obligatio-

c nem c de iure ciuili, ſecundum opin. Legiſtarum, per l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. vbi per Bart. Loquitur ergo authen. ſacramenta

ADDITIONES.

a ZACH. Seu illicitum. Adde quod ſi ſit contra legem, uide gl. Cy. & Doct. in l. non dubium, q. 16. C. de leg. Dy. in reg. non eſt obligatorium, lib. 6. & quot modis dicatur illicitum, no. Arch. in 22. q. 4. in ſum. & quando licitum, not. Inno. in c. venerabilem, ſupra de elect.

Illicitum. Vide Alex. in conſi. 59 in 2. vol. & in conſi. 54. col. 5. ver. Item ſtatutum, in 3. vol.

b SEB. SAP. Hęres iurantis. An hæres iurantis poſſit contrauenire, quãdo ſtatutum infringit contractum in fauorem iurantis, vide Alex in conſil. 59 in 5. vol. col. 3. ubi dicit, ꝙ hæres tenetur obſeruare, quia in ſpiritualib. ius naturale poſitiuo præfertur. Et adem voluit Alex. in conſi. 39. in 4. vol.

c Et vide per Bar. & Moder. in authen. ſacramenta. C. ſi aduer. vendi. & Bald. in cap. 1. §. item ſacramenta, de pa. iura. fir. in vlt. colu n. vbi aſſignat rationem diuerſitatis, & Vltramon. in l. 1. C. de oper. lib. Et de hoc vide quæ plene no. ſupra in prin. huius Decret. & de hoc vide per Bal. in authen. ſacramenta puberum, in 4. colum. & Bart. in l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure. Et adde hic Dom. Anto. in cap. ſi quis venerit, in princi. de maioritate & obedien. vbi dicit illum tex. induci per Barto. ad q. quod ſi ſtatutum annullat contractũ factum a muliere vel minore ſine certa ſolemnitate, non valebit cõtractus abſque illa ſolemnitate, etiam ſi interueniat iuramentum. Et de queſtio. hic poſita, uide Ange. in conſi. 155. 2. lib. ubi ponit quædam alia circa iuramentum, & uide latiſſime per [illegible] in diſputat. ſua incipien. ſtante ſtatuto communiter in Italia, uide Bald. in repetit. l. 2. ff. de iureiuran. ubi in hoc paſſu ſequitur dictum Bart. in d. l. omnes. & uide de hoc per Bal. in cap. 1. §. item ſacramenta, de pace iur. fir. & in conſi. ſuo. 21. & in §. ſi vero, in ſi. Ioſhatu. de cura. furi. in vlti. colum & in cap. & ſi Chriſtus, in ſi. 6. colum. ſupra eod. tit. vbi dicit, quod ſi ſtatutum ciuitatis dicat, quod nulla mulier contrahat ſine conſenſu duorum propinquorum, non valebit contractus mulieris ſine propinquis, etiam ſi interpoſitum ſit iuramentum. Item de quæſtione hic poſita per Dom. Anto. uide Bald. in capit. ad noſtram, il 2. ſupra eod. in vlti. colum. uerſic. quæro nunquid ſtatutum, & Pet. de Anchar. in repetit. regu. ea quæ, in 3. quæſtio. princ. ad ſi. & pleniſſime per Ino. hic in repet. 17. char. cum duabus ſeq. & in ead. repet. in 23. char. in 2. & 3. colum. alius char. cum quatuor aliis ſeq.

menta puberum, de iuramento confirmatorio. Placet tamen
mihi opin. D. Ant. ꝙ præſuppoſito, ꝙ ꝯtus non firmaretur, ta-
men hæres, vel ſucceſſor ſingularis non poterit contrauenire,
& multo fortius nec ipſe iurans poſt adimplementum, per d. c.
2. vbi dicitur omnino eſſe ſeruandum dictum iuramētū: vnde
per illam dictionem, Omnino, voluit excludere omnem con-
trauentionem, vt ſentit ibi Archid. ad idem tex. in d. authen. ſa
cramenta puberum, in fin. dum dicit, Inuiolabiliter. Item facit
illud cap. & c. licet infra eo. tit. lib. 6. vbi nulla fit mentio de dece
ptione alicuius, ſicut fit in caſu c. debitores, ſup. eo. Secus tamē
puto, vbi lex inhibet contractum odio creditoris, vt in ca. debi-
tores, & in c. ſignificante, de pign. vt dixi plenius ſupra, quia in
odium ipſius ſtabo cap. debitores, & c. 1. ſupra eo. tit. licet Fed.
in d. conſi. 172. ſentiat idem, quod in caſu huius cap. ſed minus
9 bene, per ea, quæ ſupra dixi. † Sed vltra prædicta aduerte ad il-
lam difficultatem, quæ oritur, an contractus firmetur iuramē-
to, vel ne. Dicit enim Ang. de Peru. in d. conſi. ꝙ vbi actus iura-
mento firmatur, licet quis abſoluatur a iuramento, non propte
rea poteſt venire contra actum, quia actus eſt validus de le pro
pter iuramenti interpoſitionem, & abſolutio hoc ſolum opera
tur, vt contrauenien non incidat in periurium, non autem an
nullat contractum, vnde nullus diceret, ſecundum eum, ꝙ mi-
nor, qui iurat ſuper contractu, aut minor, qui iurat, & fuit dece-
ptus vltra dimidiam iuſti pretij, ſi abſoluitur a iuramento per
ſuperiorem, poſſit propterea venire contra actum, quia con-
tractus eſt aliquis & irreuocabilis, vbi vero actus non firmatur
iuramento, ſed ſolum iurans adſtringitur ad non veniendum
contra iuramentum, immediate cum eſt abſolutus, obtinet.
Nun enim obſtat iuramentum, quia eſt abſolutus a ſuperiore,
non actus, quia nullus, vnde qui iurat ſoluturum vſuras, aut nō
venire contra actum pignoratitium factum in forma venditio
nis, immediate cum eſt abſolutus, proſequi poteſt ius ſuum, qa
tale iuramentum non firmat promiſſionem, ſed ſolum obli-
gat eum ad non contrauenienduin, quod eſt no. dictum, & mē
ti commendandum perpetuo. Sed Ioan. Calder. & Paul. in quo
dam conſi. videntur ſentire contrarium in eo, quod dicunt, ꝙ
petens abſolutionem a iuramento confirmante contractū, de-
bet facere citari partem, quia tractatur de eius præiudicio, cum
ſublato iuramento, ſequatur reſciſſio cōtractus. Sed mihi plus
placet hoc dictum Ang. quia, vt ſup. dixi, per interpoſitionem
iuramenti, lex tollit prohibitionem, & ſic contractus remanet
validus ſine alia prohibitione. Non ergo debet reſcindi per ab-
ſolutionem iuramenti, quia contractus aſſumpſit vires ex con-
ſenſu partium iuramento vallato, vnde non ceſſat nunc ex to-
to cauſa confirmans, arg. C. quādo li. ab emp. diſce. per totum,
& l. nihil tam naturale, ff. de regu. iur. & in c. 1. eo. titu. & hoc te-
neas. Vnde merito dicit text. in d. authen. inuiolabiliter, &c. &
in d. c. 2. omnino ſeruandum, & c. quaſi de cætero debeat vale-
re, vt contractus. In contrarium tamen faciunt multa, quæ ſe-
quuntur. Item ſecundum opin. Angel. inutilis eſſet ſemper hęc
ſolutio, ſi contractus poſtmodum foret irreuocabilis, contra
cap. ſi vero, ſup. eo. vbi bonus text. Vnde poteſt diſtingui, ꝙ aut
contractus ſuſtinebatur ſolo iuramento, & tunc eo ſublato, dū
modo legitime, tollitur contractus, quia tollitur illud vinculū,
quo ſolo ſuſtinebatur, arg. opti. l. Stichum, §. naturalis, ff. de ſo-
lu. & c. cum ceſſante, infra de appel. Aut ſuſtinebatur etiā alio
iure, & tunc ſublato iuramento, datur facultas interpellandi
aliud remedium prius competens ad reſciſſionem contractus.
Exemplum, quando quis in contractu fuit deceptus vltra dimi
diam iuſti pretij, quo caſu contractus non eſt ipſo iure nullus,
ſed ſublato iuramento poteſt agi condictione l. ſecunda. C. de
reſcind. vendi. cap. pen. & cap. cum dilecti, de emptio. & ven-
di. vel quando in contractu inito per metum interuenit iura-
mentum, & ſic poteſt intelligi cap. ſi vero, præallega. hoc de 2.
10 quæſtio. † Nunc ad prædicta applico duo dubia quotidiana &
multum no. quæ diſputaui, & continentur in præalleg. diſput.
& veniunt ad limitationem prædictorum. Hic enim patet &
in iuribus præalleg. valere iuramentum contra legem ciuilem
emanantem principaliter in fauorem priuatum. Pone enim,
quod lex ſeu ſtatutū irritet etiam iuramentum, vel, forma non
ſeruata, diſponit quod contractus habeatur pro ficto & ſimu-
lato. Ecce in terminis ſtatutum diſponit non valere contra-
ctum minoris, vel mulieris ſine cōſenſu duorum agnatorum,
etiam ſi interponatur iuramentum; vel dicit, quod talis con-
tractus habeatur pro ficto & ſimulato: nunquid iuramentum,
forma ſtatuti non ſeruata, præſtitum obliget iurantem? Et ad
hos duos articulos multa adduxi pro & contra in dicta diſpu-
tatione, quæ cauſa breuitatis omittam, & ſolummodo veniam
ad deciſionem. Et primo præmittam opiniones principalio-
res, quas in materia reperio. Et primo ſciendum, quod Iacob.
de Belui. tam in filiofamilias, quam in minore prohibito con-
trahere ſine certa ſolemnitate, diſputat vnam quæſtionē, quid
iuris, ſi contraxit cum iuramento non ſeruata ſolemnitate ſta-
tuti? Et concludit in filiofamilias, ꝙ iuramētum dicto caſu nō
dat robur contractui, tum quia eſt acceſſorium ad contractum
nullum, ergo nihil valet dicta l. nō dubium, C. de leg. tum quia
contra bonos mores. Nam talis contractus præbet cauſam de-
linquendi, & parentes depredandi. l. 1. ff. ad Maced. & regu. non
eſt obligatorium, præallc. De minore dicit idem de iure ciuili:
ſed de iure canonico dicit eum obligari, per iſtum text. & d. c. 2.
& incipit quæſtio: Lege Peruſina cauetur, quam etiam recitat
Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de ſent. pro la §. vt autem. ver.
ſed pone, & ſimiliter tranſit Fede. de Sen. conſil. 271. tangit pri-
mum articulum, ſ. quando lex irritat contractum, & annullat
iuramentum, & loquitur in filioſamilias, & concludit iuramē-
tum valere, quia obligat in caſu fortiori, vt in authen. ſacramē
ta puberum, & hic, & in c. ſignificante, de pign. & dicto c. 2. de
pact. lib. 6. Nec obſt. quod ſtatutum non annullet iuramentum,
quia hoc non poteſt facere, cum nō pertineat ad forum ſuum,
ſed eccleſiæ, vt in c. venerabilem, de elect. Bart. in l. omnes po-
puli, ff. de iuſti. & iu. in 8. ſeu 9. col. dicit, quod aut ſtatutum ſim-
pliciter annullat iuramentum non ſeruata ſolemnitate, & non
valet. Aut diſponit, ꝙ contractu aliter celebrato, præſumatur
dolus, ſeu quod minores dolo præſumantur inducti, & valet.
Mouetur, quia ſtatutum præſumere poteſt dolum, ſed iuramē-
tum dolo extortum non valet, vt hic, cum ſimi. Do. Bal. tangit
in d. authen. ſacramenta, & dicit, ꝙ etiam ſi ſtatuta non fingāt
dolum & ſimulationem, tamen ſi habent rationem, & æquita-
tem, puta, quia malitia illius loci erat multum prompta ad de-
cipiendum minores, talia ſtatuta annullantia iuramentum va-
lent, nec iuramentum eſt obligatorium. Nam cum habeant
æquitatem & rationem naturalem, non poſſunt dici iuri con-
traria. Fatetur tamen bonam eſſe cautelam, quæ in multis lo-
cis ſeruatur, vt contractus contra ſtatuta geſti præſumantur do
lo, ſeu metu extorti. Sed idem Bald. in l. non dubium, C. de ll. vi-
detur aliam theoricā tradere. Dicit enim de iure canonico eſſe
dicendum, ꝙ interdum iuramentum tollit cauſam prohibitio
nis iuris fictione, & tunc ſeruandum eſt iuramētum. Verbigra-
tia, ſi cauſa prohibitionis eſt minor ætas, iuramentum fingat ma
iorem, & ideo tenet contractus: ſecus ſi non tollit cauſam pro-
hibitionis. Exemplum, ſtatutum prohibet minorem contrahe-
a re, quia fingit dolum: certe, ſecundum eum, iuramentum a nō
tollit cauſam doli præſumpti, & ideo nihil operatur iuramen-
tum, arg. l. ſi quis inquilinos, ff. de leg. 1. Tantum ergo iuramen-
tum operatur in cauſato, quantum operari poteſt in cauſa, nō
plus. Nec obſt. ſecundum eum, c. 1. de pact. lib. 6. & c. licet, infra
eo. titu. & li. & illud c. quia in iſtis cauſa prohibitionis erat de
iuſtitia poſitiua & mutabili & non de immutabili, & ideo in
iſtis poteſt iuramentum operari. Illa autem iuſtitia eſt mutabi-
lis, cuius tranſgreſſio non inducit peccatum de iure diuino. Il-
la vero eſt iuſtitia immutabilis, cuius trāſgreſſio inducit pecca-
tum, quia ius diuinum eſt immutabile, & in hoc fundatur, ſe-
cundum eum, regula non eſt obligatorium, lib. 6. Hæc ſunt ve-
ra, ſecundum eum, quando agitur de efficacia iuramenti reſpe
ctu iurantis, ſed quando prohibitio concernit alium, quam iu-
rantem, iuramentum vnius, alteri obeſſe non poteſt, vt not. C.
de bon. quæ lib. l. fin. §. filijs autem. Et ex prædictis breuiter con
cludit, ꝙ aut iuratur contra ius iurantis, aut contra ius tertij. Pri
mo caſu aut ratio prohibitionis fundatur ſuper æquitate natu-
rali, & non valet iuramentum, aut fundatur ſuper quadā æqui-
tate poſitiua, & tunc valet iuramentum. Tertio caſu non valet
iuramentum, quæ omnia dicit bene no. Ad c. debitores, reſpō.
ꝙ iuramentum ſuper vſuris eſt prohibitum in altero extremo,
ſcilicet in recipiente, ſed non eſt prohibitum in promittente,
& ideo promittens debet obſeruare iuramentum non in fauo-
rem hominis, ſed reſpectu diuini nominis, quia Deo iuratur,
poteſt peti tamen abſolutio, vt ibi, & in c. 1. ſupra eod. titu. hæc
Bal. & de hac materia aliquid per eundem in l. ſi. C. de non nu.
pecu. & in l. pactum, quod dotali, C. de colla. & in l. Seius & Au
gerius, ff. ad leg. Falcid. Do. Ant. hic tenet iuramentum in caſu
noſtro valere, licèt ſtatuta annullent iuramenta, vel prohibeat,
quia prohibere iuramentum non ſpectat ad iudices ſeculares,
nec ad legem ciuilem, vt no. Hoſtien. in c. quemadmodum, ſu-
pra eod. vbi dixi, & Fede. vbi ſupra idem dicit, ſi annullarent in-
ſtrumenta, vel fraudem præſumerent, alia non apparente cau-
ſa præſumendi, vel ſi imponerent pœnam venientibus contra
contractum, quia omnia talia confingi poſſent ad excludendā
iuramentalem obligationem via indirecta, vbi directa fieri nō
poteſt, contra regu. cum quid, lib. 6. d. c. quanto, de priui. Nec
obſt. ſecundum eum, quod dicitur de voto, l. 2. ff. de polli. vbi
ius

A D D I T I O.

a Iuramentum. Vide tamen, quod immo iuramentum faciat ceſſare præſum
ptionem doli præſumpti, quia per iuramentum præſumitur deliberata vo-
luntas, & omnia præſumuntur facta ex certa ſcientia, ut per Alex. in rub. ff.
de uerb. obli. circa fi. & in conſi. 233. inci. ſuper quæſitis, col. 2. in 5. volu.

Digitized by Google

ius ciuile diſponit ſuper voto, quia non valent leges illę, inquã-
tum infringunt votum, ad hoc quod not. glo. in capit. mulier
32.q.2.& hoc eſt dictum Feder. in d. conſi. 272. Sed ego intelli-
go ſecundum no. per Innocen. in c. ſcripturæ. de vo. non enim
11 derogatur ex toto illis legibus, vt ibi ſentit Innocen. † Et per
hoc putat, ꝙ alio extrinſecus non apparente, iuramentum ob-
liget prodigum, dum tamen ſit conſenſus capax, licèt aliud vo
a luerit Feder. conſil. 32. & Bart. a in l. is cui. ff. de verbo. obligat.
Ad hoc, quia in acquirẽdo æquiparatur pupillo pubertati pro-
ximo, vt no. in d. l. is cui. & ex delicto obligatur, vt ibi not. ergo
ex iuramento, de deli. pue. c. 1. & 2. Nec ſecundum eum ob. ꝙ
interdicta ſit ei adminiſtratio: quia per hoc non eſt ei interdi-
ctum iuramentum, nec interdici potuit. Nec obſt. quòd lex æ-
quiparet eum furioſo: quia non attenditur in hoc æquiparatio
legis, & quia totum hoc fit fauore ſuo. Nec obſt. ꝙ legis reſiſtẽ-
tia impediat naturalem obligationem, ff. de fideiuſ. l. cum lex,
& l. ſi non ſortem, §. 1. ff. de condi. indeb. ergo pari ratione iura
mentum. 22. q. 1. c. iuramenti, quia illud verum, quando illi ꝓ-
hibitioni conſonat ius diuinum, vt in vſuris. Item licèt poſſint
infringere naturalem obligationem, inquantum obligat partẽ
& etiam iuramentalem quoad ſecundariam obligationem, q̃
dirigitur in partem, non tamen infringit, nec infringere poteſt
obligationem iuramenti, inquantum principaliter dirigitur in
Deum, nec in hoc ſunt paria ſimplex loquela & iuramen
tum, quia iuramentum principaliter dirigitur in Deum, loque-
la in partem. Videtur ergo in effectu concludere D. Ant. quo-
ad vtrunque articulum, ꝙ iuramentum obliget, & ſit obſeruã-
dum, niſi quando lex ſeu ſtatutum præſumit dolum, ſeu fictio-
nem, & habuit legitimã cauſam hoc præſumendi: ſecus ſi hoc
fecit mero fauore minoris. Do. Card. refert hic ſe conſuluiſſe
ſtatutum valere, & impedire iuramentum, cum præſumit do-
lum, ſeu aliam iuſtam cauſam, & quia tunc contrahentes ſatis
videntur in dolo eſſe. Hę ſunt principaliores opiniones, quas in
materia reperiri potui, & vt habeas rem clariorem, ſubiiciam
per bimembrem diſtinctionem, quod mihi in hac materia vr.
Et dico ſic, aut ſtatutum ſine alia præſumptione fraudis prohi
bet obligationem, ſeu alium actum, etiam annullando iuramẽ
tum, niſi certa ſolemnitate ſeruata, aut pręſumit fraudem, dece
ptionem, dolum, metum, vel quid ſimile. Primo caſu dico iu-
ramentum obſeruandum, ex quo principaliter fauore ipſius
iurantis emanat ſtatutum, vt probatur hic, & in c. 2. & capit. li-
cet, & in auth. ſacramenta puberum. præall. Nec facio vim, an
ſtatutum dirigat verba prohibitiua in perſonam, aut ad rem,
vt ſupra pleniſſime dixi. Hæc pars ſatis ſupra probata eſt in in-
tellectu huius capit. Nunc reſtat reſpondere ad iuramentum
impugnatum per ſtatutum. Dico enim vt ſ. dixi, ſatis dictum
eſt, ſtatutum non poſſe impedire ex mero fauore alicuius, obli
gationem iuramentalem, quę acquiritur Deo, quia inferior nõ
poteſt imponere legem ſuperiori, in clemen. ne Romani, de
elec. & ſupra latius dixi. Item facit dictum Innoc. in capit. 2. de
b reg. vbi dicit, ꝙ in iſtis ſpiritualibus b ius naturale præfertur po-
ſitiuo. vnde concludit, ꝙ quoad offerendum filium monaſte-
rio non eſt differentia inter patrem & matrem, facit c. ſi annũ,
de iud. lib. 6. Vnde, cum contractus minoris vel mulieris, ha-
beat ſitum eſſe ſecundum naturalem æquitatem, & ſecundum
ius gentium, & interuenit iuramentum, non eſt curandum de
omiſſione ſolemnitatis iuris ciuilis, vt probatur in l. 3. eodem ti
tu. & in dicta auth. ſacramenta puberum, & ad idem facit quod
le. & no. in l. 2. C. de ſacroſanct. eccl. vbi concluditur, quòd in
concernentibus animam, attendimus ſolum ſolemnitatem iu
ris gentium, & non iuris ciuilis, & not. in capit. relatum, de te-
ſtibus. Nec potuit ius ciuile, ſeu ſtatutum, reprobare iuramen-
tum, etiam ſi minores erant ſoliti in tali loco decipi, quicquid
dicat Bald. in dicta authen. ſacramenta: quia hoc non ſpectat
ad legem ciuilem, ſed ad Papam, vt in capitu. venerabilem, de
elec. ad idem 96. diſtin. capit. ſi Imperator. vbi expreſſe dicitur
quòd in iſtis ſpiritualibus etiam Imperator debet habere re-
12 curſum ad Eccleſiam. † facit quod ponit Feder. conſi. 96. vbi di
cit non valere ſtatutum laicorum, quòd ea aliquo facto, ſiue
geſto, pręſumatur contractus vſurarius, puta ſi apparet ſolu-
tio de minore quantitate, quam contineatur in inſtrumento,
intelligatur contractus vſurarius, & habeatur pro plena proba
tione. Mouebatur, quia cognitio, vtrum debeat cenſeri con
tractus vſurarius, neceſſario tangit ſpiritualitatem, ideo non
poſſunt laici ſuper hoc conſtituere, capit. fina. de rebus eccle.
non alienan. & capitu. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitutio.
& capit. tuam, de ord. cog. & capit. lator, qui filij ſint legit. fa-
cit etiam quod not. Ioan. And. in cap. ſtatutum, de hære. lib.
6. vbi concludit conſimile ſtatutum non valere, etiam reſpe-
ctu pœnæ, vt ſi apponatur pœna contrahenti matrimonium
ſine conſenſu parentum. Sic dico in propoſito, quod licet ſta-
tutum laicorum poſſit prohibere contractum, non tamen po
teſt decernere inualiditatem iuramenti, ex quo non præſtatur
ſuper re turpi, quia non eſt de foro ſeculari, ſed eccleſiaſtico,
de iud. c. nouit, cum alijs ſuperius alle. Nec in hoc habet autho
ritatem Apoſtolicam: imò mitteret falcem in meſſem alienã.
Nec deceptionem, ſeu læſionem minoris curat Imperator, vt
in d. auth. ſacramenta puberum. Nec Papa in c. 2. de pact. li. 6. &
hic. Nam propter fragilitatem ſexus & ætatis multis deceptio-
nibus expoſitam, emanauerunt illa iura in fauorem minoris
& mulieris, vt ff. de mino. l. 1. & ad Velleia. per totum: & tamẽ
iuramentum in contrarium valet, quia habetur potius reſpe-
ctus ad animam, quam ad fauorem rerum temporalium, vt
hic & in ſimili, & hoc quoad primum membrum. Secundo
membro principali, quando ſtatutum non ſeruata ſolemnita-
te præſumit dolum, vel aliam illicitam cauſam, dico, quod aut
nulla apparet ſpecifica & veriſimilis coniectura præſumendi
fraudem, & non ſufficit quoad euacuandum iuramentum: q̃a
non apparente cauſa vrgente, non debet, nec poteſt impediri
obligatio quærenda Deo, argu. 25. q. 1. c. ſunt quidam, & quod
no. Innocen. in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. & melius in c.
quia plerique, in fi. de immu. eccle. & per legiſtas in l. fi. C. ſi cõ-
tra ius, vel vti. publ. eſſet enim tale ſtatutum cauſa perfidiæ &
periurij, contra l. 1. C. ſi aduer. vendi. & iſtum tex. cum ſimi. Aut
ſubeſt cauſa præſumendi, vt quia communiter in loco mino-
res decipiebantur, & inducebantur dolo ad contrahendum,
& ſæpe fingebantur contractus obligatorij contra minores, vn
de ſtatutum arguendo à communiter accidẽtibus, quod licet,
in cap. 1. de cler. non reſi. vbi per Cald. & Cyn. in l. neque nata-
les, C. de proba. induxit quandam ſolemnitatem, qua omiſſa,
præſumit ſimulatum contractum, ſiue doloſum, & tunc con-
ſtat in foro animæ per ipſum minorem contractum eſſe verũ,
& non fictum, aut doloſum, & puto ipſum adſtrictum ad obſer
uantiam iuramenti: quia in foro animæ creditur confitenti in
præiudicium ſuum, de homi. capitu. ſignificaſti, no. in clem. 1.
de pœ. & ceſſat ratio ſtatuti. Nam, ex quo ſtatutum eſt contra
obligationem diuinam, ceſſante cauſa ſtatuendi, ceſſat diſpoſi-
tio, vt no. ſentit Innocen. in capitu. quia plerique, de im. eccle.
in fin. facit quod no. glo. in capitu. non eſt, de voto. Et idem opi
nor dicendum quoad forum contentioſum, vt ſi aperto ore
poſtmodum confiteatur contractum verum eſſe, & non ſimula
tum, ſiue doloſum, quod teneatur ad obſeruantiam, cum ceſ-
13 ſat ratio & cauſa ſtatuendi. † Nam & contra præſumptionem
iuris & de iure, admittitur probatio in contrarium per confeſ-
ſionem eius, de cuius fauore agitur, vt probatur in auth. ſed iã
neceſſe. C. de do. ante nup. & in capitu. is, qui fidem, de ſpon.
14 † Et in d. capitu. quia plerique, de im. eccl. per Innoc. c ſing. dici-
c tur, quod poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatam, ſi cõ-
ſtat de eius iniquitate per confeſſionẽ partis, pro quo lata fuit,
debet reuocari: quia ceſſat præſumptio iuſtitiæ, quæ operaba-
tur tranſitum in rem iudicatam, multo ergo fortius debet hoc
dici in iuramento, quod principaliter obligat Deo, vt in d. c. de
bitores, & c. & ſi Chriſtus, ſup. co. Et hoc intelligo, quando con-
feſſio habet ſuas ſolemnitates requiſitas, & per hoc habes bo-
nam practicam in locis, vbi ſunt talia ſtatuta, vt facias iurãtem
interrogari in iureiurando, an interceſſerit ſimulatio, vel dolus, ꝙ
d bene no. Aut minor d ſeu mulier allegat fraudem præſumptã
per ſtatutum, ſed non dicit contractum licitum, & poterit ſer-
uari opin. Barto. & Bald. & aliorum, vt iuramentum tunc non
ſit obligatorium, quia non tollit præſumptionem ſtatuti legiti
me inductam. Ad hoc tex. ſing. in l. fina. C. de non nu. pec. vbi
patet, ꝙ ſimpliciter cõfitens ſe recepiſſe mutuum, tamen intra
bien-

ADDITIONES.

a Et Barto. Sed contrarium tenet Bal. in recolle. in l. ſi ſciens, ff. de contraha. em
ptio. dicens idem tenere Iaco. de Are. in l. qui habet, ff. de tut. cuius opin. te
nent Ange. & Pau. de Caſt. in d. l. is cui, ſe quendo Barto. ibi, quem ſequitur
Rayne. & Ange. in l. ſi quis pro eo, in princ. ff. de fideiuſſo. & Barto. in l. 1. in
4. colum. C. de ſacroſanct. eccle. in lect. & in l. fi. §. filijs autem, C. de bonis
quæ liberis, & in rubr. ff. de iureiuran. & in d. l. qui habet, & authen. ſacra-
menta, C. ſi aduerſ. vend. Sed opi. Do. Ant. in hoc paſſu ſequitur hic Imo. in
ſua repetit. in 5. membro prin. & Rom. in d. l. is cui. De hoc artic. vide etiam
per Bal. in l. pactum, in 8. col. C. de col. & melius per eundem diſtinguen-
tem, in l. 1. 20 fi. ff. de cur. furi. Et de iſta q. in terminis vide Bal. in §. furioſi.
in vlti. col. ver. ſed iuxta prædicta poteſt eſſe dubium, Inſtitu. de curat. per
Bal. in c. ex parte. in 1. col. de conſuet. & vide illum infra col. 3. in verſ. an co
tamen, quod D. Ant. reprobauit, &c.
b SEB. SAP. In iſtis ſpiritualibus. Hoc dictum refert Alex. in conſi. 59. col. 3.
in 2. vol. & in conſi. 39. in 4. volu.
c Per Inno. Illud dictum Inno. etiam refert pro ſing. idem d. Abb. Panor. in d.
c. is, qui fidem, c. fi. de ſpon. & in c. quanto, de præſump. & in diſput. ſua in-
cipien. ſtante ſtatuto, in 18. colum. vbi multum commendat hoc dictum In-
nocen. quod etiam pro ſing. tenet idem Domi. Abb. in capitu. 2. de purg.
vul. & in capitu. fraternitatis. de frigi. & in capitu. 1. circa med. de conſt.
vel. vel inuti. & in cap. eam inter, in 2. colum. de re iud. & ibi vide quæ circa
hoc addidi.
d SEB. SAP. Aut minor. Adde, quod indiſtinctè, ſi minor alienauit ſine de-
creto iudicis, non obſtante iuramento, poteſt contrauenire. Ita dixit ſignã
ter Bal. in conſi. 9. incip. factum, col. 4. in 1. parte. refert Bauar. a Bononia in
tracta. de virtute iuramenti, in 30. effectu.

a biennium a excipere poteſt confeſſionem emanaſſe ſpe futuræ
enumerationis, etiam ſi iuramentum a principio fuiſſet inter-
poſitum, vnde præſumptio iuris non operatur effectum ſuum,
etiam ſi interceſſit iuramentum, vnde tio. ibi probatur, quod
omnis præſumptio, quæ eſt in ꝯtu, vel conditio tacita intelligi
tur in iuramento ſuper eo præſtito, quod etiam no. ibi Bal. & p
Iano. in c. veniens ſupra eo & in c. per tuas, ſupra de arbi. & ſu-
15 pra dixi in c. Quintauallis, & hoc de ſecundo. † Vnum tamē nō
omitto, quod eſt in hac materia ſingulare, ꝙ in illis caſibus, in
quibus dixi iuramentum ligare, non debet iudex ſecularis di-
cens contrarium de hoc cognoſcere, quia cum inter rationum &
opinionum conflictu, reddatur ſaltem probabile, dubium de
validitate iuramenti, non poteſt iudex ſecularis de hoc cogno-
ſcere. ſed debet referre ad iudicem eccleſiaſticum, de ord. cog.
c. tuam, de ſent. exc. c. ſi iudex laicus, lib. 6. de iu. c. nouit no. de
foro compet. c. cum ſit generale, & per Io. And. eo. tit c. ſi. lib. 6.
& per Bar. in l. Titia. ff. ſol. mat. & l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. & vr̄
aperte ꝓbare tex. in c. venerabilē, de elec. ꝙ ſolus Papa de hoc
cognoſcat, ex quo oritur ꝓbabile dubium. Sed Specu. in titu. de
lega. § nunc oſtendendum. ver. item Papa, ſing. dicit, ꝙ etiam
inferior a Papa pōt interpretari iurm̄, quādo dubitatur de eius
validitate. Ad c. venerabilem, reſpondet dupliciter. Primo ꝙ ꝓ-
cedit in negotiis arduo, & inter perſonas magnas, vel quando
vult dare licentiam contrauenienendi ſine permutatione & cō-
mutatione aliqua, & hoc dictum Specu. ſequitur do. Ant. ſupra
eo. c. quanto. Ego adduco ad hoc, dictum Innoc. ſup. eo. c. debi-
tores, vbi patet ipſum Epiſcopum poſſe ſuper iuro diſpenſare,
& ſic fortius interpretari, quinimo ēt de interpretatione expreſ-
ſe ſentit in exemplis per eum ibi poſitis, & per hoc habes deci-
16 ſionem illorum dubiorum. † In eo tamen, ꝙ do. Ant. reproba-
uit opin Fed. in prodigo, plus mihi placet opin Fede. duplici ra-
tione, qa, ex quo erat ſibi interdicta adminiſtratio, iurm̄ nō po-
terat habere efficaciam, ar. ſup. eo. c. ſicut ex literis. Item, & me-
lius iudex interdicendo adminiſtrationem, tanquam prodigo,
videtur ex iuſta cauſa præſumere dolum & fraudem ſecum cō
trahentis, ergo iurm̄ non obligat rōne fraudis præſumptę, arg.
hic, & ex ſupradictis. Et hanc opin Fed. ſequitur Bal in l. 1. C. de
ſacroſan. eccl. dicens, ꝙ ex ꝯrio interdictio eſſet fruſtratoria, &
hanc opin. dicit etiam tenere Iaco. de Arc. in l. qui habet, ff. de
17 tute. † Ex prædictis poteſt inferri b ad deciſionem talis qōnis, an
b donatio facta vltra legitimum modum ſine legitima inſinua-
tione, cōfirmetur iuro, vel ſaltem tale iurm̄ ſit obſeruandum?
Bal. in l. id quod pauperibus, C. de epiſ. & cle. tenet ꝙ non, quia
pp fraudem, talis donatio ſine inſinuatione a iure eſt prohibi-
ta, vt l. data, C. de do. vide latius per Io. And. in addi. Spec. in tit.
de inſtr. edi. § porro, ver. ꝙ ſi. Nam ibi ſentit ꝯrium, & poſt mul
ta vr̄ concludere iurm̄ ſeruandū, niſi dolo, vel metu fuerit prę
ſtitum, ꝙ plus mihi placet, qa lex ciuilis non præſumit firmiter
dolum in tali donatione, ſed induxit illam prouiſionem, vt vi-
taretur fraus, quæ poſſet interuenire ſine inſinuatione, vt lex
adſtringit in d. l. data, de do. Emanauit ergo prouiſio illa, vt ſub
ueniret deceptionibus priuatorum, ergo valet iurm̄ in ꝯrium,
quia quis præſumitur informatus veniens ad iurm̄, facit c. a. de
pact. lib. 6. iuncto eo, quod no. Bart. in l. ſi quis pro eo, ff. de fide-
iuſſ. ad idem c. illud, & c. licet, eo tit. lib. 6. in auth. ſacrā puberū,
C. ſi aduer. vend. & propter vitandam deceptionem & læſionē
fuit introductum, vt in contractu minoris interueniret autho-
ritas tutoris, ſeu præſidis, C. de præ. mino. ſine decre. non alie. p
totum, iuncta l. 1. ff. de mino. & tamen iuramentum a minore
do, eodem modo intelligitur iuramentum. Non enim ſe extẽ-
dit, niſi quatenus eſt conſenſus. d. l. vlt. C. de non nume. pecu. &
29 l. fina. ff. qui ſatiſd. cogan. l. ſi libertus, ff. de oper. liber. †Octauus
caſus, quando contractus prohibetur ratione rei, ſeu materiæ,
ſuper qua contractus ſit, vt ſi contrahitur ſuper re, cuius nõ eſt
commercium, tunc putat Bar. ꝙ non validetur iuramento, qa
videtur concernere impoſſibile de iure, vel de facto. l. apud
Iulia. in fin. ff. de lega. 1. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram, ff. de
verbo. obliga. facit reg. nemo, de reg. iur. lib. 6. & quod not. Dy.
30 in reg. ſemel Deo, in 6. †Nonus caſus, quando aliquid prohibe-
tur propter alias ſubditorũ vtilitates. Exemplũ in l. cum hi. ff. de
trãſ. vbi ꝓhibeť trãſactio ſuper alimẽtis, & l. pactum, C. de pact.
e vbi prohibetur pactum, [e] per quod quis renunciat ſucceſſioni
futuræ.

ADDITIONES.

a In facto. Et iſtam opin. Do. Ant. refert & ſequitur Do. Alexã. de Imo. in conſi. 221. incip. uiſo puncto, & inſtrumentis, in ult. col. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ſupra de uerb. oblig. ubi dicit quod iſta opin. eſt æqua & iuſtificabilis. Io. de Imo. hic in 31. char. & in c. Quintaualis, in antep. char. ſup. eo. & in c. quamuis, de pac. & l. quæ ſuperſtitis, de acq. hære. multũ dubitauit, an hæc opi. ſit uera propter illud, quod tenent gl. ord. approbatæ communiter gl. in c. pen. de emp. & uen. & glo. in l. 2. C. de reſcind. uendit. quæ in iſtis locis tenent, ꝙ ſi fiat uenditio citra dimidiam iuſti pretij, quo caſu interuenit deceptio re ipſa, non poſſit tamen reſcindi cõtractus, ſi ſuper eo interuenit iuſm. Sed aduerte, quia gl. illæ loquuntur, qñ iuſm fuit interpoſitum a maiore, nos loquimur in minore. Præterea illæ glo. nihil loquuntur circa relaxationem & abſolutionem iuramenti, ſed ſolum loquuntur, nunquid habeat locum remedium illius l. 2. & ſic non multum ad rhombum. Et vide quod conſuluit Bal. in conſi. incip. in Chriſti nomine, conſilium di. &c. vbi dicit, quod ſi minor iurauerit non contrauenire contractui ratione minoris ætatis, nec ex alia cauſa, non obſtantibus prædictis uerbis, poterit intentare beneficium l. 2. C. de reſcin. uend. motus, quia non præſumitur conſenſus, ubi eſt enormis læſio, & ita uoluit ſing. Pet. & Cy. in d. l. 2. in 14. q.

b Quæſtionem. Hoc dictum refert & ſequitur Abb. in c. iniuſtum 1. de rer. permut. & And. Sicul. in c. cũ dile. in 1. ſtra de emp. & uend. & in conſi. 16. col. 3. incip. ſapienter ſcribet, 2. uol. Sebaſt. Sap.

c Iuramentum. Vide Feli. in c. cum ſuper, colum. 3. uer. nn. etiam. ſupra de offic. deleg. Iaſ. in l. 1. §. ſi quis ita. col. 9. uerſi. ult. circa iſtam quæſtio. ff. de uerbo. obligat. Seb. Sap.

d Teſtamento. Iuramentum in teſtamento non ſolemni interpoſitum, habet uim clauſulæ codicillaris, & idem dicit hic Imo. in repet. 24. charta, in ult. col. & Bar. in l. ſi quis pro eo. in pe. col. ff. de fideius. & in l. ſi quis in prin. ante ſi. prin. ff. de leg. 3. & in l. eam quam, in 6. caſu. C. de fideicom. & Io. Iac. de May. in §. item ſi quis, in 3. col. Inſti. de actio.

e Pactum. An pactum ſuper futura ſucceſſione firmetur iuramento, uide Do. in c. quamuis, in 4. co. de pac. in 6. & glo. relatam ad tex. in uer. illicitum, in c. uenerabilem, de elec. & Bar. in d. l. pactũ quod dotali, C. de pact. et gl. in l. ſi quando, C. de inoff. teſta. et in l. pactum, C. de col. ubi Bal. in 5. op. Bar. in l. ſi quis pro eo, in 1. membro, ff. de fideiu. et in l. fin. uer. ſecundo quæro, C. de pact. Et an teneat iuramentum de futura ſucceſſione? dic, quod non, de quo uide plene per Io. de Lig. in c. nulla, de conceſ. præben.

Digitized by Google

futuræ. Etiam his caſib. putat Bar. in d. l. ſi quis pro eo, quod pactus de iure canonico firmetur iuro, vt in d. c. 2. de pact. lib. 6. quia hæc non ſunt prohibita, quia contra bonos mores, aut vtilitatem publicam, ſed vt prouideretur vtilitatib. ſubditorum; quia de facili pro modico remitteretur illud ius futurum. Idē putat
a in donatione, a quæ prohibetur inter vir. & vxo. & h. d. tenere Gul. de Cu. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero, ff. de iu. iu. Idem tenet Fed. de Senis conſi. 140 vbi plene vide, & videtur velle, quod firmetur iuramento. D. Anto. tenet iuramentum valere, ſed non cōfirmare donationem. Tu de hoc dic, vt ſupra plene dixi. Vide Ioan. de Lig. in cle Romani. infra eo. vbi idem tenet. Sed aduerte quatenus hic dicit Bar. valere iuramentum ſuper tranſactione alimentorum. Contrarium tenet in d. l. cū hi, qui, in prin. Idem ſentit in d. l. de his, ff. de tranſac. quando fit trā
b ſactio, non viſis verbis teſtamenti. Contrarium b tenet hic Do. Ant. & melius: quia vtroq; caſu principalis vtilitas eſt priuatorum facit l. 1. & quod ibi no. C. de pact. An aūt donatio facta filiofam. per patrem. confirmetur iuramento, vide per Bald. in l. 2. C. dē inoffic. don. & quod in ſimili no. Io. And. in addit. Spe. in tit. de teſte. §. 1. verſi. ſed pone filius, vbi quærit, an donatio facta patri per filiū exiſtentem in poteſtate, valeat interpoſito iuramento? Vide tam in patre, quàm in filio per Bart. in l. frater a fratre. in vlt. col. ff. de cond. indeb. & tex. & gl. in l. 2. C. de inoff.
31 do.† Decimus & vltimus caſus, quando iuramentum interponitur in actu, cui lex non aſſiſtit, nec expreſſe reprobat. Exem-
c plum in ſtipulatione c alteri facta, Inſtit. de verb. oblig. §. alteri, vel in pacto nudo de iure ciuili. Bart. putat, quod de iure canonico conuentio validetur, ſicut pœnalis ſtipulatio ſuper eo appoſita, d. §. alteri. Aduerte, quando præceſſit pactū, non dubito de iure canonico, per c. 1. de pact. & plenius de iuro extraiudiciali, quādo non eſt contra legem, an ex eo detur actio, no. in c. cum veniſſent, de inſti. dic, vt ibi, & etiam reſpectu iuris ciuilis. Ponit D. Ant. vnum notabile & ſingulare dictum, dicens, quod vbicunque præcedit obligatio naturalis, iuramentum ſuper illa præſtitū, ēt de iure ciuili, inducit obligationem, per tex. in l. vt iuſiur. ff. de oper. lib. ad idem l. 1. §. debitum, ff. de conſtitut. pecu. Sed ego dubito in ſtipulatione alteri facta, an confirmetur iuramēto, de quo vide bo. gl. in c. quoties. 1. q. 7. & poſſet dici, quod vbi oritur naturalis, confirmetur: alias ſecus. Quando ſit, colligitur ex no. in l. ſtipulatio iſta §. ſi quis inſulam. ff. de verb. obliga. & in l. 1. ff. de pact. vide quod plenè dico ſuper procē. huius lib. vbi trā
32 go, an de iure canonico quis poſſit alteri ſtipulari. † Ex prædictis reuocatur in dubium. an valeat pactū iuramento firmatum de
d non cedendo bonis? d vide Feder. conſi. 40. Item, an iuramentum obliget fideiuſſores dotiū? Bar. in d. l. ſi quis pro eo, dicit, quod non, quia præceptū dirigitur ad perſonam. D. Anto. tenet iſtud dictū. ſed alia rōne, quia eſt contra bonos mores, cum noretur quædam perfidia & diffidentia inter coniuges. Certè poſſet attentari contrarium, quia non ſunt boni mores naturales, ſed ciuiles, vt ſupra dixi. Nam procedit hoc ex quadam æquitate poſitiua, quæ eſt variabilis. Nam ſicut adueniēte paupertate, vxor ſibi conſulit, vt in c. per veſtras, de dona. inter vir. & do. poſt diuor. reſtit. ita & a principio videtur, quod poſſit ſibi cōſulere, quia melius eſt ante tempus occurrere, quàm poſt cauſam vulneratam, remediū quærere, l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſ. vnde poſſet hodie lex ſtatuere contrarium, ita quod quis per iuramentum poſſet renunciare huic fauori, maxime argu. l. 1. ff. ſol. mat. & hic. Et hæc ſufficiant pro complemento huius profundiſſimæ materiæ. In gl. ſi. intelligo glo. ſecundum doct. quādo directe fieret in præiudicium filiorum: tunc enim non valeret, pura, quia bona eſſent obligata ex teſtamento aui, vel aliter. Secus indirecte: nam ſemper præiudicat filijs, quia alias ſucceſſiſſent in re illa, ſi non fuiſſent alienata, & vide quod no. gl. in dict. cap. 2. de pact. lib. 6.

ADDITIONES.

a Donatione. An donatio inter virum & vxorem validetur iuramēto, vide per eundem D. Abb. in c. fi. de dona. inter vir. & vxo. & quod ibi no. & quod ibi latiſſime per Imo. & hic in repet. in 44. char. in 4. col. illius chartæ, ver. circa tertium, an valeat donatio.

b Contrarium. Et idem tenet Imo. hic in pen. charta, & iſta eſt melior, per rationem Bar. quia hic non eſt prohibitum, quod ſit contra bonos mores, ſed quia de facili pro aliquo præſenti quis renunciaret alimentis futuris, & hoc principaliter non tendit ad fauorem publicum: ergo debet valere renunciatio cum iuramento, quamuis Fulg. in d. l. cum hi, ſequatur ibi Bart. alij non tangunt, & idem Fulg. in l. qui fidem, in prin. ff. de tranſactio. per illum tex. coniuncta gl. Et idem tenet Bal. in l. pactum dotali, in vlt. q. C. de colla. motus, quia iuramentum, per quod quis incidit in periculum mortis, vel in diſcrimen vitæ, non valet, nec eſt ſeruandum, prout eſt iſtud iuramentum, per quod renunciatur alimentis de futuro.
Contrarium. Vide Alex. in l. ſi conſtante. §. quoties, ff. ſolu. mat. & in conſil. 11. incip. viſo, col. 6. in 2. volu. cum alleg. per D. Bal. in l. de his, col. 3. ver. not. ſeq. ff. de tranſact. Sebaſt. Sap.

c Stipulatione. Et quod ſtipulatio alteri facta validetur iuramēto, vltra D. Ant. hic, in 11. col. uer. ſextus caſus, quando lex non reſiſtit &c. Idem tenet Bal. in §. ſi quis alij, in fi. Inſtitu. de inutt. ſtipul. & de hoc per Pet. de Anch. in c. licet mulieris, in pe. col. de iureiu. lib. 6. & per D. Ant. ſupra in proœm. Greg. in 16. col. vbi tenet quod ex ſtipulatione alteri facta poſſit agi, ſi ſit interpoſitū iuramentum, quod tenet Bar. in l. ſi quis pro eo, in 6. memb. ff. de fideiuſſo. Imo. hic in 13. charta, dicens ad hoc eſſe gl. ſing. in c. quoties, quam alleg. hic iſte. Et idem tenet Bal. in auth. ſacramenta, C. ſi aduer. vendi. in vlt. col. & in l. pactum, in 9. q. C. de codi. & in rubr. C. res inter alios acta, et Pet. de Anch. in clem. 1. de iureiur. et in cle. 1 in prin. de vſur. et Roma. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. in ult. col. de uerb. obli. et eſt de mente Bar. in l. cum quis decedens §. codicillis, de legat. 3. Sed tu prædicta intellige de iure canonico: nā de iure ciuili non uidetur poſſe agi ea tali ſtipulatione, etiam iuramēto uallata, per tex. ſing. in l. certum. §. ſi quis abſente, in uer. quia nec qui iurat, ff. de confeſ. et uide de hoc Bal. in l. quod procurator ex re, ff. de proc. Imo. in repe. huius c. punit in 40. charta, ver. octauum membrum eſt.

d Cedendo bonis. Vide hic D. Ant. in 16. col. in uer. ex hoc patet &c. Et ſi tu uis uidere illum paſſum, an ualeat iuramentum de non cedendo bonis, eleganter diſputatum, uide Do. de Rota in nouis deciſ. 108 quæ incipit, utrum poſſit renunciari, et eoſdem in antiquis deciſio. 105. quæ incipit item no. quod ſecūdum aliquos, & plene hic per Imo. in repet. in 12. char. et per eundem Imo. in 44. char. in vlt. col. illius char. circa principium. Contrariam partem uidetur tenuiſſe idem Do. Ant. in hoc eod. c. in 16. col. in uer. ex his deciditur, et uidetur approbaſſe diſtinctionem, cum qua tranſit iſte.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, ratione pacis fractæ, habet iuriſdictionem in laicos.*
2 *Iudex eccleſiaſticus, compellit laicum relaxare iuramentum turpiter receptum in omni materia.*
3 *Propter delictum domini, poteſt ſua terra ſubijci interdicto.*
4 *Iuramentum de redeundo ad carcerem, an ſit obligatorium.*
5 *An iurans obligetur, ſi non conſentiat ille, cui fit iuramentum.*
6 *Si duo inuicem iurant, & alter iuſtè impediatur adimplere, ſecundo iurans non obligatur.*
7 *Quid ſit bellum propriè ſumptum, & bona mobilia ſtatim efficiuntur capientium, ſed poſtea aſſignantur Duci belli, vt ea diſtribuat; immobilia vero publicantur.*
8 *Non recognoſcens ſuperiorem, poteſt indicere bellum, & hodie inter Chriſtianos non obſeruatur ius captiuitatis & poſtliminij.*
9 *Recognoſcens ſuperiorem, ſi iuſte mouet bellum contra ſubditos, poteſt concedere, quod ſubditi capiantur, & bona eorum, & ipſi capti dicuntur potius obſides, non captiui.*
10 *Mouens bellum iuſtè contra non ſubditos, vt puta pro defenſione ſua vel rerum ſuarum, poteſt percutere & interficere cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
11 *Imperator an iuſte poſſit indicere bellum contra Papam.*
12 *Papa iuſtè poteſt priuare Imperatorem, & alios Reges.*
13 *In dubio an bellum præſumatur iuſtum, vel iniuſtum.*
14 *Si auferrorem meam ab aliquo, an detur illi, a quo abſtuli, actio vi bonorum raptorum.*
15 *Licitum eſt mihi furto recuperare rem meam, non tamen per mendacium, ſi aliter illam recuperare non poſſum.*
16 *Vocati ad bellum iuſtum, vel iniuſtum, an agere poſſunt contra vocantem ad damna & expenſas.*
17 *Mandans tenetur de caſu fortuito, de quo veriſimiliter erat cogitandum.*
18 *Vocans ad bellum, an poſſit agere vi bonorum raptorum contra illos, qui ſpoliauerunt vocatos.*
19 *An vaſalli ſeu milites vocati teneantur ire ad bellum.*

CAP. XXIX.

SIcut & infra. Fides etiam iurata ſeruanda non eſt, ei, qui fidē frangit. Ego comprehendendo totum tex. ſummo ſic. Mouens bellum iniuſtū, compellitur reſtituere, quæ per violentiam occupauit, & eos abſoluere, a quibus indebitè iuramenta extorſit. hoc primo vſque ad ver. (Iuramentū.) abinde vſq; ad fi. ſecundum verū intellectum h. d. Nō adſtringitur quis iuramento ad implendū, quod iurauit, ſi ab alio non impletur, cuius reſpectu præbuit iuramentū, & vt patet ex prædictis, ſunt duæ partes. Secunda, ibi, (Iuramentum.) Et pone ſic caſum literalem. Quidam Henricus iniuſte mouit bellum contra quendam Ioan. in quo multa eius bona per violentiam occupauit, ac eū captum forte ad iurandum induxit, vt bona ſic occupata non repeteret. Vel ſecundū aliū intellectū, relaxauit eum iuramento de redeundo ad vincula, & hoc fuit primū iuramentū, de quo tex. in princ. loquitur. Demum præſtitit aliud iuramentum, de quo in fine literę, non apparet ſuper quo: ſed forte ſecūdum Hoſt. & Ioan. promiſit Henrico centū libras, ſi ipſum nō offenderet, & ille, licet promiſerit, & iurauerit forte non offendere dictū Ioan. nihilominus eū offendit: quibus peractis iſte Ioan. fuit conqueſtus Papæ, petens ſuper omnib. de opportuno remedio ſibi prouideri. Papa commiſit cauſam quibuſdā, quibus mandat reſpectu primi iuramenti, vt habetur in litera in prin. reſpectu ſecundi, reſpondet quid iuris, vt in ver. (Iuramen
a tū) & ſic clara eſt litera. No. 1. ex parte priori, quod bellum mouēs, a tenetur reſtituere oia occupata, quod procedit quādo iniuſte mouit bellum, vt in litera, in ver. (Iniuſte) aliàs ſi iuſte facit, non tenetur ad reſtitutionem, ſecundum Hoſt. ſed facit ſua, quæ occupauit. 23. q. 5. c. dicat, & no. 1. diſt. c. ius gētiū, & infra latius dicam.

ADDITIO.

a Bellum mouens. Vide Bald. in c. 1. de mil. uaſal. qui contu. eſt. Alexan. in l. ſi quid bello, ff. de cap. et poſtlimi. reuer. Moder. in l. ex hoc iure, ff. de iuſti. et iure. Sebaſt. Sap.

1 cam.† No.2.eccleſiam habere iuriſdictionem in laicos ratione
pacis fractæ, & poſſe directe inuaſorem compellere ad reſtitu-
tionem. Nā ſi bene ponderabis hanc literā, non fuit proceſſum
per viam denunciationis, cū nulla præceſſerit monitio: ſed via
directa per viam querelæ fuit aditus Papa, tam ſuper relaxatio-
ne iuramenti, q̄ ſuper reſtitutione inuaſorum, quod ſing. nota-
bis pro intellectu c. nouit, de iud. in ver. licet, & duplex pōt eſſe
huius dicti ratio. Prima, quia hoc dictum non poterat eſſe non
notoriū in loco, ratione cuius Papa iuriſdōnem exercet in lai-
cos, vt dixi in d. c. nouit. Secunda, quia rumpēdo pacem, venit
quis directe ↄ charitatem. d. ver. licet, & ſic loquitur directe cō-
tra principale præceptū Dei, merito ipſius vicarius cognoſcit,
iuxta no. in c. cum ſit generale, de foro comp. No.3. & tene mē-
2 ti, † ꝙ iudex eccleſiaſticus compellit laicum relaxare iuramen
tum ab eo turpiter receptum, nedum in materia vſuraria, vt in
c. 1. ſupra eo. ſed etiam alias qualitercunque turpitudo reperiť,
ex quo ex parte recipientis non poteſt ſeruari ſine diſpendio ſa
lutis æternæ. Ex hoc & ex tex. Infero, ꝙ etiam iuramentum tur-
piter receptum, obligat partem ſaltem ſecundario: aliter non
poſſet relaxari ſaltem a parte: nam obligatio præſupponit vin-
culum. l. decem, ff. de ver. ob. & c. ad diſſoluendum, de deſpon.
3 impube. faciunt ea, quæ ſupra dixi in c. 1. † Not. 4. ꝙ propter deli-
ctum domini perſeuerantis in contumacia, poteſt ſua Terra
ſubijci interdicto, donec ille ſatisfecerit. & ſic no. ꝙ non eſt ſpe-
ciale in matrimonio id, quod habetur in cap. non eſt, infra de
a ſponſ. ad hoc vide [a] bo. gl. 24. q. 3. in ſum. & 1. q. 1. in ſum. † Not.
4 intelligendo, quod iſte præſtitit iuramētum [b] redeundi ad car-
b cerem, ꝙ tale iuramentum eſt obligatorium, quod intelligo,
quando bellum eſſet iuſtum, tunc enim peccaret non redeun-
c do, vel fugiendo carcerem, [c] vt no. gl. 1. diſtin. c. ius gentium. &
per Bar. in l. relegati. ff. de poenis. Secus vbi detentio eſſet iniu-
rioſa, & timeretur tunc de periculo perſonæ, quia tunc iuramē
tum non poſſet ſeruari ſine periculo ſalutis corporalis. 12. q. 2.
c. fi. & no. ſupra eo. c. ſi vero. vide gl. ſing. in clem. paſtoralis, de
re iud. in ver. per violentiam. & quod no. Io. And. ſuper rub. hu
ius tit. in addit. Spec. & ſic limita dicta doct. hic. Vnde oportet
tunc intelligere iſtum tex. ꝙ hæc abſolutio fit ad cautelā, ſ. quo
ad opi. vulgarium, arg. ſupra eod. c. tua. vel quod hic non erat ti-
5 mor perſonæ, ſed rerum. † No. ex ſecunda parte, ibi, [Si de aſſen-
ſu,] ꝙ per iuramentum, vel pactum nullus obligatur, niſi con-
ſentiat ille, cui fit iuramentum, quod dicit Pet. eſſe notandum:
quod putat verum D. Ant. niſi ratificet poſtea. Item hoc verū
quo ad obligationes partis, ſed quo ad obligationem, quæ diri-
gitur in Deum, ſatis obligatur in abſentia, per no. ſupra eo. c. de-
bitores, & c. cum contingat. eo. Ego dico ſic, ꝙ aut quis iurauit
principaliter in fauorem Dei. i. intendēs principaliter Deo pla-
cere, & non requiritur alterius conſenſus. Nam Deus vbique
præſens eſt: vnde conſulto de iuramento, compellitur ad obſer
uantiam, ſupra eod. c. & ſi Chriſtus, in ver. licet. facit quod not.
Inno. in c. ex parte, de cenſi. Aut iurauit intendens principaliter
placere parti, & tunc Deus recipit, ſed ad commodum partis, li
cet abſentis, & quia primaria obligatio dirigitur in Deum, ſu-
pra eo. c. debitores: verū ſi pars non curat de implemento, nec
etiam Deus, in c. 2. & quod ibi no. de ſpon. & hoc reſpectu exi-
gitur conſenſus partis. Sed non puto hunc eſſe intellectum hu-
ius cap. quod conſenſus partis hic ponderatur ad inferendum,
iſtum Ioan. non eſſe obligatum, ſi altera pars neglexerit ſerua-
re quod promiſit. Sed credo, quod ponderatur reſpectu tacitæ
conditionis. ſ. ſi ille H. obſeruaret, quod promiſit. q. d. ſi aſſenſu
vtriuſque partis quiſque iurauit, reſpectu eius, quod erat ꝑ aliū
implendum, non teneatur iſte Ioan. implere, ſi ille H. negligit
6 obſeruare, quod ꝓmiſit. † Sed quæro: hic dicitur illū Io. non obli
gari ex ſecundo iur̄o, ſi ille H. negligit obſeruare, &c. Quid ſi nō
negligit, ſed neceſſitas, vel aliud iuſtum impedimentum eum
excuſat? Sol. dicit Hoſt. ſecus eſſe, alleg. ſup. eo. c. breui, & c. que
relam. Sed certe illa iura non faciunt ad ꝓpoſitum nr̄m: probāt
enim ſolum, ꝙ impedimentum excuſat, quoad hoc, vt iurans
non incidat in periurium non obſeruando, quod iurauit, ſed ꝙ
alia pars teneatur ad obſeruātiam ſui iur̄i, ex quo reſpectiue iu-
rauit, illa iura non ꝓbant, nec dictum eſt verum, quia iſte vr̄ ta-
cite ſub conditione iurare, ſ. ſi aliter impleret, quod iurauit, qđ
tenet hic do. Ant. & adducit no. in c. fi. de ↄdi. appo. Ego addu-
co tex. cum ibi no. in l. ſi vno. §. item cum qdam, ff. loc. vbi pa-
tet, ꝙ ex caſu ↄtingente in ꝑſonam illius, q locat operas ſuas, ſa-
lariū nō debetur, ad idem l. 1. C. de re mili. lib. 12. & l. ſcio, ff. de
annu. leg. & facit ꝙ no. Bar. in l. diem functo, ff. de offi. aſſ. & l. in
reb. ff. cōmo. & l. ſi cum dotem. §. ſin autem. ff. ſol. matrim. Sed
quæro, quid ſi iſte H. nollet iſtum abſoluere a iur̄o? Dicit Hoſt. ꝙ
Eccleſia abſoluet, vt in c. ſi vero, ſupra eod. vel fiet prius com-
pulſio, de qua in litera. Tn̄ dic, vt plene dixi ſupra c. 1. Glo. 1. ex-
tende & declara, vt ſupra dixi in vno notabili. materiam glo. 2.
ſtatim reaſſumam, & dic, vt dicam ſtatim. Ad contrarium gl. fi.
dixit Ioā. And. quod ibi fides data fuit Deo, hic autem homini.
Declara tu latius, vt dixi ſup. eo. c. 2. vbi declaratur ſecunda pars
7 huius capituli. † Nunc reſtat expedire quædam notabilia dicta
Inno. hic, & in c. olim, il 1. de reſti. ſpol. quæ hic reſeruaui, tum
vt materia non eſſet ſparſa, tum quia illud c. ſatis eſt oneratum
ſua materia intrinſeca. & dicta hæc concernunt materiam bel-
li, de quo etiam per Doc. in c. pro humani, de homi. lib. 6. dicā
ſatis concluſiue, quia materia de ſe longa eſt. Et primo quæro,
quia hic mandatur inquiri, ſi iniuſte iſte Henri. mouit bellum,
d quod dicatur bellum iuſtum, vel iniuſtum. [d] Sol. de hoc vide gl.
23. q. 2. in ſum. vbi ponūtur quinque ſpecies iuſtitiæ. Hoſt. in d.
c. 1. de homi. lib. 6. & Ioan. And. poſt eum ponit ſeptem, vbi vi-
de. Sed tu, expediendo Inno. hic, & in d. c. olim, breuiter dicas,
ꝙ duplex eſt bellum, quoddam ꝓprium, quoddam improprium.
Bellum proprium eſt, quod authoritate iuris, ſeu Principis ſu-
periorem non recognoſcētis inducitur, vt eſt Imperator, & ma
e xime Papa, [e] ſm Hoſt. 23. q. 2. c. 1. ff. de capt. & poſtlim. reuer. in
l. hoſtes. ff. de ver. ſign. l. hoſtes. Papa autem nulli ſubeſt, de iud.
c. nouit. de elec. c. licet, in fi. & 9. q. 2. c. cuncta per mundum. Et
pro hoc, ꝙ Papa ex cauſa poſſit indicere bellum contra laicos
Chriſtianos, vide in ca. pro humani, de homi. lib. 6. vbi ratione
delicti, exponit bona laicorū quibuſcūque. Item inducit ſerui-
tutem, vt in c. ita quorundam, de Iudę. & 15. q. vlt. c. cum mul-
tæ, eum ſi. Et in iſtis præſertim duab. cōſiſtit ꝓprium bellum, vt
ſcilicet capti efficiantur ſerui, & bona efficiantur capientium.
Et ex his ſequiť tertium, ſ. ius poſtliminij, de quo in l. poſtlimi-
niū. & l. ſi qd in bello, & l. hoſtes, ff. de capti. & poſtli. re. & eſt in
telligendum, ꝙ bona efficiuntur capientium a principio, tamē
debent poſtea aſſignari duci belli, vt ea diſtribuat inter pugna-
tores, ſm eorū merita, & ita ſeruať de facto. Sic intellige, qđ le-
gitur & no. in d. c. dicat. 23. q. 5. l. ſi qd in bello, ꝑal. & ꝑ Bar. ibi, q
hoc tenet, & idē gl. in d. c. dicat. Et qd ſit poſtliminiū, vide tu Ca
no. gl. 1. diſt. c. ius gentium. Et intellige prædicta de bonis mobi
lib. Nam immobilia non efficiuntur capientium, ſed publican
tur, vt legitur & no. in l. ſi captiuos. §. 1. ff. de capt. & poſtl. reuer.
f & ꝑ Bar. in d. l. ſi quid in bello. Item prædicti effectus [f] ſequunť
ēt ex parte illorū, q mouēt bellū ↄ Rom. Pontificem in d. l. ho-
ſtes, ita ꝙ ꝓprium bellum eſt, ſiue Rom. Imperium moueat ↄ
aliquem, ſiue ↄ illud moueatur ab alio. Qualiter autē poſſint
mouere bellum contra infideles, vide per Innoc. in c. qd ſuper
8 his, de voto. † An aūt is, q nō recognoſcit ſuperiorem de facto,
vt Rex Franciæ, vel Reges Hiſpaniæ, poſſint indicere proprie
g bellum? dic, quod ſic, [g] quia habent iura Principis, non autem
poſſunt

ADDITIONES.

a Vide. Et iſtum no. ipſemet Panor. in c. ſane quia, ſupra de offi. deleg.
b Iurm. Vide ꝑ Dida. Couar. 1. li. uar. reſ. c. 2. n. 7. f. 59. & 43. uer. cęterū. Ia. Ancl.
Circa iſtam materiā abſolutionis, relaxationis, vel interpretationis, ſue
diſpenſationis iuramenti, putarem tutius eſſe, quod nunquam debeat quis
cōtrauenire iuramento, incōſulto Papa, vel eccleſiaſtico ſuperiore, ad quē
ſpectat cognoſcere de iuramēto, an ſit licitum, uel non, ſeruandum, uel nō,
& habet illud interpretari & declarari, an debeat ſeruari, uel non, ut in c.
ad audientiam, de cler. non reſid. & in c. uenerabilem, in §. pe. de elect. & in
c. uerum. in c. quanto, & in c. intellecto, hoc eo. tit. & vide Spec. in tit. de le-
ga. §. 6. in uer. 14. & illud credo magis tutum, de quo etiam uide in ſolemni
repetit. Ant. Roſel. qui mirabiliter commentauit iſtum tex. Ant. Fran.
c Carcerem. Vide Abb. in c. 1. ſupra de teſti. cog. glo. in clem. paſtoralis in uer.
per uiolentiam, de re iud. Iaſ. in repe. l. admonendi, co. 65. in materia fugæ,
ff. de iureiur. Seb. Sap.
d Iuſtum uel iniuſtum. Adde per Bar. in l. ex hoc iure, in 2. col. uer. quæro quæ
ſunt bella licita, ff. de iuſti. & iure. & ibi Alexan. & in l. hoſtes, col. 3. uer. hoc
præmiſſo uideamus. ff. de capt. & poſtli. reuer. Zach.
e Papa. Quando bellum iuſtum poſſit moueri authoritate eccleſiæ, ponit Feli.
in c. excommunicamus, col. 3. & col. fi. infra de hære. Seb. Sap.
f Prædicti effectus. Quomodo hoc poſſit procedere, cum ex una parte opor-
teat, quod bellum ſit illicitum, declarat Do. Iaſ. in l. ex hoc iure, col. 3. ff. de
iuſti. & iu. in glo. 1. & ibi etiam tangit, quod bellum dicatur iuſtum, de quo
latè per D. Thom. 22. q. 40. art. 1. & per Io. Fab. & alios in §. ſi ab hoſtib. Inſti.
quib. mo. ius pat. pote. ſol. & Io. de Lignano in tract. ſuo de bello. Seb. Sap.
g Quod ſic. Et idem dicit Fulgo. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu. in Rege Arago-
num, & in Rege Francorum, qui non recognoſcunt Imperium, cap. per ve
nerabilem, qui filij ſint legiti. & dicit, quod dum eſſet in Concilio Conſtan
tiæ, quod eorum legati publicè proteſtati ſunt ſe ueniſſe tanquam fideles
Chriſtiani, non quia recognoſcerent Imperium. Ad idem, quod non reco-
gnoſcentes Imperium, poſſunt mouere bellum, ſicut Imperator, uide Old.
conſi. 70. Et ſcias, quod Illuſtriſſ. Dux Mediolani in terris ſuis habet plenitu
dinem poteſtatis, ſicut Imperator, ſecundum Ang. in conſi. 217. inci. in cau
ſa accuſationis, lib. 2. colum. 1. Et de eo, & de eius ſuprema poteſtate uide
Paul. de Caſt. conſi. 225. inci. ad primum, prope fi. conſilij. Eodem modo Ve
neti ſunt in quaſi poſſeſſione libertatis, quam præſcripſerunt contra Impe
rium, ſecundum Bar. in d. l. hoſtes. Bald. etiam in rub. ff. de rer. diuiſio. tenet,
quod de iure Veneti ſunt liberi, & non alleg. aliud, niſi quia ciuitas eorum
eſt fundata in mari. Item gulfus maris Venetorum eſt in eorum dominio
& poſſunt de iure interdicere Genuenſibus, & alijs uolentibus in eo naui-
gare, ne poſſint in tali gulfo nauigare, l. ſane, ff. de iniur. & ibi Ray. expreſ-
ſe ponit exemplum de gulfo Venetorum, & expreſſe, & late conſuluit An-
gel. in quadam differentia, quæ erat inter ipſos Venetos & Genuenſes, in
conſi. 289. inci. Thema tale eſt, inter cætera capitula pacis, in 2. colum. & di
cit Alberi. de Roſa in l. 1. C. de ſumma Trinit. ſe uidiſſe priuilegium liberta-
tis & exemptionis Venetorū, bullatum bulla aurea, & refert Iac. Alua. in c.
2. in prin. quis dicatur Dux, uel Comes. Et ultra prædicta, an alius, quā Im-
perator poſſit indicere bellum, ponit Spec. in tit. de primo & ſecundo de-

ere.§.11.circa medium. Item vltra prædicta, quæ bella dicantur licita & quã do & quibus liceat bellum indicere, vide multas q. per Bald. & Alb. d.l.ex hoc & Bald. in l.2.in prin. vbi multa dicit, C.de cadu.tollen. Ange. in q. per eum diſputata in q. renouata guerra, circa prin. & diffuſe per Ioan. de Lygna.in tra. de bello. Item ſcias quodcunque bellum de mundo nunquam eſſe licitum, niſi diffidatio præcedat. Ita inquit Ioan. And.in c.pro humani, de homici.in 6.in nouella, quem refert, & ſequitur Bald. in l.2.in 3.col.C. de ſerui.& aqua, & in l.ſi manumiſſio, de obſe.pa.præ. Quid autẽ in duello, quod inter duos fit, nunquid de iure ſit licitum, & concedi poſſit, habetur in c.ex tuarum, de purg.cano. & in c.1.& 2.de pur.vul. & in c.1.de cle.r.pug. in duel. aliquid per gl. in clem.paſtoralis, in princi. & ibi D.Card. in 5 q.de re iudi. Ponit Ioan. de Ana.in rub. in c.1.in d.ti.de cleri.pug. & ibi no. ponit Spe. in ti. de accuſa. in ver. quid ſi. & ſeq.

ANT. FRAN. Circa iſtud, quod hic dicitur de Venetis, dicas, quòd Bar. dicit in d.l.hoſtes, de populo Romano, ꝙ ex præſcriptione acquiſiuerunt libertatem. Et vide Bar. in l.1.ff. de re diui. vbi dicit, quod ſunt domini maris Adriatici, & litorum eius, ſed in genere, non in ſpecie: quia litora ſunt ciuitatum adiacentium litori, & vide Bal. in l.pe.C.de cond.inſer.& Barto. in l. quominus, in 2.q.de flu.& Salic. in l.3.C.de nau.fœno. Et adde, ꝙ ciuitas in mari, vel vicina mari habet dominium & iuriſdictionem in mari vſque ad centum miliaria, vt dicit Bar. in tract. Tiberiadis in 2 parte & in tract. de inſula, in prin. & vide per Barthol. Capol. in tract. de ſer.ruſti.præd. in ti. de mari. & eundem in l.cum, qui vectig. ff.de verb.ſignific.

ANT. FRAN. Per quẽ poſſit indici bellum, vide quæ notantur in c.olim. infra de reſtitu.ſpoliat. & per Alex. in l.hoſtes, poſt Bar. ff.de capt.& poſtli. reuer. & in l.ex hoc iure, in 1.col.ff.de iuſtit. & iure. vbi declarat quæ ſint bella licita, & quæ non, & an alius, quam Princeps poſſit bellum indicere, & vide Oldra. in conſ.27.& vide D.Card. in clemen.2.de ſepul. & vide Bar. in l.ſi quid bello ff.de capti.& poſtli.reuer.& per gl. in c.1.23.q.1. Et adde, quod bellum contra infideles eſt licitum, ſecundum Bar. in l.1.C.de paga. quia tenent occupatam Terram ſanctam, ſcilicet Hieruſalem, & vide Inno. in c.quod ſuper his, de voto.

ANT. FRAN. An, & quando, & a quo poſſit indici duellum, vide Spec. in ti.de accuſa. in §.6.in ve. quod ſi, & vide Alex. poſt Bar. in l.ex hoc iure, ff. de iuſtit.& iure. Et quibus caſibus permittatur de iure canonico, vide Bal. in c.1.in 3 col.de pac.tenen. in vſi.feud.nu.16. Et adde quod duello non debent intereſſe clerici, quia ſunt irregulares, ſi faueant alteri ex partibus: vide Cardi. in cle.1.in §.porro, de ſtatu monac.& Bald. in l.ius poſtliminij, C. de poſtli. vbi dicit, quod duellum non dicitur illicitum, quando id permittit conſuetudo generalis.

poſſunt habere recurſum ad ſuperiorem, cũ illũ non habeant in temporalibus. Hoc videtur de mente Inno. in d. c. olim. ſed clarius tenet Bal. in d.l. hoſtes, vbi dicit vnum dictum menti tenendum, quod hodie ex conſuetudine inter Chriſtianos non ſeruamus iura captiuitatis & poſtliminij, vnde capti nõ efficiũ
a tur ſerui,[a] ſed quantum ad bona obſeruamus: cui conſuetudini ſtãdum eſt, ſi in eum, vt l.poſtliminium, de capti. & poſtlimi.
9 reuer & hoc de bello propriè ſumpto. † Quoddam eſt bellum impropriè ſumptum, vt illud, quod non eſt indictum per Principem modo prædicto, ſed per inferiores recognoſcentes ſuperiorem, & ſi non habent iuſtam cauſam pugnandi, vt quia non pugnant ad eorum, ſeu rerum ſuarum defenſionem, hoc eſt iniuſtum bellum, & dicuntur iſti potius latrũculi d.l.hoſtes. Nec bona nec perſonæ efficiuntur capientium, ſed tenẽtur ad reſtitutionem, vt hic. Si vero habent iuſtam cauſam pugnandi, vt quia non pugnant, niſi ad defenſionem, & proſecutionem iuris eorum, & tunc refert ſecundum Innocen. vtrum is, qui bellum agit, habeat iuriſdictionem vel nõ. Si enim habeat iuriſdictionem ſuper illis, quibus guerram facit, & contumaces ei ſunt & rebelles, poteſt ſtatuere & concedere, ꝙ liceat vnicuiq; res eorum inuadere & capere, & ſuas facere, & liberos etiã hoies rebelles capere & detinere, quouſq; domino fuerint aſſignati, vt no. infra de ſent.excom.c.à nobis, & ſecundum Inno. hic, & tales potius poſſunt dici obſides, ꝙ captiui, & ſecundum hoc & poteſt intelligi, ff.de leg.3 l.1.primo reſpo.& §.1. Sed etiam ſine aliqua conſtitutione poteſt tales rebelles, ſi terram ſuam inuaſerint, & in ea damnũ dederint, punire & damnare, C.vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouincia, & patet ex eo, quod legi.&
10 no. in c.1.de rapto. ſecundum Hoſt. † Si autem is, qui tale bellũ gerit, nullam iuriſdictionem habeat ſuper eo, ſuper quo bellũ gerit, & tamen pugnat iuſte, puta, quia alius inuadit ipſum, & ipſe ſe vel res ſuas defendit, & tunc licet ei vim vi repellere, & in defendendo & in repellendo hominem percutere, & etiam occidere, ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ, de quo no. in d.c.olim. Tunc tamen nec bona aduerſarij, nec ipſum aduerſarium licet capere, nec capiendo ſua facere, nec etiam inuaſorẽ detinere: cui tamen inuaſori, ſi in ipſa inuaſione ſpolietur, vel verberetur, actio vi bonorum raptorum, & etiam iniuriarum denegatur: qa exceptio partis criminis obſtat ei, infra de adult. c.intelleximus: ſed bene poteſt res, quibus ſpoliatus eſt, vendicare, quarum remanet dominus, ſicut prius, ff. de rei ven.l.in rem act. ſecundum Innocen. hic, quæ ſunt verba notanda. Et ꝙ ſupra dixi de hoſtibus habẽtibus iuriſdictionem, vt poſſint ad ſuorũ, & eorum defenſionem bellum mouere, dicit Innoc. d. c.olim, procedere etiam in prælatis quibuſcunque iuriſdictionem temporalem habẽtibus, ad hoc c.dilecto, & quod ibi no. de ſent.excom.li.6. Poſſunt tamen intereſſe bello, ſed non pugnare proprijs manibus: ſed voce poſſunt pugnare & capite: ſed caueant, ne dicant occidite, vt no. in c.ſignificaſti, il 2.de homic. & c.ex literis, de exceſ.præla. de quo vide bo.glo. in c.ſciſcitaris, 7.q.1, & quod leg. & no. in c.ex multa, de voto. & 13.q. 8.c. hortatu & c.igitur. Et ſi clerici ſunt non habentes iuriſdictionẽ, tunc dic, vt ſupra dixi, vt liceat ſe & bona defendere, etiam inijciendo manus in clericos, ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ: de quo plene le. & no. in ſpalle.c.olim. non tamen debent pro defenſione rerum procedere ad occiſionem, vel alia ſæua, vt in c.ſuſcepimus, de homi. de quo dicendum, vt no. in c.olim. Quando autem bellum non indicitur à Principe, non dicitur proprie bellum, ſecundum Inno. & bene, ſed potius defenſio.
11 † Sed circa prædicta quæro: dixi ſupra proprie bellum indici ex Imperatoris edicto: quid ſi Imperator mouit bellum nunc cõtra Papam, nunquid dicitur iuſtum? & pone in terminis, prout ponunt Ioan. And. & Hoſt. in d.c.olim. Imperator eſt iniquus & peccator, monitus ſe non corrigit, ſed peiora committit, & tandem excommunicatur per Papam, & omnia contemnit: mouens tandem bellum & indicens propter hoc contra Eccleſiam, dicetur ne iuſtum bellum ex parte ipſius, cum ab Imperatore ſit indictum? Et primo ſecundum illos, qui dicunt duas iuriſdictiones ſcilicet temporalem & ſpiritualẽ ſic à Deo immediate procedere, vt vna non ſubſit alteri, & nihil ad eccleſiam de temporalibus, oporter fateri, ꝙ ſic, ſed abſit hoc, ſecundum Ioan. And. & Hoſt. a fidelium cordibus. Imperator enim ex officio eſt aduocatus Eccleſiæ: vnde non debet eam impugnare, ſed potius a malignorum oppreſſionibus liberare, de na. ex libe.ven.c.vno. & adde bon. tex. in cle.ne Romani. infra eo.ti. qui nimo tanta pertinacia, ſecundum eos, vix carere poteſt labe hæreticæ prauitatis, ad hoc quod no. j. de hæretica.c. excommunicamus & in tanta iniquitate, etiam ſi Papa in temporalibus eſſet inferior, fieret ſuperior propter peccatum ipſius, arg. 50.diſt. c.multi, in fi. tamẽ certum eſt, ꝙ Papa eſt ſuperior, vnde ipſum electum examinat, approbat, & improbat, de elect.c.venerabilem, & circa hoc vide, quod plene dixi in c.nouit, de iudi. Et finaliter in hac quæſtione concludit tale bellum eſſe iniuſtum, & ꝙ in hoc caſu contra iniquum Principem tenentur omnes fideles, & catholici Eccleſiæ adhærere, quos, etiam ſi vaſalli Imperij ſunt, poteſt Papa ex cauſa abſoluere ab obſeruantia præſtiti iuramenti ſuper fidelitate, vt patet 15.q. 6.c. nos ſanctorum,
12 & c.iuratos, cum ſim. † Ego amplius dico, ſic ſcilicet, quòd Papa poteſt ex cauſa ardua priuare Imperatorem, & alios Reges, & contra eos indicere bellum publicum, vt no. in d. c. venerabilem, de elec. & c.nouit, de iudi. & 15.q.6.c.alius, & in c. pro humani, de homic. lib 6.no gloſ. iuncto tex in c.ad Apoſtolicæ, de re iudi. lib.6. & Do. in c. ex geſtis, de cler. non reſi. & hodie optime facit, quod habetur in extrauag. Bonifacij, quæ incipit: vnã ſanctam. Poteſt enim Papa ex cauſa ardua iuriſdictionem in tẽporalibus, quam a Deo ſuſcepit in habitu, deducere ad actum contra quoſcunque, vt plene dixi in d.c.nouit, vbi videas. Idem dico, ꝙ non eo ipſo, ꝙ Imperator vel Papa indicit bellum contra aliquem etiam inferiorem, dicitur iuſtum. Nam & ipſi peccare poſſunt, 40.diſt.c.ſi Papa. & 9.q.1.c.aliorum, & d.c.ad Apoſtolicæ, & cle.paſtoralis, de re iudi. Habent enim ſummi Principes a Deo poteſtatem paſcendi & recte iudicandi ſubditos, nõ autẽ delinquendi, ſeu opprimendi. 47.diſt.c.1.& d.c.alius. Oportet ergo, ꝙ ſubſit legitima & naturalis cauſa, vt puta, quia ſunt contumaces & rebelles Eccleſiæ, ſeu Imperio. Poſſet tamen admitti, vt in dubio præſumatur legitima cauſa in Principe, iuxta no. per Legiſtas in l.præſcriptione, & in l.fi.C.ſi contra ius, vel vti.publi. & per aliquos in c.quæ in eccleſiarum, de conſti. Puto etiam, ꝙ ex cauſa legitima & notoria poſſet Imperator indicere bellum contra perſonam Papæ: non dico contra Eccleſiã, vt ſi Papa eſſet hæreticus, & non poſſet iudicari per Eccleſiam, vel ſciſmaticus, vel alias incorrigibilis, & Eccleſia nõ habeat qd faciat, de quo remitto ad ea, quæ habentur in c. Principes, & c. Regum. 23.q.5 & in c.in nomine Domini. 24.diſt. & c.nec licuit. 17.diſt. & ad hoc no. in c.cũ non ab homine, de iud. & in c. non vos, & c.de Liguribus, 23.q.5 & vide gloſ. in c.tua, de deci.
13 † Ex his inſero ad aliam quæſtionem, an in dubio bellum præſumatur iniuſtum, vel iuſtum? facit iſte text. quod iuſtum, quia dicit, Si conſtiterit, quod iniuſte mouerit, &c. & ſic onus probandi incumbit aſſerenti iniuſtum. Hoſt. hic tenet contrarium dicens, ꝙ regulariter omne bellum præſumitur iniuſtum & damnatum, C.de glad.l.1. lib.11.& de pur. ca.c. 1.& 2.cum ſui. concor. Ad iſtum tex. rñdet dupliciter: primo ꝙ verbum, Conſtiterit, poterit referri ad verbum, Iniuſtum, & tunc dicit conſtare de iniuſtitia eo ipſo, ꝙ non conſtat contrariũ, alle. in fi.C. q. mil.

ADDITIO.

a Vide pulchre Bal. in l.1.C.de ſacroſan.eccle. in 11.col. in 14.q. eodem modo capti in bello ciuili, nunquam efficiuntur ſerui capientium, ſecundum Barto. in l.4.in prin.C.de cadu.tollen.

ZACHARIAS. Adde Cardina. in clemen.2.in 3.rubric.de re iudic. Alexan. in l.ſi quis in bello, ff.de capti.& poſtli.reuer.& in l.fina. per Barto & Alexan. eod. titu.

mili.non poſ.l.ſuper ſeruis,lib. 12 Ex quo not. ꝙ iſtud verbum,
Si conſtiterit, poſitum in aliqua diſpoſitione,non immutat ip-
ſius naturam.Sed ſatis dicitur conſtare,ex quo ius cõmune fun
dat intentionem agentis in illo extu. Secundo hoc verbũ,Cõ-
ſtiterit,põt referri ad verbum,Mouerit,& tunc tex.non facit,vt
bellum præſumatur iuſtum,& eſt tunc ſenſus literæ, Si conſti-
terit,ꝙ H.mouerit bellum contra Ioã.Nam facta non præſumũ
tur,de offic.dele.c.cum in iure,& ſecundum Hoſt.hic,cũ quæ-
ritur de reſtitutione damnorum datorum in bello,debet quæ-
ri quis fuerit bellum mouens,quaſi illi ſit imputandum totum
commiſſum in illo conflictu,C.de vi publi.vel priua.l. quoniã
multa facinora,ff.ad leg. Aquil l.ſi ex plagis.§. 1. Et ideo in litte-
ra Papa mandat inquiri,ſi iſte mouit bellum. Dic tu procedere
reſpectu reſartionis damnorum,ſed reſpectu eorum,quæ fue-
runt occupata in bello,diſtingue,vt ſupra in q.præced dixi. Itẽ
dico primum dictum Hoſtien.procedere in bello indicto a re-
cognoſcẽte ſuperiorem,vt tunc in dubio præſumatur iniuſtũ,
ſi autem fuit indictum à ſupremo Principe,puto ↄ̃rium,vt dixi
ſupra in 2.q.per ea,quæ no.in d.l.fi.& l.præſcriptione,C. ſi con-
24 tra ius,vel vtili.public.†Quarto principaliter quæro:pone,ꝙ tu
tenes equum meum,& quia mihi repetenti denegas,aufero ti-
bi aliquid violenter,nunquid dabitur tibi actio,vi bono.rapt.Ʒ
me.Videtur primo,ꝙ ſic,arg.in l.extat.ff.quod met.cau. Sed in
contrarium facit,quia adeo delinquis tu, qui quod meum eſt,
mihi reddere denegas,ſicut & ego,qui te ſpolio, quia non mul
tum intereſt iniuſte detinere,vel inuadere alienum, vt in c. ſæ-
pe,de reſti.ſpol.Et dicit Aug.ꝙ ſi quid inueniſti, & non reddi-
diſti,rapuiſti.14.q.5.c.ſi quid inueniſti.ergo videtur,ꝙ ſi in hoc
caſu agis Ʒ me, obſtat tibi exceptio paris criminis , vt dictũ eſt.
Solu.dicit Inno.hæc delicta eſſe circa diuerſa:ideo non compẽ
ſantur. Itẽ quamuis inuadere & detinere alienum,parificẽtur:
hoc verum in foro animæ,vt dicitur in c.ſæpe, ſecus in foro iu-
diciali. In illo enim non punitur detinens ex ſola detentione,
nec ẽt cogitur reſtituere rem alienam , niſi ꝓbanti intentionẽ
ſuam,l.fi.C.de rei vend.Inuadens vero ex ipſa inuaſione punit̃,
& reſtituere tenetur,l.ſi quis in tantam,C.vnde vi. & 16.q.6.c.
1. Sed is,qui detinet,in contentioſo foro potius negligens , vel
culpabilis iudicandus eſt,q̃ delinquens:is vero,qui inuadit, ve-
rè delinquens,& criminoſus eſt.De culpa autem ſiue negligẽ-
tia non admittitur ↄpenſatio ad delictum, ꝙ culpæ præponde-
rat,ff ad leg Aquil.l.ſi ex plagis.§.1. ſecundum Hoſt. & ſm In-
noc.exceptio culpæ non impedit ꝓſecutionem actionis de do
lo,vel de crimine,ff.ſolu.matri.l.ſi mora.Alij dicunt & melius
ſm Innocẽ.ꝙ quando ſpoliatus ſuum ſpoliatorem ſpoliat,& ſi
vtrique Ʒ alterum actio,vi bo. rapt. & ẽt iniuriatum competat,
obſtat tamen alterutri exceptio ↄpenſationis, inquantum alte-
rius ſpolium,vel iniuria poterit æſtimari. Sic enim intelligit,ꝙ
a dolus cum dolo ↄpenſatur,a & ꝙ paria crimina mutua ↄpenſa-
tione tolluntur,de adult.c.pen.& vlt.de dolo, c.ſi duo. adeo, ꝙ
non ſolum pecunia ↄpenſatur,ſed ẽt redditio coniugalis debi-
ti,vt in iuribus prædlleg.Quo aũt ad pœnas temporales , ſeu ad
ſpirituales,ſiue etiã pecuniarias,quæ applicantur fiſco,nulla fit
ↄpenſatio,imo omnes qui delinquũt,debent luere pœnas ſuas,
vt patet C.de modo mul.per totum,& no.in d.c.intelleximus,
de adult.quæ verba not.Et primum dictum dico procedere,qñ
quis põt res ſuas recuperare per iudicem : aliàs autem in defe-
ctum iudicis,põt dominus rem ſuam etiam violenter, ſi aliter
facere non põt,recuperare,arg. l.nullus.C.de iudic.& l. ait præ-
b tor.§.ſi debitorem,b ff.de his quæ in fraud.cred.no.Inno.in d.c.
25 olim, & Bar.in d.§ ſi debitorem.& gl.diſt.1.c.ius gentium.†Di
cit etiam notabiliter Innoc.in d.c.olim,ꝙ ſi rem meam nõ poſ-
c ſum aliter recuperare,licitum eſt mihi illam furto ſubtrahere,c
duntamen aliter a detentore iniuſto ſcandalum non oriatur,
non tamen licet eam recuperare per fraudem , ſeu mendaciũ.
d Et no.hoc vltimum.Facit quia non licet mentiri,d etiam ꝓpter
ſalutem alterius.22.q.2.c.nec quis,& c.ſuper eo,de vſuris.Et ſic
limita glo.no.in c.cupientes,de elect.lib.6.in ver. malignantiũ.
26 †Quinto quæro,an vocati ad bellum iuſtum,vel iniuſtum, age
re poſſint contra vocantem,ad expenſas,& damna,quæ ꝓpter
hoc paſſi ſunt? Solu.Hoſtien.& Inno.latè hic proſequũtur.Cõ-
cluſio eorum eſt,ꝙ ſi bellum erat iniuſtum, non habent actio-
nem mandati,vel aliam Ʒ mandantem,ſeu vocantem, quia in
re turpi non contrahitur obligatio,Inſtit.manda.§.illud quoq;,
& ff.eo.l.ſi remunerandi.§.rei turpis.Aut erat bellum iuſtũ, &
tunc habent actionem mandati Ʒ vocãtem, niſi cauſa pietatis,
vel humanitatis,ſiue parentelæ hoc faciat,arg. ff. de nego. geſt.
l.Neſennius.23.q.3.c.non inferẽda.& c.ſi quis: Vel niſi ad hoc
ex debito teneantur.11.q.3.c ſi Dñs,& c.Iulianus. Et nota bene
iſtos caſus,de iſtis,q tenentur ex debito,dicit Inno.ꝙ excuſant̃,
ſi inimicis damnum dederint,niſi notorie eſſet bellum iniuſtũ
vt in d.c.Iulianus,quia in dubio obedire tenentur.11.q.3.c. quid
ergo 23.q.1.c.quid culpatur. Aduerte,intelligo enim,ꝙ iſti, qui
tenentur,ẽt in dubio excuſantur.Nam & alij excuſantur, ſi cer
tum eſt bellum eſſe iuſtum,vt in c.dilecto,de ſent.excom.lib.6.
& quod no.glo.34.diſt.in ſumma.& Inno.in d.c.ſi vero,de ſen-
ten.excom.quaſi in dubio iſti non excuſarentur, ex quo ex de-
bito non tenebantur,arg.c.iuuenis,de ſponſa.& quod no. gloſ.
in c.vno,de ſeru. & ſic intelligo hoc dictum Innoc. ſed ſubditi
in dubio excuſantur,quia tenentur obedire. d.c. quid culpatur.
17 †Dicit etiam Innoc.ꝙ vocati,qui non tenebantur,poſſunt age
re Ʒ vocantem actione mandati,etiam ad damna,quæ contin-
gunt caſu fortuito,dummodo veriſimiliter ↄtingere potuiſſet,
quaſi vocans,hoc debuit cogitare a prin.& ſic dicit intelligen-
dam l.inter cauſas.§.non omnia, & §. impendia, aliàs l. ſi quis.
§.impen.ff.mand.ſecus,vbi damna contigiſſent ex caſu fortui-
to,qui veriſimiliter non fuit cogitatus, vt d.§. non omnia , quæ
ſunt verba valde notanda, maxime in materia fideiuſſionis , li-
cet ſit ſecus in commodato,quia commodatarius non tenetur
de caſu fortuito,vt in ca.vno, de commo.Sed hoc contingit ex
natura mandati, quia mandatarius regulariter agit ad omnia
impendia,cum non intendat facere de ſuo beneficium, d.§.im
pendia,& de fideiuſſor.in c.peruenit,& c.conſtitutus . Et circa
hoc larius inſtat hic Innocẽ. quod ſupra dixi in vlt.ſummario.
Et intelligo prædicta in eo,qui gratis ſuſcipit mandatum. Nam
ſi aliquid mercedis recepit,non dicitur mandatarius, ſed loca-
tor. Mandatum enim debet eſſe gratuitum, vt in l.1. ff. manda.
Vnde puto,ꝙ iſti qui veniunt pretio , ſeu mercede ad bellum,
vt ſunt hodie ſtipendiarij,nõ poſſunt agere ad damna, quæ cõ-
tingunt ſine culpa,ſaltem leui,mandatarij,arg.in l. contractus,
ff.de reg.iur.Nam ibi Ʒctus perficitur gratia vtriuſque,ſed mã-
datum explicatur gratia mandantis tantum. Et circa prædicta
Innoc.format aliam quæſtionem notabilem de eo, qui manda
uit alicui,vt faceret ſibi aliquod ædificium in inſula circundata
mari, propter ꝙ mandatarius ex caſu naufragij incurrit multa
damna,nunquid poſſit contra mandantẽ agere, & in hoc mul
tum inſtat.Tandem concludit,ꝙ poteſt,dummodo caſus talis
ſit,quem non incurriſſet,ſi mandatum non habuiſſet, argu.l.ſi
pecuniã,ff.de ↄdi.ob cãm.Mihi vr̃ hoc dictũ Ʒ d § non oĩa. vbi
dr̃,ꝙ vbi mandatarius fuit ſpoliatus in via a latronib non agit Ʒ
mandantem,ideo placet mihi plus diſtinctio facta ſ.aut veriſi-
militer,aut nõ,&c.& vr̃ ſentire Ioã.And. in regu. damnum.de
18 reg.iur. in Mercu.†Sexto quæritur,ex quo mãdator tenetur vo-
catis ꝓ damnis,vt ſup.dictum eſt, nũquid vocans poſſit agere ,
vi bon.rap.Ʒ illos,qui vocatos per eum ſpoliauerunt.Inno.con
cludit,ꝙ non,quia res ablatæ non erant de bonis ſuis , nec erat
ipſe detentor,ad hoc l.2.§.in hac actione,ff.vi bono.rap.ſed ipſi
homines ſpoliati,ſinguli agere poſſunt.In his aũt caſib.& ſimi
libus dat Inno.bonum ↄſilium,vt mãdator ſatisfaciat ſpoliatis,
ſed ante ſatisfactionem cedi ſibi faciat actiones, ſic.n.agere po
terit Ʒ ſpoliatores.C.manda.l. pen. & fi. Poſt ſolutionẽ aũt non
prodeſt facta ceſſio,niſi de ipſa facienda antea cõueniſſet, vt ff.
19 de ſolu.l.Modeſtinus,quod not. †Vltimo quæro, an vaſalli ſeu
e milites vocati e teneantur ire ad bellum? Dicit Inno.ꝙ de iure
eſt,ꝙ vaſalli licet teneantur eſſe in ↄſilio & auxilio,ꝙ dominus
non lædatur.22.q.5.c. de forma, non tamen milites debent ire
cum armis in ſeruitio domini,nec aduocati tenẽtur pro eo ad-
uocare,vel alia ſeruitia ei exhibere,niſi ex pactis ad hoc tenean
tur ad onera ꝑſonalia cum ſumptu, vel ſine ſumptu. vel niſi in
caſib.q ponuntur in vſib.feud.vel niſi ex ↄſuetudine debeãtur.
Hæc ſunt verba formalia Inno.ſatis generalia & obſcura , & in
eadem forma hic recitatata p Doct. De materia Io.And. remit
tit ad no.in c.1.de feu.& ad ſum.Hoſt. eo.tit.§.quid ſit fidelitas,
& ibi ſpecifice nõ tangitur de militib.& aliis ſubditis.Ego ſic di
cerem,ꝙ ſub vno dño quidam ſunt vaſalli ꝓprie, vt puta tenẽ-
tes ab eo feuda. Quidam ſunt vaſalli improprie, vt quia ſunt dũ
taxat ſubditi rõne originis,vel domicilij, nihil tñ tenent ab eo,
ſed ſubijciuntur ratione nudi exercitij iuriſdictionis . Accedat
ad

ADDITIONES.

a Compenſatur.Pondera,quia in contrarium eſt text.in l. 1.§.1.ff. de alea. vbi ſi rapinam fecerint inter ſe competit actio, vi bon.rapto. licet indigni ſint. And. Barb.

b §.Si debitorem. Iſtud eſt contra l.ſi quis in tantam.C.unde ui. Non obſt.§.ſi debitorem,quia loquitur in alio caſu. And.Barbat.

c Furto ſubtrahere. Ego puto opin.Innocen.de qua hic, non eſſe ueram , per ea, quæ not.Bartol.in l.ſi ex ſtipulatione, & Alexand.poſt Bartol. in l. eum qui,ff.de furt.ubi tenent & alij Docto.quod hoc caſu tenetur actione furti, ut fur,& prædo. Zach.

d Licet mentiri.Iſtud uidetur contra l.cum pater.§.Titio fratri, ff. de legat.2. ubi cum dolo poteſt quis excludere alium. And.Barba.

Licet mentiri. Ex hoc Bar.inuehitur contra aduocatum mentientem pro clientulo,uel pro fideiuſſore in l.& eleganter.§.fina.ff.de dolo.& ibi etiam Bar.inuehitur contra Cardinales,qui dicunt aliquem eſſe idoneum ad beneficium,cum ſit indignus.Quod autem ſit licitum furari rem ſuam, tenet Felin.in c.2.col.fi.infra de ſpon.in c.quoniam.col.fi.infra d. ſi.uo.Seb. Sap.

e Vocati.Vide Bal.& alios in c. 1.quib.mod.feud.a mit.& in c.1.de prohi. feud. alienatione,per Fede.ubi dicit,quod uaſallus ſequi tenetur dominum,etiã ſi foueat cauſam iniuſtam. Sebaſt.Sap.

Digitized by Google

ad hanc diſtinctionem,quod no.Bart.in l.1.de iudic.& melius in l.1.§.& poſt operis in fi.de noui ope nunc. vbi hãc diſtinctionem in alia materia ſentit,& vide quod no.Hoſtien. in c. proxi. vbi dicit,ꝙ nõ eo ipſo,ꝙ quis habet poſſeſſionem intra aliquã prouinciam, tenetur domino ad fidelitatem præſtandam, quia res non præſumuntur feudales,niſi probentur, quod latius ibi dicam. Quidam ſunt milites veri, vt illi,qui iurãt ea, quæ ponũtur per glo.1.in l.pen.ff.ex quib.cauſis maio. & inter cætera nõ euitare mortem pro republica,& iſti olim habebant ſalaria de publico. Quidam enim ſunt milites non veri, ſed tantum reſpectu honoris,qui iſta non promittunt,ſed viuũt vt alij ciues, de quibus per Cyn.in l.1.C.de iuris & facti ignoran.His præmiſſis diſtinguerem ſic,ꝙ aut dominus vult alios pro libito volũtatis inuadere,non fauore reipublicæ,& non tenentur ex debito aliqui eum ſequi ad bellandum,etiam ſi ſint vaſalli,arg. c.de forma.22.q.5.niſi aliud habeat conſuetudo, vel pactum, & ſic poteſt intelligi,quod dicit Innocen.de militibus. Poteſt enim de militibus generaliter intelligi,id eſt de militãtibus, ſeu aptis ad pugnam. Aut dominus inuaditur,& tunc,ſi timor eſt ſubitaneus & improuiſus,credo ꝙ omnes apti ad pugnam, ſeu cuſtodiam,teneantur,fauore reipublicæ. Nam & clerici hoc caſu tenentur ad cuſtodiam,vt in cap.peruenit,& quod ibi no.de immunita.eccle.facit 23.q.8.cap.omni timore,& ca. ſi nulla. Aut talis timor non ſubeſt, & tunc puto, quod vaſalli propriè dicti,teneantur, per d.cap. de forma. Idem de militibus propriè ſumptis,dicta l.pen. Alios vero non puto compellendos, dummodo dominus ſufficiat de per ſe ex redditibus, quos habet a laico. Nam propter hoc honorant dominum in redditibus, gabellis,& ſimilibus,vt eos neceſſitatis tempore dominus defendat.arg.23.q.5.c.Principes, & cap. Regum. Si autem non ſufficiat per ſe, tũc puto omnes teneri pro ſalute Domini & patriæ, d.c.ſi nulla.& c.omni timore,& hæc ſufficiant. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Clerici tunc præſtant iuramentum laicis,quando ab eis habent feudum.*

2 *Conceſſio generalis totius prouinciæ facta ab Imperatore uni, non præiudicat habenti caſtrum in illa prouincia ex conceſſione Imperatoris , uel præſcriptione.*

3 *Ius canonicum poteſt dici ius diuinum.*

CAP. XXIX.

a NImis. a Clerici non habentes temporalia a laicis, non tenentur eis præſtare iuramenta fidelitatis. Primo ponit factum repræhenſibile, cui ſecũdo prouidet, ibi, [Quia,] Caſus literalis loco ponitur illud, quod ſequitur,per Ber.l. Clerici iuramenta fidelitatis ſeruare non debent,cum nihil temporale teneant ab eis, quia
1 ſeruus ſuo domino ſtat,aut cadit.Bernar. †Quæro primo,quid ſi clerici tenent temporalia a laicis, nunquid tunc teneantur eis præſtare iuramenta fidelitatis? Solu. tex. hic a contrario, videtur, ꝙ ſic. & ſentit gloſ.1. dicens, ꝙ tunc in illis temporalibus clerici eſſent inferiores,de maiorita.& obedien.cap.ſolitæ. Aduerte,non intelligas hoc ruditer in omnibus temporalibus, qualitercunque a clericis poſſeſſis,quia eſſent contra ca. nouerint. 10.quæſt.1. Sed intelligas in temporalibus , quæ tenentur in feudum a laicis, ita ꝙ laici ſint domini feudorum, & hoc videtur iudicio meo, velle litera,ibi, [Obtinentes ab eis, &c.] Nõ ergo ſufficit, ꝙ obtineant temporalia in prouincia laicorum, niſi obtineant ab eis,& hoc voluit Innoc. in c. ſolitæ, de maiorita.& obedien. Sic intellige hic text. hoc etiam videtur velle Hoſtien.hic dicens, ꝙ non hoc ipſo, ꝙ aliquis tenet temporalia intra regnum,vel prouinciam alicuius, debet illi fidelitatẽ, niſi ipſa ſe habere in feudum cognoſcat, quia non præſumitur feudatarius,niſi probetur. Nam a primæuo iure omnis perſona,& omnis terra libera erat. 1.diſt cap.ius gentium. Et facit authoritas Geneſis,quam ponit gloſ. in cap.quanquam,de cenſi. lib. 6.per quam patet,ꝙ non omnis res temporalis eſt feudalis. Et no.hoc dictum, quia loquitur non ſolum in rebus temporalibus poſſeſſis a clericis, ſed etiam à laicis quibuſcunque, & facit quod ſupra dixi in cap. proxi. Hoc etiam voluit Inno. etiam reſpectu infidelium,& vt ipſi ſine peccato poſſideant ex diſpoſitione iuris naturalis,& gentium, vt pulchre per eum videre poteris in cap.ꝙ ſuper his,de voto. Ex quibus collige, ꝙ Reges & alij domini Terrarum non fundant iurictionem ſuam ſuper ſingularibus rebus & poſſeſſionibus ipſarum prouinciarũ, ſeu Terrarum, nec ſuper vtili, nec ſuper directo dominio, vnde il-
b larum rerum poſſeſſores, b non poſſunt dici reſpectu illarum, vaſalli. Nec obſtat,ſi opponatur de capitu.omnes Baſilicæ.16.q. 7.vbi dicitur, quod omnes eccleſiæ exiſtentes in diœceſi, ſunt ſub poteſtate Epiſcopi,quia ſubſunt quoad iuriſdictionem, nõ autem quoad dominium. Nam bona ſpiritualia non ſunt in alicuius dominio, in cap.a.de iudic. & Inſtitu.de rerum diuiſio. § nullius. Et ita poteſt dici ſecũdum Hoſtien. quoad bona temporalia, vt quoad iuriſdictionem ſubſint dominis locorum. Et idem videtur in incolis,& ſic poteſt intelligi.ff. ad municipa.l. incola,& ff de cenſi.l.forma.§ ſi vires,& ff. de publi. l. Imperatores,& C.vbi in rem act.l.fin.a.ff.de offic.præfec.vrba.l. .§.cũ vrbem. Non autem ſubſunt quoad dominium directum , vel aliam ſeruitutem,niſi probetur impoſita , vel annexa , infra de cenſi.cap.licet.facit 10.quæſt 3.cap.quia cognouimus,& 18.q. 2.cap.Eleutherius,& cap.ſeq. Hæc vera ſecũdum Hoſtien. vt.ſ. dominus prouinciæ habeat ius in tota prouincia: niſi aliquis præſcripſerit omne ius in aliqua ciuitate , vel caſtro intra prouinciam,maxime ſi nomine alterius ſuperioris hoc poſſedit,& præſcripſit,argumen.de præſcrip.cap. cum ex officij, poteſt.n. tale caſtrum cum territorio ad alium dominum pertinere, & ſic facere per ſe territorium a prouincia,arg. ff.de verb. ſignifi. l.pupilli.§.territorium, & infra de verbo. ſignifica. cap. cum in partibus,& ff.de verbo ſignifica.l. 2. Tu vide quod in ſimili no. Ioan.And.in cap.ſi Epiſcopus,de offic.ordina.lib.6. & quod dixi in cap.cum contingat,de foro comper.de eo, qui præſcripſit iuriſdictionem Epiſcopalem in certa parte diœceſis, & dic, vt ibi,& no.hoc dictum Hoſtiẽ. Sed quatenus dicit iſtum præſcribere omnem iuriſdictionem in caſtro,maxime ſi poſſidet nomine alterius,videtur velle per iſtam dictionẽ, Maxime, ꝙ nomine ſuo poſſet præſcribere contra ſuperiorem. Ego dicerem, ꝙ ſi iſte, qui vult præſcribere, erat aliàs ſubditus domini prouinciæ , tunc licet poſſit præſcribere iuriſdictionem in caſtro, non tamen poteſt præſcribere quoad perſonam , niſi paſſiuè , iuxta ea,quæ leguntur & notantur infra de præſcrip. cap. cum non liceat,& facit quod dixi poſt Hoſtien.in cap. per venerabilem,qui filij ſint legitimi,quia non poteſt eſſe acephalus,nec ſe ipſum præſcribere,facit quod not.glo.in cap.nulla.91.diſtin. ſecus autem,ſi erat non ſubditus. Quam autem iuriſdictionem de iure communi habeat in ſe prouincia,ciuitas, vel caſtrum, vide pulchre per Bar.in l.1.ff.de dam inſe. Vide de caſtro, quod dixi in cap.cum ad ſedem,de reſtit.ſpolia. Vnde autem dicatur iuramentum fidelitatis,cum omne iuſtũ contineat in ſe fidẽ, & quid contineat in ſe,vide per Io.de Lign in clem. Romani.
2 inf.eod.titu.& 22.q.5 cap.de forma.†Sed circa prædicta quæro: pone,ꝙ aliquod caſtrũ vel ex præſcriptione,vel ex Imperatoris cõceſſione ptinet ad aliquem:poſtmodũ Imperator conceſſit totam prouinciam alicui, intra quam ſitum eſt illud caſtrum, nunquid fit iſti præiudicium circa caſtrum? Hoſtiẽ.dicit, ꝙ nõ, quia id facere intelligitur ſine alterius præiudicio.ff. ne quid in loco publico,l.1.§ ſi quis a Principe,facit optime c.ſuper eo,de offic.deleg.quod maxime procedit,ſecundum Hoſt.qñ vterq; habet ab Imperatore. Nam tñ valet ſpeciale quo ad quædam, quantum generale quoad multa,de offic. legati.ca.ſtuduiſti,& ff.pro ſocio.§.renunciare.l.actione.Imo generaliter ſpecies derogat generi,infra de regu iur.cap.generi.lib.6. Secundo quæro principaliter, nunquid clericis a clericis ſit hoc iuramentũ præſtandum? Glo.a.dicit,ꝙ non. Tu de hoc dic,vt notatur in regu.fina.de regu.iur.& in cap.nullus,ſup.eod.& cap. tua. glo.ſi. eſt in ſe clara , & facit ad propoſitum hæc authoritas, iungendo,quod dicebatur in prima parte ipſius authoritatis, vbi dicitur, [Tu quis es,qui alienum iudicas ſeruum? ſeruus ſuo domino ſtat,&c.] quaſi dicat,cum clerici non ſubſint laicis , non de-
3 bent præſtare hæc iuramenta fidelitatis †Nunc extra gl. oppo. contra princip in eo,quod dicitur, iſtos laicos nimis detrahere de iure diuino. Nam nullum ius diuinum prohibet aperte hæc iura præſtare laicis. Solu.metu, vt arbitror,contrarij. Hoſtien.exponit ius diuinum pro eccleſiaſtico, vel canonico, per quod colligit hic,ius canonicum eſſe diuinum, remittit ad notat.in cap.primo.de iuramen.calum.Sumptum enim eſt ex diuinis ſcripturis,infra de accuſatio.cap.qualiter & quando, il ſecundo,in princi.Et ius quod Papa, vicarius Dei promulgat , ipſe Deus promulgaſſe videtur. facit cap.ſecundo,de tranſlatio. Epiſ.

ADDITIONES.

a Nimis. De uerbo, Vſurpauerit, in tex.poſito, uide Do.Ant.in uer. no.de uerbo, Vſurpare, quod denotat uitium,&c. Aliquando tamen ſumitur in bonã partem, ut eſt bon.tex.in l.l. ſolemnibus.C.de fide inſtrum.ſicut dicimus de verbo, Occupare, de quo eſt glo.ord. in c.generali,de elect.in 6.Et uide Archid.in c.prædia.12.q.2.ubi dicit,quod uerbum , Vſurpare, aliquando ſumitur pro re illicita,ut ibi.Aliquando ſumitur pro frequenti uſu, ut l.2. ff. de uſur.Et uide Archid.in c.priuilegium.11.q.3.ubi dicit,quod uerbũ, Abuti, & uerbum, Præſumere,& uerbum, Vſurpare, ſumuntur in bonam partẽ, ad unumquodque alleg.iura.& eſt differentia inter uerbum, Vſurpare, & Occupare, ut l.naturaliter,ff de uſucap.quod no.ad practicam.

De hoc verbo, Vſurpare, quid ſignificet, dicas, quod uſurpatio eſt interruptio uſucapionis ex frequenti uſu, ut in l.2.ff.de uſucapio.Et dicas,quod licet uerbum, Vſurpare, vt plurimum, capiatur in malam partem , tamen quandoque etiam in bonam, ut hic per iſtum,& uide Dom.Card.in clemẽ. 1.in princ.& in 114.q.de dec.ubi dicit,quod uſurpare & detinere differũt. Nam detentio refertur etiam ad ea, quæ cum aliquo titulo detinentur, ſaltem colorato, ut ibi late per eum. Ant. Fra.c.

b Poſſeſſores. Vide Bart.in l.1.9.per hanc actionem.ff.de reiuendi. ubi declarat, quomodo Imperator dicatur dominus totius mundi. Seb. Sap.

Epiſcop. Nec obſtat etiam, ſecundum eum, quód leges ſunt per
ora Principum promulgatæ diuinitus, l. fina C. de præſcripi.
long. temp & 16. q. 3. in fi. quia illud procedit largo modo, ſed
ſtrictè de ſolo Papa eſt intelligendum, quia ſolus eſt Chriſti vi
carius generalis ſecundum eum. Sed contra oppo. de c. non de
bet, de conſang. & affini. vbi conſtitutiones etiam totius conci
lij dicuntur leges humanæ, hoc eſt, quod poſſunt pro tempore
reuocari, vt hic, ſed ius diuinum eſt immutabile. 5. diſt. in prin.
Item modica ſunt in iure canonico, quæ ſunt extracta ex nouo
& veteri teſtamento, maxime reſpectu huius compilationis,
& Sexti, & Cle. Ideo ego intelligerem iſtum tex. proprie, vt lo-
quatur de ipſo mero iure diuino. Nam clerici eximuntur a iuriſ-
dictione laicorum de iure diuino, vt in ca. ſi Imperator, iuncta
glo. 96. diſt. no. Inno, in c. 1. de maio. & obed. facit glo. in c. quan
quam, de cenſi. li. 6. merito iſti detrahebant iuri diuino, exqui-
rentes hæc iuramenta a clericis, & a non ſubditis. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum clerici præſtitum laico in dependentibus à poteſtate ſua, eſt obligatorium*
2 *Conſpiratio quid ſit.*
3 *Iuramentum extortum, an obliget?*
4 *Generale iuramentum de non eſſendo contra aliquem, an extendatur ad cauſas ſuas, conſanguineorum, eccleſiæ, vel patriæ ſuæ?*

CAP. XXX.

Petitio veſtra. Qui iurat non eſſe contra ali
quem, poteſt in cauſis proprijs
& eccleſiæ ſuæ, eſſe contra eum. Ita communiter
ſummatur. Et procedit hæc ſummario ſecundum
intellectum glo. Sed habito reſpectu ad glo. Inno. ſummo ſic:
Qui timenti conſpirationem iurat de non eſſendo cõtra eum,
poteſt tali iuramento non obſtante, in proprijs & eccleſiæ ſuæ
cauſis ſtare contra eum. Sed limita hæc duo ſummaria, vt infra
dicam. Communis diuiſio. Secunda, ibi, [Interpretatione.] Ca-
ſus literalis. Antiochena eccleſia vacante, Princeps Antioche-
nus, timens conſpirationes contra ipſum, iuramentum extor-
ſit a canonicis Antiochenis, quód non eſſent canonici de cæ
tero contra ipſum. Canonici habebant poſtmodum cauſas cõ
tra ipſum pro eccleſia Antiochena, & etiam proprias, quæſiue
runt à domino Papa, qualiter ſuper hoc ſibi & eccleſiæ proui-
derent propter iuramentum prædictum: Papa interpretatur iu
ramentum prædictum, canonicos illos non teneri huiuſmodi
iuramento, quominus libere ſtare poſſint contra ipſum Princi
pem pro defendendis iuribus & honoribus eccleſiæ ſuæ, & pro
ſuis proprijs, coercendo ſe a machinatione ſolummodo, per
quam Princeps deberet incurrere læſionem perſonæ, vel amiſ
1 ſionem ſui principatus. Ber. † No. primo, quod licet clericus nõ de-
beat præſtare laico iuramentum fidelitatis, ſupra c. prox. nec in
manibus ſuis aliter iurare ſine ſui ſuperioris licentia, 22. q. 5. c.
nullus, de quo tñ dic, vt plene dixi in c. 1. de iuram. calum. tñ ſi
illud præſtat in dependentibus a poteſtate ſua, tale iuramentũ
eſt obligatorium, quod tene menti. Ex quo no. quod tráſgrediens
mandatum iuris in iurando, tenetur nihilominus ſeruare iura-
a mentum, [a] ſi illud ſeruare poteſt ſine animæ diſpendio, & facit
contra Bar. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſor. vt dixi in c. cum con
b tingat, [b] ſupra eo No. ſecundo, quod iuramentũ de non eſſendo contra
2 aliquem, eſt obligatoriũ. † No. vltimo ex fine literæ ſm Abb. quod
conſpiratio eſt proprie confœderatio facta in præiudicium per-
ſonæ alicuius, vel ipſius dignitatis. Sed tu dic hoc procedere in
conſpiratione illicita: nam conſpiratio quandoque eſt licita, de
quo vide per Inno. in c. cum I. & A. infra de re iud. & quod ibi
dicam. Opp. vr enim quod hoc iuramentum non ſit obligatoriũ,
cum fuerit metu extortum, vt innuit litera, & ad hoc ſupra eo.
3 c. cum contingat. † Glo. i. in effectu ſoluit dupliciter. Primo, quod
hic allegabatur extorſio, ſed de ea non conſtabat, Secundo quod iu
ramentum extortũ, non obligat quoad negotia propria, vel ec-
cleſiæ, vt in litera patet, ſed vt nullam conſpirationem faciant
contra ſtatum Principis, ſic. Vnde ad hoc de honeſtate, & ex
c debito tenebantur, [c] ideo non curandum de extorſione, & ſic
arguit iuramẽtũ pro parte valere, & pro parte nõ. Aduerte, quod gl.
nihil boni dicit. vnde dico, quod tex. poteſt intelligi dupliciter. Pri-
mo, quod loquatur de extorſione per importunas preces, & tunc
d talis extorſio non excuſat, [d] ſupra eo c. ad noſtrã, il 3 Et credo quod
de tali extorſione loquatur tex. iſte, quia de metu nulla fit men
tio in litera. Secundo poteſt intelligi, quod fuit extortum per me-
tum, qui cadit in conſtantem, & tunc reſpectu iurium proprio
rum eſſet obligatorium, licet poſſet peti abſolutio, vt in c. ſi ve
ro, ſupra eo Sed in tex. noſtro non requiritur quoad negotia pro
pria, vel eccleſiæ aliqua abſolutio ratione metus, ſed quia iura-
mentum iſtud non extendebatur ad hunc caſum, vt patet in in
terpretatione Papæ, & ex his, quæ infra dicam. Sed quoad ma-
chinationem non fiendam, vel reſpectu cauſarum extranearũ
iuramentum ligat, vt in litera, & in d. c. ſi vero. Et puto. quod licet
alias reſpectu machinationis non fiendæ iſti tenerentur ex debi
to iuris, tamen ex quo iurarunt per metum, poſſent petere ab-
ſolutionem a iuramento, quia tale iuramẽtum aggrauat factũ
eorum, ne ex contrauentione incidant in periurium, ad quod
alias non eſſent adſtricti. Et hoc videtur in ſimili ſentire Io. An.
in d. c. ad noſtram & vide quod ibi dixi, hic tamen non petebai-
4 tur abſolutio. † Sed contra prædicta, & contra tex. opp. videtur
enim quod ex quo iuramentum fuit generaliter præſtitum, gene-
raliter debuit intelligi, vt in c. ſolitæ, de maio. & obe. & c. ſi Ro-
manorum 19. diſt. Sol. colligitur ex glo fin. In generali ſermone
perſona loquens intelligitur excepta. Item in qualibet alia per-
ſona, quæ debet adiuuari & promoueri, ſicut perſona propria,
vt eſt eccleſia ipſius loquentis, ſeu iurantis. Item prouria patria
vt in glo. ex qua elicitur prima lect. ſecũdum quam ſummani,
vt promittens, ſeu iurans, quod non erit contra aliquem, nõ poteſt
eſſe contra illum ẽt in iudicio, niſi pro negotijs proprijs, vel ec-
cleſiæ ſuæ, vel patriæ Et in eo, quod glo. dicit de patria, videtur extẽ
dere tex. ſed ſatis poteſt dici propria, ex quo patriæ ſuæ, argu. 33.
q. 8. c. ſi nulla, & c. omni, & ſecundũ hũc intellectũ exponit tex.
ibi, pro ſpecialibus veſtris, ſcilicet iuribus. Pet. exponit magis
large, videlicet, idem perſonis coniunctis, vt ſit ſenſus, quod
etiam pro perſonis coniunctis potuerint eſſe cõtra iſtum Prin-
cipem. alleg. c. 3. de poſtulan. C. de excuſatio. tuto. l. humanita-
tis. Abbas ſequendo hunc intellectum, exponit adhuc magis
large, ſ. pro amicis. Inn. vero ponit alium intellectũ, intelligen-
do tex. magis ſtricte. Dicit enim, quod Papa interpretaẽ hic ſtricte
iuſm pp verba pcedentia: Nã timore conſpirationis hoc iuſm
fuit interpoſitũ, & ideo non dẽt extendi ad cauſas proprias, vel
eccleſiæ, ſecus aũt, ſi gñaliter ageretur, vt in nullo negotio eſſet
contra ipſum; tunc enim in negotijs eccleſiæ non tenetur iuſm ſer-
uare, ſupra c. 2. Sed in proprijs debet obtinere abſolutionem, ſi
iuſtus metus interuenit, vel alia cauſa iuſta, quare fuerit iuſm
extortum, vt no. ſupra quod metus cauſa. c. ad aures, ſm Innoc.
& ſic vult Innoc. vt perſona loquens non intelligatur excepta,
quñ iuſm fuit generaliter præſtitum, ex quo non apparet extrin
ſecus de cauſa reſtringendi, quæ lectura eſt prorſus contraria
præcedenti. Do. Anto. tranſit ſimpliciter eundem. recitando.
Ego autem ſic diſtinguerem, quod aut verba præcedentia, & mate
ria ſubiecta poſſunt dare intellectum ad generaliter præſtitum
iuramentum, & fiat interpretatio larga & ſtricta ſecũdum præ
cedentia. ſic intellige hic Inn. & in c. veniens. ſupra eo. Præcedẽ
tia enim informant ſequentia, & econtra, per ſequentia quñque
declarantur præcedentia, vt in l. ſi ſeruus plurium. §. fin. & l. qui
filiabus. ff. de leg. 1. & l. numis, de leg. 3. & c. ſedes, de reſcrip. & l.
fina. §. cui dulcia, ff. de vino triti. & oleo lega. Et ideo, ſi præſtiti
iuramentum, quod per conſpirationem non ero contra eum, non
videtur actum, vt in iudicio, vel extra pro rebus meis, vel eccle
e ſiæ, non ſim contra eum. Iuramentum [e] enim generale non ex
tenditur ad veriſimiliter non cogitata, ſupra eo. capit. veniens,
& in c. Quintauallis. Si autem præſtiti iuramentum de non eſ-
ſendo contra te, eo quia cum in iudicio tecum agerem, inimi-
citiam contraxerimus, tunc procedit etiam lectu. Innocen. vt
videatur actum, vt etiam, in cauſis proprijs non ſim contra te,
quia hoc videtur actum propter præcedentia, vnde tunc neceſ
ſaria eſt abſolutio, ſi interuenit metus, vel alia rationabilis cau-
ſa, vt dicit Inno. Et limitarem ego hoc dictum reſpectu eorum,
quæ inter nos erant agẽda de præterito: Nam reſpectu eorum,
quæ de nouo acciduni, non puto iuramentum generale obli-
gare, argu. in eo, quod legi. & nota. in c. cum inter. ſupra de re-
nun. per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, ff. de verbo. obliga. &
in l. quæro. §. inter locatorem, ff. de loc. facit l. ſi vnus. §. illud, ff.
de pact. Nam in tali iuramento generali, debet intelligi condi-
tio, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, ſup. eo. c. quemadmodũ,
& quod ibi no Si enim ſumus in dubio, quia non apparet de præce
dentibus, vel poſſunt ad vtranque partem deduci, tunc profe-
cto caſus eſt dubius, ſed credo faciẽdam interpretationem hic
contentã. Rõ duplex. Prima, quia in dubio non dẽt quis pſumi,
quod ius ſuum voluerit negligere. Eſſet enim quædam donatio, quæ iu-
ra in dubio non præſumunt, l. cum de indebito, ff. de probatio.
c. ſuper hoc, de renuncia. & quod no. glo. no. in l. cum quid, ff. ſi
cert. pet. facit optime tex. cum glo. in Auth. ſi quando, C. de cõ-
ſti. pe-

ADDITIONES.

a Seruare iuramentum. Tu pondera, quia illud iuramentum emanauit ad finẽ licitum, & etiam tenebatur iurare, vt non conſpiraret contra Principem, vt in c. ſi quis laicus, 22. q. 5. And. Barb.

b Contingat In 6. colum cum ſeq maxime in verſi. ex quibus videtur concludendum, &c.

c Tenebantur. Facit quod dixit Bar. in l. 1. C. de ſum. Trin. quod ſtatuta laicorum honeſta ligant clericos. And. Barb.

d Non excuſat. Pondera, quia conſiderata qualitate extorquentis, inducit iuſtum metum. c. cum inter R. ſeniorem, de elec. & l. 1. C. ſi rector prouinciæ. And. Barb.

e SEB. SAP. Iuramentum. Vide do. Iaſ. in l. ſi conuenerit, col. 4. ff. de iuriſ. omn. iudi. Et quæ conditiones ſubintelligantur in iuramento, ponit Ange. Aret. in §. æque. Inſti. de excep. col. 3.

Digitized by Google

ſti. pec 1 & l qui inſulam § fin ff. loca Secunda ratio, quia in du
b o debet fieri interpretatio contra ſtipulantem, l. quicquid ad ſtringendæ, ff. de verb. obliga. & regu, contra eum, de regu. iur. lib. 6, Sicut in ſimili dicimus in eo, qui promiſit emptorem defendere de iure & de facto ꝯ omnem perſonam. Illud n. verbũ, De facto, reſtringitur ſm naturam ꝯctus, de quo no. in l. fi. C. de act. empt. & per Bar. in l ſtipulatio iſta, in prin. ff. de verb. oblig. & ſic limita omnia prædicta. Non tamẽ placet in hoc caſu opi. Pet. & Abb. vt veniant cauſæ coniunctorum, quia eſſet nimis reſtringere iuſm, ſed illæ cauſæ duntaxat, quæ veriſimiliter videntur includi in iuramento generali, vt quia ad eas habet affectionem iurans, tanquam ad proprias, arg. C. quæ res pign. obliga. poſſ. l. 1. & c. veniens, & c. Quintauallis, ſup. eo. ita vt poſſint dici ſpeciales, prout tex. exigit, ſed ſic poſſet perſona eſſe coniũcta cognatione, vel amicitia, maxime vt etiam illorum cauſæ excludantur, ſicut in ſimili no. in c. nonnulli, & c. ex parte Decani, de reſcri. & l ſed & hę, ff de procu. & l. exigendi. C. eod. Vltimo gloſſa in fin. opponit de multis iuribus, in quibus perſona loquens includitur in generali prolatione verborum, ſed dico, ꝙ non põt dari certa & inuariata doctrina, ſed ſecũdum varietatem caſuum vario modo deciſio ſequitur. Abb.

S V M M A R I V M.

1 *Debitor agens ad relaxationem pignorum, quaſi ſit ſatisfactum ſorti ex fructibus pignorum, habet probare quantitatem ſortis & fructuum.*

2 *Fama in minus ſe habet, quam notorium.*

3 *Fama etiam diuulgatiſſima non facit plenam probationem.*

4 *In cauſa uſurarum, & in cauſa, in qua imminet peccatum, deficientibus aliis probationibus & eminentibus indiciis, poteſt iudex deferre iuramentum de ueritate dicenda.*

5 *In omni cauſa indirecte, mediantibus poſitionibus, hodie poteſt exigi à parte iuramentum de ueritate dicenda.*

6 *Si probatur contrahentem eſſe uſurarium & per famam, probetur quoſdam ſuos contractus uſurarios, eſt locus delationi iuramenti in defectum*

7 *Iuramentum in defectum deſertur repetenti uſuras, ſi probabit aduerſariũ ſuum fuiſſe uſurarium, ante & poſt, & tempore contractus.*

8 *Si per iuramentum de ueritate non poteſt de uera ſorte liquere, iudex ex coniecturis iudicabit.*

9 *Debitore repetente uſuras, ad probandum, quod creditor ipſas receperit, an ſufficiat probare, quod creditor ſit uſurarius, & quod tanto tempore durauerit obligatio.*

10 *In iuramento de calumnia reſpondetur per uerbum, Credo, & Non credo, in iuramento ueritatis per uerbum Scio & Neſcio.*

11 *Confeſſio de credulitate æque præiudicat, ſicut confeſſio de ueritate.*

12 *Reſpondens per uerbum, non credit, non incidit in periurium, licèt probetur contrarium, ſecus ſi reſpondet de ueritate.*

C A P. XXXI.

EX literis. Si iudex in principio cauſæ iuſm de veritate à partibus non exigit, in proceſſu illud exigere poterit. Hoc dicit, & ſic communiter ſummatur. Sed hoc ſummarium, licet ſit verum in ſe, non tamen colligitur ex litera, in qua nõ ponderatur, ꝙ à principio non fuerat exactum. Secundo modo ſecundum alium intellectum ſummatur ſic. Cum agitur de vſuris & probationes deficiunt, ſi fama eſt pro petente, in ſupplementum probationis exigitur iuſm. Hæc lectura eſt notabilis, & poteſt eſſe vera in ſe, ſed non congruit huic literæ, quæ non loquitur de iuramento litis deciſiuo, ſed de veritate dicenda, quæ in ſe multũ differunt, vt infra patebit. Ego inhærẽdo verbis literæ, ſummo ſic. Cum agitur de vſuris, põt iudex in qualibet parte litis ex officio ſuo, deficientibus probationibus, exigere à partibus iuſm de veritate dicenda. & idem puto eadẽ ratione in qualibet cauſa, in qua imminet peccatum, vt infra dicam. In prima parte ponitur conſultatio. In ſecunda reſponſio mandatum continens, ibi [Ne quis.] Caſus literalis. Quidam G. nomine impetrauit literas ſuper reſtitutione vſurarum ꝯ E. ad Archidiaconum, & magiſtrum G. canonicum Tullen. Iudices lite conteſtata receperunt teſtes productos ab ipſo G per quos non potuit conſtare de quantitate ſortis, ſed de obligatione pignoris bene conſtitit, & per famam quaſi notorium habebatũ, ꝙ ex quadã terra ipſius G. pignori obligata prædicto E. ſortẽ ſuam, & amplius idẽ deduxiſſet, vnde videbatur iudicibus, ꝙ iuſm de veritate dicẽda exigeretur à partib. vt per iuſm conſtaret de ſorte. ſignificauerũt hoc domino Papæ, ne ex defectu huius iuramenti ſuccũbat iuſtitia. ſi veritas occultetur. Mandat Papa, quatenus cõpellant partes per cenſuras Eccleſiæ ad præſtãdum huiuſmodi iu-
1 ramentũ. B †No. primo tex. optimũ, ꝙ debitor agens ad relaxationẽ pignorũ, quaſi ſit ſatisfactũ ſorti ex fructib. pignoris, hẽt ꝓbare quãtitatem ſortis, & fructuũ pceptorum, & ſic nõ creditũ ſibi aſſerenti pignoraſſe pro certa quantitate, qa debet ꝓbare id totum, quod eſt cã ſuæ intentionis. Simile in l. 2. C. cõmo. & qd ibi no. Ego in tali dubio, vbi debitor non poteſt veram ſortem probare, conſulerem, vt agat rei vẽdicatione. Et ſi creditor excipiet de pignore, habebit ipſe probare veram ſortem, cum ſit fundamentum ſuæ exceptionis. l. 1. ff. de excep. & in l. in excep.
2 ff. de probat. †Nota, ibi. [Quaſi notorium] ꝙ fama in minus ſe habet quàm notorium, & nil mirum, quia fama ſæpe fallit. Nõ ſic notorium, quod ita ſe exhibet, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, & de vtroq; pie dic, vt notatur in c. veſtra. de cohabita.
3 clerico. & mulie †Not. tertio, & tene menti, ꝙ fama, a etiam di-
a uulgatiſſima, non facit plenam probationem, etiam cum agitur de vſuris, ſeu fructibus computandis in ſortem. facit c. cum in diœceſi, & quod ibi notatur, de vſu. Nam hic fama inducebat quaſi notorium, ꝙ erat ex fructibus ſatisfactum ſorti, & tamen non ſufficit ad probationem, & vide quod dc fama plene dixi in cap. veniens, ſupra de teſtib. Et no. ꝙ dictio, Quaſi, diminuit ſignificatum eius, cui adijcitur. Vide quod not. plene in c. proin, de dolo & contu. vbi tetigi. Not. vltimo, ꝙ iuſm de veritate dicenda, poteſt exigi etiam in fi. cauſæ. licet ergo debeat, ſecundum ordinem iuris, præſtari in princi. tamen non eſt ille ordo ſubſtantificus, vt hic, & clarius probatur tam in iſto, quàm in iuramento calumniæ, vt in cap. 1. de iuramen. calum. lib. 6.
4 †Nunc intro materiam cap. hic non ſatis iudicio meo declaratam per Doct. Et primo quæro, in quibus cauſis præſtatur iſtud iuramentum veritatis. Reſpondet gloſ. 1. ꝙ ſolum in ſpirituali-
b bus cauſis, b ſupra de elect. cap. dudum. il 2. in talibus enim nõ iuratur de calumnia. Aduerte, quia per hoc videtur ſentire glo. ꝙ cauſa vſurarum ſit ſpiritualis, ſed aliter dicit inf. glo. fina. ſcilicet quod eſt quaſi ſpiritualis, cum ſit eccleſiaſtica, & pondera rationẽ ipſius. Vult enim, ꝙ omnis eccleſiaſtica cauſa, id eſt, eccleſiaſtici fori, poſſit dici quaſi ſpiritualis. Glo. in cap. ſi annũ, de iud. lib. 6. videtur dicere eam eſſe ſpiritualem, ſed Ioan. And. ibi in nouella ſentit, quod ſtatim dicam, ſcilicet ꝙ eſt ſpiritualis large. i. eccleſiaſtici fori, de iudi. clemen. 2. Et ſi diceres, quæ ergo fuit ratio dubitandi hic, ex quo ex natura cauſæ præſtari debebat iuſm de veritate dicenda? Collige reſponſionem ex glo. fi. in fi. quæ dicit, ꝙ dubitatur ex eo, ꝙ nõ fuit præſtitum in principio litis, ſicut debet, & reſpondetur, ꝙ ſic, quia non eſt de ſubſtantia, vt præſtetur in princi. Ex his colligitur prima lect. ad iſtũ tex. quam tenent communiter Doct. ſed mihi hæc lect. viſa eſt improportionabilis ad tex. & fundari ex falſa ratione. Litera. n. hic non faciebat dubitationẽ, quia in principio non fuerat pręſtitum, ſed quia res aliter probari nõ poterat. Item fundatur ſuper falſa rõne, qa ſequit ex rõne gl. ꝙ oĩs cã eccleſiaſtici fori debet tractari, vt ſpiritualis, & ſic dẽt iurari ſemper de veritate dicenda, ꝙ eſt ꝯ c. lr̃as, de iura. calum. iunct. toto tit. Nã in toto ti. mandat iurari de calumnia, & ſolum excipiũtur cãæ mere ſpirituales, vt patet in exemplis poſitis in d. c. lr̃as. qd̃ c. cum deuiet à reg. iuris, dẽt reſtringi, & ſolũ ſeruari in ꝓprijs terminis, aliàs ĩ foro eccleſiaſtico ſup fluiſſet titulus de iur. calũ. Vnde dico, ꝙ ĩ cã vſuraria, cũ illa nõ ſit merè ſpiritualis, nec annexa, ſed ſolũ agaĩ indirecte de peccato, nõ debebat regulariter iurari de veritate dicẽda, & hæc fuit rõ dubitãdi hic. Sed Papa hic mãdat illud p̃ſtari limitatiue, ſ. deficiẽtib. alijs ꝓbõnib. ne occultata veritate iuſtitia pereat, & peccatũ vſurarũ pullulet, & ſic ponitĩ hęc deciſio noua, vt colligit ex verbo, Mãdamus. Nõ. n. dixit, Rñdemus, ſimile no. in ver. Nolumus, in clem. vna, de off. iud. ord. in glo. fi. Erit. n. intellectus huius c. ꝙ in cã vſurarũ, vel alia, in qua imminet periculũ aĩarũ. licet ex natura cãæ nõ ſit præſtandum iuſm de veritate, ex quo nõ eſt ſpiritualis, iuxta not. hic in prin. gl. & in c. 1. de iur. calum. lib. 6. tñ deficientibus alijs ꝓbõnib. & imminentib. aliquib. præſumptionib. põt iudex ex officio exigere iuſm de veritate dicẽda, & eſt hęc notabilis & noua lect.
5 †Hodie autẽ conſuetudo introduxit modum faciendi poſitiones in qualibet cã, ad quas cogitur pars reſpondere de veritate, vt in c. 2. de teſti. lib. 6. & no. in c. dudum, il 2. de ele. & ele. ſæpe. de verb. ſig. & in c. 2. de confeſſ. lib. 6. & l. 2. C. de iura. calũ. & & ſic in qualibet cauſa põt indirecte pars exigere à parte hoc iuſm de veritate dicenda. Hoc tamen iuramentum de veritate põt exigi à principio, d. cap. 1. & poſtea poſſunt fieri poſitiones, d. c.

A D D I T I O N E S.

a Quòd fama. De hoc uide plene & eleganter per do. Iaſ. de May. in ſua no. repet. l. admonendi, ff. eo. in 154. col.

b In ſpiritualibus cauſis. Et hoc ſuccedit loco iuramenti calumniæ. Ita no. Inn. in c. literas. infra de iura. calum. Item præſtatur in cauſis criminalibus, no. Doct. in c. cum dilecti, infra de accu. & Bal. in ſua marg. ad Innoc. in uer. iuramentum, uer. 4. Aduerte tamen, quod tale iuramentum hoc caſu non debet iudex extorquere, quando ſcit reum commiſiſſe delictum. Ita per Ion. & Doct. in c. clericos infra de coha. cle. & mulie. Zach.

An iuramentum calumniæ ſit præſtandum in criminalibus, dicas, quod de iure communi eſt præſtandum, ſed de conſuetudine, iurat accuſator accuſationem ueram, & illam non fore productam animo calumniandi, reus uero comparens iurat de ueritate dicenda tantummodo, vt per Gloſ. Cyn. Bal. & Do. in l. 1. C. de iuramen. calum. & uide Specu. in titu. de iuramen. calum. in §. 2. & uide glo. in cap. 1. & in cap. 2. de iureiur. Et an tale iuramentum præſtetur in cauſa ſpirituali, vide gloſ. in c. literas, de iuram. calum. & glo. in c. cum dilectus, de ele. & qui dicunt, quod non præſtatur in cauſa ſpirituali, tamen Bar. tenet cõtrarium in l. 2. in 3. q. C. de iuram. calum. per c. 2. de iuram. calum. in 6. Ant. Fran.

d.c.dudum. Alia eſt lectura ad iſtum tex.vt præmiſi, ꝙ loquatur in iuramento deferendo in ſupplemētum probationis, de quo infra eo.c.ſi.poterat hic deferri, quia fama faciebat ſemiplenā
a probationē,a de quo vide ꝙ plene dixi in d.c.veniēs,de teſt.Iſte intellectus pōt eſſe verus,vt dixi in d.c.veniēs,vbi tractaui plene de effectu famæ,ſed quia ad tex.nr̃m nō placet, qa hic loquitur de iuro nō litis deciſiuo,ſed de veritate dicenda. Iſta.n.differūt inter ſe:nā poſt iur̃m litis deciſiuū, nihil aliud quærit̃ ſup. eo.c.& ſi Chriſtus,& l.1.C.eo.ſed poſt iur̃m de veritate, remanet ſaluū ius cuilibet parti,qa iſtud deferī non ad deciſionē litis,ſed vt clarius habeatur veritas,vt in c.2.de teſti.lib.6.& d.c.Iſtas.Item ſm hūc intellectum,hæc decret. eſſet de indubio: nā de iure deciſum eſt,an & qñ ſit deferēdum iur̃m in ſupplemētum ꝓbōnis,vt inf.eo.c.ſi.Et ſi loqueretur de tali iuro,Papa reſponderet ſub ꝯditione,ſeu limitatione,ſ. conſideratis qualitatibus perſonarum,& cauſę,& dixiſſet,an actori,an reo fuiſſet deferendum,ꝓut facit inf.c.ſi.Tene ergo lectn.quam præmiſi, quælibet tamen iſtarum trium eſt vera in ſe,intelligendo,vt ſu-
6 pra.†Et circa hanc lecturam applico hic duas qōnes quotidianas.Prima. Titius fecit ꝯtractum cum Sempronio, & qa pecunia nō fuit ſoluta in primo termino,renouauit ꝯtractum de pluri, & iterum de pluri in fine ſecūdi termini, poſt mortem Titij reperiuntur inſtrā cācellata,& ꝓbatur per teſtes, ꝙ Titius erat vſurarius, & ꝙ fama erat illos ꝯtrctus vſurarios eſſe, & ꝙ ſic illi teſtes credebant,quærebatur,nunquid eſſet locus delationi iuramenti? Io.And.in c.2.de vſu.lib.6.refert Io.de Deo tenuiſſe, ꝙ
7 ſic,conſideratis tamen his,quæ no.inf.eo.in c.fin.quod no.†Secunda quæſtio eſt,an repetendo vſuras, ſufficiat ꝓbare illū eſſe vſurarium ante ꝯtrtum,& tempore ꝯtrus, & poſt contractū, & ꝙ conſueuit velle habere inſtr̃m de duplo, vt ſic ſaltem ſit locus delationi iuramenti? Arch in d.c.2.determinat,ꝙ non,ſed Io.And.ibi dicit hoc dictum non recipi in ſcholis,& in iudicijs
8 reprobari,quod no.†Et pro hoc facit: nam ex conſuetudine hominis præſumitur qualitas facti,de pigno.c.illo vos, & l.qui ſemiſſes,ff.de vſur.& c.ſi qōnes de ſimo. Vnde ſaltem ex iſtis debet redundare ſemiplena probatio, vt ſit locus delationi iuramenti,ſed hoc intelligo ſeruata diſtinctione,de qua inf.eo.c.ſi. Quid enim ſi iſte, cui dicit nunc gratis mutuaſſe, eſt amiciſſimus,vel proxima conſanguinitatis vel affinitatis linea coniunctus? Certè non eſt veriſimilis præſumptio, ꝙ cōtractus ſit vſurarius, ex circunſtantijs ergo iudex arbitrabitur, an ſit ei iur̃m
9 deferendum.†Circa præcedentem intellectum quæro, qd ſi ꝑ iur̃m iſtud de veritate non poteſt de vera ſorte liquere, vt quia creditor dicit de centum,debitor de decem? Sol.dicit Hoſt.cōſiderandum verum precium rei,& conſuetudinem creditorū, vt ſi conſueuit velle pignus ad valentiam dupli eius, quod mutuat, & ſic ſua ſubtilitate iudex veritatem inquirendo cām decidet,arg.ff.de pign.act.l.ſi ſeruos.in fi.& l.qui ſemiſſes, præalleg.Vel,ſecundum eum,his cōſideratis, & fama vtriuſque, iſti vel illi vſque ad certam quantitatem,de qua ſibi videbitur, deferat iur̃m,infra c.ſi omnibus his deficientibus oportet reū abſolui,inf.eo.c.fin.Item faciunt hæc ad aliam qōnem quotidianam,quidam repetit vſuras,quas ſoluit Titio. probat de ſorte, & de tempore,quo durauit obligatio,itē ꝙ ille eſt ſolitus fœnerari ad tot, pone, quatuor denarios pro libra, ſed de ſolutione vſurarum ꝓbare non pōt, quærit̃, an ex præſumptione debeat condemnari pro tempore, quo durauit obligatio ad ſummā, quam oſtendit in ratione quatuor denariorum pro libra? Ioan. And.dicit ꝙ ſic,& dicit hoc multoties ſeruatum fuiſſe in foro Bononien. eccleſiæ, ad quod faciunt iura ſuperius allegata, in quibus dicitur attendendam fore nominis conſuetudinem, vt ff.de proba.l.ſi chyrographum,& C.de apo.pu.l.quicunq; lib.10.Iac.de Are.vt recitat Cy.in l.1.de proba. tenet ꝯtrium. dicit enim probandam ſolutionem pecuniæ factam ex tali cauſa,ſicut probandum eſt ipſum creditorem tm̃ de fructib. ꝑcepiſſe, alleg.iſtam decr.& c.ad nr̃am,il 1.ſup.eo.Io.And.inhærēs opinioni ſuæ dicit,ꝙ quantitas perceptionis fructuum non ſic venit præſumptiue, ſicut quantitas vſurarum, etiam in ſupradictis terminis,& dicit ꝙ hodie forſan per libros rationum, decidentur prædicta,per clem.vnicam,eo.tit.& cum hoc dicto trāſeunt hic communiter Doct. Moder. Ego dubito, quæ iſtarum opi.præualeat: nam contra Ioan.And.facit, quia cauſa vſurarū habet in ſe annexum crimen,ideo iudex eccleſiaſticus cognoſcit,vt no 16.q.6.c.ſi ep̃m,& infamiam,iuxta ea,quæ no.in c.infames,in § porro 3.q.7.& l.improbum fœnus, C. ex quib.cau.infa.Ideo vr̃,ꝙ ex ſolis præſumptionib.nō ſit in tanta cauſa iudicandum,maxime cum non ſint violentæ. Vt n.dixi ſupra, potuit alijs mutuare ſub vſuris,ſed iſti nō.qa erat amicus, vel alias ſibi ſeruiebat,& ſic nō ꝓbat hoc eſſe,ꝙ ab hoc ꝯtingit abeſſe, c.2.de trāſla.epi.& l.neq; natales,C.de ꝓbatio. Quinimo poſſet dubitare,nūquid ſit locus delationi iuramenti,per ea, quæ not. in c.tam literis,de teſti. Facit ad prædicta quod not.Innocen.in c.qa veriſimile,de præſump.poſſet tamen admitti ꝑ ea,quæ ſupra dixi,& per c.cum in dioeceſi,de vſu. Et in hoc dubio recurratur ad iur̃m,ſeruatis tn̄ his, quæ no.& hīc in d.c.ſi.& ſic ꝯcor-
10 darent has opiniones.†Quæro, qualiter reſponderetur per iuramentum iſtud de veritate? Solu.dicit glo.1.ꝙ per verbum, Scio, vel Neſcio,ſed in iuro calumniæ,rñdetur per verbum, Credo,
11 vel Non credo †Dicit tamen ſingulariter gl.ſi.ꝙ æquè præiudicat ꝯfeſſio de credulitate,ſicut de veritate. Intellige tu de facto
12 ꝓprio,nō alieno,vt in c.licet,de ꝓba.& c.cum cām,de teſti.†Itē dic,ꝙ ſi reſpondet per verbum,Nō credo,non incidit in periurium,licet poſtea ꝓbetur ꝯtrum, ſecus in iuro de veritate, arg. in c.cum in poſitionib.de lit.cōteſt.lib.6.& vide latius per Fed.cōſi.23.in ſi.& idem quod gl.iſta tenet Spec.in tit.de poſitio. ver. hoc tamen.& Cy.in l.2.ꝙ obſeruari,C.de iura.cal. Dicit.n.Inn. hic quoad primam partem glo.ꝙ in iuramento de veritate,reſpondet non ſolum de eo,ꝙ ſcit,ſed ēt de eo,quod non vidit, ſi indubitatam habet de eo notitiam.Exemplum de Chriſto,Cōſtantino,& Iuſtiniano Imperatoribus. Dicit tamen Ioan. And. Arch.dixiſſe,ꝙ hæc nō ſunt verba Inno.Sed certe Inn.hāc ſententiam expreſſe etiam firmat,& latius proſequitur in c. ſi. de iura.calum.vbi etiam Io.And.& Hoſt.tangunt, & vide ꝙ ibi dixi,& in c.literas,eo.tit.Secus eſt in teſte,ſecundum Inno. & ibi & hic,quia teſtis habet deponere de his,non ſolum,quæ nouit, ſeu indubitatam habet notitiam,ſed ēt de his, quæ acta & geſta ſunt in præſentia ipſius.l.teſtium C.de teſti.& optime ꝓbatur 3.q.9.c.teſtes Alia d.gl.ſunt clara, iō ſpecialiter nō proſequor. Et in eo,quod vltima glo.dicit,non eſſe malum,vt in cauſis ſpiritualibus iuretur ſimul & de calumnia & de veritate dicēda, dic hodie,vt habetur in c.1.de iura.calum.lib.6.

A D D I T I O.

a Semiplenam probationem. Quòd fama cum aliquibus adminiculis faciat plenam probationem,& probet quem eſſe uſurarium,tenet do.Abb.in cōſi.82.inci.ex themate,in 3.volu. Et nunquid quando eſt fama, poſſit deferri iuramentum,uide Fulg.in conſi.145.inci.quoniam plurimæ Et quod fama adiuuet ad probandum aliquem uſurarium,uide eundem Fulg.in conſi.138.inci.viſis præcepto. Seb. Sap.

Quomodo probetur quem eſſe uſurarium, & utrum probetur uſurarius per inſtrumenta uſuraria, quæ reperiuntur in eius capſa, uide glo.in uerbo.corundem librorum.in c.ſi forte.24.q.2.Barthol.de Bellen.

b Confeſſio.Vide Tiraq.de retrac.lign.§.2.in glo.2.nu.2. Iac.Anel.

S V M M A R I V M.

1 *Reges non poſſunt facere alienationem de bonis & iuribus Regni.*
2 *Vt adminiſtrator eccleſiaſticus,ita & poſitus in dignitate ſeculari, poteſt reuocare alienationem à ſe factam de rebus dignitatis.*
3 *Rex tempore coronationis iurat non alienare bona Regni.*
4 *Si Rex non iurauit non alienare,ſed poſt alienationem iurauit non reuocare, iuramentum non eſt obligatorium.*
5 *Reges fiunt per ſucceſſionem,non per electionem.*
6 *An donatio facta per Conſtantinum,ualeat.*
7 *Quod dicitur , quod Imperator & Rex prohibentur alienare, intelligitur de magna alienatione, non de modica.*
8 *Iuramentum contra iuramentum an ualeat.*
9 *Prælatus iurans non alienare bona Eccleſiæ,inconſulto Papa, ſi alienat,tenet alienatio.*
10 *Iurans non alienare,ſi locauit per centum annos,an efficiatur periurus.*

C A P. XXXIII.

a INtellecto. a Si is,qui præeſt,iurauit non alienare,non valet alienatio, quā poſtea fecit,etiam ſi iurat non ꝯuenire,ſic communiter ſummatur. Sed hæc ſummatio nimis reſtringit literam,quæ fundat ſe non ſolum ſuper iuramento, ſed etiam ſuper iuris debito,vt inf.latius dicetur,iō ſummo ſic. Si poſitus in dignitate alienat bona dignitatis,non valet alienatio, & ipſemet reuocare debet, non obſtante iuramento de non reuocando, maxime ſi prius iurat non alienare. h.d. ſm verum intellectum.Ponit primo factum corrigendum.Secundo corrigi mandat,ibi(Nos.) ſubmittens cauſam mandati, ibi (Quia)Caſus literalis.Rex Vngariæ fecit quaſdam alienationes in præiudicium regni ſui,& contra honorem Regis, iuramento interpoſito de ipſis non reuocandis.Significatum hoc fuit domino Papę,vnde ſcribit Archiepiſcopo Collocē.& eius ſuffraganeis, & eidem Regi ſuper hoc,vt alienationes prædictas ſtudeant reuocare, non obſtante illo iuramento, quia in coronatione ſua iurauit iura regni ſui & honorem illibata ſeruare, vnde illicitū fuit iur̃m ab eo præſtitum de non reuocandis huiuſmodi alie-
1 nationibus,& ideo non ſeruandum. Ber.†No. 1.Regem nō poſſe alienationem facere de bonis & iurib.regni.Bona enim ſunt dignitatis,& nō ꝓpria ipſius Regis, licet ipſe habeat iuriſdōnē & adminiſtrationē ipſius. Hinc eſt, ꝙ Regnū, vel Comitatus, ſeu alia dignitas nō diuidit̃ poſt mortē Regis inter filios defuncti,

A D D I T I O.

a Intellecto. Pro huius decre.intellectu,vide omnino Oldr.in conſi.94. & 95 & Bald.in ſua marga.Inno.in uer iuramentum, in 34.q qui alleg.Inno.in c dilecto,de præben.

Digitized by Google

2 vt legi.& no.in c.licet, de voto. & de hoc aliquid infra. † No. 2.
q̀ ſicut adminiſtrator eccleſiaſticus poteſt reuocare alienatio-
tionem, quam ipſemet indebite fecit de iuribus dignitatis &
adminiſtrationis ſuæ, vt in c.ſi quis presbyterorum, de reb. ec-
cle. non alien. ita poſitus in dignitate ſeculari, quinimo nedum
poteſt, ſed debet, vt hic, & 12.q.2.c.non liceat. 31. quę. 9.c.quod
3 quis commiſit. † No. 3. q̀ Rex coronatur, & tēpore coronatio-
nis, iurat non alienare bona regni. Ex quo infertur, quod Rex
non eſt merus dominus iurium regni, ſed potius præpoſitus &
adminiſtrator. Simile in Epiſcopo, cum conſecratur, vt hic in
prin.gl. Item tēpore coronationis Rex inungitur, de qua inun-
4 ctione habetur in c.vnico, de ſacra vnctio. † Quæro, quid ſi iſte
a Rex non iuraſſet [a] prius, ſed facta alienatione iurauit non reuo
care? Sol. iſte tex. prima fronte videtur velle, quòd tūc non poſ-
ſit contrauenire, cum non reperiatur hoc iuramentum alteri
eſſe contrarium, & ſic ceſſat ratio literæ. & hoc idem videtur
velle glo. in prin. dum arguit vltimum iuramentum de non re
uocando eſſe illicitum, quia eſt contrarium primo licito, quia
ſi vnum contrariorum eſt bonum & licitum, aliud malum eſt
& illicitum. 12. diſt. c.hoſpitiolum. Sed contrarium firmiter eſt
tenendum, quia vt ſupra dixi, bona regni non ſunt propria ip-
ſius Regis, ſed dignitatis realis. Hinc eſt, quod gloſ. notabilis in
c.Moyſes. 8.q.1. arguit per illum tex. Regem eligendum per ele
ctionem, ſicut Imperatorem. 93. diſt. c.legimus. licet gl. arguat
5 contrarium. 7.q.1.c.denique, & 24 q. 1.c.ſi. † De conſuetudine
ſeruatur hoc vltimum, & ita probatur in d.c.licet. de voto. Di-
cit tamen notabiliter Inn. in c.grandi, de ſupplen. neg. præla. li.
6. in prin. ſpeciale eſſe in regno, quòd Reges non poſſunt priua
re nedum filios, ſed neque fratres, nec alios conſanguineos ex
ſtirpe paterna deſcendentes, à regno ſola voluntate, licet Papa,
vel alius ſuperior poſſit ipſum priuare ex cauſa, d.c.licet, de vo
6 to. † Hinc, quod fortius eſt, diſputatur de viribus donationis fa
ctæ eccleſiæ per Conſtantinum, quia ſm omnes, Imperator nō
poteſt ad libitum alienare iura Imperij, licet habeat inter ſecu-
lares Principes ſupremam poteſtatem. Et tenetur cōmuniter,
q̀ Imperator nō poſſit alienare in graue præiudicium Imperij,
licet valuerit donatio facta eccleſiæ, quia illa eſt ſuperior, & nō
eſt proprie alienatio, cum Papa habeat ſaltem in habitu à Deo
iuriſdictionem in temporalibus: de qua quæſtione plene per
b Bar. [b] in proœ. Digeſt. alias in rub. ff per Ioan. de Lign. in cle. ne
Romani. infra eo. ti. Si ergo Imperator non poteſt, fortius nec
Rex. 7.q.1.c.in apibus, & 96. diſt. c.ſi Imperator. Iuramentum
ergo de non reuocando alienationem indebite factam, eſt illi-
citum, quia cōtra ius commune, & tendit in alterius dignitatis
præiudicium, ergo non ſeruādum, ſupra eo. c.cum contingat,
in ſi. & c. 2. de pact. li. 6. & c.ſicut noſtris, ſupra eo. Nam iuramē-
tum non debet eſſe vinculum iniquitatis, ſupra eo. c.quanto, &
22.q. 2.c.animaduertendum. Et hoc videtur velle glo. noſtra in
medio, in ver. (Huiuſmodi. n. iuramenta, &c.) vſque ad ſi. Non
obſt. iſte tex. a ꝯrio, in eo, q̀ ponderat primum iuramentū, quia
ſi bene ponderetur, mouetur per duas rationes, quarum quæli
bet per ſe eſt ſufficiens. Prima, quia in præiudicium regni & cō
tra honorem Regis alienare non poterat, vnde ex hoc teneba-
tur reuocare. Vnde poſito, q̀ ceſſet vna ratio, nō ceſſat per hoc
iuris diſpoſitio, Inſti. de nup. §. affinitatis. Hāc partem ſuccincte
ſentit hic d. Ant. per gl. in ver. liberam, in c. 2. de ſup. negl. prę la.
li. 6. Sed ego firmiter teneo per iſtum tex. p ea, quę ſuperius dixi
& facit c.ſi diligenti, de fo. comp. vbi dicitur non valere iuramē
